Syrupus de ficubus 54.a
Syrupus de fructibus 50.d
Syrupus de granatis acetosis, ualet cõtra febres cholericas 45.d
Syrupus de granatis dulcibus 45.d
Syrupus de granis myrti 46.a
Syrupus de hepatica 49.d
Syrupus de hyſſopo 47.d
Syrupus de iuiubis 46.d
Syrupus de iua ſecundum Nicolaum 53.a
Syrupus de lilio 51.c 53.b
Syrupus de lupulis 54.d
Syr. de mẽtha ex inuentione nra 47.c
Syrupus de mezereon 51.d
Syrupus de myrobalanis 50.c
Syrupus de nenufare 49.b
Syrupus de opio 53.a
Syrupus de papauere 46.b 47.a
Syrupus de pimpinella 51.b
Syrupus de piris 47.c
Syrupus de pomis ſimplex 45.b
Syrupus de portulaca 46.d
Syrupus de plantagine 53.a
Syrupus de praſsio 47.d
Syrupus de raphano 51.d
Syrupus de rubea tinctorum 52.a
Syrupus de pſyllio 49.c
Syrupus de pulegio 52.a
Syrupus de ſcabioſa 54.d
Syrupus de ſcolopendria 52.c
Syrupus de ſebeſten 52.c
Sy. de ſtœca. uulgo de Sticados 48.c
Syrupus de ſucco endiuiæ 55.a
Syrupus de ſucco acetoſæ 45.c
Syrupus de thymo 48.c
Syrupus de turbith 50.a
Syrupus de uua ibidem
Syrupus digeſtiuus S. Dinarii 46.b 51.c
Syrupus ex acido citri ſucco, uulgo de acetoſitate citri 45.d
Syrupus ex omphacino, officinis de agrestа 45.d
Syrupus fumariæ maior, officinis de fumo terræ maior 47.d
Syrupus glycyrrhizæ, uulgo de Liquiritia ibidem
Syrupus Macedonicus 51.a
Syrupus optimus ad omnem hęmor roſagiam vndecunq; fiat 55.b
Syrupus roſatus 28.a
Syrupus roſatus ex infuſione roſarum ſiccarum. 55.a

Syrupus ſabot 49.c
Syrupus ſancti Ambroſii 51.a
Syrupus uiolatus 21.b
Syru. uiolatus, uulgo de uiolis 46.d
Siſamum 4.c 8.d
Siſelis uel ſiler 41.a 6.c 21.c
Siſymbrium 3.c 28.a 53.d
Smaragdus 2.c
Smaragdus lapis 21.a
Smyrna 60.a
Solatrum 14.d
Soldanella 24.c
Solidus 1.b 59.b
Solſequium 52.b & d 53.c
Sorba 8.b 51.a 78.c
Sparagus 4.d
Spargula 75.c
Species caulis 39.a
Species coralli 39.d
Species hyacinthi 36.d
Species uitri 37.d
Species petroſellini 21.a
Species plantaginis 53.b
Species ſcorpionum 32.d
Species ſtoracis 12.b
Splen pultri 27.b
Spica abſolutè 58.d
Spica aromatica 10.b
Spica nardi 8.d 6.a
Spica nardi ſiue ſpica aromatica, ſiue ſpica auium 10.b
Spica romana 21.b 66.a
Spica ſimpliciter 1.c
Spica ſpecies 21.b
Spina alba 16.b
Spina roſarum 69.c
Spodium 5.a 56.d
Sponſa ſolis 52.d 53.c
Spuma maris 63.a
Spuma nitri 17.d
Squibalæ caprinæ 84.c
Squilla 43.d 60.b
Squinanthum 3.c 10.b
Staphiſagria 93.a 90.c 62.c
Stella terræ 61.a
Stœchas 13.c 18.c 48.c
Stynchus 4.c 37.b 87.c
Strypteris 23.a
Styrax uel ſtorax liquida 12.b
Storax 89.c
Storax rubea 67.c. 75.a. 23.d 26.b
Storax liquida 35.d
Terychnon 58.a 67.a Troncos 41.a
Such ahalerif 56.c
Suchaha 48.b
Suchelemele 58.c Succus 45.b
Succus malorum 14.c
Succus nucum 18.b
Succus ſquillæ quomodo fiat 43.d
Suffuf. 68.c
Suffuf ad prouocandum 69.c
Suffuf aromaticum 69.a
Suffuf capitalis 69.b
Suffuf contra dolores poſt partũ 70.b
Suffuf cordialis 69.c
Suffuſ impinguatiuum bonũ 69.a 69.d
Suffuf de granis myrti 69.a
Suffuf de ligno aloes 68.a
Suffuf pro botio 69.b
Suffuf pro oculis 69.b
Sulphurata 27.c
Sulphur 12.b
Sulphuris ſpecies 12.b
Sulphur citriuum 83.a

T

Talcho 61.a
Taliſafar 32.c
Talpa 78.d
Tamarindi 14.c
Tamariſcus 9.b 75.b 93.a
Tapſia 19.b 31.d 38.b 58.d 90.c
Tapſus barbatus 69.d
Tarahit 69.b
Tartarum 62.a 92.d
Tebeſcet, & nebeſcet 36.b
Teda pinguis 49.b
Θειουχεῖρ 38.d
Tempus conſtruendi theriacam 35.b
Theodoretos anacardinum 31.d
Terra ſigillata 29.c 33.d
Terra figuli 91.c
Tereniabin 16.a
Terebenthina 23.b 31.b
Theriaca 8.c 27.b
Theriacæ conficiendæ modus 35.b
Theriacæ experientia 35.a
Theriaca, uulgo thyriaca magna Gal. 30.d
Theriaca de terra ſigillata 34.d
Theriaca de tuſsio 34.d
Theriaca diateſſaron 8.c 34.d
Theriaca primæ Auicennæ, & eſt deſcriptio Andromachi 34.d
Theriaca ruſticorum 34.d
Tetrait ſeu herba terratit 75.d
Teſticulus uulpis 4.c
Thymbra 28.b
Thymiama 32.b
Thymicomarinum 32.b
Thymus 48.c
Theimon apyron 12.b
Tyriaca ad morſum rutellæ 33.b
Tyriacæ contra ſcorpionum morſus deſcriptio 32.d
Tyriaca de terra ſigil. 33.b 49.b
Tyrus 59.b
Thitiuacrum 20.c
Tortellæ de ſeni 84.b
Trazea 70.a
Trazea confortans ſtomachum. 70.a
Trazea ualens ardori urinæ 70.b
Tremula arbor 51.d
Tres ſandali 5.a
Triaphyllon acetoſum 73.b
Tria ſandalum 31.d 39.d
Tria ſandala 1.d
Tribuli 52.c
Tribulus marinus 77.c
Tricoccum 51.a
Trifolium 50.b
Triophyllon 31.c 50.b
Tryphera 8.c 37.b
Tryphera de epithymo 18.d
Tryphera Galeni 9.a
Tryphera magna 31.c
Tryphera maior 37.b
Tryphera minor Phœnonis 9.b
Tryphera moſchata Alchanzi 9.a
Tryphera perſica 14.c
Tryphera ſaracenica magna 8.c
Triticum 69.a
Trituratio quot modis fiat 3.c
Trochiſcus 2.d
Trochiſcus alandahal 13.b
Trochiſcus abſolutè 56.b
Trochiſcus alcadion 61.c
Trochiſcus alcadion 58.c
Trochiſcus alindaracaron 60.a
Trochiſcus aſphodillorum 62.b
Trochiſcus cochion 35.d 37.b
Trochiſcus colloquinthidis, uulgo alâ dahal 57.c
Troch. croci magnetis 59.d
Trochiſci crocomagmatis, uulgo crocimagnetis 59.b
Troch. de abſinthio 57.b
Trochiſci de agarico. 58.c
Trochiſci de aguo caſto 59.d
Trochiſcus de alumine 59.a
Trochiſcus de aniſo 57.b
Troch. de balauſtiis 59.d
Trochiſci de bdellio 61.b
Trochiſcus de berberis 57.a
Trochiſcus de calamento 61.c
Trochiſci de calce 62.b
Trochiſcus de camphora 56.d
Troch. de capparibus 57.d
Trochiſcus de charabe 57.d 78.c
Trochiſcus de gariophyllis 58.c
Trochiſci de charta combuſta 61.c
Trochiſci de chelidonia 61.d
Trochiſci de cicadis 62.a
Trochiſcus de cineribus 61.c
Trochiſcus de cyperis 57.d
Trochiſcus de croco 61.a
Trochiſci de cuſcuta 60.d
Trochiſci de dactylis 59.a
Trochiſci de decem medicinis 57.b
Troch. de elleboro 61.b
Trochiſci de eruo 59.c
Trochiſcus de eupatorio. 57.b
Trochiſcus de lacca. 57.b
Trochiſ. de mezereon. 60.d
Troch. de myrrha. 59.d
Trochiſcus de olibano. 59.c
Trochiſci de olibano, & trochiſci de thure differunt. 59.c. 59.d
Trochiſcus de rhabarbaro. 56.d
Trochiſ. de ramich. 56.c
Trochiſcus de roſis. 56.b
Trochiſcus de roſis et eupatorio. 56.b
Trochiſchi de rubea. 60.d
Trochiſci de ſcolopendria. 62.a
Trochiſcus de ſiliquis. 58.b
Trochiſcus vl paſtillus de ſpica. 47.d
Trochiſcus de ſpodio. 56.d
Trochiſci de tamariſco, vulgo alcarmeſcit. 60.a
Trochiſcus de terra ſigillata. 57.c
Trochiſcus de tyro. 59.c. 60.b.c
Trochiſcus de thure. 58.d
Trochiſci de viperis. 60.b
Trochiſci de violis. 58.c
Trochiſcus diacorallu. 31.b 59.a
Trochiſcus diaion. 23.d 59.a
Trochiſcus diani ſeu diaui. 59.a
Trochiſci διὰ ψυσαλίδων 58.b
Trochiſcus diarhodon. 23.d 56.b 59.a
Trochiſcus galliæ muſcatæ. 55.d
Trochiſcus galliæ alephanginæ. 56.a
Trochiſcus galliæ ſebellinæ. 56.a
Troch. hedycroi, vulgo Idiocri 59.a
Trochiſcus muſcatus 59.c
Trochiſci orobi 58.c
Trochiſcus ſquilliticus 31.a
Trochiſcus ſtellæ 61.a

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 17 sur 335

Trochiſcus tyri 61.a
Tubel ferri 9.b
Tuber terræ 30.a
Turbith 3.b 50.d
Tuderi 9.b 33.d
Thuris ſpecies 25.a
Turugen 20.d
Thus 59.b 62.c 82.c
Thus maſculum 25.a
Thutia 62.d

V

Vacca 70.d
Valeriana 11.d 36.c 53.b
Vas æneum 50.c
Vena adusta 65.c
Vena tinctorum 78.a
Vena multipliciter capitur 65.c
Verbena 80.c
Vermicularis 77.c 92.a
Vermis terreſtris 82.b
Vernis 29.d
Veſichago 28.d
Veſpertilio 82.c
Vetuſtus adeps 73.a
Vincetoxicum 24.d
Vinum antiquum odoriferum 36.a
Vinum aſcalonis 59.b
Vinum muſſum 48.c
Vinum ponticum 61.b 84.b
Vinum unde 30.d
Viola 14.d 18.d 46.d 88.b
Vipera 60.b.c
Viperina 22.d
Virga paſtoris 69.d
Vis coriandri 20.d
Vis enulæ 34.c
Viſcus quercinum 72.c 79.a 85.c
Viſcum romanum 65.d
Vitecella 66.c
Vitis alba 16.c
Vitis nigra ibidem
Vitriolum aduſtum 55.d
Vitrioli aduſtio quomodo pareſ 35.d
Vitrum 37.d 81.c
Vitrum aduſtum 37.d
Vmblicus 77.a
Vmblicus ſtinci 45.d
Vnguentum album 80.c
Vnguentum abſolutæ 72.d
Vnguentum ad ſcabiem, quo ſi plantæ pedum re 83.b
Vnguentum agrippe 77.c
Vnguentum alhariel 73.b
Vnguen.alabaſtri nardi ſpicati 74.d
Vnguentum apoſtolorum 73.c 78.a
Vnguen. aregon, uulgo Aragon 76.b
Vnguentum aureum 74.a
Vnguen.baſilicon magnum 74.a
Vnguentum citrum 76.d 81.b 83.b
Vnguentum comitiſſæ 78.a
Vnguen.compoſitio alfeſericon 74.c
Vnguentum chraſeos magnum, uulgo Cæraſeos magnum 73.b
Vnguentum fuſcum ſeu nigrum 77.a
Vnguentum de amylo 79.c
Vnguentum de anthera magnum 82.d
Vnguentum de anthera minus 83.a
Vnguentum de adipibus 82.c
Vnguen.de arthanita magnum 73.c
Vnguentum de bdellio 74.a
Vnguentum de calce. 78.a
Vnguentum de calchantho, uulgo de calcadis 77.d
Vnguentum de camphora album 83.a
Vnguen.de cancris fluuialibus 81.a
Vnguentum de cantaridis 80.c
Vnguentum de caſtoreo 79.a
Vnguentum de centaurea 82.a
Vnguentum de ceruſſa 74.b 80.a
Vnguentum de cicuta 80.a
Vnguentum de climia 82.a
Vnguentum & corticibus caſtanearum 79.b
Vnguentum de dragantibus 81.a
Vnguentum de euphorbio 79.b
Vnguentum de elleboro 79.c
Vnguentum de flore æris 74.d 77.d
Vnguentum de floribus ſalicis 81.b
Vnguentum de formicis 82.c
Vnguentum de hedera 81.c
Vnguentum de ireos. 82.a
Vnguentum de lapacio 43.a
Vnguentum de lilio, ſeu de radice lilii 80.c
Vnguentum de lithargyrio 80.d
Vnguentum de matriſſylua 82.b
Vnguentum de melle 77.d
Vnguentum de minio 91.c
Vnguentum de mucillaginibus 79.c
Vnguentum de plumbo 80.d
Vnguentum de pulegio 81.b
Vnguentum de ranis 80.b
Vnguentum de ſandaracha 81.c
Vnguentum de ſemperuiua 79.c
Vnguentum de ſucco enulæ 79.d
Vnguentum de ſtaphyſagria 82.d
Vnguentum de thalpa 78.d
Vnguentum de terebentina 79.d
Vnguẽ.de vermibus incarnatiuũ 82.b
Vnguentum de ueſpertilionibus 82.b
Vnguentum de uitro 81.c
Vnguentum de uulpe 81.d
Vnguentum de ziniar 77.d
Vnguentum diabution 80.d
Vnguentum dialthea 76.c
Vnguen.diaphœnicum Arabicũ 73.b
Vnguentum diaphœnicon uulgo Diaphinicon 79.d
Vnguentum diapompholygos 77.c
Vnguentum diuinum 80.b
Vnguentum ebulinum 79.b
Vnguen.ægyptiacum magnum 74.b
Vnguen.geneſtircum commune 78.a
Vnguentum gratia dei 82.a
Vnguentum irinum 81.d
Vnguentum incarnatiuum 88.a
Vnguentum marciaton, uulgo Marciaton 75.b
Vnguen.mollitiuum uenetum 83.b
Vnguentum palmeum 74.c
Vnguentum pectorale 79.c
Vnguentum philagrios 79.a
Vnguentum populeon 77.b
Vnguen.pro capite puerorum 80.a
Vnguentum pro ſtomacho 82.c
Vnguentum pro uermibus 79.b
Vnguentum pſilotrum 78.d
Vnguentum pſoricum 74.c
Vnguentum quercinum 79.a
Vnguentum roſatum 73.d
Vnguentum rubeum 82.c
Vnguẽtum rubeũ camphoratum 83.a
Vnguentum triapharmacum 74.c
Vnguentum uiolatum 74.a
Vnguentum uiride ſecundum chirurgiam 80.a
Vngula aſini 70.b
Vngula caballina 42.b 50.a
Volubilis 17.a
Vrtica 61.a
Vua agreſtis 28.b
Vuæ genera 46.a
Vua lupina 77.d
Vua pontica 50.d
Vulpis 44.c 81.d
Vultur 86.d
Vxifar ſiue uxifur 27.c

X

Xantonicum 40.a
Xyloaloes 3.b
Xylobalſamus. 9.d 25.d
Xiracoſt 14.c

Z

Zafarán 61.b
Zaror uel zarur 51.a
Zedoaria ſiue zedoar. 2.c
Zenxifur 27.c
Zingiber 17.b 1.d
Zingiber ſpecies 42.d
Zingiber uel zengibel 42.d
Zingiber conditum 42.d
Ziniar 62.d 77.d
Zinzipha. 16.b
Zirbus 72.d
Zaccharinum alumen 19.c
Zuccharum 2.a 1.d
Zuccharum alhuſar 61.d
Zuccharum boraginatum 44.b
Zuccharum bugloſſatum 43.b
Zuccharum nenupharinum 38.d
Zuccharum roſatum 38.d 43.a
Zuccharum roſmarinatum, uulgo zuccharum alchichil 43.b
Zuccharum ſulimanum 38.c
Zuccharum tabarzet 3.b
Zuccharum uiolatum 14.c 38.d 43.b
Zucchozariæ.i.agnus caſtus 30.a
Zeuferandi 11.d
Zulapium roſatum ex infuſione roſarũ, febriũ aduſtioni conferens 45.a
Zulapium infuſionis roſarum & uiolarum 45.a
Zumdebebuſt 11.a
Zurumbet 2.d

FINIS.

IOANNIS IACOBI MANLII DE BOSCO, Alexandrini, in Luminare Maius ad Bernardinum Nigrum Ciuem Papiensem

PROOEMIVM.

VM pleraq; in medicorum antidotis peruerse intelligi a plurimis animaduerterem, tum quod Græce, Arabiceq; scripta uocabula pessime acciperent, tum quòd operandi artem, modumq; penitus ignorarent. Olim ego iuuenili ætate concitus, breues, ac succinctas annotationes conscripseram. Mox uero succedentibus annis, cœptum a me studium in magnis meis occupationibus deposuere penitus, tametsi eius semper animi fuerim, ut quoad fieri posset, de posteris bene mererer. Tua tamen me uoluntas nuperrime impulit BERNARDINE uti munus a me antea susceptum, non modo non obliterari paterer, sed & in corpus redigerem, adderemq; plurima, quæ posterior ætas, exercitiumq; quotidianum contulere. Itaq; factum est, ut quod breuissimum fuerat uolumen, longe amplius excrescere, utq; susceptæ a me prouinciæ modus, ordoq; seruaretur, diui Mesuæ in primis exponendum opus mihi proposui; occasionem uero nactus, nonnulla subieci a reliquis medicis confuse, uageq; conscripta. Factumq; est, ut hoc unum opus, pro aliis multis sufficere uidetur, tam late, tamq; abunde in hac antidotorum materia sumus euagati, quòd citra arrogantiam dictum sit, sed & ueritas nusquam reticenda, Scio ego incomparabilem ægris iacturã eximiis doctoribus illatum esse dedecus, non sui culpa uerum administratorum potius inscitia. Dehinc autem (ut arbitror) fore confido, ut aromatariorum quisquis nostrum hoc opus diligenter tenuerit, tuto aggredi possit omnes ueteres composituras. Quæ ut recte fierent, huius gratia negocii, Galenum, Dioscoridem, Serapionem, Rasim, Auicennam, Auerroym, Conciliatorem, Gulielmum Placentinum, Gentilem, Nicolaum, Franciscum Pedemontanum, Nicolaum, Michaelem Sauonarolam, Symonem Ianuensem, alioq; permultos exquisitissime perlegi, eorumq; sententias huic nostro uolumini inserui, quam tibi BERNARDINE NIGER dedico, ac nomini tuo inscribo, ut fautorem, assertoremq; elucubrationes meæ te recognoscant, obseruent, ac uenerentur. Nam cuius auxilium fauoremque potissimum implorauerim, quam eius qui de me locupletissime semper sit bene meritus? Vale.

LVMINARIS MAIORIS

EX GRAECORVM, ARABVM, AC Latinorum monumentis: ad ſummum luminis candorem, ingenti cura, miroq; ſtudio reſtituti,

SECTIO PRIMA,

ELECTVARIA, AC CONFECTIONES, EQVAMPLVRIMIS, AVTHORIBVS hinc inde maximo ſelectu, continens: vna cum IOAN. IACOBI MANLII *de Boſco. Alexandrini commentarijs: Necnon cum* NICOLAI MVTONI *perſimilium Antidotorum Appendicibus.*

EX ANTIDOTARIO MESVE PRIMVM. ELECTVARIVM DE AROMATIBVS GALENI.

℞. Ligni * aloes crudi, Roſarum: ana, aur. xii.
Galliæ moſchatæ,
Macis,
Doronici,
Piperis longi,
Nucis moſchatæ,
Menthæ ſiccæ,
Spicæ,
Caſiæ,
† Maſtiches,
Cinnamomi,
Caryophyllorum.
Aſari ana. aur. iii.
Calami aromati. au. iiii.
Croci
Cardamomi utriuſq; maioris nempe, atq; minoris,
Trium ſantalorum,
Rhabarbari,
Coſti,
Cubebarum,
Zingiberis,
Fœniculi,
Sem. Aniſi,
† Cheiſim, ana. au. ii.
Zucchari, uncias. vi.
Miuæ aromaticæ. ʒ. xii.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

* Agallochon Græci uocant.

† alias Ligustici.

COMMENTARIA. MANLII.

INTERPRETATVRI imprę ſentiarum has deſcriptiones diui Ioannis Meſ. ac aliorum Medicorũ, onus humeris noſtris impar, ſupplices Deo uoces reddimus: ut ſui roris intima noſtra, aſperſione fœcundet, ut tandem è uaſto pelago in ſecurum ſalutis portum nos rediget. Intendimus itaq; in hoc opere deſcriptiones quarumcunq; medicinarum tam uſualium quàm non uſualium, tam ſolutiuarum, quàm non ſolutiuarum: quæ communiter apud apothecarios haberi debent, ex diuerſis omnium fere Medicorum uoluminibus excerptas aggregare, & Simplicia in eis ingredientia (quo ad ingenii noſtri debilitas patietur) declarare: eorũ uidelicet complexionẽ, electionẽ &c. ut legenti patere poterit: & ſi de copiam ſimplici Authores diſſentire inter ſe uidentur (ſi fieri poterit) conciliare quod ſi minus, cui magis innitendum ſit, dicere propoſuimus. Quòd, ſiqua minus bene dicta extiterint (quod quidẽ humanis ingeniis eſt familiare) ueniam poſtulantes ea lectoribus examinanda, & corrigenda propoſuimus.

IN ELECTVARIO Igitur proximè deſcriptio multa ſimplicia ingrediuntur, quæ ſunt declaranda. Sed primò dicemus, quare dicatur Electuariũ. Dicitur ergo Electuariũ, quaſi electum; quia ex multis, & uariis rebus Electuaria conficiuntur. Et ſtifferentiæ inter ipſa ſunt multæ; quia quædam ſunt dulcia, quædam amara, quædam acetoſa ut Diaprunis, uel Damaſcenũ (prout apparebit in deſcriptione infrà in antidotario Nicolai) & Diatamarindus, qui fit ex dactilis acetoſis, & ſic de ſingulis. Secundum autem Mattheum Syluaticum, electuarium Diaroma eſt electuarium de aromatibus.

Recipe ergo ligni aloes crudi, ideſt non cocti, quia coctum in medicina nullam, aut paruam habet efficaciam. Et poſſet dici, ſicut dicit Meſues de roſa. al. & de rhabarbaro: quod lignum aloes coctum in medicina eſt, ſicut homo mortuus. De ligno aloes uide Mattheum Syluaticum in ca. proprio authoritate Caſsii felicis, ubi inquit. Multi arabes faciunt ipſum bullire in aqua, & illa aqua utuntur ad multa. tale ergo lignum aloes amiſit uirtutem, & ſpñ. Iſtud uerò lignum eſt lignum arboris ſuauiſsimi odoris, ſecundum quoſdam, & eſt lignum, quod reperitur in magno flumine ſuperioris Babyloniæ, cui coniungitur fluuius Paradiſi terreſtris. Vnde quidam dicunt, quòd impulſione fluuij ab arboribus terreſtris Paradiſi conducitur: nullus tamen huius arboris fertur uidiſſe orrginẽ. Alii autem dicunt, quod in cacuminibus montium ſupraſcriptorum locorum circa prædicta loca exiſtentiũ oritur hoc lignum, & impulſione uentorum, aut temporis uetuſtate cadit in fluuium prędictũ. Infrà in confectione de xyloaloes oſtendam modum cognoſcendi bonum a malo.

Roſarum. ſ. rubearũ, de quibus ſemper intelligitur; cum ſimpliciter roſæ proferuntur. Vnde Meſ. in ca. proprio de roſis, inquit: Melior eſt rubea uerè rubedinis, paucorum foliorum & planorum: & ex albis melior eſt habens ſimiliter. Bulchaſim qui ſeruitor dicitur in tracta. 2. in cap. de modo deſiccandi roſas & reponendi eas, ait: Sciendum quod qui ſiccauerit lib. 10. roſarum mundatarum, conuertentur ad lib. 1. quando erunt ſiccæ: & ſi roſæ fuerint ex mõtibus, poſsibile eſt quod remaneat plus: & roſæ de montĩbus ſunt fortioris odoris quã hortulanæ, & ita earũ aquæ: & ita eſt de omnibus herbis & floribus: quia quæ naſcuntur in mõtibus ſunt fortiores hortulanis, & his quæ naſcũtur in locis depreſsis. Et ratio eſt, quia in eis eſt minor humiditas, & magis digeſta: & illa pauca nõ impedit actionem partium calidarum.

Ana Græce ſignificat pariter, ſiue æqualiter: & ſi, ubi hæc dictio ponitur, æquale pondus de unaquaq; medicina nominata eſt aſſumendum.

Aureus ſecundũ modernos, eſt pondus drachmæ unius cum dimidia. & ſimiliter ſolidus, ut ait Simon Ianuen. unde. Si ſolidum quæris, tres drachmas dimidiabis.

Gallia muſcata eſt quædam confectio, quæ fit in forma trochiſcata, ſicut apparebit infra in tractatu de trochiſcis.

Macis apud Aui. in. 2. can. ex authoritate filii Meſaugue eſt cortex nucis moſchatæ: ſed ſecundum Circa inſtans, nõ eſt uerum: quod infra in electuario de Mace declarare intendo.

Doronici ſiue doronigi ſunt quædam radices paruæ, ſaporis dulcis, ſimiles calamo aromatico in colore & figura. Serap. cap. de doronicis, inquii: Varonigi. i. doronicum & ſunt uenæ albæ interius, exterius uero ſunt ad citrinitatem tendentes. & defertur ex Sim, & doronicum ex Sin, eſt illud quod magis adminiſtratur in medicina. & hoc eſt ſatis notum.

Piperis lõgi, quod apud Arabes uocatur darfulfel. Species uero piperis ſunt tres, ut in diatrion pipereon deſcriptione apparebit.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 20 sur 335

Nucis moſchatæ. Hæc oĩbus nota eſt: quidam uocãt eã myriſticã. i. odoriferã ſiue redolentẽ. Inde carya myriſtica .i. nux odorifera, ſiue nux moſcata. Circa inſtans ait: Nux moſcata fructus eſt cuiuſdã arboris in India naſcentis: tẽpore maturitatis colligitur, & per ſeptem annos ſeruatur.

Menthæ ſiccæ. ſ. menthæ hortulanæ, ſiue communis, ſiue odoriferæ. Hæc apud Dioſc. uocatur & edyoſmon. Ponitur autem in hoc electuario ſicca, quia uirtuoſior eſt uiridi. Circa inſtans. in ca. de mẽtha ait: Mẽtha domeſtica uiridis: minorẽ habet efficaciam in medicina, qua ſicca. Siccatur autem in umbra, & per annum conſeruatur.

Spicæ. ſ. ſpicæ nardi, uel ſpicę aromaticę, ſiue ſpicę auiũ, dicit Aui. in. 2. can. in c. pprio. & ſic ſemper quãdo reperitur ſpicæ ſimpliciter, de ſpica nardi intelligitur. ſm Circa inſtans: Spica per. x. annos poteſt ſeruari in loco ſicco.

Caſsiæ. i. caſsiæ lignææ Auic. in. 2. can. dicit q̃ eſt cortex mori alceni: & eſt ſpecierum pluriũ: quarũ una eſt rubea, boni ſaporis & odoris, & altera ſpẽs eius ẽ cuius ſapor eſt ſapor ſpicę &c. melior uero eſt illa quę ẽ rubei coloris, pura plana, longi ligni, groſſæ cannæ, ſubtilis foraminis, ſolida, groſſa, boni odoris, quæ mordicat linguam: nigra uero eſt mala. Circa inſtans ait: Caſsia lignea eſt cortex cuiuſdam arboris naſcentis iuxta Babyloniã. Eſt aũt caſsia duplicis maneriei: ſcilicet caſsia fiſtula, & caſsia lignea. Cum aũt caſsia ſimpliciter iueniť, ĩtelligẽdũ ẽ de caſsia lignea.

Maſtix eſt gummi cuiuſdã ſpeciei lentiſci, quæ naſcitur in ſola inſula Chio, ut eſt apud Sim. Ianuen. ſeu ſecundum Iſid. in cap. de arboribus: Maſtix arboris lentiſci gutta eſt, melior autem in Chio inſula gigniť odoris boni, ut Sera. in cap. de maſtice authoritate Gal. Albus eſt mattice eſt ille qui dicitur gluten romanum &c. & melior ſecundum Aui. eſt ille, qui eſt albus, magnus, mundus.

Cinnamomum. ſ. cinnamomum ſubtile & electum: Species uero ipſius, ut dicit Serap. in ſuo cap. ſunt multæ: & ibi dicitur ex authoritate Dioſ. Darſeni. i. cinnamomũ dicitur lingua perſica arbor ſeni: & darſeni quidẽ ſunt multæ ſpecies: & denominantur pluribus nominibus & diuerſis ſecundum diuerſitates locorũ. Infra in cõfectione de cinnamomo, etiam de ipſo aliquid oſtendam.

Garyophyllorum, ſiue caryophyllorũ, ut dicit Græcus & ſunt fructus ſatis noti oĩbus: tamẽ de ipſis melius declarabo infra in aromatici garyophylati deſcriptione.

Aſarus .i. aſara bacchara quam multi garyophyllatam agreſtã uocant: quidam aromatariorũ utũtur foliis ipſius in medicina, ſed male faciunt. Vide Meſ. in capi. de aſaro, ubi ſic ait: Electio melior pars plantæ iſtius eſt radix: & melior radix quæ eſt groſſa, ſpiſſa, & cuius odor eſt ſubtilis, & ſapor acutus cum ſtypticitate modica. Apud nos in locis humidis naſcitur: cuius folia ſunt ſimilia cyſſo. i. hędere, ſicut eſt notum omnibus. De aſaro per ſimp. ſ. ſcripto uide Dioſc. Eſt enim alia herba quæ a multis uulgari ſermone prouincia nuncupatur.

Calamus aromaticus, ſicut inquit Serapio ex authoritate Dioſc. naſcitur in India: & melior ex eo eſt cuius color eſt ſicut hyacinthus, & habet nodos ſpiſſos: & quando contunditur habet in ſe neruoſitates: & canna eius eſt plena quadam re ſimili texturæ araneæ, cuius color eſt albus: & eſt uiſcoſa: & in ſapore eius, ut dicit Gal. ẽ acuitas, & punctio pauca. Dioſc. autem de calamo duo cap. facit unũ de calamo aromatico qui in India naſcitur, cuius optimꝰ eſt in colore ruffus cum nodis ſpiſsis: & iſte eſt ille qui nobis uſu uenit. Aliud caput facit de calamo agreſti: & iſte uidetur eſſe ſpecies graminis, ſicut patet per Sera. ca. de gramine, & hæc eſt planta uenenoſa animalibus, quia ibi Dioſc. ait: Calamus agreſtis maior eſt in omnibus abaceotis, quem ſi animalia comedunt citius affert mortem: & maxime ille qui in uiis, Babyloniæ naſcitur.

Croci. ſ. croci cõis ſiue orientalis, ſiue zahafarã ut dicũt Arabes: & eſt alius qui dicitur hortulanus, & infectiuus, eo q̃ ex ipſo ſericum tingitur: iſte eſt flos carthami Dioſc. in c. de croco dicit: Crocus eſt medicinę utilis, ſed melior eſt recens boni coloris, & ſubtilis odoris, & mediocriter ſubalbidus, & longus, non fragilis, ſed plenus: cuius tactu inficitur manus, & qui nõ habet ſecum odorem uiſcidum: q̃ ſi iſta non habuerit: ſignum eſt q̃ uetus eſt, aut infuſus.

Cardamomum maius eſt heil, ut reperitur apud Serap. in cap. de cardamomo. ubi inquit: Siccacola .i. cardamomum, cardamomum maius eſt heil, & eſt minus: & eſt hilbanæ, & maſculus. Bartholomæus Montagna. in ſuis conſiliis in tracta. 21 de ægritudinibus apparentibus in extremitatibus, & primo de hernia. & de oĩbus ſpeciebus herniæ, ait: Cobetbague, & eſt in rei ueritate maius cardamomum a uulgo nominatum melegeta. Et ſic etiã uide Auic. in. 2. can. q̃ de cobetbague cap. facit. & ibi dicit q̃ eſt granum paruũ ſimile cardamomo, quod defertur de Sclauonia: & ſic uerum eſt quòd cobetbague eſt nux ſarta, quæ a uulgo melegeta dicitur: eo q̃ grana eius ſimilãtur mellicæ granis. Et ſic hodie ab apothecariis nobilibus ponitur pro heil, ſiue cardamomo maiori, ſiue grana paradiſi melegeta, quæ apud omnes eſt ſatis nota.

Cardamomi minoris eſt hilbanæ, & non habet capita nec corticem, & habet grana habentia corticem: cuius color eſt ſicut cardamomi maioris, & ſubſtantia eius eſt ſubtilior quam ſubſtantia maioris, & uirtus eius eſt ſicut uirtus illius: & iſtud (ſecundum intentionem modernorum) eſt illud cardamomum quo communiter utimur: & iſtud intelligitur quãdo ſimpliciter ponitur. Non autẽ eſt nigella citrina, nec nigra ut putauerunt quidam.

Trium ſandalorum, uidelicet ſandali, albi, rubei, & citrini, qui ſatis ſunt noti.

Rheubarbarum uero, ut dicit Meſ. ex medicinis bene dictis ſollennibus, in quo aggregantur multæ ex intentionibus quæ quæruntur in re faciente mundificationẽ. Rheubarbarum uero dicitur a rheu quod eſt radix & barbarum eo quòd in Barbaria regione oritur, & in India. Neque illud omittendum cenſui, quod Ammianus Marcellinus de eodem refert, Tanai fluuio qui Europã Aſiamq; diſterminat uicinum eſſe Amnem rha nomine: in cuius ripis & marginibus naſcitur radix eiuſdem nominis. Ex rheubarbaro laudauerunt magis illud ex eis, quod eſt ſubnigrum declinans ad rubedinẽ. Infra in confectione, de raued ſeni melius docebo diſcernere bonum a malo, ſi Deus uoluerit.

Coſtus eſt radix amara. Reperitur aliquando in multis confectionibus ſcriptum coſtũ dulce, ſed nec uidi, nec audiui aliquem qui dixerit ſe uidiſſe: de ipſo tamẽ apparebit iterum infra in confectione diacoſti.

Cubebe eſt quidam fructus rotundus aliquantulum depreſſus & latus inter folia eius repertus: qui quando maturus fuerit, uergit ad rubedinem, & intra ipſum eſt granum triangulatum. autor eſt Sera. Secundum Circa inſtans cubebæ eſt fructus cuiuſdam arboris in India naſcentis. Poteſt autem ſeruari per decem annos. Eligenda eſt quæ mediocriter acutũ ſaporem cum multa aromaticitate, & modica dulcedine. Auicen. in. 2. ait: Cubebe eius uirtus eſt ſimilis rubeæ, ueruntamen eſt ſubtilior. Et infra apparebit electuarium diacubebe. & ibi de ipſo iterum aliqua ſubiũgam, ſi Deus uoluerit.

Zingiber eſt radix ſatis nota. Circa inſtãs ait. Zingiber quidam dicunt ipſum eſſe radicem arboris: alii dicunt ramuſculum arboris, ſed ipſum eſt uena ſeu radix, herbæ naſcẽtis in trãſmaritimis partibus, & in mõtibus Sclauoniæ.

Fœniculi ſemẽ eſt illud quod apud Græcos dicitur marathrum: unde Macer: Fœniculum medici calidum ſiccũque ſecundo dicunt eſſe gradu Marathrum Græcus uocat illud.

Aniſi. ſ. ſemen ipſius. Auic. in. 2. can. ca. de aniſo, dicit q̃ ſemen ipſius fœniculi romani eſt, & eſt minoris acuitatis quam nabathi, & in ipſo eſt dulcedo, & eſt acutius quã nabathi, electio romanum ponderoſius eſt. ſecundum Circa inſtans eius ſemen ſeruatur per quatuor annos.

Cheiſim uero eſt leuiſticum ſicut reperitur apud Simonem Ianuen. ſed chaiſum eſt abrotanũ, & de forma ipſius plantæ reperitur apud Dioſco. ſub nomine liguſtici: eo q̃ plurima quãtitas ex eo naſciť in Liguria prouincia, unde nomen

nomen accepit. unde Macer: A ligurum patria sumpsisse ligustica, nomen, dicitur &c. & semen ipsius est illud quod efficaciam habet in medicina. Auic. in. 2. cano. de cheisim ca. facit. Circa instãs ait: Semen eius leuisticus appellatur semen, non herba uel radix in medicinis debet poni. quod per tres annos seruatur.

Zuccharum est mel cannæ. Auic. in. 2. cano. de ipso duo cap. facit: unum de zuccharo absolutæ, & dicit ibi q̃ eius arundo zucchari in natura existit: & aliud de zuccharo al husar, quod est manna cadens super alhuzar, & est sicut frustum salis. & reperitur aliud zuccharum quod uocatur zuccharum tabarzet ideſt album, ut est notum.

Miua aromatica. i. miua cum speciebus, siue miua aromatizata, cuius descriptio apparebit infra secundum Mesuem in tractatu de syrupis, sub hoc titulo Modus conditi de citonijs, &c.

Mel apud Dios. est ros cœlestis, quem apes colligũt: cuius genera duo sunt: unum quidem quod cupilliones apes colligunt: aliud quod sub terra inuenitur, & atticum dicit: quod uariolæ & lanuginosæ & fortiores apes reponunt, & habetur melius ad oculorum claritatem faciens &c.

Mesues ponit q̃ istud electuarium debet fieri cum melle, sed hodie in nostris partibus fit in morsellis cũ zuccharo, sed tẽpore ãtiquo utebãtur magis melle in electuariis ac cõfectionibus q̃ nostro tpe. Et hoc accidit, quia ãtiquo tempore non habuerũt ita cognitionẽ cannarũ zucc. sicut habent moderni. Si autem cũ melle facere uolueris, hæc est regula, q̃ pro unaquaque libra mellis bene despumati ponantur. ʒ. iii. specierum tritarum & cribellatarũ: & tunc fiet electuariũ effectus melioris, & operatio medici nobilior. Quidam ponunt in libra una mellis despumati. ʒ. i. s. pulueris specierum tritarum, sed tunc confectio nõ est tãtæ operationis, sed esset maioris delectationis ad gustum infirmi, in lib. i. zucchari syrupizati & cocti perfecte ponitur & poni debet. ʒ. i. specierum præparatarum & cribellatarum: & tũc electuariũ uel confectio erit pfectioris operationis fm intentionem medici & scientiæ. Si autẽ in l. i. zucchari syrupizati, ut dictũ est, ponãtur. ʒ. iiii. uel iii. pul. specierum dictarum, tantum erit confectio melioris saporis, sed diminuetur illius operatio secundum medicum & penes intẽtionem medicinalem. Nos autẽ uolumus intelligere per puluerẽ specierũ præparatarũ oia quæ possunt conteri. Et si quæriẽ quãr mel ponit in electuariis dico q̃ tribus de causis, mel ponit in electuariis, ut dicit Nicola* in procemio sui antidotarii: Primo ad conseruandum electuaria: nam præ cæteris liquoribus mel est bonum ad conseruandum. Secundario ponitur, quia mel est ualdè mundificatiuũ. i. correctiuũ malicię medicinarũ et ꝑprie solutiuarũ. Tertio q̃a sua dulcedine amaritudinẽ spẽrũ tẽperat.

Dosis est limitata mensura uel pondus alicuius rei medicinalis simplicis, uel compositæ, uidelicet specierum, herbarum, aut electuariorum, & sic de singulis. Mesue habet. Dosis eius scilicet electuarii est an. ʒ. ii. hoc est, q̃ possunt dari aut sumi. ʒ. ii. sine molestia.

APPENDIX.

Cõsimilem tunc inscriptione, tũ uiribus. tum ingrediẽtium catalogo compositionem apud ACTVARIVM inter Græcorum recentiores haud postremæ notæ autorem in suis de Medicamẽtorũ cõpositione monumẽtis, habeẽ, Quã nedũ, nos uerũ peritiores extollere, prorsus res ipsa belle indicat: modo illam ad uerbũ subscriptam percurrere studiosi minime grauentur: ut inuicem comparatæ, meliorem quisq; seligere ualeat. Verùm prius annotandum, non iniuria DIARRHOMATON. Basilicum inscribi, cum ex Odoramentis Regium sane existat Antidotum.

† Quoch chyton dicitur.

℞. Spicæ, Florum maioris † Korismarini,
Cassiæ, Croci,
Mastiches, Citrini,
Garyophyllorum, Rubei,
Cinnamomi tenuis, Santali, Candidi,
Assari, Costi dulcis,
singulorum unciam

* Maceris, Nucis indicæ,
Cinnamomi, Agallochi,
Zingiberis, Calami odorati,
Seminis Fœniculi. singulorum semiunciam.
Anethi,
singulorum sescunciam.

* Macis uulgo appellatur.

Mel ex aqua cotoneorum, aut malorum, aut punicorum, coquito igni molliusculo, quo deinde species subigito.

II.

DE GEMMIS.

℞. Albarum margaritarum. * ʒ. iii. * al. ʒ. ii.
Saphiri, Garyophyllorum,
Hyacinthi. Zingiberis,
Fragmen † Sardinis, Piperis longi,
torum, Granatorum, Spicæ,
* Feruzegi, Folii,
ana. ʒ. i. s. Croci,
Zedoariæ, † Heil: ana. ʒ. i.
Doronici, Trochiscorum * Diarrhodon,
Corticum Citri, Ligni Aloes, ana. ʒ. v.
Macis, Cinnamomi,
Seminis * Alfeniemilch, Galangæ,
ana. ʒ. ii. Zurumbet, ana. ʒ. i. s.
Coralli rubei, Auri,
† Charabæ, Foliorum, Argenti,
Limaturæ eboris, ana. au. s.
ana. scrup. ii. Moschi boni. ʒ. s.
Becn Albi, Ambræ. ʒ. ii.
Rubei,

† Cornelus nunc appellat. * ideſt sinzragdi. † hoc est ozimi garyophyllati. * al. Electri. * .i. e Rosis. † .i. cardamomi, maioris.

Confice cum † melle Emblicorum, & colatura e Geleniabin. i. de Rosis, partibus æqualibus, quantum sufficit. † al. succo.

COMMENTA. MANLII.

Gẽmæ sunt lapides præciosi qui ingrediuntur istud electuarium. Isido. in ca. de gemmis ait: Post marmorum genera gemmæ sequuntur, quæ multum auro decorem tribuunt uenustate colorum: primordia earum à rupe Caucasi. Fabulæ ferunt Prometheum primum fragmenta saxi eiusdem inclusisse fero ac digito circũdasse, hoc fuisse annulum, & gemmam, ut tradit Plinius naturalis historiæ lib. 37. Genera gẽmarũ innumerabilia esse tradũtur: e quibus nos ea tantũ quę principalia sunt notissima annotabimus. Gemmæ uocatæ sunt q̃ instar gummi transluceant. Præciosi lapides ideo dicti sunt, quia magno præcio emuntur: siue ut a uilibus discerni possint, seu q̃ rari sint: & istud electuarium apud nos est in usu, & ualet mirabiliter ad ea quæ dicit Mesue.

Albæ margaritæ sunt lapides dicti Perlæ, qui in ostreis, reperiuntur: quędam sunt perforate, aliæ non perforatæ: & perforatæ, ut dicit Matth. Syl. sunt artificiosæ factæ, & non naturaliter: sed non perforatę, quę naturales sunt, meliores sunt perforatis. Et ideo quando in medicinis ponũtur, non perforatę intelliguntur. Sed sunt aliquæ obscurę ad citrinitatem tendentes non perforatæ, quæ perforatis æquipollent: & ideo eligendæ sunt claræ & albæ: quæ uero obscuræ quasi albidæ sunt, non sunt ponendæ in medicinis. Origo margaritarum inquit Plinius, conchæ est haud multum ostrearum conchis differẽs. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, & pondere. uide ibi.

Fragmẽta secundum Mes. fiunt ex quinq; lapidibus præciosis qui omnes quinq; istud electuarium ingrediuntur. Et sunt multum in usu in medicinis cordialibus, & ad multas alias necessitates: & sic quando doctor ordinat fragmẽtorum cordialium aut præciosorum, intelligitur de illis quinq; quæ inferius nominabo.

Saphyrus siue firites nocatur, eo q̃ in littore sirtiũ inuẽniatur: & est lapis, sicut narrat Matth. Syl. ex authoritate Alberti qui uenit ab oriẽte & India et Ipidomonio apud podium prouinciæ regione & ciuitate: sed non est adeo præciosus, ut per omnia sit similis orientali. Est autẽ coloris perspicui sicut cœlũ serenatum, sed uincit in eo flauus color. Melior autem est qui non satis est perlucidus. Opti

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 22 sur 335

mus autem qui habet nubes obscuras ad rubedinem declinantes. Isidorus ait. Saphyrus cæruleus, & cum purpura habens puluéres aureos sparsos, optimus apud Medos, nusquam tñ perlucidus. Hic lapis est apud nobiles notus.

Hyacinthus lapis est apud Sera. cuius species sunt tres una earum est coloris rubei, secúda est coloris citrini, tertia uero coloris chahali: & coloris antimonii, sed nobilior omnibus est rubeus: & quando incéditur ignis super eum rubescit multum. Virtus hyacinthi est multum uulgata & honorata inter homines: unde si quispiam hyacinthum secum portauerit aut sigillauerit aliquid, & portauerit sigillationem illã secum, si intrauerit in regione aliqua, uel prouincia in qua cadunt fulgura multa, seu in terra pestifera, nullatenus nocebunt ei &c. Est item hyacinthus herba ut tradũt poetę, a nomine hyacinthi pueri amati ab Apolline & in florem sui nominis cõuersi: aut (ut Plin. refert) a cruore sanguinis Aiacis ædito ita discurrentibus uenis, ut Græcarum literarum figura ea legatur inscripta: quod & Ouidius & Virgilius in bucco. testantur.

Sardonis siue sardinis lapis, secundum Mattheum Syl. ex authoritate Alberti, est lapis ab ãtiquis inter pretiosos lapides numeratus, est autem habẽs ruborem spissum cum substãtia parua, sicut si paruietas imaginetur in rubea terra: & secundum hanc diuersitatem inuenitur quinque modis. Et Isido. Sardonis sunt quíq; species scilicet quæ onyx appellata est, q̃ habeat in se permixtum candorem in fini litudine unguis humanæ: Græci enim unguem onychem dicunt. In India uel Arabia gignitur: & aiunt hunc lapidẽ accendere animum ad gaudium, & acuere ingenia. Sardinis uero dicta est, eo quod primum reperta fuit a sardis: uel dicitur sardis a regione unde repericur. Hæc rubrum habet colorem.

Granatus lapis, secundum Matthie. Syl. ex authoritate Alb. est de genere carbunculi. Est autem lapis rubeus & perlucidus in colore similis cytinis ideſt balaustijs. Est autem rubeus aliquantulum obscurior carbunculo, & cum subijcitur ei in figillis niger color, inuenitur quidam modus qui intra ruborem sparsus habet uiolæ colorem, propter hoc genus uiolatũ dicitur: & est præciosior alijs granatis, letificat cor, & pellit tristitiam.

Feruzegi, sicut dicit Mes. est smaragdus, & sic reperitur apud Matth. Syl. in cap. de lapide smaragdi. Mirandum est de Simone Ianuen. ingenioso in simplicibus, qui dixit, q̃ feruzegi est stannum, & quod in hoc non conuenit. postea ipsemet in cap. de lapide ferugei, sic ait: Lapis ferugei secundum Alhani, est lapis topacius, si dicis feruzegi, idẽ est: quod non est credẽdum: quia intentio domini Mes. est q̃ feruzegi sit smaragdus & non stannum nec lapis topacius, cum ibi non conueniant. Aui. autem in. 3. can. in fen. xi. in ca. de medicinis cordialibus, habet feruzegi: & in. 5. can. in simplicibus exponit q̃ est smaragdus, & sic est. Smaragdus animum uiriditate dicitur. Sera. de lapide smaragdi dicit q̃ ille qui est uiridior & fortis uiriditatis, est melior alijs. &c. Hic lapis est satis notus. Valet autem smaragdus ad præcognitionem futurorum, auget substantiam, cõpescit motus lasciuię, tempestates eliminat, Hemitriteum sanat, & obsistit epilepsiæ.

Zedoaria, siue zodoar arabicæ. Sera. aũt facit unum ca. de zedoaria, & duo capit. de zurumbet, sed in uno est scriptum sic: Zurumbet, de quo infra in prædicta declaratione istius electuarij uidebis quid est: aliud cap. facit q̃ dicit zurumbeth cum h. & istud idem est quod zedoaria. Tu uero considera differentiam, quæ reperitur pro una syllaba, & hæ sunt radices rotundæ similes radicibus aristolochię rotundę in rotunditate earum, & sunt similes in sapore & colore zingiberi & afferuntur de Seni. Auicen. in. 2. can. duo cap. facit, unum de zedoaria, & aliud de zedoar, quod idem est, ut dicit Simon. Ianuen. & hæc satis sunt nota.

Cortex citri est fructus magnus sic uocatus. Sera. ca. de citro, dicit atrogi. i. citrũ. Gal. fructus huius arboris nomi natur in Græco pomum aquæ, & cortex eius non est frigidus: immo est aut æqualis complexionis aut minus æqualis parum & iste fructus notus omnibus. Quidam uero de nouo scribens intitulatus Liber Apothecariorum, qui potius est discere uolẽtium tenebras, in hoc ualde deceptus est, dicit. n. corticum citri. i. cedri, quod nõ est bene expositum, quia uide Dioscori. q̃ unum cap. facit de citro & aliud de cedro, & non sunt idem. Melius uero, si Deus uoluerit, infra i antidotario quod Nicolaus scripsit declarabo quid est cedrus: de quo fit pix cedraria siue alchitrã. Quomodo autem citrangulum differat a citro, uide in. 5. cano. & q̃ eius folia sunt cordialia, uide eiusdem. xi. tertij.

Alfeniemisch siue feleniemusch est ozimum garyophyllatum, ut dicit Serap. in cap. de ozimo garyophyllato: & dicitur q̃ folia eius sunt parua: quorũ color est inter uirorem & glaucedinem: & odor eius herbæ est similis odori garyophyllorum: & eius semen est minutum, nigrum: & colligitur in mense Iunij. Sciendum q̃ quando reperitur feleniemisch, siue ozimum, siue basilicon garyophyllatum in electuarijs & in cõfectionibus semper intelligitur, sed in unguentis & emplastris herba intelligitur: hoc apud Aui. in. 2. can. uocatur falamanischi, & ibi dicit q̃ est ozimum garyophyl. nam ipsius odor est similis garyophyllo, & secundũ Circa instãs eius semen per tres annos seruat.

Corallus rubeus est nobilior aliis. Dios. corallus quem multi lithodendron dicunt, arbor est in fundo maris, quæ dum uelli cœperit accepto aere graueſcit. Nascitur uero multum in promõtorio Siciliæ nomine Pachino. Eligendus est colore coccineus ideſt rubeus, post in bonitate est albus, & deterior est niger.

Charabe siue chachabre est gummi fin Auic. sicut sanda racha. i. ternix tendens ad citrinitatẽ & albedinẽ & puietatem, & quíq; declinat ad rubedinem: quæ attrahit paleas & fracturas plantarum ad se: & pp hoc nominatur charabe. i. rapiés paleas pisce: & de hoc fiunt pateræ: quibus utuntur mulieres pro deuotione: & hoc gummi satis est notũ.

Limatura eboris. i. limatura siue rasura dentis elephantis: unde uide Simon. Ianuẽ. in cap. de ebore ubi ait: Ebur est dens elephantis. Inde eburneus. aptum est medicinæ in multis confectionibus ingredieus, & sic est.

Been albi & rubei sunt quædam radices quæ de Armenia deferuntur. Sera. dicit: Species eius sunt duæ, s. rubeæ, & albæ, & sunt ambæ uenę in magnitudine radicis pastinacæ paruæ: quarum quædam sunt tortuosę, & deferunt ab Armenia. Odor eius est bonus, & est in eis uiscositas. Moderni herbarii inuenerũt in nostris partibus de utraq; specie, sed in odore non conueniunt, ut in Armeno.

Folium siue malabatrum, ut dicit Serap. herba est quæ nascitur in India, & habet folia quæ expanduntur super faciem aquæ in illis partibus, sicut lẽticula aquæ: & non hẽt radicẽ, & qñ colligitur inseritur in filo. Gal. in. 7. simpliciũ inquit: Malabatrum folium. i. foliũ Indianum spicæ simile est sm uirtutẽ, & sic est. Aui. in. 2. can. in ca. de folio dicit, q̃ loco eius ponitur pondus ipsius de mace, aut etiam de spica, & sic fit. Quidã mercatores uendũt folia garyophyllorum pro uero folio: sed uerum folium nũquam uidi nec audiui aliquem citra mare uidisse: est enim preciosum.

Troch. diarrhodõ. Trochiscus autem dicitur a trochos quod est rota: quia trochiscus est similis rotæ curręti. Diarrhodon. i. de rosis, descriptio ipsius apparebit infra.

Galangæ sunt quædam radices odorifere, sicut sunt notæ: infra apparebit dãgalanga, & ibi melius ostendetur.

Zurumbet est species zedoariæ, idem tamen non est, ut quidã uolunt. In isto electuario possumus certificari. q̃ zurũbet nõ est zedoaria, quia Mes. habet zedoariã & zurũbet q̃ non sunt idem. Radices uero zurũbet sunt radices similes cypero in figura: sed multo maiores & duriores; intus subcitrini coloris, odore & sapore zedoariæ. Serap. cap. de zurumbet dicit ex authoritate Gale. Zurumbet ex speciebus odoriferis: & propter hoc admiscetur confectionibus aromaticis. Aui. in. 2. can. dicit Zurumbet est herba similis cypero sed est maior, & minus odorifera.

Folia auri & argẽti sunt nota, & ambo debẽt esse mera.

Muscus apud Auicen. in. 2. can. est folliculus animalis, sicut

ſicut gazel,ipſe,niſi quia habet duos dentes albos flexos, ad interiora,ſicut duo cornua.Ser.uero in capi de muſco, vult q muſcus ſit folliculus gazel: qui cum Auic. non conuenit.Ego uero interrogans quendam mercatorem, ſi gazel eſt animal proferens muſcum, ipſe reſpondit quòd nó, ſed in ſimilitudine differunt parum. Muſcus uero melior eſt ille qui defertur de regionibus Tumbaci.ut dicit Sera. quia illud animal in illis regionibus comedit ſpicam nardi,& alias ſpecies odoriferas:& quanto muſcus magis redolet,tanto melior eſt.Hodie raro reperitur bonum:falſificatur enim cum hepate lupi,& aliis rebus.

Mel emblicorum eſt illud quod docet Raſis in.9.Almã. in fine electuarii lætificantis:ſicut apparebit infra.

Colatura geleniabin de roſis ſecundum modernorum uſum,eſt mel roſatum colatum.Aui.in.2.can.in cap. de roſis ait.Aqua roſa eſt bona capiti & ſtomacho, & cõfortat quę ex ea nutrita eſt cum melle,ſtomachum:& eſt geleniabin.In.5.uero can.in diſtinctione de conditis,de geleniabin loquitur.Paulus in cap.de dolore ſtomachi ait: Addatur muraba.i.geleniabin.Matheus Sylua.in litera muraba,dicit q eſt conditum aliquod,ſicut roſæ, uiolæ &c. & ita dicit Simon Ianuen.

APPENDIX.

Nec prorſus abſimile apud Actuarium habetur antidotum,DIAMARGARV,ex unionibus nępe, per pulchre inſcriptum,hæc ſuſcipiens.

Cinnamomi,
Garyophyllorum,
Spicæ,
Galangæ,
* Glycyrrhiza uulgo. * Dulcis radicis,
Xyloaloes,
† Diarrhodõ nominant. Paſtillorum e †Roſis * Violis, ſingulorum.3.i.
* Diaion uocant. Nucis myriſticæ,
Maceris,
† Onichẽ priſci dixere. Zadæræ,
Rhei,
Styracis,
ſingulorum ſiciliquum.
Vnionum.
Zingiberis,
Oſsis Ceruini cordis,
Eboris,
† Blatrii byſantis, ſingulorum.3.i.
Moſchi ſeſquiſcrupulum.
Ambaris,
Caphuræ, ſingu.grana.vi.

Mellis modus, qui fecerit ſatis.

III.

EX GRANIS TINCTORIIS, uulgo Confectio AlKermes.

℞.Setæ tinctæ ex chermes circiter libram unam.Et propriæ ſuper cuius tinctura non præteriit ſpatium extẽſum, & ſubmerge eam in ſucco pomorum dulcium, & aqua roſarum aã.li.i.s. & dimitte die una:deinde fac modicũ bullire,donec aqua rubeat:deinde extrahe ab ea ſetam,& exprime eam,& pone in ipſa aqua,zucchari tabarzet.3.cl.& coque uſq; ad ſpiſsitudinem mellis,& remoue ab igne, & proiice in ea actu calida Ambræ crudæ minutim inciſe. 3.iiii.& dimitte in eo liquefieri, deinde proiice ſuper ipſum puluerem harum rerum.

Ligni aloes crudi, } ana.3.vi.
* Cinamomi genus. * Darſeni,
Lapis lazuli loti,& præparati, } ana.3.ii.
Margaritarum albarum
Auri boni.3.i.
Muſci boni.ſcrup.i.

Confice & fiat.

COMMENTA. MANLII.

Confectio ideſt ſimul factio, & deriuatur a conficio cõficis:quia ex pluribus rebus conficitur:& poteſt eſſe mollis:ſeu ſolida,ſeu dura.Hęc apud nos eſt in uſu,ſed nõ multum.Dominus Meſue in cap.de lapide ſtellato,habet confectionem lapidis lazuli:& idem eſt.

Alchermes ſiue chermes ſunt grana tinctorum quibus tinguntur panni. Reperitur aliquando ſcriptum cheſmes cum.s.& tunc ſunt paſſulæ ſine oſsibus:de quibus Serap. in cap.de granis tinctorum,cum quibus tinguntur panni, inquit:Chermen,ideſt grana.In cap.uero uite & eius ſpecieibus,& quæ ex eo ſunt,dicit alius Philoſophus, Alchefines ita nominantur in lingua ferisis, & ſunt paſſulæ ſine granis.Et ſic etiam Dioſcorid.uocat coccum infectiuum: ideſt,quo tingitur.Et hæc grana,ut dicit Matthe. Sylua.in qua tingitur ſcarlattum.unde dicitur de Chriſto quod fuit ueſtitus ueſte coccinea,ideſt,tincta cocco: ſcilicet grana de ſcarlatto.

Poma dulcia apud omnes,poma pariſana, ſiue de paradiſo ſunt magis laudata quam alia poma: & ſi illa habere non poteris accipiantur redolentia:quæ etiam ſunt laudata ad confortandum cor.

Zuccharum tabarzet.i.zuccharũ album,de quo Matheus Syl.in litera tabarzet ait: Tabarzet,ideſt album, quod fit in illa regione ſic nominata.

Darſeni.i. cinnamomum groſſum, non eſt autem foliũ ut exponũt ſynonyma Nicolai, nec darſeni, eſt cinnamomum ſinum,ut quidam dicunt. infra apparebit confectio de cinnamomo:& ibi melius oſtendam.

Lapis lazuli,ſecundum Circa inſtans, determinatur ab authoribus uena terre,& eſt de qua fit lazulus: ſimiliter lapis Armenus dicitur,quia in Armenia reperit. De modo lauandi lapidem lazuli,ſcias quod debet fieri ſicut fit de lapide armeno,ut docet Meſ.in capit.de lapide armeno: & modus eius eſt iſte.Teratur lapis lazuli uel armeni in uaſe lapideo,uel in mortario lapideo:deinde fundatur ſuper ipſum aqua dulcis,ideſt aqua communis, & lauetur ſic terendo,& fiat illud trigeſies ſemper innouando aquam, & adhuc decies.Poſt illud lauetur cum aqua roſata. Et dixit Alchindus:Lauetur cum aqua roſa. & bugloſſæ poſt purgationẽ eius:acquiritur enim mirabilis proprietas ex hoc ad ægritudines melãcholicas.Meſ.de lapide lazuli loquit in capit.de lapide ſtellato,& ibi deſcribit confectionẽ de lapide lazuli,quæ uidetur eſſe eadem cum confectione de alchermes:& ſic ſi legis iſtam deſcriptionẽ de alchermes cum illa de lapide lazuli,uidebis quòd in ſimplicibus.& in uirtute,& in omnibus conueniunt.

IIII.

E XYLOALOE, uulgo Confectio Ligni Aloes.

℞.Ligni aloes crudi,
Roſarum,ana.3.viii.
Garyophyllorum,
Spicæ nardi,
Macis,
Nucis muſchatæ,
Galliæ muſchatæ,
Cubebæ,
Cardamomi utriuſq;
Maſticis,
Cinnamomi,
Cyperi,
* Squinanti,
Zedoariæ,
Been, Albi, Rubei,
Folii,
Setæ crudæ,
Margaritarum,
Corallorum rub.
† Charabæ,
Foliorum citri,
Corticum citri,
Alfelengemiſch,
Sampſuci,
Siſymbrii aquatici,
Menthæ ſiccæ,
Piperis longi,
Zingiberis,ana.3.iiii.
Moſchi boni.ʒ.i.
Ambræ.3.i.s.
† aliàs,Sutcini, uel electri.
† aliàs, Schænuanthus.

Confice cum melle Emblicorum,& miua aromatizata.

COMMENTA. MANLII.

Confectio de xyloaloes,ideſt cõpoſitio de ligno aloes quæ etiam ad formam electuarii reducitur.Aui.in.5.can. ponit unam aliam deſcriptionem, ſed non eſt eadem cum iſta quam facit Meſue.Raſ.etiam in libro de diuiſionibus habet unam deſcriptionem, quæ non concordat cum iſta tamen apud nos nulla illarum in uſu eſt.

Xyloaloes apud Græcos eſt lignum aloes, & ſic reperitur apud Auicennam in ſecundo can. quamuis Chriſtophorus de honeſtis ſuper cõfectionẽ de diamuſco credẽs ſe inuenire capit.de ligno aloes in litera.l. & non aduertens, quod uocaretur xyloaloes, dicit: Mirandum eſt, quod Auicenna non facit de ipſo capitulum:ſcilicet ligno aloes in ſecundo can.ubi de ſimplicibus tractat. Sed hoc recte non dicit,quia bene Auicen.in ſecũdo can.de xyloaloes loquitur in litera.x.& ibi docet modum cognoſcẽdi

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 24 sur 335

bonum a malo,dicens:Vniuerſaliter melius xyloaloes eſt illud quod magis ſubmergitur in aqua: natans uero eſt priuatũ uita & ſpiritu. Alio modo cognoſcitur, uidelicet in colore:quia oportet eſſe nodoſum,fuſcũ, & obſcuri coloris:in odore quando comburitur ſuper carbones,facit fumum boni odoris.& facit uelut ſpumam:in ſapore, quòd ſit amarum:& in pondere ſi natat ſuper aquam eſt malum; ſi ſubmergatur:eſt bonum.

Cyperus eſt ſpecies iunci,& ſic a multis triangularis dicitur:apud nos in pratis ac locis aquoſis naſcitur. Radix uero eius competit uſui medicinæ.

Squinantum eſt palea camelorum, quia cameli eam comedunt. Circa inſtans & Sera. cap. de ſquinanto dicunt, Quod de ipſo adminiſtratur,ſunt flores,& radices,& folia hoc eſt notum.

Seta cruda ideſt non cocta,quæ nullam aut paucam efficaciã héret in medicina, ut infra ĩ diamuſco melius oſtẽdã.

Sampſucus.i.maiorana. Circa inſtans in ca.de maiorana dicit:Maiorana.i.ſampſucus flores & folia uſui medicinæ competunt:colligitur in æſtate cum floribus,& in umbroſo loco deſiccatur:per annum ſeruatur.

Siſymbrium.i.menta aquatica,ſiue balſamita. Auic. in 2.cañ.dicit nemen.i.ſiſymbrium:ſed fuit error trãſlatoris, utputo,quia tamen apud Serap.eſt ſerpillum,& ſic eſt magis credẽdum authoritati Sera.in ſimplicibus quam Aui. uide etiam apud Ioan. Arculanum in cap.de cura cephaleę,tam calidæ quam frigidæ:qui dicit nemen.i.ſerpillum, & non eſt ſiſymbrium:& ſic eſt.licet Chriſtophorus Barzicius ſuper illo paſſu exponat nemen eſſe ſiſymbrium uel ſerpillum:quod non acceptatur.

V

LAETIFICANS,Hamech filij Zachariæ,ideſt Raſis uulgo Sarborteng.

℞.Roſarum,	Cinnamomi,
Ligni aloes,añ.3.vi	Croci,añ.3.ii.ſ
Macis,	Cyperi.3.v.
Nucis muſcatæ,	Garyophyllorum,
Galliæ moſchatæ,	Maſtiches
Cardamomi utriuſq;	Spicæ,
ana.3.ii.	Aſari,añ.3.iii.

Confice cum melle Emblicorum,& aromatiza cũ Moſchi boni gran.xv.

COMMENTA MANLII.

Iſta deſcriptio electuarij ſarborteng.i lætificantis,ſecũdum intentionem Meſ.eſt deſcriptio Hamech filij Zachariæ.i. Raſis:ſed ego non reperi iſtam deſcriptionem apud ipſum.Verum eſt quod Raſ.in 9.Alma habet unam deſcriptionem quæ eſt nobilior iſta:ſicut infra oſtendam.Illa uero ſimplicia quæ in iſto electuario ingrediuntur,declarata ſunt ſuperius.

Triturario fit tribus modis,ut docet Meſue in l.primo, ſumma ſecũda ca.4.& ibi docet de modo triturationis dicẽs,quod officium triturationis eſt neceſſariũ tripliciter.

APPENDIX.

Apud Raſim lib.5.Continentis (quibuſdam tamen immutatis,)hæc compoſitio habetur aliter in libro.9.ad Almanſorem,cap.de Melancholia,multo præſtantior iſta,ut & inferius bene apparebit.

Alia etiam apud Meſuem ca.de Melãcholia. Alia apud Meſ.& Nicolaum ex Galeno(neſcio unde)citata.Alia de nigi apud Nicolaum,Salernitinis uſu frequẽs. Verum harum omnium loco frequentius uſu eſt Electuarium lætificans Conciliatoris,ex differentia CXCVI. cuius tum deſcriptionem,tum explicationẽ inferius abunde legemus.

VI.

EX CITRO, Inuentione noſtra

℞.Corticum citrorum,aur.xx.	
Garyophyllorum,	Galangæ,añ.3.ii.
Ligni aloes,	Cardamomi,
Cinnamomi,	Zingiberis,añ.3.i.
Macis,	Moſchi.ℨ.3.i.

Confice cum melle,

Been

VII.

DE MOSCO.Confectio dulcis.

℞.Croci	Ozimi citrati, añ.3.ii.ſ.
Doronici, Been	Rubei,
Zedoariæ,	Albi,
Ligni aloes,	Folij,
Macis,añ.3.ii.	Spicæ,
Albarum margaritarum,	Garyophyllorum, an.unc.i.
Setæ crudæ aduſtæ,	Zingiberis,
Charabæ,	Cubebæ,
Coralli rubei,an.3.ii.ſ.	Piperis longi,an.3.i.ſ.
Gallię muſcatæ,	Moſchi,ſcrup.ii.

Confice cum melle crudo,quod ſit quadruplum ponderis omniũ,& pone in uaſe uitreo: ſit Doſis eius an.3.i. uſque ad ij. Si autem hanc compoſitionem amaram facere uolueris,ualentior efficietur ad ea quę dicimus,& ad exicandum humiditates ſtomachi,& putrefactiones eius, & propriæ ſi addatur in permixtione eius,

Abſinthij,	* Cheiſim,
Roſarum,an.3.iii.	Caſtorei.an.3.i.
Aloes ablutæ.3.iiii.	Cinnamomi,3.i.ſ.

* ideſt.Leuiſtici.

COMMENTA MANLII.

Cõfectio uero de muſco dulcis A muſco dicitur iſta cõfectio:dulcis autem dicitur, quia ſi ſit ſine additione rerũ amararum,quæ in fine ponuntur deſcriptionis.tunc appellatur diamuſcum dulce.Auic.in.5.can. de hac habet multas deſcriptiones,ſed non ſunt in uſu.Raſ.ponit unam deſcriptionem,quæ nominatur diamuſcum precioſum: ſicut infra apparebit ſed iſta Meſ.apud nos eſt nobilior alijs deſcriptionibus.Haly.autem in.10.prac.ait: Muſci medicaminis dulcis:& eſt qua ſi idem.

Seta cruda aduſta & non cocta.Reperiuntur uero multi deceptores,qui faciũt ipſam bullire in aqua,& tali aqua utuntur ad multa commoda, ſed tunc talis ſeta efficaciam nõ habet in medicina,ſicut homo mortuus. Scias ergo ℣ eſt quidam uermiculus qui texit ſetã ſuper ſe,& facit cooperturam,& dimittitur donec perforat illam telam, & exponitur ſoli donec moritur uermis. & iſta ſeta deferẽ de ultra marinis partibus.Meſ.habet aduſtæ.ſed Serap. in ca.de ſeta ſic ait.Eſt bona cordi,& cõfortat ſubſtantiam, uel totaliter eius,& clarificat ſanguinem eius:& propter hoc ponitur in medicinis cordis:& præcipue in diamuſco: & quidam comburunt eam, ut poſſit facilius teri & melius puluerizari propter deficcationem, & quibuſdam non uidetur hoc bonum,ne amittat uirtutem ſuam,ſed melius eſſet incidere ipſam cũ forficibus: & poſtea teraẽ in mortalio cum margaritis,charabe,& corallis: & tũc teritur facile.Haly.ibi.dicit.Serici noui & non aduſti:ſi autem cõburere uolueris,oportet ut accipias ſetã nouam nondum tinctam,& incidatur minutim:& pone ipſam in olla noua,& ponatur in furno panis, & ibi dimittatur tantum quod ſit parum combuſta,& nõ oportet comburere ualde, ſed ſolum aſſetur parum,ut poſsis terere:& utere ubi oportet.

Ozimum citratum.i. melliſſa. Quiddam uero de nouo ſcribens intitulatus lumen Apothecariorũ in hac expoſitione deceptus eſt: nam putauit quod ozimum citratum ſint.ii.res,uidelicet:quod ozimum ſit baſilicon,& citratũ ſit melliſſa,quod non eſt ueriſimile. Nã quando reperitur ozimum garyophyllatum,non intelligimus ozimum & garyophyllos,& quando reperitur ozimum carmenum, non intelligimus ozimum & ciminum carmenum.Sic ergo cũ compoſitor dicit ozimum citratum, debemus uidere omnes ſpecies ozimi:& illud quod odorem habet citri intelligere &eſt proprię melliſſa,quòd ſi fricaueris folia ipſius odorem citri habebũt. Præterea uide Simo.Ianuẽ.qui inquit:Turungen arab.eſt dictũ citraria: eſt autem melliſſa aut ozimum citratum:quod habet odorem citri: & ſic uolunt moderni doctores. Præterea uide quod Auic.etiam habet ozimum citratum.quod idem eſt.

Been

* alias ſcrup. uel 3.vi.

Been ibi debet ſcribi per duplex e. ad differentiam ben per ſolum e. quod Dioſco. uocat balanum reperſicum, & non eſt cataputia, ut exponit Lumen Apothecariorum. Nam Meſ. docet facere oleum de ben, & de cherua. i. cataputia. Hic etiam dicit q̃ been cordiale debet ſcribi per. h. quod apud probos medicos nõ reperitur. Meſ. dicit: Si autem hanc confectionem amaram facere uolueris, oportet q̃ accipiantur ſupraſcriptę ſpecies diamuſci dulcis omnes & ſupra ipſas admiſceãtur res quas inferius ipſe deſcribit & tunc appellatur diamuſcum amarum, quod etiam in uſum uenit.

Aloes optimi abluti. i loti cum aqua endiuię. Infra in hiera Gal. oſtendam melius. optimum uero aloes ſecundũ Meſ. eſt ſuccotrinum. i. de illa prouincia.

Caſtoreum ſunt teſticuli animalis quod uocatur caſtor ut dicit Sera. & hoc eſt ſatis notum. Ipſius teſticuli etiam nocantur gendebebuſt: & ab aliquibus, iumdebeduſt: de qua infra in confectione Anacardina melius oſtendam, ſi Deus uoluerit.

APPENDIX.

Hanc etiam perbelle Actuarius ad uerbum expreſsit.

DIAMOSCHV, hoc eſt e moſcho inſcriptam, iis ſane uerbis.

Zedoariæ,	Cardamomi,
Zarnabi,	ſing. drach. quatuor.
Vnionum candidorum,	Auri, dimidium tar
Succini,	Scolima elimati,
Coralli,	Caſtorij,
ſin. drachmæ octo.	Piperis longi,
* Setę crudæ,	Zingiberis,
Hermodac. Candidi, Punicei,	ſing. ſiciliquus, ſeſquiſcrupulus.
Spicæ,	Moſchi, ſeſquidrachma.
Folij,	

* Meaxẽ uocant.

Ea tunduntur, cretaq; cum deſpumato melle fermente ſcunt. Moſchus cum ſtillaticio roſarum liquore ſupra calidos cineres ſoluatur, ut cum reliquis in unitatem coeat.

VIII.

TESTICVLORVM VVLPIS,

ideſt Satyrion.

℞. Satyrionum qui abſcinduntur a patre ſuo, lib. i. & terantur, & coquantur cum lacte ouino dulci in quantitate ſufficienti ſuper prunas, quouſque decocti ſint, & ſit conſumptum lac, & tunc funde ſuper eos olei Amygdalarum dulcium unc. iii. & agitetur ſic conterendo cum ligno, & poſtea funde ſuper totum ſyrupum, cuius deſcriptio talis eſt.

Succi Bugloſſæ cocti, & deſpumati, lib. ii.
Succi pomorum dulcium, lib. i.
Zucchari boni albi, lib. iii.

Miſceantur agitando cum prædictis, uſq; dũ fiat eius competens decoctio: & deponatur ab igne, & proijciatur ſuper ea.

Cinnamomi ſubtilis, & electi. 3. v.	Santali citrini,
	Dragaganti,
Been, Albi, Rubei, 3. ii.	Gummi arabici.
	* Alfelengemiſch,
Ligni aloes, 3. iii.	Cubebæ,
Croci,	Macis, ana. 3. i. s.

* ideſt ſeminis ozimi garyophillati.

Confice, & pone in uaſe uitreo.

COMMENTA. MANLII.

Meſue habet confectionem teſticulorum uulpis: & dicit q̃ eſt ſatyrion: inferius uero habet unam aliam deſcriptionem: & hæc dicitur q̃ eſt diaſatyriõ: & eſt illa qua nos utimur, ſicut oſtendam infra.

Satyrion. i. teſticuli uulpis qui abſcinduntur a patre ſuo ſ. hæc radix dicta teſticulus uulpis. Dixerũt quidam ſapiẽtes, ſi uir comederit partem maiorem eius generat maſculos: & ſi minorem comedit, generat fœminam: quod experimentum reperitur apud Nico. Floren. in libr. 6. in ca. de ſterilitate, ubi ſic ait, ex authoritate Raſ. dicens: Cũ uolueris generare maſculos. ℞. duos teſticulos apri aſſo & comede: & eodẽ die coeas. Nam generabis, ſi nõ fuerit defectus ex parte mulieris: ſi ſolum unum teſticulum comederis, naſcitur infans cum uno teſticulo.

Lac apud Auic. in. 2. cañ ex tribus compoſitum eſt ſubſtantijs, aqueitate, & caſeitate, & butyroſitate: & in uaccino quidem multiplicatur butyroſitas. Lac uero camellarũ partui uicinarum minus habet butyroſitatis & caſeitatis. & eſt ſubtile ualde: & lac aſinarum etiam minus exiſtens butyroſum eſt ſubtile: caprarũ uero lac eſt tẽperatũ, & lac ouinum eſt groſſum ualde: & illud eſt illud q̃ ingredit hãc deſcriptionẽ: & lac uaccinũ ẽ pinguius & groſsius Equarũ uero lac eſt ſicut lac camellarũ partui uicinarum ſubtile: aquoſum uero melius ẽ lac muliebre oĩbus ſpẽbus lactis. Iſido. in cap. de eſcis ait: Lac a Græco ſermone deriuatum eſt pro candore: Græci enim album glaucũ dicũt

Bugloſſa uero eſt herba nota omnibus, hæc apud Græcos uocatur bugloſſa: apud nos uero lingua bouis, unde Macer: Lingua bouis Græco ſermone bugloſſa uocatur.

Dragantum uero eſt gummi dictum apud Dioſcor. dragacantũ, & quanto albius tanto melius eſt. Circa inſtans in cap. de draganto ait. Eſt autem eligendum dragantum, quod non eſt obſcurum, ſed clarum, nihil terrenum admixtũ. Et nota q̃ album in frigidis medicinis, ſubruffum & citrinũ in calidis debet poni. per decẽ annos poteſt ſeruari.

Gummi Arabicũ ſecũdum Sera. ex authoritate Dioſc. eſt gummi quod reperitur ſuper arboré acaciæ, ſicut aliæ ſpecies gummarum: & quando ſimpliciter reperitur gum mi; de gummi arabico intelligitur: & ſecundum Circa inſtans poteſt ſeruari diu in multa efficacia.

IX.

TESTICVLORVM VVLPIS.

hoc eſt Dyaſatyrion.

℞. Secacul albi, mundi, & elixati in aqua Cicerum, quorũ eiecta fuerit prima aqua, lib. i. s.
Teſticulorum uulpis. unc. viii.
Radicis raphani, unc. iii.
Luſplani. unc. ii.

Terantur, & infundantur ſuper ea lactis uaccini, aut ouini quãtitas, quæ ſuperemineat radicibus duobus digitis: olei ſeſamini, & butyri uaccini recẽtis, an. vn. iiii. Et coquãtur cum facilitate uſque ad ſpiſsitudinem: & ſi adhuc radices nõ bene decoctæ ſint, fundatur ſuper eas ex lacte, & oleo, & butyro iam dictis, uſque dum perfecte decoctæ ſint. Et poſt hæc, funde ſuper hoc totum mellis boni, & deſpumati, lib. vi.

Succi cepę humidæ, lib. i. s.

Decoque omnia ſimul uſque ad perfectam decoctionem: tunc enim depone ab igne, & proiice ſuper ea puluerem, cuius permiſtio hæc eſt,

℞. Caudarum ſtinci cum renibus, & ſemine. 3. viii.

Seminis erucę,	Cinnamomi,
Zingiberis,	Piperis longi,
Been, Albi, Rubei,	Seminis baucię,
	Seminis * napi,
Linguæ auis,	Aſparagi, ana. 3. iiii.
Seminis naſturtij,	

* alias ſi napis.

Et conficiantur cum eis, ultimo uero ponantur in Medicamine.

Pinearum mundatarum, lib. i. s.
Piſticorum mundatorum, unc. x.
Cerebellorum paſſerum. unc. ii.

Cõficiantur omnia bene, & aromatizentur cum. 3 i. boni moſchi, & uſui reſerua.

COMMENTA. MANLII.

Hęc confectio eſt illa qua nos utimur, & maxime ſecũdum iſtam deſcriptionem. Nico. in ſuo Antidotario habet unam aliam deſcriptionem, ſed non fit apud nos: tamen ſi facere uolueris deſcriptionem ſuam infra inuenies.

Secacul ſecundũ modernos eſt ſigillum ſanctę Mariæ, & non iringus, ut quidam herbolarij uolunt quare Serapio aliud cap. facit de ſecacul, aliud de iringo. Prętterea uide Sera. in. 7. ca. de cõditis, qui in quit q̃ ſecacul eſt radix.

ſicut zingiber,& aſportatur ex India: & fit ex eo in gibba dum eſt recens. Et ſic eſt ſecundum ueritatem, quòd ſeca cul ſecundum modernos habet radicem ſimilem zingiberi: & hæc eſt quæ noſtro idiomate uulgariter zonogello uocat in partibus noſtris,& in multa quãtitate reperitur.

Cicer ſecundum Sera. ex authoritate Gal. cicerum tria ſunt genera: ſunt enim alba & nigra,& ẽ alia ſpecies, quæ dicitur cherſenne: & cicera minuta quæ dicũtur cherſenne ſunt alba, & aſſimilantur orobo, & nigra nominantur chubes &c. Plin. inquit, arietinum ciceris genus, ꝙ capiti arietis aſſimilat, quod cæteris magis diureticũ credit, eſt & agreſte, eſt & erraticũ,& colũbinum quod aliqui uenereum dixerunt candidum, rotũdum, lene, arietino minus.

Cicer eraticum apud Dioſco. uocatur a quibuſdam ſerpillũ. Gal. in ſexto ſimplici. inquit: Cicera ſunt ſpecies leguminum.

Teſticuli uulpis ſunt ſatyrion. Dioſc. de ſatyrio tria ca. facit, ſub litera ſatyrion: & aliud cap. facit de orchis,& ibi ponit duas ſpecies, ꝙ etiam inter ſpecies ſatyrionis ſũt & mirab. & hic apud Auic. uocant teſticuli canis: alij cynoſorchin. i. canis teſticuli. Iſido. in cap. de herbis aromaticis ſiue cõmunibus ait: Satyrion dicta a ſatyris propter incendium libidinis, quam uulgus ſtincum uocat, uenerẽ enim ſuſcitat eadem: & orchis, ꝙ radix eius in modũ teſticulorũ ſit, quos Græci cynoſorchin uocant: in pratis apud nos reperiuntur. Circa inſtans: Satyrion herba eſt, cuius radix uſui medicinæ competit dum eſt recens.

Raphanus. ſ. radix domeſtici. Circa inſtans ait: Raphanus eſt herba cuius radix ſimili nomine appellat̃, & per annũ ſeruatur: radix cõpetit uſui medicinæ. Quidã de nouo ſcribens intitulatus Lumen Apothecariorum: ſuper iſtam confectionem exponit, ꝙ per radices raphani intelligunt radices ſylueſtres, ſed nõ eſt uera expoſitio: quia regula eſt apud nobiles apothecarios: ꝙ quando reperitur raphani ſimpliciter, de uſuali ſemper intelligitur.

Luſ planum. i. dragõtea. Meſ. in ca. de luſ, dicit ꝙ eſt ſerpentaria,& eſt planta quæ dicitur collum draconis: & ex ea alia eſt plana habens folia, alia criſpa: & melior totius pars plantę eſt radix. Circa inſtãs ait: Serpentaria, colubrina, dragõtea, crocodilla idem eſt, herba eſt cuius radix maxime uſui medicinæ cõpetit: & dicitur ſerpẽtaria, quia maculas habet diſtinctas, ſicut ſerpẽs: uel quia uenenum ſerpentis fugat. Infra in hiera Hermetis oſtendam aliam ſpeciem quæ uocatur iarus.

Siſamum eſt ſemen ex quo oleum ſiſaminum exprimitur: ſicut infra in diſtinctione de oleis.

Butyrum uaccinum recẽs. Auic. in. 2. canon. duo capit. facit, unũ de butyro, quod eſt calidũ,& humidũ in primo, & eius gradus in humiditate eſt altior. aliud ca. facit ꝙ dicit butyrum nõ recens: & dicit ꝙ facit operationem butyri crudi,& eſt fortius in maturatione. Hoc eſt ſatis notũ.

Cępæ humidæ. i. recentis. Aui. in. 2. cañ. dicit: Bulbus. i. cepe quod comeditur. Iſido. in ca. de oleribus dicit: Cepe uocatur, quia non aliud eſt niſi totum caput. Nicolaus loco eius habet ſemen bulbi, quod idem eſt.

Stincus cum renibus & ſemine. i. ab umbilico, ſecundũ Dioſco. eſt quoddam animal quod in India inuenitur qua drupes,& ſimile lacertæ, ſed multo maius & longius & uenenoſius. Hoc apud Aui. uocatur guaril,& in Aegypto capitur. Circa inſtãs ait: Stinci piſces ſunt qui in fluminibus & maxime in aquis dulcibus iuxta Sagittam inueniuntur, & lacertis aſſimilantur: per hyemem poteſt ſeruari. Infra in electuario de ſtinco, de ipſo iterum oſtendam.

Erucæ ſecundum Matthe. Syl. ſunt duæ ſpecies domeſtica & ſylueſtris, & ambæ ſunt omnibus notæ. Domeſtica minoris eſt efficaciæ q̃ ſylueſtris: uſui medicinæ competunt ſemina ſicut folia. Secundum uero Circa inſtãs eſt cõtrarium: quia eruca domeſtica maioris eſt efficaciæ & ſylue. minoris. uſui medicinæ competunt ſemina. Pli. ait. in ca. de eruca. Eſt ex ea domeſtica & ſylueſtris, miſce in condimentis in quibus carnes & piſces intinguntur: tanta ſuauitas ei eſt ut Græci euzomon appellauerint.

Lingua auis eſt ſemen fraxini. Chriſtophorus de honeſtis ſuper iſto paſſu exponit, ꝙ lingua auis eſt ſemen deli agreſtis: quod ignoro. Auic. in. 2. can. de ipſa loquitur, etiã in tertio in fen. xx. in ca. de medicinis ſingularibus ad coitum: inter medullas cõputat. Anto. Guainerius in cap. 24. de pulueribus,& confectionibus aliis ab intra ſumendis, quæ adaugent ad coitum: & ibi ponit ad literam ꝙ lingua auis eſt ſemẽ fraxini. Præterea uide Nicol. qui habet præ dictam deſcriptionem diaſatyrion: & ibi habet linguam, auis,& in ſuis ſynonymis exponit ꝙ eſt ſemen fraxini, & ſic eſt ſm modernos: ſed ſecundũ Circa inſtans lingua auis eſt herba ſatis communis quæ folia habet parua & acuta, ſimilia linguæ auis uiridis, multę eſt efficacię: & per id credo quòd ignorauit eam.

Naſturtiũ. Secundum Circa inſtans quando reperitur Naſturtium ſimpliciter, ſemen debeẽ poni: & eius ſemen per quinque annos ſeruatur. Hoc apud Dioſco. cardamus uocat: & ſpecies ſunt duæ. ſ. domeſticus & agreſtis: domeſticus uere eſt ille cardamus qui intelligit. Sylueſtris uero eſt ſenation, ſiue criſones, ut dicit Matth. Sylua. in cap. de cardamo. Infra in dianaſturtio de ipſo melius oſtendam.

Napus ſecundum Iſido. in capi. de oleribus ſimilitudine rapæ uocatus, niſi ꝙ habet radices & folia latiora. Exiſtimant quidam ꝙ Dioſc. uocat ipſum bumas. i. napitium. Napi uero ſemen uſui medicinæ competit,& ſunt ſemina nauoni domeſtici.

Sparagus ſecundum Circa inſtans fructus eius & ſemẽ medicinæ competũt. Dioſ. dicit: Vocatur aſparagus aſpra tilis quam multi Myacantham, aut myon appellant. Gale. in lib. de cibis: Vocatur omnis ſummitas plantæ dum eſt in teneritate ſua, aſparagus.

Fiſtici. i. piſtachia. Dioſ. ca. de piſtachiis dicit: In Syria naſcunt̃ ſimilia ſtrobilibus. i. ſeminibus pini ſunt,& ueniũt de Damaſco. Circa inſtans: Piſtachiæ ſunt fructus qui ultra mare naſcuntur,& ſunt ſimiles pineis, & interior ſubſtantia ponitur in medicinis.

APPENDIX.

Laudatiſsime inſuper Actuarius DIASATYRION, ideſt, e Satyriis Antidotum, in hũc ſane modũ perſcribit.

Teſtium ſatyrii uiridis,		Seminis Aniſi,
Dauci	Sylueſtris,	Erucæ, ſingu. 3. v.
	Satiui,	Cinnamomi,
Nucis Indicæ,		Scinci,
Piſtachiorum,		Bulbi ſeminis,
Nucis Pineæ repurgatæ,		ſing. ſiciliquum, ſeſquiſcrupulum.
ſingulorum 3. xii.		
Zingiberis,		Moſchi, ſiciliquas. vii.
Garyophyllorum,		Mellis ſeſquilibram.

Radices Satyrij Dauci tam ſatiui quam agreſtis priuatim,& ſeorſum: tundũtur: collecteq; in unum: molliuſculo igni paululum ferueſcunt. Rurſum Piſtachia,& Pineæ tuſæ,& adiectæ rigantur, dum aliquam craſsitudinem conceperint: deide ſublato ab igne uaſe, tuſæ & cribratæ ſpecies adduntur: poſtremo Moſcus cum exiguo liquore, quem ſtillantes Roſæ remiſerunt, inſeritur.

X.

DE GALANGA.

℞. Galangæ,		Calamenthi ſicci,
Ligni aloes, ana. 3. vi.		Menthæ ſiccæ,
Garyophyllorum,		†Heil,
Macis,		Spicæ,
* Cheiſim, ana. 3. ii.		
Zingiberis,	Seminis,	Apii,
Macropiperis,		Fœniculi,
Piperis albi,		Carui,
		Aniſi, ana, 3. i.
Cinnamomi,		Calami aromatici. 3. i. s.
ana. 3. i. s.		Zucchari * tabarzet. unc. x.

Mellis deſpumatti, quantum ſufficit.

*ideſt Lapſtic.

†alias Cardamomi maioris.

*Ideſt albi.

COMMENTA. MANLII.

Galanga ſm Serap. ex authoritate Iſaac eben, amaram eſt uena in groſsitudine caſsiæ lignæ; & cortex eius eſt rubeus, & interius eius eſt puluerulentus, & defertur ex

Sim.Auie.de ipſa duo cap.facit unum de caſuruda, ex authoritate Meſaugue,& inquit ꝙ eſt galanga:aliud ca.facit de galanga. Secundum Circa inſtans, galanga per quinq; annos ſeruatur in multa efficacia.

Hæc cõfectio reperitur etiam apud Aui.in.5.can.in tra cta.6.de uẽtre inferiore debilitatis ſtomachi: ſed nõ eſt ea dem.Iſta uero eſt illa qua nos utimur. Io. Anglicus in ca. de paſsionibus ſtomachi: Et ponatur manus calida ſuper ſtomachum diu,illud confortat & calefacit ſtomachum ca lore naturali:deinde detur diagalãga. Vnde dicit uerſifica tor:Confortat ſtomachum diagalanga meũ &c. ibi deſcri bit ſuam deſcriptionem:ſed non eſt ſimilis.

Macropiper.i.piper longum ſiue darſufel, ut dicũt Ara bes:Album uero piper appellatur leucopiper.Infra in dia trion piper pipereon declarabo.

Calamentum ſiccum.i.uſuale ſiccum,& non uiride,quia maiorem efficaciam habet in medicina,ut dicit etiam Cir ca inſtans.

Apium ſcilicet ſemen apij domeſtici. Circa inſtans in quit: Cum autem inuenitur in receptis medicinæ apium ſimpliciter, ſemẽ apponendum eſt Macer ait:Eſt apium di ctum ꝙ apex hoc ferre ſolebat, Victoris ueterũ fieret dũ more triumphus &c.

Carui ſcilicet ſemen ipſius.Dioſc.dicit: Careos ſemen eſt omnib.notũ.Eſt & alia ſpecies carui quæ dicitur agre ſte:& iſtud a modernis cordumenum dicitur.Circa inſtãs: Carui herba eſt,& ſemen appellatur in tranſmarinis parti bus Siciliæ,& in multa quantitate reperitur:per quinque annos in magna efficacia poteſt ſeruari.

XI.
DIARRHODON COMMVNE.

℞.Foliorum roſarum rubea- rum.ʒ.xxx.
Troch. Diarrhodon, e Spodio,
Liquiritiæ,ana.ʒ.iiii.
Garyophyllorum,
Galliæ moſchatæ,
Trium ſantalorum,ana.ʒ.iii.
Spodij,
Croci,
Maſtiches,
Ligni aloes,ana.ʒ.ii.
Aſari,
Spicæ Indæ,
Macis,
Cardamomi,
Portulacæ,
Lactucæ.
Scariolæ.
Seminum Cucumeris,
Cucurbitæ,
Melonis,
Citrulli,
Margaritarum albarum,
Alfelengemiſch,
Eboris raſuræ,
Dragaganthi,
Gummi arab.ana.ʒ.i.
Camphoræ.ʒ.i.s.
Moſchi.ℨ.s.

Confice cum ſyrupo de roſis,& aqua roſarum.

COMMENTA. MANLII.

Diarrhodon dicitur a roſis,quas recipit magis quam de alijs ſpeciebus. Nicolaus habet unã aliam deſcriptionem quæ nominatur diarrhodon Abbatis: & ambæ apud nos ſunt in uſu infra apparebit deſcriptio Nicolai.Deſcriptio troch.de ſpodio apparebit infra in tractatu de troch.

Liquiritia eſt quædam radix dulcis ſaporis, nota omni bus.

Spodium ſecundum Auicen.eſt radix cannarum aduſta rum:moderni uero pro ſpodio utuntur ebore combuſto, ſiue oſsibus elephantis combuſtis.

Trium ſandalorum,ſcilicet albi, rubei, & citrini, qui ſunt noti.

Portulaca.ſ.ſemen ipſius.Circa inſtans dicit. Portula ca uiridis multæ eſt efficaciæ:exiccata uero non tantæ.

Lactuca.ſ.ſemen Iſido.in cap.de oleribus dicit: Lactu ca dicta eſt ab abundantia lactis exuberantis, ſeu quòd lac multiplicat illis, quæ lactant puellis.

Scariola ſecundum Sera.ex authoritate Dioſ.in ca.de endiuia,habet duas ſpecies,una eſt ex ea domeſtica & ſca riola.Secũdo uero Simonẽ Ianuen.eſt uelut lactuca agre ſtis.Secundum Circa inſtans:Endiuia eſt ſcariola. Moder ni uero diſtinguunt ſpecies ſcariolæ,endiuiæ,& cichoreæ per alia nomina:ramen una pro alia poteſt poni:in blãdis autem ſcariola reperitur.

Semina cõia maiora frigida ſunt quatuor ad numerum & ſunt proprie melonis,citrulli,cucumeris,& cucurbitæ. Confice cum ſyrupo de roſis.i.quod ſecundum iſtam con fectionem debet fieri cũ ſyrupo roſa.cuius deſcriptio hæc eſt.℞.aquæ infuſionis roſarum ex quo fit ſyrupus roſ.ſicut docet Meſ.in diſtinctione de ſyrupis, & clarificetur zuc charum cum prædicta infuſione & aqua roſa. & ſimul co quantur uſq; ad conſumptionem aquæ: & quando præ dictus ſyrupus fuerit bene coctus, ſecundum artem addatur ſpecies,& fiat confectio in morſellis,uel in forma liquida ſed in morſellis apud nos fit.

XII.
AROMATICVM ROSATVM.

℞.Foliorum roſarum rubearum.ʒ.i.s.
Ligni aloes,
Macis,
Garyophyllorum,
Troch. Diarrhodon,
Troch. Galliæ moſchatę, ana.drach.ii.
Liquiritiæ mundæ.ʒ.viii.
Cinnamomi ſubtilis.& elec ti.ʒ.iii.
Galangæ,
Zingiberis,
Nucis moſchatę,
ana.ʒ.ii.s.
Heil,
Spicæ,ana.ʒ.i.
Syruporũ Roſati, Corticũ citri, an. quantum ſufficit.

Sunt qui aromatizant Moſchi ſcrup. dimidio.

COMMENTA. MANLII.

Aromaticum roſatum ſecundum iſtam deſcriptionem apud Apothecarios non fit: nec apud medicos eſt in uſu. Simplicia uero quæ ipſum ingrediuntur,ſunt declarata ſu perius.

XIII.
ROSATVM GABRIELIS.

℞.Foliorum roſarum rubearum.ʒ.xv.
Liquiritiæ raſæ mundæ.ʒ.vii.
Ligni aloes boni,
Sandalorum *mahazari, } ana.ʒ.iii.
Cinnamomi boni,ſubtilis & electi.ʒ.v.
Macis,
Garyophyllorum, ana.ʒ.ii.s.
Gummi arabici,
Dragaganti, ana.ʒ.ii.&.ℨ.ii.
Nucis moſchatæ,
Cardamomi, ana.ʒ.ii.s.
Galangæ,ana.ʒ.i.
Spicæ, † ℨ.ii.
Mochi.ℨ.i.
Ambræ,ℨ.ii.

*ideſt cicerorum.

† al.ʒ.ii.

Syrupi roſarum,& ſyrupi corticum citri, ana quantum ſufficit.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud aromaticum eſt famoſum & ocioſum apud medi cos,& ſic generaliter ſecundum iſtam deſcriptionem fit: ſimplicia uero quæ in ipſum ingrediuntur, quæ nõ ſunt de clarata,declarabo.

Sandali mahazari,ſecundũ modernos ſunt ſandali citri ni.Et ſic reperitur apud Gal.in ſuis ſecretis,in c. de icteri tia cauſę calidę,in quadam confectione,qui ſic ait: Maha zari.i.ſandali citrini,& ſic intelligimus nos. Partes duas alterius.ſ.duas partes alterius drachmę,& ſunt.ℨ.ii.

Aromaticum roſatum minus ſecundũ iſtam deſcriptio nem non eſt in uſu,ſimplicia uero declarata ſunt. Dicitur autem minus reſpectu præcedentis,quia pauciora ſimpli cia ingrediuntur compoſitionem ipſius.

Aromaticum muſcatum. Nec iſtud aromaticum apud nos fit muſcatum autem dicitur a muſco in bona quantita te ingrediente.

XIIII.
AROMATICVM GARYOPHYLLATVM

℞.Garyophyllorum.ʒ.vii.
Macis,
Zedoarię,
Galangæ,
Santali *mahazari,
Trochiſcorum Diarrho- don.
Cinnamomi,
Ligni aloes,
Spicę Indę,
Piperis longi,
Heil,ana.ʒ.i.
Roſarum rubearum.ʒ.iiii.
Liquiritiæ,
Gallię moſchatę,an.ʒ.ii.
Folii,

*ideſt citrini.

Cububæ,ana.℈.ii. Ambræ.ʒ.i. Moſchi.℈.s.
Syrupi de citro quantum ſufficit,& fiat.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud aromaticum ſecundū iſtam deſcriptionem apud nos non eſt multum in uſu:tamen apud apothecarios reperitur,& dicitur Aromaticum a roſis : Garyophyllorum a garyophyllis qui ingrediuntur.

Garyophyllus,ſiue caryophyllus, Arabes dicunt harū phel : & ſic reperitur apud Serapio.in cap. de garyophyllo : & ibi dicitur ex authoritate Gale. quod nomen ſuum in Græco eſt foliū nucis &c.Secundū circa inſtās: Garyophyllus per ſex annos ſeruat in multa efficacia. Aui. in.2. cano.dicit:Quod garyophyllus eſt ſicut ſambucus, ſed eſt niger:& maſculus eſt ſicut nucleus oliuæ & longior & nehementis nigredinis,& eſt fructus arboris in inſula Indiæ & gluten ipſius exiſtit in uirtute glutinis albotim.i. terebinthinæ.Electio.ille qui eſt melior eſt ſimilis nucleo ficco,ſuauis odoris,& acuti:ſed moderni opinantur ꝙ ille garyophyllus,qui eſt in magnitudine nuclei oliuæ, non habeat multam efficaciam in medicina : & hoc eſt notū omnibus.Et prædicti garyophylli uocant a multis antophali .i.garyophylli magni .Illi uero quib.nos utimur noti ſunt oībus,& ſunt minores ſatis quā nucleum oliuæ. Sunt quidā flores in aliquibus partibus Italiæ,qui garyophylli uocantur,eo quod odorē garyoph.ſpirant : quorum alij ſunt coloris albi,alii uero rubei.Et iſti apud Lombardos reperiuntur in multa quātitate,& maximè apud nobiles uiros. De nomine ſuo apud authores non reperi, ſed uidi depictum in li.qui dicitur Manfredus de monte imperiali, & ipſe uocat tunici.Reperitur ēt herba quę uocatur filius ante patrem,ſiue oculus Chriſti,ſiue oculus conſulis, ut uolunt herbatici, forma uero ipſius reperitur apud Mattheū Siluaticum, & hæc herba apud nos naſcitur in pratis.

XV.

AROM. NARDINVM.

℞.Spicæ Indæ.ʒ.ii.
Roſarum.ʒ.iiii.
Liquiritiæ.ʒ.ii.s.
Galliæ ſebelliæ,
Cubebæ,
Ligni aloes
Macis,
Garyophyllorum,
Cinnamomi,
† Folii Indi,
Anſi,
Corticum citri,
Trochiſcorum Diarrhodon. ana.ʒ.i.&.℈.i.
Pinearum purgatarum,
Amygdalarum mundatarum ana.ʒ.v.
Gummi Arabici,
Dragaganti,ana.ʒ.ii.
Moſchi.℈.s.

† ideſt Malabathri.

Syrupi roſati quantum ſufficit, & conficiatur.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud aromaticum nardinum ideſt de ſpica nardi, apud nos non multum in uſu eſt.ſimplicia uero quæ ipſum ingrediuntur,quædam ſunt declarata,quædam non.

Galliæ ſebellinæ ſiue ſebelien,eſt quædam cōfectio quę fit in trochiſcis,quorum deſcriptionē deſcribit ipſe Meſ. in diſtinctione de trochiſcis,ut infra apparebit.

Pineæ purgatæ.ſ.a cortibus ſuis. Auic.in.2.cano. facit cap.de geloum,& ibi dicit ꝙ eſt granum pini maioris, & eſt melioris nutrimenti q̄ nux.Poſtea uero aliud cap.facit de grano pini,& dicit ꝙ eſt minus fiſtico.Et aliud ca.facit de pino, hoc eſt ſatis notum:melius tamē oſtendam infra in loch de pino,ſi Deus uoluerit.

Amygdalæ purgatæ.i.a corticibus ſuis Meſ. hēt amygdalarū,& nō dicit ſi ſint dulces uel amaræ.Pet.de Creſcētiis in proprio cap. de amygdalis ait : Amygdala eſt arbor ſatis nota,& ē quædā diuerſitas in eius fructu:qm̄ quædam faciunt fructus dulces, quædā amaros : dulces uſui hominum in cibum competunt,amaræ quę ſunt calidiores magis competūt uſui medicinæ.Et ſic eſt regula ꝙ amygdala dulcis eſt conuenientior in eſcis,& amara in medicina.

XVI.

DIACYMINON BONVM.

℞.Cimini pridie in aceto infuſi,& exiccati.ʒ.x.
Zingiberis,
Cinnamomi,ana.ʒ.iiii.
Garyophyllorum,
Ligni aloes,
Macis,ana.ʒ.ii.s.
Galangæ,
Piperis longi,
Cardamomi,ana.ʒ.ii.
Moſchi.℈.s.
Mellis deſpumati.q.ſ.

COMMENTA. MANLII.

Diacyminū dicitur a cymino quod recepit.Hæc deſcriptio reperitur in multis aliis locis ſecundū diuerſos authores.Meſ.habet diacyminum bonum:& inferius habeē una alia de qua infra.Et Auicen.in.5.can.haber multas deſcriptiones,ſed illa deſcriptio quam ipſe uocat diacyminum Gale.quod facit ad uentoſitates frigidas,eſt dialſpoliticon ſicut infra oſtendam. Nic.in ſuo antidotario habet unam aliam deſcriptionē,ſed non eſt ſimilis huic.In partibus nō ſtris generaliter ſecūdum deſcriptionem Meſue, ſit tamē etiam ſecūdum deſcriptionem Nicolai ſi facere uolueris, infra apparebit deſcriptio ſua.

Cyminum.ſ.cyminum uſuale quod notum eſt.Circa inſtans inquit:Cyminum ſemen eſt herbæ in multa quātitate naſcēs nō ſophiſticatur ꝓpter eius copiam, & per quinque annos ſeruatur.Aui.in.2.can.dicit : Cyminū aliud eſt Carmenū,&aliud Perſicū,&aliud Eniū,& aliud Nabatiū carmenum uero eſt nigri coloris, & Perſicum eſt citrini coloris,&perſicum eſt fortius:nabatiū uero eſt illud quod inuenitur in aliis locis.Serap.cap. de cymino ex authoritate Gal.dicit,quòd ex eo eſt domeſticum & agreſte : domeſticū uero eſt illud quod magis adminiſtratur,& ſic eſt. Infundatur ergo cyminum per diem in aceto:poſtea ad ſolem deſiccetur ſiue ad umbram,& cum aliis tetatur.

Mel ſecundum Auic.eſt ros occultus cadens ſuper flores & ſuper reliqua,quod colligunt apes.Secundum intētionem Meſ.diacyminum debet fieri cum mélle:ſed hodie in partibus noſtris generaliter fit cum zuccharo, & fit in morſellis ſeu in bolis.

XVII.

DIANISON.

℞.Aniſi.ʒ.xx.
Liquiritiæ,
Maſticis,ana.ʒ.viii.
Carui,
Macis,
Galangæ,
Zingiberis,
Fœniculi,
Cinnamomi,ana.ʒ.v.
Trium piperum.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.
* Calamenti.
Pyrethri,
Caſsię,ana.ʒ.ii.
† Heſil,
Garyophyllorum,
Cubebæ,
Croci.
Spicæ.ana.ʒ.i.s.
Zuccari.ʒ.ii.

* .ſ. uſualis.

† .i.Cardamomi maioris.

COMMEN. MANLII.

Dianiſum dicitur ab aniſo, quod ingreditur magis quā de aliis ſpeciebus:apud nos eſt multum in uſu, & ualet mirabiliter contra groſſas uentoſitates.

Aniſum eſt ſemen omnibus notum.Gal.in.6. de ſimplicibus inquit de aniſo : Id ꝙ ualet ex hac planta eſt ſemen eius.Circa inſtans ait: Aniſum.i.cyminum dulce ſemen intelligitur in mediciua.

Pyrethrum eſt radix ſatis nota Hoc apud Aui.uocatur darzon.Circa inſtans ait: Pyrethrum herba eſt ſatis communis,cuius radix in medicinis ponitur,cum inuenitur in hyeme colligitur:radix eius per quinque annos ſeruatur. Eſt autem eligendum quod eſt acutum,ſolidum, & nō perforatum,& cum frangitur non poluerizatur.

XVIII.

DIAMBRA.

℞.Cinnamomi,
Doronici,
Garyophyllorum,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Folii,
Galangę,ana.ʒ.iii.
Spicę,
Cardamo. Maioris, Minoris, an.ʒ.i.
Zingiberis.ʒ.i.s.
Santalorum citrinorum,
Ligni aloes,
Piperis longi.ana.ʒ.ii.
Ambrę.aur.i.
Moſchi.ʒ.s.

Confice cum ſyrupo roſato, & aqua roſata.

COMMEN. MANLII.

Diambra dicitur ab ambra ingrediēte in bona quanti-

tate.Hoc apud medicos est multũ in usu, & maxime ista descriptio Mesue.Aui.in.5.can.inquit. Electuariũ alchei sim dictũ electuarium ambræ: & hoc electuario usi fuerũt reges Græciæ: non fit: secundum Auic.sic.

Cardamomũ maius est heil,ut dicit Serap. & generaliter ponimus loco eius grana paradisi siue melegetam, & pro cardamomo minori ponimus usuale.

Ambra secundum Serap. ex authoritate Dios. nascitur in mari,& generatur in eo sicut generat̃ species fungorũ in terra: & quãdo mare turbat̃ eiicit à fundo eius lapides magnos,& cum eis eiicit frustra ambræ: & plurimũ quod ex ea egreditur ex mari in terris Zig.Auicẽ.in.2.can.ait: ambra secundum quod existimo est manatio fontis in mari: illud uero quod dicit quod est de spuma maris aut stercore animalis maris longinquũ est electio: melior est grisia fortis aselethi.deinde uaria,post eã citrina:& deterior est nigra mala:multoties assumitur ex uentre piscis qui eã comedit & moritur.Circa instans ait:ambra.i.sperma ceti.i.balenæ:non est ergo gummi,ut quidam dicũt. nec est spuma,nec est stercus animalis,nec est iecur piscis,ut quidam mercatores dicunt.Auer.in.5.col.ait: ambra est una ex speciebus camphoræ quæ oritur in fontibus maris, & natat super aquam maris.Cõfice cũ syrupo rosato & aqua Ro. Vide supra in confectione diarrhodon descriptione communi,ubi ostensum fuit de hoc.

APPENDIX.

Habet actuarius suum quoq; non illaudatum DIAMBAR, ex ambaræ nimirum celebre *Antidotum*, hæc accipiens.

Ambaris, Agallochi, } sing.sextulam,tar unum
Moschi,tar unum,stimma,idest sextulam.
Garyophylli, Nuculæ moschatæ, Maceris, Galangæ, Cinnamomi, * duellam } sing.drachmam.
Zulapii Rosarum quantum esse satis uidebitur.

* .i.scrup. viii.

XIX.

DE CINNAMOMO.

℞.Cinnamomi,subtilis, & electi,ʒ.xv. Cardamomi, Maioris, Minoris,
† Darseni, Zingiberis,
Cymini, Macis,
Enulæ,ana.ʒ.iiii. Nucis moschatæ,
Galangæ,ʒ.vii. Ligni aloes,ana.ʒ.iii.
Garyophyllorum, Croci,ʒ.i.
Piperis longi, Zucchari tabarzet.ʒ.v.

† .i.Cinnamomi grossi.

Confice cum melle despumato & quandoq; ponitur in eo duplum ponderis medicinarum de zucchato puluerizato sine melle:& accipitur sicut suffuf, & alii addũt in eo Moschi ℈.ii.& puluerizetur cum eo.

COMMENTA. MANLII.

Hæc confectio de cinnamomo apud nos non est ualde in usu:tamen simplicia quæ ipsam ingrediũtur *declarabo*. Auic.in.5.can.habet unã aliam descriptionem, sed nõ est eadem.Cinnamomi subtilis & electi.i.fini. Serap. in cap. de cinnamomo ex authoritate Dios. ponit multas species secundum diuersitatem locorum.Auic.dicit:Cinnamomũ notum est,& eius quidẽ species est una bona ad aliquantulam declinãs nigredinem.Electio,melius est *illud* quod est boni odoris & acutum habet saporem sine mordicatione,& color eius est purus & non cõmixtus.Aliud cap. facit de cherfe cinnamomi,& ibi dicit quod est de cinnamomo,& dicit quod est alterius generis,& ipsum quidem est durum sicut cinnamomum: de ipso tamen est quoddam quod non durescit.Sera.uero de cherfe loquitur in ca. de cinnamomo : & uult quod sit genus cinnamomi. Quando autem reperitur cinnamomum simpliciter, de fino intelligitur.Auer.in.5.col.ait: Cannella uel cinnamomum idest recapaldereca.

Darseni.i.cinnamomũ grossum dictum scauizum. Non est autem folium,ut exponunt synonyma Nicolai. Vide Sera.in cap.de cinnamomo,ubi ponit darseni.i. cinnamomum.Præterea uide apud Auer.in.5.coll.ubi inquit: Darseni.i.canella subtilis,dulcis,aromatica.In hac oportet uidere, si darseni sit cinnamomũ finum aut non. secundum uero Mesuem est cinnamomũ grossum: quia ipse Mes. in ista cõfectione habet cinnamomi,subtilis & electi,& darseni.i.cinnami,uel cinamomi grossi:& sic credo.ga. Aui. in.5.can.in prædicta confectione habet cinnamomi, & loco darseni habet cinnami, quod idem est. Præterea uide apud Auenzoar in suo antidotario, in electuario quod cõfert stomacho,& adiuuat digestionem, & est delectabile ad comedendum. qui inquit:Darseni & est cinnamomum nigrum & odoriferũ ualde.Sapientes dixerunt quod quãdo reperitur in confectionibus cinnamomum,intelligitur de fino:& per darseni de grosso.

Heil est cardamomum maius: sed Lumen obscurũ scripsit prædictam cõfectionem,& exposuit quod heil est cardamomum minus:quod falsum est quia ipsemet in aromatico garyophy.dicit:Heil.i.cardamomum maius.ergo sibi ipsi contradicit.Ser.sicut ostensum est supra, uult quod heil sit cardamomum maius:& sic est secundum ueritatem.

XX.

DE GRANIS MYRTI.

℞.Baccharum Myrti tenuissime tritarum, ℔.i.
Myrabolanorum, in aqua cy- doniorum,& uino odorife- ro semel feruefactorum, Nigrorum, Emblicorũ, Bellericorũ, } ana.ʒ.vii.
Seminum,aceto horis xxiiii.maceratorum & siccatorum, Anisi, Cymini, Apii, } ana.ʒ.v.

Additur id totum electuario de Aromatibus,ac confici tur cum Miua aromatica, & datur cum syrupo decoctionis cydoniorum.

COMMENTA. MANLII.

Confectio de granis Myrti.i. de semine myrtillorum, apud nos nõ est in usu,nec apud alios simplicia uero quæ ipsam ingrediuntur,declarata sunt.

APPENDIX.

Alteram ex Serapione in tract.vii.cap.xx. nequaquam deteriorem,uel forsan meliorem,in hunc modum perpulchre habemus.

℞.Granorum myrti ex siccis bonis,Minam.i.

Mirabolanorum, Nigrorum, Bellericorum, Emblicorum, Cardumeni, * Charabæ, Anisi, * al. carui
† Talisafar,ana.ʒ.xx. Spicæ,
Garyophyllorum, Casiæ lignea, † hoc est Macis.
Cymini, * Cardamomi, *.f. minoris.
Calami aromatici, Costi,ana.ʒ.vi.
Heil, Nucis muschatæ,
Carpobalsami,ana.ʒ.xii. Seminis apii,
Piperis, Ameos,ana.ʒ.v.
Macropiperis, Folii,
Zingiberis,ana.ʒ.x. Amomi,ana.ʒ.iiii.
Malticis,

Terantur & cribellentur,& conficiantur cum melle despumato.

XXI.

DIACALAMENTVM, GALENI.

℞.Calaminthes, Fluuialis, Montanæ, } ana.ʒ.ii.
Seseleos,
Petroselini. ana.ʒ.vi.
Zingiberis.ʒ.iii.
Seminis apii, Extremitatum † alhascæ, } ana.ʒ.ii. † .i. Thymi.
Cheisim.ʒ.vi.
Piperis nigri, * ʒ.i.s. * al. ʒ.iii.

Mellis despumati,quantum sufficit.

COMMENTA. MANLII.

Diacalamenthum dicitur a calamẽtho ingrediente: hoc

apud nos est multum in usu,& maximè secundum istam descriptionem.Mes.dicit,quod est descriptio.Gale.sed Christophorus de honestis dicit, ꝙ non ponitur sicut Gal.sed non uidit bene Galenum,quia est uerum,ꝙ Gale. compo fuit & ipse describit ipsum in.4.de regimine sani. & uidet concordare in isto,& maximè in simplicibus,in pondere uero non.Nicolaus uero in suo antidota. habet unam descriptionem,sed non fit,nec concordat cum ista: tamen si facere uolueris secundum Nicolaum, infrà apparebit descriptio sua.Auic.in.5.can.de electis habet: Diacalamenthum fluuiale,& electuarium de calamétho,quod est quasi idem cum isto.

Calamenthi fluuialis ideſt aquatici.Quidã herbolarius dicebat, ꝙ calamenthum fluuiale est mentha aquatica uel mentha aquestris,quod non est. Vide Nicolaum qui exponit,quod calamenthum fluuiale est menthastrum, & similiter ait Petrus de crescentiis,sicut ostendam in cap.de calamentho montano. Et sic uolunt sapientes,quod calamẽthum fluuiale sit uerum menthastrum.

Calamenthum montanũ ideſt nepita siue gattaria. Quidam dicunt ꝙ est origanũ,alii pulegium, quod non est:uerum ꝙ est quidam ponunt unũ pro alio: quia in omnibus istis plantis non curant Arabes ponere in medicinis unã pro alia:quia ipsi iudicant habere eandem uirtutem. Sed uerũ calamenthum montanum est nepita siue herba quã rustici nostri gattariam uel gatam uocant herbam: & dicitur herba gata,quia cati libenter ipsam comedunt.Dioſc. in cap.de calamentho habet diacalamenthum, & loco calamenthi montani habet nepitam.Nicolaus dicit,ꝙ calamenthum montanum est nepita.Item Macer in cap.de calamentho inquit:Herbam quàm neptam uulgari sæpe uocamus.hanc medici Græco calamenthum nomine dicunt. Item uidi Pet.de crescen.in cap.de calamẽtho ubi sic ait: Calamenthum aliud est aquaticum ideſt fluuiale, & uocatur menthastrum:& aliud est montanum & uocatur nepita.& sic est secundum ueritatem.

Siseleos uel siler uel platocyminum, est siler montanũ.

Petrus de crescentiis dicit:Siler mõtanũ,siue siseleos, & sic est.

Alhasces siue hasce est Thymus:& extremitates uero ipsius sunt notæ,quid sint.

APPENDIX.

Mesues,ac Nicolaus non longe Galenum,suo Diacalamentho,sequuntur,ac etiam Actuarius,quanquam ponderа non nihil immutent,ut ex Galeni descriptione clarius fiet,quam ex Quarto Tuẽdæ Valetudinis ad uerbum Mesues perbelle sumpsit.Hæc sane accipiens,

Calaminthes,
Pulegii,
Petroselini,
Seseleos,
} cuiusq; *uncias duas.

Seminis apii,
Cacuminum.Thymi,
} utriusq; ℥.iiii.

Lybistici,℥.xvi.
Piperis.℥.xlviii.

* Alii legunt. δραχμας ιβ, hoc est. ʒ.xii. Hæc nescio unde corrigentes, ne dicã coiquinãtes,cum maxumè Basim cæteris inferiorẽ reddant.

At piper quidẽ grauis esto ponderis, quod *Capucaδμὸν* uocant:Seseli uero Massilienſe,Petroselinum Macedoni cum,huiusq; præcipue Astreoticum,Calaminthe, & Pulegium potissimũ ex Creta:sin minus, certe ex regionibus æditis, & siccis. Simili ratione & Thymum: atq; herbarum quidem quicquid lignosum,durumq; est,id abiciendum.Accipienda uero ad medicamẽtum folia, atq; ex his maximè quæ subtilissima sunt, atque in summis herbis nata.Ad hęc flores,& quæ cum his sunt una minutissimas, tenuissimasque festucas. Hæc omnia simul tundenda, cribrandaque sunt tenui cribro : quippe eiusmodi medicamenta in totum corporis habitum maximè digeruntur, ueluti e diuerso crassiora in uentre hærent, ut quæ angusta uenarum oscula, subire nequeant. Miscendum uero his ita præparatis est mel optimum,curiose despumatum. Licet & sine admixto melle siccum medicamentum reponere.

XXII.
DIATRION PIPEREON.

℞.Trium Piperum,ana.aur.v.

Zingiberis,	Cassiæ,
Anisi,	Seminis apii,
* Hasceæ,ana.aur.ii.	† Seseleos,
Spicæ,	Asari,
Amomi,ana.aur.i.	Enulæ siccæ,ana.aur.v.

Confice cum melle despumato,& fiat.

* i. Thymi.
† i. Siler montani.

COMMENTA. MANLII.

Diatrion pipereon dicitur a tribus generibus piperũ, quę ingrediuntur compositionem ipsius: & sunt proprie nigrum, album, & longum:hoc apud nos, non est ualde in usu.Auic.in.5.can.habet unam descriptionem quæ uidetur quasi esse eadem cũ ista.Mesues habet hasces, Auic. uero non.Aui.habet xylobalsami,Mesues non, in reliquis concordantur in simplicibus eius.

Piper secundum Serap.ex authoritate Dioſco.est arbustum in regionibus Indiæ nascens, habetqsemen quod in ortu suo est longũ simile faseolis,& elõgatur in forma sua, & est macropiper.i.piper longum, & intra ipsum sunt grana parua similia geguers, quæ quando maturanẽ fit piper & hoc quia separatur & fit sicut racemus in quo sunt grana parua primo:& sunt grana piperis: & quando colligitur perfecte maturum,est piper nigrum:sed quando colligitur ante maturationem est piper album. Nã color eius est albus & non recepit in colore suo nigredinem ante maturationem. Eligẽdum autem est ex pipere nigro illud ꝙ est notum,in quo non est res similis grano furfuris & plenum.Sed ex pipere albo,melius est illud quod non est rugosum,album & graue. Sed ex pipere longo eligendum est illud quod quando frangitur apparet densum, habens grana quæ sunt intra ipsum ad inuicem iũcta: & sapor eius est acutus mordicans linguam.

APPENDIX.

Quarto Tuendæ Sanitatis, *διὰ τριῶν πιπέρεων*,e tribus nempe Pyperum generibus Antidotum,Galenus ijs uerbis tam belle explicat,ut uix amplius inspicere, nedũ Arabum,uerum Græcorum compositiones egeamus.Cum in primis Antidotum non admodũ medicamentosum, ex uarijsq; confectum desideret,ficuti a plerisq; Medicorum cõponitur,mixturæ cuiusdam ritu,quam *καρυκείαν* uocant, aut Apria mirificis istis Coquis cõditi. Adeo ut non minimum negotium sit medicis,aut illis qui apparant, quæ imponuntur medicamenta probe in ipsa mixtione digerere ac pinsere:Ammi,Seseli,Libisticũ,& alia id genus. cruda enim minimeq; mutata,iis qui ea sumpserint lõgo tempore durare in uentre intelliguntur.Hæc igitur subtrahenda Medicamento sunt:prætereq; hæc Helenium, & Nardi spica:ceu uero nõnulli componũt etiam Cassia. Expedit autem præparatum hoc Medicamentum ad manum simplex præsertim habere idq; tripliciter.

SIMPLICISSIMVM.

Trium piperum,ana.ʒ.L.
Anisi,
Thymi,
Zingiberis,
} ana.ʒ.viii.

SIMPLICIVS,seu magis simplex.

Trium Piperum,ana.ʒ.L.
Anisi,
Thymi,
} ana.ʒ.viii.

Aufertur enim zingiber,

SIMPLEX uel compositum magis.

Trium Piperum,ana.ʒ.L.
Anisi,
Thymi,
Zingiberis,
} ana.ʒ.xvi.

Debet autem si haberi põt,Anisum Cretense esse:Thymum aut Atticũ,aut plane ex æditis locis, & siccis, cuius quicquid lignosum est circunciso,coma ipsa una cum floribus iniicietur.Esto uero & Piper quod lõgum quidem est,integrum,minimeq; foratum: æque uero & zingiber:

nam

nam ambo perforari facile solēt. Quinetiam non solū nō perforatum,sed & uerū illud, quod ex Barbaris affertur, Piper esto.Hic nanq; quod adulteratur duplex est, alterū quod in Alexandria maximè conficitur,alterum quod herba cuiusdā germē est.Qua uero maximè rōe internosci,q; adulterinum est,posit,ipse docebo.Principio.n.experiēdum gustu est diligenterq; æstimandum,an Piperis qualitates seruet.Postea in aquā mittēdum : nam quod factitiū est,si per diem totum in humore maceretur,illico liquat, ac soluitur.Si ergo tū Piperis ei qualitas plane inest, nec maceratū resoluitur,sitq; (ut dictum est,) minime foraminibus pertusum Piper,id longum idoneum iudicabis. Nigrū uero nec exile, nec rugosum,nec crassi corticis esto. Sed ex eo quod ponderosum uocant, id quod tum maximum,tum plenissimum est. Itemq; de Albo simili modo eligatur,quod maximum est,atq; plenissimū. Deinde omnibus simul tusis,& per tenue cribrū transmissis.Mel optimū curiose despumatum,admiscetor. Sane id odorum,flauumq;,præterea accerrimū,dulcissimumq; fuerit, tū crassitudine nec plane crassa,nec liquida,sed quæ ita cōtinuita tē suam tueatur,ut si digitum in id dimiseris, post in sublime attollas,quod Mellis ab eo defluit,longissima quasi linea sibi cōtinuatum uideas.Coquitur hoc recte,aut super carbones,aut ligna omnino arida,quæ etiā ἀκάπνα Græci uocant.Præterea etiam Zingiber,quod ex Barbaris afferatur aceto maceratum,est id uirētis herbæ radix,a collectu statim in acetum coniecta.Hæc Galenus.

XXIII.
DIACIMINVM.

℞.Cymini Carmeni pridie in aceto macerati & exiccati, drach.xx.

Zingiberis,	Ameos,ʒ.i.s.
* Alhaſcæ,ana.ʒ.iii.	Foliorum rutæ ſiccorum,
Piperis,	† Baurach rubei,
Cinnamomi,ana.ʒ.ii.	ana.ʒ.iiii.

Confice cum melle despumato.

*.i.Thymi. †.i.nitri.

COMMENTA. MANLII.

Diacyminum dicitur a cymino,uidelicet a cymino carmeno q̄ intrat:sed Christophorus de honestis dicit: Diacyminum.i.diacinnamomum quod nō est.Superius est positum diacyminum bonum.i. diacyminum, quod fit de semine cymini usualis:hic uero habet diacyminum.i.de cymino carmeno:quia ipse Mesues non habet aliud cyminū nisi carmenum,sed hoc apud nos non est in usu. Cyminū carmenum ſm Galenū in suis secretis medicinæ, quod incipit sic,Herodi ad stomachū,exponitur,quod est siseleos Serap.in ca.de cymino ex authoritate Rasis dicit,q̄ cymi num carmenum est agreste.Aui.dicit q̄ est nigrum. Matt. Sylua.in ca.de cymino dicit:q̄ carmenum est siseleos, Et sic uolunt moderni:tamen ego nō nego nec affirmo : uerū unum pro alio ponitur quandoque .

Ameos.Dios.multi cyminum Aethiopicū dicūt aut basilicon:sed ameos alterius est naturę.Est enim semen penes Aethiopicos cymino simile,sed minus: & est albidius , & quodammodo spissius , gustum habens similem origano . Ser.ex authoritate Gal.dicit , magis iuuatiuū quod est in eo,est semē eius:& in sapore eius,est amaritudo pauca & acuitas.hoc est notum.

Ruta.ſ.domestica.Circa instās dicit,rutæ folia & semina competūt usui medicinæ.Cū autem reperitur ruta sola,folia debent poni,et per annum seruantur.Secundum Dios. melior est ruta quæ nascitur circa cucumeres.Et secundū Auicen.est melior quę nascitur apud arborem fici.Inueniūtur autem alia species rutæ qnæ uocatur pigamum,& una alia quæ uocatur harmel:de cuius forma ostendam in tractatu de pilulis .

Baurach rubeum.i.sal rubeum uel armenum,uel aphronitrum.i.spuma nitri,ut dicitur a Ser.c.de Baurach . Mes. in c.de baurach dicit:Aliud est minerale,aliud artificiale. Minerale,aliud Armenum,aliud Africanum, aliud Romanum:aliud Aegyptiū &c.Moderni apothecarij loco baurach sunt qui ponunt sal panis rubenm:& sunt qui ponunt sal nitrum,quo utuntur bombardarii.

APPENDIX.

Suum nec incellebre, Diacyminon Antidotum Actuarius in hunc modum perpulchre habet.

Cumini,sextulæ quinquaginta.i ʒ.viii.& ℈.viii.

Cinnamomi,	Iris,
Spicæ,	Cyperi,
Zingiberis,	Cardamomi,
Piperis nigri,	Rutæ,
Fructus balsami,	Libystici,
singulorum sextulæ.x.	singulorum sextulæ.v.
i.℈.xl.	.i.℈.xx.

Mellis quantum sufficiet.

Ad hæc Gal.Paulus Aegineta,Actuarius haud prorsus absimilem,tum uiribus,tum ingredientium historia,compositionem explicant, quāquam Inscriptione maxime distet, Diospoliticvm , ac si Iouis ciuile solatiolum dixerimus,uocitatem . Verum Galeni descriptionem cæteris præferendam non abre censeremus, cum ꝑstantioré absq; controuersia omnes illam prædicent.At interim Galenū, in Sanitatis Tuendæ monumentis prę̄sertim.iamiā audiamus,compositionem ex ponderibus ratummodo euariās. nedum in Quarto, uerumetiam in Sexto .

Prima,pro iis qui aluo sunt astricta.

Cumini,
Piperis,
Rutæ,
Nitri, } pari pondere .

Secunda,pro iis qui aluo sunt soluta.

Cumini,
Piperis, } pari pondere .
Rutæ,
Nitri,dimidio .

Præstiterit autem Cuminum esse quod uocāt Aethiopi cum Nitrum uero Berenicarium , Piper postmodū uel lō gum,uel album.Macerabitur Cuminum in aceto maximè acri:dein continuo id tunditur , aut etiam prius , modice frigitur in uase fictili,quod coctum in camino,quam optime sit,quæ enim exacte,penitusq; cocta nō sunt, hæc luto sa potius,q̄ figulina sunt , & qualitatum suarum non nihil Medicamentis remittunt.Sunt uero &Rutæ folia modice siccata.Vt enim si plusculum siccentur,acria, amaraque redduntur,& supra quā par est calida.Sic si prorsus nō sicces,excrementitium quendam humorem retinent,nondū ex toto concoctum cuius uitio flatū discutere minus possunt.Quatuor his aliquando despumatum mel additur aliquando nihil:sed sola sine melle reponunt, ac Ptisanæ cremori,& aliis quibus maximè conuenire uidētur,cibis inii ciuntur.Sumitur & per se medicamentum hoc,& ante,& post cibum . Porro ad eum usum optimum est , quod mel admixtū habet,quod utiq; curiose sit despumatū . Id.n. flatū maxime discutit.Sit autē oportet & mel optimū,si modo quod flatum discutiat,quodq; maximè dissecet, futurū medicamentum est.

XXIIII.
DE CYTONIIS.

℞.Carnium cytoniorum coctorum in uino Mellis boni,& despumati . } an.l. iii.

Decoq; cum facilitate,& postquam coctū fuerit, proiice super ipsum .

Cinnamomi,	Darseni,ʒ.iii.
Garyophyllorum,	Zingiberis ,
Cardamomi,	Piperis,longi,
Galangæ,ana.ʒ.i.	Macis,ana,ʒ.iiii.

Et quandoq; inuitat necessitas,& coquuntur cytonia in aceto ad causas calidas.Et quandoq; permiscetur eis, aceti tertia pars eorū,aut media.Et quādoq; permiscetur eis succus granatorum acetosorum,in medio ponderis eorū. Et quandoque succus citri in quarta parte ponderis eorū Et quandoque fit sine speciebus.Et quādoq; cum specieb. prædictis.Et quandoq; cum puluere isto.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 32 sur 335

Spodii,
Berberi,
Semiuis acetosæ,
Trium sandalorum,
Rosarum rubearum, } partes æquales.

Et quãdoque ponuntur alia, secundũ intentiones Physicorum. Et quandoq; aromatizatur cum musco, aut camphora, aut utroq;. Et quandoq; fit cum zuccharo, & quandoq; cum melle.

COMMENTA. MANLII.

Confectio de cytoniis boni.i. de carnibus cytoniorũ est in usu. Verum sunt ex hominibus qui faciunt eam cum speciebus & sine speciebus: & sunt qui faciũt eam cũ zuccharo: & sunt qui faciunt cum melle: sed cum zuccharo est magis laudata: quia retinet mirabiliter fluxum uentris.

Ioan. autem Anglicus in ca. de passionibus stomachi inquit: sed nota quod dyacitonitem parum ualet in materiis calidis, sed cũ pipere & zingib. in materiis grossis & frigidis ualet. Eius descriptio est hæc. ℞. Succi cytoniorum acetosorum uel aquosorum parum ponticum. lib. i. uel de sub stãtia eorum eodem modo, mellis ad calefaciendum, zuccharí ad infrigidandum. li. i. aceti fortis, & boni li. i. præparentur super ignem lentem & calidæ reponantur. Quod si uis fortius facere ad calefaciendum, ponaẽ ibi zingiber & piper. Vnde apothecarii accipiunt cytonia, & scindũt per medium, & extrahũt grana & semina & arillos, & medullam eorum coquunt in aqua, & addunt succum, & pistant simul in modum electuarii: & tũc uocatur carocytoniorũ, uel diacytonitem purum, & cum speciebus calidis sic compositũ: de quo dixit uersificator in his uersibus: Si uis me mitem, si uis dissoluere litem, Da dyacitonitẽ, da mihi fraterídem: Nec multum plangam si iungas diagalangam.

XXV.

DE SEMINIBVS, uel Diaspermaton.

℞. Seminum, Cimini, Anisi, Fœniculi, Cari, Dauci, Ameos, Apii, Amomi, } Aceto horis, xxiiii. maceratorũ, & sic catorum, } ana. ʒ. vi.

Cinnamomi, Zingiberis, Macropiperis, Siseleos, Galangæ, ana. ʒ. v.
Cardamomi, Spicæ nardi, Garyophyllorum. ana. ʒ. iiii. Cheisim, ʒ. iii.

Mellis despumati quantum sufficit.

Et quandoq; ponitur in eo zucchari duplum, põderis omnium, & fit sicut suffuf, & est sanum & expertum.

COMMEN. MANLII.

Confectio de seminibus. i. diaspermaton secundũ Mat. Syl. in litera diaspermatõ: & dicit ipse q; est ex seminibus herbarum. Nicolaus Floren. in lib. 5. in tra. 4. in cap. de cõplexione stomachi nõ pura in generali, inquit: Diaspermaton. i. electuariũ de seminibus: quod describitur in antidotario Mes. & sic est, sed non est in usu. Infra apparebit una alia descriptio quæ est ex authoritate Ras. Nicolaus habet diaspermaton, sed non est in usu.

APPENDIX.

Parum ab hoc differt, quod a Serapione describitur, plurimum uero quod. 2. can. Auicen. ponit, sicuti & quod Galenus, ac posteriores Græci διάσπερματων uocãt. Verũ Serapionis compositionem in antidotario cap. xx. non illaudatam, iam describamus, quæ nempe accipit.

Carui,
Anisi,
Cymini,
* Heil,
Cinnamomi,
Ameos,
Sem. Apii, ana. ʒ. iii.
Cardamomi minoris,
Garyophyllorum, ana. ʒ. ii.
Zingiberis,
Macropiperis, ana. ʒ. iiii.
Zucchari tabarzeth,
aur. xx.

* i. Cardamomi maioris.

Terantur, & administrentur.

XXVI.

E SVCCO CYTONIORVM.

℞. Succi Cytoniorum,
Mellis despumati,
Aceti boni puri, lib. ii. } ana. lib. iii.

Deinde coquãtur cum facilitate, & continue auferatur spuma eius & sepe, & cum mellis spissitudinem habuerit, puluerizentur super ipsum:

Piperis longi,
Zingiberis,
Cinnamomi, ana. ʒ. i.
Garyophyllorum,
Ligni aloes, ana. ʒ. iiii.
Moschi, ℈. i.

Et quandoq; fit sine speciebus, & quandoq; cum speciebus aliis, sicut necessitas conducit: & quandoque fit cum zuccharo, & quandoq; uariatur aliis modis.

COMMEN. MANLII.

Ista cõfectio de cytoniis facta ex succo cytoniorum Papiæ non fit, nec est in usu: sed apothecarii Mediolanenses faciunt ipsam: & illi medici utuntur ea.

Acetum apud Græcos dicitur oxos. Serap. ex authoritate Diosc. dicit, q; acetum infrigidat & stypticat, & est bonum stomacho, & prouocat appetitum. Petrus de Crescẽtiis docet qualiter fit acetum, & de uirtute aceti.

XXVII.

DE POMIS.

℞. Carnium pomorum dulcium, & redolentium, mundatorum, & incisorum per frusta, lib. vi.
Zucchari albi boni, lib. v.
Aquæ rosatæ, lib. ii.
Ligni aloes, ʒ. v.
Sandali citrini, ʒ. iii.
Garyophyllorum, ʒ. iiii.
Cinnamomi electi, ʒ. iiii. s.
Ambræ, ʒ. ii.
Moschi, ℈. i.

Hoc etiam modo fit electuarium de pomis acetosis, & electuarium de pomis paruis, & aromaticis, & dulcibus.

COMMENTA. MANLII.

Electuariũ de pomis non est in usu: tamen hic uolo ostẽdere, quare dicitur pomum ex authoritate Isidori dicẽtis: Quia poma sunt dicta ab opimo. i. a copia seu ubertate. Mes. habet carnium pomorũ dulciũ, quæ sunt dicta, poma paradisi siue parisana. & hoc pomum est magis laudatum, quam sint alia poma redolentia, & sic a uulgo uocantur.

XXVIII.

DE PERSICIS.

℞. Carnium Persicorum mediocrium inter maturitatẽ, & acerbitatem, & mũdatorum a corticibus suis, } ana. li. iii.
Succi Persicorum, }
Zucchari tabarzeth, lib. ii.

Terãtur Persica, ut sint sicut medulla, & exerceas in eis decoctionẽ cũ syrupo, sicut diximus in confectione de Cytoneis: & cum coctum fuerit, puluerizentur super ipsum:

Ligni aloes, ʒ. ii.
Cinnamomi,
Cubebæ,
Macis, ana, ʒ. iiii.
Sandali citrini, ʒ. ii.
Moschi, ℈. s.

Et quandoq; fit sine speciebus, & est sanum, & expertũ.

COMMEN. MANLII.

Electuarium de Persicis non est in usu. Persicum autẽ apud multos inter genera chrysomilorum est positum. Isidor. in ca. de propriis nominibus arborum habet capitulũ de malo Persico, & aliud capitulum habet de Persico solũ. In ca. uero de malo Persico ait: Malũ Persicum cuius brue est quemadmodum uita cõcessa est: & tria genera dicũtur, scilicet duracemũ, armeniacum, & Persicum. Duracemum nũcupatur, eo quod pomum eius in gustu acorẽ referat. In c. uero de Persico dicit: Persicum uocatum quod eam arborẽ prius in Aegypto seuerint Persæ, a qua se oriũdos Ptolemæi ferebant.

Regium

XXIX.
REGIVM.

℞.Pinearum mundatarum,℥.viii.
Amygdalarum purgatarum,℥.vi.
Zucchari albi,lib.iiii.
Aquæ roſaceæ,lib.i.s.
Olei amygdalæ dulcis & recentis,℥.iii.
Cinnamomi electiſt.℥.iiii.s.
Garyophyllorum,ʒ.iii.
Ambræ bonę,ʒ.i.
Moſchi,ℨ.s.

Et eſt bonum,& expertum:& confortat ſtomachũ,cor, pectus,& cerebrum.

COMMENTARIA MANLII.

Electuarium quo utuntur reges & prælati,nõ eſt in uſu. Primus arbor picea ab acumine foliorum uocatur. Pinũ antiqui acutũ nominabant:pinum autem alii pytin uocant Græci peucem uocãt,quam nos piceam dicimus:eo quod defudet piceũ. Nam in ſpecie eius differũt. In Germaniæ autem inſulis,huius arboris lachryma electrum gignit, ut inquit Iſido. Sed miror quod Iſid.dicat,ꝙ lachryma huius arboris electrum gignit:quod non credo: quia Simon Ianuen.dicit:Electrum ſuccinum & charabe uel chachabre quod idem ſunt. Similiter dicit Mat.Syl.ꝙ electrum ſuccinum,& charabe idem ſunt. Iſtud electuarium uocat apud quoſdam,electuarium de pineis.

XXX.
DE FRVCTIBVS.

℞.Carnium Cytoniorum:& Pyrorum põticorum, & malorum acidorum,quorum ſingulum elixatum fuerit in aceto uini forti,in quo iſuſum fuerit Sumach, die ac nocte & ſucci agreſte,ſuper cuius triturationē elaborandũ eſt,uſq; ad conſumptionem ultimam granorum,ana.lib.i.
Carnium ſorborum immaturorum,℥.v.
Zucchari,lib.iiii.

Coq; ad ſpiſsitudinem mellis,deinde ponet ſuper ipſum
Succi Berberi,℥.ii.
Spodii,
Seminis acetoſæ, } ana.℥.i.

Repone poſtquam confectum eſt,in uaſe uitreo,& da a ʒ.ii.uſq; ad.iii.cum aqua frigida & rob citri,aut ribes,aut aliquo talium.

COMMEN. MANLII.

Electuarium de fructibus magnum nõ eſt in uſu. Pyrus uocata quaſi in ignis ſpeciem formata. Nã hoc genus pomi ab amplo incipit & in anguſtum finit ſicut ignis. Pyrus arbor,fructus eius Pyra ſunt. Iſidorus.

Ponticus.ſ.ſapor. Sera.in ca.de diuiſione generali ſecũdum ſapores in uno ca.de ſtyptico & pontico loquitur,& ibi ſic ait:Sapor ſtypticus eſt ſapor ponticus & debilis: & hi duo.ſ.ponticus & ſtypticus non differũt niſi in multa & pauca ſtypticitate Ponticum etiam appellatur in quadam inſula ubi reperitur rheuponticum.

XXXI.
DE ACETOSIS GALENI.

℞.Xyloaloes,
Cubebæ,ana.ʒ.iiii.
Roſæ,
Coralli rubei,
Margaritarum albarum,
Santali citrini,
Faufel,ana.ʒ.ii.
Berberi,
Sem. Cucumeris, Cucurbitæ, Citrulli, Melonis:ana.ʒ.iiii.
Spodii,
Charabæ,
Gummi arab.
Tragaganthi,ana.ʒ.iii.
Boli Armeni,ʒ.i.s.
Seminis acetoſæ,ʒ.iiii.
Seminis, Portulacæ, Bugloſſæ, ana.ʒ.iii.s.
Camphoræ,ʒ.i.
Confice cum rob.citri, aut rob agreſtæ.

COMMENTA. MANLII.

Confectio alia Gal.non eſt in uſu:ſed illa ſimplicia quę ingrediuntur, & quæ declarata non ſunt,hic declarabo.

Faufel ſm Ser.eſt auellana indica, & dicitur ꝙ eſt ſicut dactylus,& arbor ipſius non eſt in terris Arabum. Aui.in ʒ.can.de ipſa duo cap.facit:unum de faufel:& ibi dicit, ꝙ uirtus eius eſt propinqua uirtuti ſandali:aliud ca. facit de roba:& ibi dicit,ꝙ eſt auellana indica,ꝙ dominus Raſ.uel le etiam uidetur in lib.ʒ.apho.in cura fluxus. Faufel uero ſm Simonem Ianuen.eſt fructus ſimilis nuci muſcatæ niſi quia pars prima eius eſt aliquantulũ peracutior:& alia eſt plana,ita ꝙ poſsit ſtare erectus ſicut calculus qui ĩ ludo dicit pedes: in cæteris intus & extra nuci moſchatæ ſimilis eſt,ſine odore,& ſapore. Naſcitur incluſus in quadã lanugine ſimili folliculo ſerici. Multotiẽs defert inter alias ſpecies aromaticas & ſimplicia:maximè cum cinnamomo,& æquiparatur ſandalis in frigiditate.

Bolus Armenus ſiue lutum armenum,eſt quædam terra rubea quę defertur ab Armenia. Circa inſtans dicit:Bolus eſt quædã uena terræ quæ præcipuè in Armenia reperitur unde dicitur bolus Armenus. Nõ ſophiſticatur ,ppter multam eius copiam:per centum annos poteſt ſeruari, & hoc eſt ſatis notum.

Acetoſa ſecundum Auic.alia eſt domeſtica & alia ſyluſtris Dioſ.uero uocat eam lapathium,& illius ponit quatuor genera:unum quod mãducatur, & iſtud eſt illud quo nos utimur & eſt alterũ quod dicitur oxilapathium, ideſt acutum lapathium. Hoc eſt ſatis notum,quod ſemen intelligitur,alia legas ibi.

Rob eſt ſuccus cuiuſdam fructus coctus ad ſpiſsitudinẽ ut ſeruari poſsit. Rob uero citri deſcriptio nõ reperitur a Meſ.ſed fit ſicut rob de berberis. Quãdo autem reperitur rob abſolute,ponitur ſapa uel carenum.

XXXII.
DE PRVNIS.

℞.Carnium Prunorum nigrorum,oblongorum,&* Muzorum accedentium ad dulcedinem,& elixorum in aqua, in qua prius portulaca elixata fuerit,lib.ii.
Zucchari albi,lib.ii.s.
Aquæ uiolarum,lib.i.

* Dulcacĩ da uocantur.

Decoq; cum facilitate,uſq; ad ſpiſsitudinem,& recondе in uaſe uitreo.

COMMENTA. MANLII.

Confectio de prunis nõ eſt in uſu, infra in antidotario Nicolai apparebit diaprunis uel diamaſceno, & ſecundũ illam deſcriptionem fit & poteſt fieri ſolutiuum,& non:ſi cut poſtea oſtendam.

Pruna ſecundum Meſ.dantur ad alterandum & ad ſoluẽdum,& ſunt ex eis alba,aut citrina,aut rubea. Damaſcena & Armena ſunt fortiora omnibus aliis. Iſid.dicit: Coquimella quã Latini a colore prunũ uocãt alii a multitudine enixi fructus nixam appellãt,cuius generis Damaſcena dicta ſunt a Damaſco oppido:unde prius aſportata ſunt,cuius ſolum pomum ſtomacho mederi probatur.

Muzum proprie dicitur,cuius ſapor eſt compoſitus ex dulcedine & acetoſitate. Et hoc dicitur Arabice muz.

XXXIII.
DE SORBIS.

℞.Carnium ſorborum immaturorum, uicinorum maturitati & elixatorum, in aqua,in qua roſæ prius decoctæ fuerint,& cortices granatorum,lib.iii.
Mellis,aut zucchari,lib.ii.s.

Coquatur uſq; ad ſpiſsitudinem,& reconde in uaſe.

COMMEN. MANLII.

Electuarium de ſorbis.ſ.de carnibus ipſius nõ eſt in uſu. Sorba ſm Ser.ex authoritate Dio.eſt arbor ſpinoſſa,folia eius ſunt ſimilia nanarico:& habet fructum paruum ſimilẽ malis paruis,bonũ ad comedendum eſt: & unumquodq; pomum eius habet tria oſſa,& ideo nominatur triconium & eius expõ eſt trium granatorum. Sera.allegat de forma ſorbæ ſm Dioſ.quod apud ipſum Dioſ. in cap. de ſorba nõ reperitur ita:ſed uide cap.de meſpila apud Dio. cum c.de ſorba apud Ser.uidebis quod in omnibus idem ſunt. Aui. in.ʒ.can.in cap.de zarur,uidetur loqui de ſorba: quamuis Sera.uult quod zarur ſit ſorba uel ſpecies eius.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 34 sur 335

XXXIIII.
THERIACA DIATESSARON.

℞.gentianæ,
Baccarum lauri,
Myrrhæ,
Aristolochiæ rotundæ, } ana.partes æquales.

Confice cum melle despumato,& fiat confectio.

COMMEN. MANLII.

Theriaca uero secundū quosdam dicitur a tyro serpente.Alii dicunt quod non:quia reperiuntur multæ aliæ theriacæ quas non ingreditur tyrus, ut est in theriaca de terra sigillata,& ista q̄ fit ex quatuor rebus. Potest bene aliquis dicere q̄ tyriaca dicitur a tyron Græce,q̄ est uenenū quia omnes tyriacæ sunt medicinæ quæ ualent cōtra uenenū ut lapis bezaar.Ioā.Anglicus in ca.de uenenis,inquit: Si igitur illa medicina faciat euadere ex uenenis optima est,& de illis quæ faciunt euadere ex uenenis habentium uenena quæ non cognoscuntur per experimentum est theriaca,quæ componitur ex carne tyri quæ est uenenosa: tamen uenenum suum est humiditas expulsa per uerberationē eius.unde uersus:Allia,nux,ruta pura, raphanus & theriaca:Hæc sunt antidota contra mortale uenenum.Dī autem theriaca diatessaron.i.de quatuor rebus. Nam thesaron Græce,idest de quatuor rebus:descriptio ipsius,reperit in multis aliis locis.Nico.in suo antidotario habet unā descriptionem,sed in ipsa quidam philosophi postea addiderunt alias res,sicut fœnumgræcum,nigellam,zedoariā, diptamum &c.Aui.in.5.can. habet unam descriptionem quæ eadem est cum ista Mesue Raſ. etiam in.8. Almans.in cap.de morsibus scorpionum,habet unam descriptionem quæ est eadem cum ista:sed apud nos non est in usu.

Gentiana secundum Serap. est basilica. Idem dicit Papias.Basilica etiam aliquando inuenitur pro serpentaria. Auicen.in cap.de gentiana dicit: quod non nominatur gētiana:nisi quia primus qui eam agnouit fuit Gentinus rex: & ipsa quidem crescit in montibus altis,& sic credo: quia reperitur in multis confectionibus gentiana Romana, ut habet Auic.in prædicta theriaca.Illa est proprie gentiana quæ reperta fuit a Gentino rege Romanorū, radix ipsius competit usui medicinæ.

Baccæ lauri,siue granum lauri.Circa instans dicit: Lauri folia & semina usui medicinæ competunt. Infra apparebit electuarium de baccis lauri,& ibi melius ostendam, si Deus uoluerit.

XXXV.
TRYPHERA Saracenica magna.

℞.
Myrobalanorum. Chebulorum, Indorum, Bellericorum, Emblico. Citrinorum, ana.3.v.
Cinnamomi,
Trium piperum,
Secacul,
Folii,
Spicæ,
Cardamomi, Maioris, Minoris,
Cassiæ,
Seitaragi Indi,
Cyperi,
Apii,
Linguæ auis,
Garyophyllorum,
Been Albi, Rubei,
Zingiberis,ana.3.ii.
Nucis moschatæ,
Sesami excorticati,
Macis,ana.3.iii.
Amygdalarū Dulcium, Amararum, ana.3.v.
Ligni aloes,
Rheubarbari,
Seminis fœniculi,
Masticis,ana.3.ii.
Alfelengem isch,
Menthæ siccæ,
Origani,
Perſici,ana.3.i.s.

Fricentur Myrobalani cum butyro uaccino, & cæteræ species cum oleo amygdalino,& confice cum melle quod sufficit.Addunt aliqui Turbith.3.v.Moschi,gra.xv.

COMMEN. MANLII.

Tryphera Græce est dicta delicata:saracenica,quia a Saracenis inuenta fuit.Nicola. in suo antidotario habet unā descriptionem:& dicitur tryphera,quia hominem iuuenē reddit.Saracenica uero,q̄a a saracenis fuit inuēta. Descriptio Nicolai non concordat cum ista Mes. nec sit secundū ipsum scilicet Nicolaum.

Chebuli alio noīe myrobalani chebuli uocātur.Mes.de ipsis loquitur de tribus generibus in uno ca.& sunt ,ppriecitrini,chebuli,& indi:& laudat chebulos ut sint grossi & q̄to grossiores tāto meliores, & sint subnigri declinantes ad rubedinē, & sint graues in pōdere citę submersionis in aqua:& sint habentes spissitudinem corticum suorum.

Indi.s.myrobalani dicti nigri,ut dicit Serap.ca.de myrobalanis.Mesues laudat nigros ut sint grossi & graues & carentes ossibus:quanto aūt ab his elongātur proprietatibus,tanto a bonitate remoti.Aui.dicit:Nigri indi sunt illi qui ultimi sunt in maturitate,& sunt pinguiores.

Bellerici myrobalani sunt ex medicinis benedictis,ut dicit Mesues,& meliores sunt grossi & spissi, ponderosi & densi cortice.

Emblici myrobalani sm Mesuem sunt ex medicis confortantibus stomachum,cor,hepar,& uiscera:& meliores ex eis sunt habētes frusta grossa,& densa,& grauia:& quæ minus crescunt in ossibus,& plus in carne:rari quoq; non habent spiritum.Mes.ibi docet modū faciendi seremblac: Infunde emblicos in lacte dulci, & mutetur super eo lac mane & sero:& hoc per triduum, & exiccentur in uento & in umbra,& recondantur.Ser.in ca.de emblicis inquit: Medici nominat emblicos siremblicos: & hæc ideo quod quando infunduntur in lacte in terra in qua nascuntur,nominantur sireblengi,& ipsi ponuntur in lacte sicut dixi.

Citrinos myrobalanos sm Mes.laudauerunt sapiētes in colore,ut sint citrini multæ citrinitatis declinātes ad uiriditatem,& sint pondere graues & densi: & ut in cōfractis suis inueniaē sicut gūmositas,& ut sint grossi:& ut cortex eo⁹ sit spissa densa complés ossa parua. Similiter ait Aui.

Secacul.i.figillum sanctæ Mariæ:& alio nomine, a uulgo dicitur zonegero,ut dictum fuit.

Spica nardi siue p̄ciosa. Mes. habet in ista descriptione spicā.i.nardi,& infra iterum habet spicā q̄ ignoro. Verū dixerūt quidam sapientes quod per unū spica intelligitur spica nardi:& per aliud spica celtica:& ambæ debēt poni.

Seitaragi aūt indi est genus erucæ.Aui.in.2.can.ait:Seitaragi ille qui est indus ē frustā ligna parua lubtilia, & cortices sicut garyophyllī:neq; p id agnouit q̄d sit.Gal.in.7. simpliciū noiae lepidium:& ibi dicit q̄ est genus erucæ,& sic est.Quid aūt sit cōiter ignoratur:etiam Dio.uocat lepidium.& qui mihi non credit quod lepidiū sit seitaragi indi legat ca.de lepidio apud Dios.cū ca. de seitarago apud Sera.& uidebit quod idem est.Simon uero Ianuē.in c. de hiberida cū h.describit de forma hiberidos, q̄ ē uerū seitaragi.in fine cap.ipse inquit. Hæc uī quām nasturtium agreste noīamus.in c. uero de ibederidos p.i.seitaragi inquit: ex authoritate Pauli ibederidos herbæ usus quam & lepidium.Alii uero agricardamum.i.nasturtium agreste appellant.In cap.de seitaragi iterum dicit ex authoritate Pauli quod in c.de sciatica,Iberidos inquit: quem lapidium alii agricardamum appellant:quidem uocāt ipsum capsiam in dam.Tu uero uide certitudinem huius plantæ quod uerū seitaragi secundum Paulum est agricardamum agreste: & agricardamum agreste est nasturtium aquaticū, & nasturtium aquaticū sm Circa instās est senation.Et senation sm Dio.est illa herba quam Lumbardi uulgo crisonum uocāt & sic sine dubio seitaragi est species nasturtii: quia Ser.in suo cap. dicit ex authoritate Gale. Virtus eius & sapor & odor sunt similia uirtuti sapori & odori nasturtii: & sic loco seitaragi indi potest poni semen nasturtii,q̄ est species eius.& infra in dianasturtio de ipso aliquid ostendam.

Sisamus.s.semē ex quo oleo sisaminū exprimit.tpe antiquo nō reperiebaē istud semē in partib. nostris: sed hodie aliqui detulerūt ad nos:& hodie reperit in multa quātitate,& siculi appellāt illud giorcolenā,de modo excorticandi docet liber qui dī bulchasim in tra.2.cuius modus ē iste ℞.de sisamo & illud purga a terra quæ est in eo & alijs superfluitatibus,& pone in uase fictili cū aqua frigida,& dimitte per noctē,& in mane cola,& dimitte siccari parū ab humiditate

humiditate aquæ & pone in pecia lini forti, & liga os & percute fisamum ab omni parte eius donec excorietur totum & proiice super ipsum aquam frigidam & misce bene. Nam cum uidebis corticem eius natare super faciem aquæ proiice cum aqua, & fiat ita quousq; nihil remaneat ex cortice: deinde sicca illud ab aqua & seruetur.

Origanum persicum non reperitur ab autoribus, quare ita appelletur, Moderni uero per origanum accipiunt: q̄dam herbam, quam Lōbardi uulgo cornabobium uocant, Circa instās inquit: Origanum.i. golena exiccatis folijs cū floribus abiectis stipitibus in medicina debet poni: per annum seruatur, singulis annis renouetur. Ser. in c. de origano describit multas species illius, & ponitur diptamus inter species origani.

XXXVI.
TRYPHERA MOSCHATA Alcanzi.

℞. Myrobalanorum, Chebulorum, Nigrorum, Emblicorum, Bellericorum,
Piperis,
Macro piperis,
Zingiberis,
Cyperi,
Cassiæ Indæ,
Spicæ, ana. ʒ.v.
Seminis, Anethi, Porri, ana. ʒ.ii.
Seminis Bauciæ,
Rosarum,
Nucis moschatæ,
Garyophyllorum,
Cinnamomi, ana. ʒ.i.s.
Macis,
Heil,
Galangæ,
Ligni aloes crudi,
Moschi, ana. ʒ.i.
Granorum Nasturtii, ʒ.x.

Confice cum melle despumato. Et quandoq; ponuntur in ea scoriæ ferri nutritæ, ʒ.ii.

COMMENTA. MANLII.

Tryphera.i. delicata: muscata dicitur, quia recipit muscū apud nos uidelicet, in Papia non est in usu: sed in Mediolano utuntur ipsa multum.

Anethum secundum Circa instans, quando simpliciter ponitur, semen intelligitur. Hoc semen est satis notū. De forma ipsius plantæ non reperitur ab authoribus: sed folia habet sicut abrotanum, uel fœniculus: hasta similis fœniculo: & capitellum simile fœniculo: semen uero est minus & in hortis reperitur.

Porrum sm Sera. est ex eo domesticum, & est hyspanū: & est ex eo nabati, & est montanum, & est porrum uineæ, Aui. dicit aliud est scemium, & aliud est nabathiū, & aliud est quod dicit porrum sylueſtre: & est illud quod est inter porrum & allium quod est melius in medicina quam in cibo: sed nabathium magis ingreditur in curationibus quā scemium: semen ipsius intelligitur.

Bauciæ.i. pastinacæ, de semine intelligit, ut infra apparebit bauciæ conditæ, & ibi ostendam melius. Auerr. in. 5. col. uocat ipsam halgazar.

XXXVII.
TRYPHERA GALENI.

℞. Myrobalanorum omnium, ana. ʒ.x.
Zingiberis,
Masticis,
Cinnamomi,
Garyophyllorum, ana. ʒ.vii.
Galangæ,
Marathri,
Apii,
* Ameos,
Spicæ,
Asari,
Croci, ana. ʒ.iiii.
Costi,
Piperis, Nigri, Longi,
Cassiæ, ana. ʒ.iii.
Nucis moschatę,
Macis,
Cardamomi, Maioris, Minoris,
Calami aromatici,
Ligni aloes, ana. ʒ.ii.
* Tuderi, Albi, Rubei,
† Alufulfumen,
Cyperi, ana ʒ.iii.s.
Ambræ, ʒ.i.
Moschi, ℈.i.

* al. been uel, ut alii fantali.
† .i. radix piperis.

Fricentur myrobalani cum oleo amygdalarum dulciū, & cōfice omnia cum melle despumato. Et Gal. quidē quādoque addidit scoriam ferri nutritam in aceto uini, secundum mensuram medicinarum omnium, & quandoq; secundum medietatem earum.

COMMENTA. MANLII.

Hæc descriptio istius trypheræ apud nos non est in usu: sed simplicia q̄ ipsam īgrediunt declarabo, si Deꝰ uoluerit.

Marathrum.i. semē fœniculi, de quo Macer: Fœniculū medici calidum siccumq; secundo, Dicūt esse gradu, marathrum Græcus uocat illud Auer. in. 5. col. dicit: Alrigmeg. idest fœniculum.

Ameos est semen notum oībus. Gal. in. 6. simplicium inquit: Enucha.i. ameos magis iuuatiuum ex hac plāta est semē eius. Nota quod meo tempore uidi multos herbaticos uēdere ameos apothecariis indoctis pro apio, & generaliter ultra Padum apud ciuitatem Papien. utuntur in cōuiuiis foliis ameos pro foliis apii: quod erroneum est.

Tuderi sm Aui. ex authoritate Dios. est herba habēs folia similia prasio, & radicem quadratā: & eius radix mensuram habet medii cubiti, & habet capita in quib. sunt semina lōga nigra: & est hæc usitata. Tuderi sylueſtris uero semen est rotundum. Aui. 2. can. declarat formā tuderi ex authoritate Dios. sed nō reperit sub illo noīe: quia a Dios. uocatur horminon, & Latini emolā uel aurigalis siue reicialis; & reperiuntur ex eis duplices, unus cū flore rubeo & alter cum flore albo. Ambæ apud nos nascūtur in tectis ac parietibus, & iuxta hortos abundanter inuenitur.

Alufulfumen siue fulfumen est radix piperis secundum Sera. in ca. de radice piperis. Aui. in. 2. can. ait: Fulfumē est radix piperis. Idem in synonymis quæ sunt in fine quinti can. dicit: Fulfumen.i. radix piperis uel lignum eius, & sic est: & loco eius administratur piper nigrum.

XXXVIII.
TRYPHERA Minor Phenonis.

℞. Myrobalanorum, Chebulorum, Indorum, Bellericorum, Emblicorum,
Nucis moscha. ana. ʒ.v.
Nasturtii,
Asari,
Origani,
Persici,
Olibani,
Ameos,
Zingiberis,
* Charnuzith,
Spicæ,
Squinanti,
Cyperi, ana. ʒ.iiii.

* .i. fructus tamarisci.

Scoriæ ferri nutritæ in aceto dieb. quiq;, & assatę. ʒ.xx.

Myrobalani assentur cum butyro uaccino, & inuoluātur cætera cum oleo amygdalarum dulcium, & aromatizētur cum Moschi. ʒ.i. & cōfice cum melle despumato, & da post sex menses.

COMMEN. MANLII.

Hæc descriptio istius cōfectionis apud nostros medicos est multū in usu: ualet mirabiliter ad corruptionē, & exuberationem menstruorum & hæmorrhoidarum.

Carmezith autem sm Serap. est fructus tamarisci. Nam ipse Sera. in ca. de tamarisco, inquit, ex authoritate Dios. Tamariscus est arbor erecta, quæ nascitur in aquis, & habet fructum qui assimilat floribus, & est similis in fluxibilitate sua usneæ. Et est in Babylonia, & in Sceni, tamariscus domestica quæ nominatur carmezith, & sic est. Auic. in. 2. can. dicit: Carmezith est fructus tamarisci. Et quidam uocant nucem tamarisci, & idem est. Auer. in. 5. colliget ait: Alcharfar, idest tamariscus.

Ferreū sm Aui. habet tres spēs. s. seneburucam & lierēchē & suludet. Aliud c. facit de scoria, & ibi dicit, q̄ fortioris exiccationis est scoria ferri. Idē ait: Sarsar. i. ferrū Isid. in c. de lignariis inquit: Claui aūt dicti quasi chalybi, quia ex chalybe fiunt. i. ferro. Chalybs. n. ferrum est. Sera. ex authoritate Dios. dicit: Tubel ferri, est squamma ferri seu battitura. Nutritur autem scoria ferri per quinq; dies in aceto fortissimo, omni die mutando acetū. Post hoc proiicitur super laminam ferreā ignitam & torrefiat: deinde pulueriz etur subtiliter & reseruetur & utetur ubi oportet.

XXXIX.
TRIPHERA Minor descriptione cognita.

℞. Myrobalanorum, Chebulorum, Indorum, Bellericorum, Emblicorum, } ana. partes æquales.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 36 sur 335

Inuoluãtur in butyro uaccino,& frigantur, & conficiãtur cum melle emblicorum,& aromatizentur cũ moſcho.

Addunt alii, Cyperi, Olibani, Aſari, Seminis Apii, Naſturtii, } ana.ʒ.i.

Scoriæ ferri nutritæ,partes tres.

COMMENTA. MANLII.

Tryphera minor deſcriptione cognita nõ eſt in uſu,ſimplicia quæ ipſa ingrediuntur declarata ſunt.

XL.

DIACVRCVMA MAGNA.

℞.Croci, Aſari, Petroſelini, Dauci, Aniſi, Seminis apii,ana.ʒ.iiii. *Rauedſeni, Meu, Spicæ,ana.ʒ.vi. Coſti, Myrrhæ, Caſsiæ, Squinanti, Carpobalſami, Rubeæ tinctorum, Succi Abſinthii, Eupatorii, Olei balſami,ana.ʒ.ii. Calami aromatici, Cinnamomi,ana.ʒ.i.s. Scolopendriæ, Succi liquiritiæ, Scordeon,ana.ʒ.ii.s. Dragaganti.ʒ.i.

*.i.Rheubarbari.

Confice cum melle deſpumato,& fiat.

COMMEN. MANLII.

Diacurcuma autem dicitur a dia, quod eſt confectio, Curcuma dicitur, quia in colore ſit ſicut curcuma, & eſt ſpecies chelidoniæ. Non autem dicitur diacurcuma a radice curcumæ,ſed dicitur diacurcuma a croco quod recipit ibi in bona quantitate,& in colore ipſius fit citrina: ſicut ipſa radix quæ dicitur curcuma.Sed melius eſſet ꝙ diceremus diacrocoma a croco quem recipit, ut ait Saladinus.Chriſtophorus uero de honeſtis dicit, ꝙ diacurcuma ſumitur ꝓ rubea tinctorum,quod nõ credo: quia Mat.Syl. in litera.Dioſ.inquit ſic:Sed illa regula habet exceptionẽ in uno electuario poſito a Gal.in antidotario ſuo: & etiã in Damaſceno quod uocatur diacurcuma, & non eſt electuariũ de curcuma,quia non recipit aliquid de curcuma.

Vbi ſciendum eſt ꝙ illud nomen fuit impoſitum prædicto electuario,propter quandam ſimilitudinem quã habet in colore cum curcuma:quoniam recipit crocũ,cuius tinctura tingitur electuariũ tãquam ſi receperit curcuma:& ob hoc diacurcuma uocatur, quia recipit crocũ qui tingit colore curcumę.Aui.in.5.can.habet duas deſcriptiones.ſ. maiorem,& minorem,& non habet curcuma. Meſ. habet diacurcumam magnam & minorem: & dicit ꝙ minor ualet ad ea ſicut maior,ſed maior eſt illa quæ uſui uenit. Curcuma eſt radix ſatis nota.Meſ.laudat ipſam in ca.de ſcabiæ oculorum ſub nomine huruch.i.hauroch.

Petroſelinum ſcilicet ſemen eius.Iſid.in ca.de oleribus ait:Petroſelinum uocatum ꝙ ſit ſimile apio,& naſcatur in petris montibuſq; præruptis,ꝙ nos petrapium dicere poſſumus,& hoc eſt ſatis notum.

Daucus ſecundnm Auicen.in.2.can.eſt ſemẽ baucie ſyluestris,& ibi dicit:Diſtinctio eius dicetur in ca.bauciæ ſyluestris,ſed non reperitur.

Rauedſeni.i.Rheubarbarum. Meſ.in ca.de rheubarbaro,inquit.Electio ex ſpeciebus raued,aliud eſt quod naſcitur in India,& eſt rauedſeni:& aliud eſt raued barbarũ, & aliud eſt raued turchinum,& melius eſt rauedſeni.Io.Anglicus in lib.5.quaſi in fine ait: Rheubarbarum diuerſimode adminiſtratur,aliquando in colatura tantum, aliquãdo in electuariata ſubſtantia.aliquando in pilulata, aliquãdo in liquida:& dicunt aliqui ꝙ in ſubſtantia plus laxat, & aliqui quòd in colatura eius plus.

Meu apud Aui.uocatur mu:& dicitur ꝙ eſt fruſta diuerſæ figuræ in colore agarici. Dioſ. dicit meu ꝙ athamanticũ dr.Quidam uero anethum ſyluestre uocant. Radix ipſius competit uſui medicinæ:ſed Lumẽ male lucens expoſuit in prædicto electuario ꝙ meu ẽ ſemẽ anethi ſyluestris cuius falſa eſt opinio:& qui mihi non credit uideat Auic. cap.de mu.i.meu.Et Serap.& Circa inſtãs omnes uolunt ꝙ radix ſit illa quæ eſt efficacior in medicina. Infra in confectione dicta aurea Alexandrina,de meu iterum aliquid oſtendam,ſi Deus uoluerit.

Myrrhæ ſecundum Auic.eſt gummi currens ſuper arborem in Iamenia quæ dimittitur donec congeletur.deinde colligitur ſicut galbanum & oppopanacum. In terra noſtra Græcus appellat ſmirna.

Carpobalſamum eſt fructus,ſeu ſemen balſami, ut dicit Dioſco.in cap.de balſamo.Lignum ipſius appellatur xylobalſamum,ſuccus oppobalſamum.

Rubea tinctorum ſecũdum Iſidorum dicta eſt, ꝙ radix eius ſit rubea:unde & colorare lanas perhibetur. Chriſtophorus de honeſtis putauit,ſed non rectę, ꝙ diacurcuma efficiatur in colore curcumæ propter rubeam tinctorum, ſed non eſt.

Abſinthium ſecũdum Meſ.eſt multiplex,ſed illud, quod intendimus eſt abſinthium Romanum: & melius eſt illud quod eſt remotũ ab odore maris, & quod oritur in terris liberis:& habet folia alba,plana,& leuia:hoc eſt ſatis notum. Iſte eſt modus operationis ſucci eius: exprime ſucci eius quantitatem quam uolueris,& proprie in medio ueris,& purifica illud ſecundum artem, & fac ſiccari cinere calido in uaſe uitreato,ſicut ſiccatur aloes.

Eupatorium ſecundum Ser.eſt gafit: non eſt ergo policaria ut dicunt quidam Arabes.In iſta planta Meſ.& Auicen.ſunt differentes.Nam Meſ.dicit,ꝙ ipſius flos eſt ſicut ſubcitrini.Aui.uero ait:Flos eius eſt ſicut nenufar:igit nõ concordant.Infra iterum de ipſo loquemur. Succus uero ipſius fit ſic,oportet ut terãtur folia ipſius, & exprimatur ſuccus eius uſq; ad quantitatem quam uolueris, & dimittatur ſoli donec ſiccetur ut poſsint fieri troch. ſunt etiã qui ponunt ſuccum ipſum in ueſica porci & ſiccant.Liber qui dicitur bulcaſim in tract.2.docet modos exprimendi ſuccum ex gafit.i.eupatorio.

Oleũ balſami quod ex ligno balſami manat.Deſcriptionem ipſius deſcribit ipſe Meſ.ſicut oſtẽdam infra: ſed quia illa deſcriptio Meſ.nõ poteſt fieri apud nos, ego deſcribã unam deſcriptionẽ quæ reperitur apud Petrũ de Ebano. Et ſm illam facere debemus:etiã ſi uis facere per aliũ modum,ut docet Guil.Lõbar.de quo infra. Ioã. Anglicus in ca.de paralyſi inquit.Septem ſunt cara,quia ſunt bona,uel quia rara.Balſamus,ambra,tyrus, caro,lignũ, camphora, muſcus. Per tyrũ intelligitur theriaca uel trochiſci de tyro quos recipit,per hoc nomẽ caro,caro leonis,per lignũ lignum aloes.& alia ſunt ſatis plana. Et nota ꝙ balſamus eſt ſuccus balſami.i.illius arboris,quæ eſt parua, quaſi frutex circa Babyloniam tantum creſcens, & uocatur oppobalſamus,& lignum eius uocatur xylobalſamus: & eſt uerſus de hoc: Eſt opos ſuccus:xylo,lignum,carpoq; fructus.

Scordeon ſm Auic.eſt alium agreſte. Circa inſtans inquit:Scordeon eſt allium agreſte,ſolus flos eius medicinæ competit.Sera.in cap.de allio ait:ſed ſcordeon eſt allium agreſte,& eſt fortius allio domeſtico.

Scolopendria ſecundum moder.uſum, eſt lingua cerui na.Antiqui autem utebantur alia ſcolopendria, & hæc eſt illa quam hodie nos cetherac uocamus. Infra apparebit ſyrupus de ſcolopendria.Et ibi melius oſtenſam, ſi Deus uoluerit.

XLI.

DIACVRCVMA MINOR.

℞.Spicæ, Myrræ, Caſsiæ, Croci, Floris ſquinanti, Coſti, Cinnamomi, ana.partes æquales.

Confice cum melle deſpumato.

COMMEN. MANLII.

Diacurcuma minor eſt in uſu ſm intentionem Meſue, minor ualet ad ea ſicut maior,ſed nõ fit.ſed poterit dicere aliquis,ſi Meſ.laudat minorem ſicut maiorem, ergo poſſumus

mus facere minorem pro maiore. Ad hoc dici posset, ꝙ sic inoleuit usus apud nos, & quòd etiam illa posset fieri.

XLII.
DIAMORVSION.

℞. Croci,
Acori, ana. ʒ. ii.
Myrrhæ, ʒ. iii.
Baccarum lauri, ʒ. ii. s.
Dauci,
Cinnamomi,
Casiæ,
Cymini,
† Carmani,
Carpobalsami,
Florum squinanti,
Seminis Apii, Anisi,
† Cordumeni,
Spicæ,
Menthæ siccæ,
* Marmacur,
Ameos, ana. ʒ. i.
Albi,
Trium piperum Nigri,
Longi,
Costi, ana. ʒ. i.

† i. Cardomomi.
* i. Marrubii, seu Melissophyli.
† i. Siseleos.

Confice cum melle despumato.

COMMENTA. MANLII.

Istud electuarium apud nos non est in usu. Hæc descriptio uidetur concordare cũ descriptione quam Aui. in. 5. canon. describit sub nomine homorusia.

Acorus secundum Dios. est herba uenerea, uel aphrodisia, uel piper apum &c. Radix ipsius competit usui medicinæ: quidam uocant ipsum geliam, alii gladiolum.

Dauci, idest semen bauciæ syluestris. Auic. in prædicto electuario habet dauci: & ibi exponitur, quòd est semen bauciæ syluestris.

Carpobalsamum secundum Dios. in cap. de balsamo est semen balsami, & hoc satis est notum.

Cordumeni ſm Ser. est carui agreste, & a Romanis dicitur Karda. Mirandum est ꝙ Dios. concludit sermonem de cardamomo, cum sermone de cordumeno apud Ser. quod non est credendum ꝙ sint idem. Quidam uocant ipsum filer creticum. Matth. Sylua. uocat ipsum cordilió. Infra in athanasia magna ostendam qui sit, si Deus uoluerit.

Marmacur. i. maru de quo Aui. in. 2. can. speciale c. facit & ibi distinguit in plures species. Secundum uero Stephanũ est marrubium: si autem reperitur marmacor, est melissa. Guil. Placẽ. ait Maru est species linguæ bouis, & uocat in Cremona sclarea. Sapientes dixerunt ꝙ per marmacur uolumus intelligere prasium, siue marrubiũ: & per marnacor uolumus intelligere citrariam. i. melissam.

XLIII.
DIALACCA MAGNA.

† ναυκαμὼν Græci uocant.
* i. Rheubarbari.

℞. † Laccæ lotæ.
* Rauedseni, ana. ʒ. iii.
Spicæ aromaticæ,
Masticis,
Seminis apii,
Squinanti.
Absinthii,
Succi eupatorii,
Ameos,
Sauinæ,
Amygdalarum amararum,
Costi,
Myrrhæ,
Rubeæ tinctorum,
Seminis fœniculi,
Anisi,
Asari,
Aristolochiæ,
Gentianæ,
Croci,
Cinnamomi,
Hyssopi siccæ,
Casiæ,
Cimmarum squinanti,
Bdellii, ana. ʒ. i. s.
Piperis,
Zingiberis, ana. ʒ. i.

Infunde myrrham, & bdellium in uino, & cætera tere, & confice cum melle despumato.

COMMENTA. MANLII.

Dialacca magna, dicitur magna, quia compositionem ipsius plura simplicia ingrediuntur q̃ in minore, uel dicitur magna, quia habet maiorem efficaciam. Aui. in quinto can. habet duas alias descriptiões, quæ nõ sunt similes, sed ista Mes. est illa qua nos utimur. Lacca secundum Serap. ex authoritate Dioscorid. est gummi arboris cuiusdam, & nascitur in terris Arabum, & est similis mirrhæ: & storaci. Ipse Sera. quasi in fine ait: Lacca est res rubea, quę est supligna subtilia, & sapor eius est bonus, & ipsa coquit, & tinguntur inde panni in rubeum colorẽ, & dicitur tinctura illa Kermes: reperitur apud ipsum Karmen, quod est grana tinctorum cum quo tingũtur panni. Aui. in. 2. can. duo ca. de ipsa facit: unum sub nomine kei Ken, sed in Arabico est kan kamon. Et dicit Aui. ꝙ est gummi horribilis saporis: & uidetur ignorasse quid esset, & quia ignorauit, scripsit aliud ca. de lacca. Et qui mihi non credit, uideat c. de lacca apud Ser. cum ca. de kai ken apud Aui. & uidebit ꝙ idem est. Modum autem ablutionis docet Ser. in proprio ca. de lacca in fine, & sic ait: Modus ablutionis eius est ꝙ accipiuntur gummi eius, & teruntur, & proijciunt super aqua calida in qua bullierint aristolochia, & squinantum, & mouetur bene cum pistello & dimittitur residere, & eijcitur aqua: deinde desiccatur in umbra, & reponitur in uase uitreo. Et si non clarificatur prima uice, facias secũdo: & de prædicta decoctione fiunt troch. de lacca.

Spicæ aromaticæ. i. nardi.

Squinãtum sicut dictum est, est palea camelorum. Mes. in isto electuario habet squinãrum, & inferius habet cimarum squinanti, & ambo debent poni.

Sauinæ secundum Circa instans solum folia competũt usui medicinæ. Macer ait: Bracteos Græce, sauina uocata Latine. Ser. in ca. de sauina dicit: Abel. i. sauina, de qua mirandum est ꝙ Aui. in. 2. can. in cap. de abel inquit. Abel est fructus iuniperi. quod non est uerum, quia sicut dictum est Sera. uult ꝙ abel, sit sauina, & sic magis est credendum authoritati Serap. in simplicibus quam Auicen.

Aristolochia. s. aristolochia rotunda, de qua Circa instãs in ca. de aristolochia ait: Aristolochia rotũda magis medicinæ competit quã longa, & radix intelligitur, & per tres annos seruatur. Radix in autumno colligitur & siccatur.

Hyssopus. s. herba sicca, dicitur ad differentiam humidę quæ est pinguedo lanarum. Auicen. in. 2. can. duo ca. facit: unum de hyssopo humido, & aliud de hyssopo sicco, quæ est herba satis, nota.

Bdellium secundum Aui. aliud est bdellium Mechium Aliud est bdellium Iudaicum, aliud est Siculum, & aliud Arabicum, quod est aliud a bdellio palmarum sylueſtriũ: & ambo sunt ex palmis sylueſtribus. Mechium autem est ex fructu arboris palmarum sylueſtrium: & nõ reperio aliquem auctorem dicentem ꝙ bdellium fiat ex fructu arboris palmarum sylueſtrium, ut dicit Auic. Plini. ait: In Bactria nascitur bdellium nominatissimũ, cuius arbor est magna magnitudine oleæ folijs arboris fructu caprificí, cuius gummi alij preçõ appellant, alij malachin. Hoc nomẽ Arabes imitantur mochal, alij maldachon &c.

XLIIII.
DIALACCA MINOR.

℞. Laccæ ablutæ,
Croci,
Costi,
Florum squinanti,
Rubeæ tinctorum,
Aristolochiæ rotundæ,
Liquiritiæ,
Piperis, ana. ʒ. i. s.
Rauedseni, ʒ. iii.
Myrrhæ,
Bdellij, ana. ʒ. i.
Confice, ut primum.

COMMENTA. MANLII.

Dialacca minor non est in usu.

APPENDIX.

Actuarius διὰ λακκὰ bis belle perscribit, nihil fere ab ipso Mes. euarians, modo inuicem probe comparentur.

PAIMA DESCRIPTIO.

Lachæ. ʒ. xv.
Cinnamomi,
Ligni casiæ,
Aristolochiæ Rotundæ, Longæ,
Fructus balsami,
Rhei,
Costi, ana. ʒ. ix.
Garyophyllorum,
Moschi,
* Cari,
Carpesii,
Eupatorij,
Gentianæ,
Polij,
Anisi, ana. ʒ. iiii.

* i. nucis moscha tæ.

Mellis quantum satis erit.

SECVNDA DESCRIPTIO.

Lachę repurgatæ, ʒ. x.
Costi dulcis,
Spicæ Indicæ,
Balsami, Fructus, Surculorum,
Casiæ,
Asari,
Cinnamomi tenuis,
Croci,
Iunci odorati.

Rhei Indici, Seminis fœniculi,
Maſtiches, Polii,
Ariſtolochiæ Longæ, Garyophyllorum,
Rotundæ, Cumini latioris,
ana.3.v. Abſinthij,
†.i. Carpeſii. Myrrhæ ueracis, Eupatorii,
Gentianæ, †Combebæ,ana.ℑ.viii.

Melle excipiuntur.

XLV.

DE RAVEDSENI, ideſt,ex Rheubarbaro.

℞.Rauedſeni, Seminis apii,
Succi Eupatorii, Aſari,
Abſinthii, Caſsiæ,
ana.3.v. Amygdalarum amararũ ex corticatarum,
Fumi terræ, ana.3.s.
Spicæ, Myrrhæ,
Aniſi, Croci,ana.3.i.
Cimarum ſquinanti,

Confice cum melle deſpumato.

COMMENTA. MANLII.

Cõfectio de rauedſeni,nõ eſt in uſu:& hæc eſt cõfectio de rheubarbaro.Rauedſeni,ſicut dictũ fuit,eſt rheubarbarum.Et Auer.in.5.col.inquit:Raued.i.Rheubarbarum.Iſido.ait:Rheubarbarũ ſiue reupõticum, ſed nõ recte.Illud quod trans Danubium in ſolo barbarico: iſtud quod circa põticum colligitur nominatũ eſt.Rheu.aũt radix dicitur, barbarum græca: quaſi radix barbarica. Meſ. laudat illud ℔ magis eſt ſubnigrum declinans ad rubedinem, & quod eſt tincturæ croci.Adulteratur.n.in illis partibus: & accipitur ex eo integro ſicut eſt quantitas magna, & ſubmergit in aqua per dies quinq;,& dimittit aqua illa ſiccari,& fiũt inde trochiſci,& ſunt ipſi medicina regum. Rheubarbarũ uero ſiccatur & uendit,ſicut eſt: quod iam perdidit animã & eſt ſicut homo mortuus: & illud in quo nõ cadit adulteratio eſt rarũ,& habet tincturã croci.Adulteratũ uero habet contrarium,& cõſeruatur per annos tres uel quatuor: ſi ſepeliatur in pſillio,aut in millio,ſicuti eſt conſuetudo.

XLVI.

DIACOSTVM.

℞.Coſti amari, Rauedſeni,ana.3.iii.
Caſsiæ, Aſari,3.iiii.
Cinnamomum.ana.3.v. Croci,
*.ſ. rotundæ. Seminis apii, * Ariſtolochiæ
Aniſi, Myrrhæ,ana.3.ii.
Cimarum ſquinanti, Mellis quantum ſufficit.

COMMENTARIA. MANLII.

Diacoſtũ aũt dicitur,℔ a coſto recipit:hoc apud nos nõ eſt ualde in uſu.Auic.in.5.can.habet unam deſcriptionem quæ uidetur quaſi eſſe ſimilis huic.Nicolaus deſcribit unã aliam deſcriptionem,ſed non eſt ſimilis illi quam infra deſcribemus. Coſtum autem eſt radix amara: hoc ſatis notũ eſt.Reperitur aliquando in cõfectionibus coſtum dulce: ſed noſtri auctores de eo non loquuntur.Nam uide Sera. in c.de coſto ex auctoritate Gal.qui inquit. Sapor eius.ſ. coſti eſt amarus multum,fortis,acutus.Macer ait.

Coſti ſunt geminæ ſpecies,grauis una rubensq;,
Eſt & amara nimis,hæc indica dicitur eſſe,
Altera uero ieuis nec amara,colore ſubalba.

Hanc Arabes mittunt,prior utilior medicinæ,ſcilicet Secundum Circa inſtans.Coſtum poteſt ſeruari per decẽ annos in uirtute.

XLVII.

EX INVENTIONE NOSTRA.

℞.Ligni aloes,
Spicæ,
Galliæ moſchatæ, } ana.ℑ.ii.
Cyperi,
Calami aromati.

Cymini carmeni infuſi in aceto die ac nocte, & aſſati.3.iii.Seminis porri torrefacti.3.i.s.
Emblicorũ,& Bellericorum infuſorum in ſucco cytoniorum,& toſtorum, } ana.3.ii.s.
Nucis moſchatę, }
Granorum naſturtij,toſtorum.3.vi.
Granorum paſſularum,3.v.
Granorum myrti tritorum ſicut alcohol,3.xxvi.
Balauſtij,
Conchularum aduſtarum, } ana.3.ii.s.
Olibani,
Fructus tamariſci,
Ameos,3.iii.

Tere omnia,& frigantur in uino odorifero,& exiccentur,& frigantur iterum in aqua cytoniorum, aut aqua granorum myrti,& exiccẽtur. Deinde dimitte ſiccari ſuper uaſe uitreo, & iterum terantur ſicut alcohol, & inuoluãtur in miua aromatica,& ſit doſis.3.iii. cum ſyrupo de cytoniis,aut myrtino.

COMMENTA. MANLII.

Confectio electuarii ex inuentione noſtra,nõ eſt in uſu: ſed ſimplicia quę nõ ſunt declarata declarabo, alcohol.i. ſubtile ſicut atomi ſolis.Nicolaus Floren.in lib.3.in capi. de curatione ægritudinum oculorum inquit:Adminiſtrãtur aũt medicinæ oculis,aut in forma pulueris: & uocant cohel uel chofel ſiue alchoel uel alchofol,& ſignificat pul uerem debere eſſe ſubtiliſsimum ſicut atomi qui apparẽt in ſphera ſolis.& ſic intelligere debemus per alcohol pulueremſubtiliſsimum.

Balauſtia ſm Auic.Dioſc.& Serap. & Iſidorum eſt flos mali granati agreſtis.Iſid.in ca.de propriis nominibus arboris ait.Flores malo℞ a Græcis appellati ſunt cytini: Latini caducum uocant. Agreſtiũ aute malorum flores Græci balauſtion appellauerunt: quorũ alii albi,alii purpurei alii roſei reperiuntur:ſimiles floribus mali punici.

Conchulæ apud noſtros auctores reperiunt multæ ſpecies. Nã Sera.de ipſis diuerſa capitula facit:ipſe facit unũ ca.de conchylio,& ibi ſic ait:Hedef.i.cõchylium cochleæ paruæ,ſiccæ:quando aduritur cinis eorum,ſecundum ℔ dicitur,eſt cinis multum adurens. Aliud ca.facit de oſtracha marina & teſta cõchylium,& ibi de ambabus loquitur dicens Oſtrachorum ex mari quæ dicũtur barcora non uſus ſum corporibus eorum,niſi cõburerentur prius ea:℞a ſunt teſta dura multum &c.etiam in cap.de blata biſantia.i.pur pura marina inquit: Cõchylium eſt ex ſpeciebus oſtrachorum,& eſt ſimiliter de conchyliis palpir,& reperiuntur in regionibus Indiæ,in aquis iuxta quas orit ſpica nardi &c. Dio.facit c.de cochlea terrena.i.limacia,quę et inter ſpecies conchyliorum eſt poſita.Reperitur apud nos alia ſpecies quæ naſcitur in aquis dulcibus,& hæc uocatur cõchulaaquæ dulcis. Inuenitur alia ſpecies cõchulæ quam peregrinantes portant de ſancto Iacobo,& iſte uocãtur ueneriæ.Aui.autem.3.can.in fen.xxi.in. ca. de cura fluxus ſanguinis,& in fine eius patientis fluxum menſtruorũ inquit. Conchularũ marinarum quæ aſportantur a ſancto Iacobo aduſtarũ.Aduruntur aũt,ut docet Bulchaſim, & modus ipſius iſte eſt:terantur in primis, & ponantur in olla munda & ponantur in furno una nocte:deinde extrahãt ſi ſunt cõbuſtę,ſicut cinis bene: ſi nõ aũt ponas iterũ in furno panis & dimitte donec fiat alba calcinata,& utere ubi oportet.

XLVIII.

ALKANZI.

℞.Roſarum, Zingiberis,3.ii.
Coſti, Myro- Emblici,
Spicæ,ana.3.iiii. balani, Bellerici,
Florum acheil,ʒ.i. Indi,ana.3.vi.
Nucis moſchatæ, Granorum myrti,lib.i.
Calami aromatici, Balauſtiæ,
Garyophyllorum, Corticum citri,
Macis, Fructus tamariſci,
Cardamomi,ana.3.iii.s. Thuris,ana.3.iiii.

Bulliant cũ bono uino antiquo,bullitione una, & exiccentur:deinde bulliant cũ ſucco cytoniorũ bullitione alia & exicca in uaſe terreo uitreato:& tere omnia ſicut alchohol,& confice cum miua.

COMMENTA. MANLII.

Confectio alkanzi non eſt in uſu: ſimplicia quæ in ipſe ingrediũt declarabo. Aui. in. 5. can. habet duas deſcriptiones electuarii alKanzi, quæ non ſunt in uſu. Florum alchelil. i. florũ roris marini, ſiue coronæ mõtis, ſiue alcheliges, ut apud Græcos. Si uero reperies ſcriptum in cõfectioni bus granorum alchilil, intelligitur granata ſylueſtria.

XLIX.

DE ASSA.

℞. Aſſæ, Foliorum rutæ ſiccorum,
Piperis, Myrrhæ: ana. 3. iiii.

Confice cum melle deſpumato, & eſt doſis ana. 3. i. uſq; ad aur. i. & proprie cum oxymelle in febre per horã ante acceſsione & uenenoſis morſibus cum uino calido.

COMMENTA. MANLII.

Cõfectio de aſſa. i. de aſſa fętida nõ eſt in uſu. Aui. in. 5. can. habet unam aliam deſcriptionẽ, quę eadem eſt cũ iſta Meſ. Aſſa ſm Dioſ. eſt gummi ſilfii, apud Pli. interdum uocatur laſerpitium, uel aſſa, uel herba eius quædam eſt fœtida, alia eſt dulcis: quem locum apud Simonem nunquã ui di nec audiui aliquem uidiſſe: Sed Matt. Sylua. exponit ꝙ aſſa dulcis eſt gummi liquiritiæ. Raſis in libro diuiſionum in cap. de diminutione coitus inquit: Altit. i. aſſa dulcis.

L.

ANACARDINVM, officinis confectio Anacardina.

℞. Piperis. Coſti,
Macropiperis, Anacardi,
Chebulorum, Zucchari tabarzeth,
Myroba- Bellericorum, Baccarum lauri,
lanorum, Emblico. Barrungi, ana. 3. vi.
Indorum, Cyperi, 3. iiii.
* Iumdebeduſt, ana. 3. ii.

*i. caſtorii.

Tere anacardos per ſe: deinde medicinas alias, & confice cum butyro uaccino & melle quantitate æquali bullitis prius, & da poſt ſex menſes.

COMMENTA. MANLII.

Confectio anacardina eſt confectio ſapientium, & illoꝝ qui deſiderãt ſcire: acuit enim intellectũ. Aui. in. 5. can. habet duas deſcriptiones confectionis anacardinæ, ſed non ſunt ſimiles huic, quam ſcripſit. Meſ. inferius uero habet electuarium anacardinum quod ſubtiliat cogitationem & ſenſum & eſt electuarium ſapientium: & dicitur ꝙ eſt Salamonis, & hæc deſcriptio uidetur eſſe eadem iſti Meſ. ipſe Meſ. in c. de ægritudinibus neruorum ſcribit unam aliã deſcriptionem, de qua infra erit ſermo.

Iumdebeduſt ſiue zumdebeduſt ſunt teſticuli caſtorei. Quidam apothecariorum falſo dixerũt ꝙ debet dicere uinũ debeduſt, & uolũt intelligere per uinũ debeduſt duas res. ſ. ꝙ ium ſit uinum, & debeduſt ſit quædã herba: ſed falſa eſt opinio eorũ. Nam uide Auic. in ꝑdicta confectione, ꝙ loco iumdebeduſt habet caſtorei: ſimiliter habet Io. Sera. in ſuo antidotario. Item uide in. 3. prac. Haly. in ꝑdicta confectione qui habet zumdebeduſt. i. teſticuli caſtorei & ſic moderni doctores uolunt ꝙ intelligamus per iumdebeduſt teſticulos caſtorei & aĩal illud ſecundum Sera. uocatẽ caſtor. Et ſecundũ Guil. Placẽ. eſt quoddam animal quod appellatur bauera. Nota ꝙ herba beduſter in partibus noſtris, ut dicit Matt. Syl. non reperitur. Meſues in ca. de debilitate uiſus laudat ipſam. Vide Simo. Ianu. in c. de beduſter, ubi ſic ait: Beduſter apud aben. Meſ. herba eſt quam ignoro. Iũdebeduſter ſunt teſticuli caſtorei, & ſic eſt. Itẽ Circa inſtãs ait: Caſtoreum eſt teſticulus cuiuſdam animalis dicti caſtor, uel beum, alii ieium, quod idem eſt.

Anacardus ſecundũ Nico. eſt fructus cuiuſdam arboris quæ pediculus elephantis, uocatur. Circa inſtans dicit anacardi. Dicunt quidam ꝙ ſunt pediculi elephãtis, ſed falſo. Ser. inquit: Anacardi eſt fructus arboris ſimilis cordi auis: cuius color eſt rubeus parum, & inter ipſum eſt res ſimilis ſanguini: & eſt id quod adminiſtratur in eo. Aui. dicit: Eſt fructus ſimilis oſsi dactyli, & medulla eius eſt ſimilis medullæ nucis dulcis: & etiam ipſe Auic. in. 4. can. enumerat anacardos inter uenenoſas plantas, ſed oportet antequam adminiſtrentur in medicinis ut præparentur, ut infra oſtẽdam in prædicta confectione, naſcuntur in Sicilia in mõtibus igneis. Auer. in. 5. col. ait: Balador. i. anacardi.

Burongi uel abrungi idem ſunt, ut dicit Simon. Ser. de ipſo capitulum facit ſub nomine abrũgi, & dicit ꝙ eſt granum paruum punctatum nigredine & albedine rotũdum: ſicut granũ mes. i. robiliæ nullius odoris, defertur de Seni in ſapore ipſius eſt amaritudo &c. nõ eſt bedereg, ſiue cri ſimon. i. erucha gorgana, ut quidã apothecariorum dicũt. Nam Sera. aliud ca. facit de eriſimon, & dicit ꝙ eſt granũ, ſicut granum naſturtii: ergo non conuenit bederegi cũ burugi. Gẽtilis ſuper. 5. can. Aui. exponit ꝙ buronigi eſt granũ in magnitudine piperis, & hæc eſt modernorũ opinio. Non eſt aũt nigella, ut exponit Lumen male lucens. Nam Raſis in. 9. Alman. in ca. de lumbricis, & uermibus qui naſcuntur in ano & in uentre, habet burongi excorticati: & intellige ꝙ non ſunt idem. Quidam uero ſapiẽtes dixerũt ꝙ uerum burongi eſt myrtus alba ſiue myrtus agreſtis: & ſic ſine dubio uidetur, quia myrtus alba eſt cubebe, quod eſt granum in magnitudine piperis. Et ſic Matt. Syl. in ca. de cubebe inquit: cubebe. i. damyrta uel burõgi apud Arabicos. Et ſic noſtri doctores uolũt ꝙ per burõgi ponamus cubebe, quia in iſta materia multũ ualet: & ſic eſt experiẽtia apud multos, ꝙ ſi accipiatur cubebe & maſticetur, conuenit memoriæ: Meſ. inquit, quòd iſta cõfectio non debet dari ſi non tranſiuerint menſes ſex. Quidam admirantur talibus uerbis dicentes: quòd in ipſa ingreditur opium: & ſi opium non ingreditur: ergo poteſt dari in omni ætate. ſed non ualet hoc. Nam in iſta confectione ingreditur in bona quantitate de anacardis qui ſunt uenenoſi: & oportet adminiſtrari ipſos præparatos, ut docet Raynaldus de uilla noua. in. 1. 1. in c. de defectu memoriæ, & de iuuãtib. ad memoriam, ubi ſic ait: Anacardi aũt ante medicinas alias quas primo debent in hunc modum præparari. Accipiantẽ anacardi, & optime terantur in mortario, & in aceto fortiſsimo ponantur, & ibi ſtẽt dieb. ſeptẽ, poſtea lẽto igne in prædicto aceto coquantur, quouſq; tertia pars aceti remaneat: & cola ſęcem illam quæ in fundo uaſis remanſerit in aceto extra colato, & in medicinis pone: nũquã. n. anacardi debẽt in medicinis poni niſi prius hoc modo prępareẽt. Et ſi mel anacardinum facere uolueris, pone cũ ipſis anacardis cum ꝑdicto aceto coctis tantũdem mellis deſpumati: & bulliant ambo ſimul uſq; ad ſpiſsitudinẽ: & habebis mel anacardinum, quod in ꝑdictis ægritudinibus operatẽ mirabiliter, & ſic debent prępărari in iſta confectione.

LI.

PHILONIS, ex inuentione propria.

℞. Piperis albi, Croci, 3. v.
Hyoſcyami albi, Spicæ,
ana. 3. xx. Pyrethri,
Opii. 3. x. Caſtorei, *ana. 3. i.*

Confice cum melle deſpumato, quod ſit, quadruplum ponderis omnium. & ſunt qui ponunt Muſchi. ℈. i.

COMMEN. MANLII.

Hæc cõfectio Philonis ẽ famoſa & maximè de iſtis duabus deſcriptionibus, quas deſcribit hic Meſ. Verũ reperiũtur aliæ deſcriptiones, quæ ẽt in uſu ſunt, ut eſt Philoniũ perſicum Meſ. quod deſcribit in ſua practica Aui. & etiam alii deſcribunt, ſicut oſtendam infra, ſi Deus uoluerit.

Hyoſcyamus, uel iuſquiamus Græce, Latine ſecundum Dioſ. dicitur canicularis, ſecundum alios dens caballinus, & bengi, apud Arabes. Meſues habet iuſquiamum albũ: & apud omnes autores eſt herba nobilior aliis ſpecieb. ſed quia in noſtris partibus non reperitur, ponimus loco eius illum qui habet ſemen ſubruffum: ſed illa quę habet ſemen nigrum eſt fugienda, ut dicit Macer.

Iuſquiamum Græci, quam noſtri caniculatam dicunt:
Huic herbæ uirtus eſt frigida ualde.
Tres habet hæc ſpecies ſemen profert prior album,
Altera ſubruffum producit, tertia nigrum.
Nobilior reliquis eſt ſemen quæ gerit album:

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 40 sur 335

Pro quo si desit, mos est apponere ruffum:
Nigrum uero frequens medicorum respuit usus.
Et ista est illa herba quę in Papia a uulgo herba pinula uocatur. Idem sentit Auic. 2. canonis.

Opium sm Dios. succus est herbæ, & lac papaueris quod colligitur, ut ipse ibi docet. Opium autem componitur ab opos, quod est succus & lachryma Apud Aui. est succus papaueris nigri, & Aegyptij ipsum seminant: quandoq; uero fit opium etiam ex semine lactucæ agrestis, & est stupefactiuum debile subtile. Sera. de opio nullum facit ca. sed in ca. de papauere de ipso loquitur & dicit: Gummi uero papaueris nigri est opium. Auic. & Dios. non ponunt dosim opii, sed quòd debet sumi sine nocumento. Sera. aũt in ca. allegato quasi in fine inquit: Et dosis eius. s. opii est ab uno danich usq; ad. ij. & quantitas occidens ex opio est: 3. ij.

APPENDIX.

Non ineleganter hoc Philonis antidotum, nono cõpositorum medicamentorũ κατὰ τόπους, per loca nępe Galeni, Elegiaco carmine per ænigmata de industria fere conscriptum habetur: Romanæ coloniæ a literatissimo medicorum nostri temporis Iano Cornario quam felicissime, ijs uerbis iam iam donatum.

Philonis Antidotus,

En me Tharsensis Medici prægrandæ Philonis
Inuentum, mala quod multa dolore leuo.
Siue Colum doleas, seu tu Iecur, auxiliabor.
Seu Lapis infestet, difficile aut Lotium.
Et medeor Spleni hinc, Orthopnœæq; molestæ,
Conuulsa, atque Tabem protinus exupero.
Pleuritimq; malam, & sputum uomitumque Cruoris.
Euinco, Mortis terror, & hostis ego.
Viscera tentantes omnes ego sedo dolores,
Interna, & quicquid membra dolore quatit.
Tutsim, singultum, destilantesq; Fluores
Sisto etiam si quid strangulet excipio.
Me dedit ille autor sapienti munera magna
Discipulo, Stupidos nil ego curo uiros.
Odorum suluumq; Pilum pueri cape cuius
Fulget aduch campis Mercurij ille cruor.
Pondus ad humanos sensus perpendito prudens,
Dein drachmæ pondo Nauplion Euboicum.
Inde Menætiadæ occisoris ponito drachmam,
Qui pecoris densis uentribus excipitur.
Viginti & drachmas candentis conijce flammæ,
Et totidem fabæ post suis Arcadicæ.
Et drachmam dictę falso radicis ab ipsa
Terra, pisæo quæ Ioue clara manet.
Quumq; pion scribes, uoci caput amplius addes.
Masculum Achiuorum nominis articulum.
Indeq; post drachmas expensæ sumito lancis
Quinque bis, atque isthæc prouidus excipito.
Natarum tauri textura Cecropidarum.
Sic mecum Triccæ progeniesq; facit.

Verum ex Gal. rei summam nunc breuibus exponemus.

Croci, 3. v.	Piperis albi,
Pyrethri,	Hyoscyami, ana. 3. xx.
Euphorbii,	Opii, 3. x.
Spicæ nardi, ana. 3. i.	

Superest postremum quo oĩa hæc trita excipiuntur, ipsum mel, nempe Atticum, quo pacto etiã Asclepiadas hoc pharmacum parare testatur.

LII.

PHILONIS, descriptione Hamech,

℞. Nigellæ,	Foliorum rutæ,
Castorei,	Calamenthi,
Piperis,	Opii,
Ameos,	Hyoscyami,
Baccarum lauri,	Cortic. rad. mandragoræ,
Cymini,	ana partes æquales.

In alio opii ptes. ii. croci, partẽ. i. cõfice cũ mele despuma.

COMMENTA. MANLII.

Confectio Philonii descriptione Hamech nõ est in usu, secũdum istam descriptionem, sicut dixi: simplicia quę declarata non sunt declarabo. Nigella secundum Sera. ex authoritate Dios. est: quoddam semen nigrum, acutum, boni odoris: quidam miscent hoc semen cum massa pastæ, & faciunt inde panem. Moderni uero apothecarii utũtur quodam semine triangulato, habente citrinum colorem & odorem iocundum, & de hoc nostri autores non loquũtur nam omnes scribũt de nigella, & non loquuntur nisi de illa nigella quæ uocatur melachion siue melanthium: ut dicit Dios. Sapientes uero dixerunt, q̃ quando reperitur in receptis nigella, de citrina debet intelligi: & quando reperitur melachion siue git, intelligitur de nigra: non est illud git quod dicitur giton: sed est aliud. Auer. in. 5. col. ait Scamum. i. nigella. Mandragoræ. s. corticis ipsius. Auic. uocat Iabrol, & dicit: est radix mãdragorę sylueſtris: & est radix omnis mãdragorę, & magnę similis formę hominis: & propter hoc nominatur mãdragora: est. n. nomẽ imaginis naturalis. s. sicut plãta existẽs in forma hominis. Et sm Petrum de crescen. uerba Aui. sunt male traducta, ut infra ostendam in oleo de pomis Iabrol. Auer. in. 5. coll. appellat Lefaha. Ioan. Ser. in antidotario in confectione dicta kes Kigeru inquit: Zuferandi, idest radix mandragoræ.

LIII.

EGETA, VEL SAZENEA.

℞. Castorei,	Cinnamomi,
Myrrhæ,	Phu,
Opii,	Meu,
Piperis,	Dauci,
Macropiperis,	Asari,
Galbani,	Croci,
Costi,	ana, partes æquales.

Confice cum melle despumato, & fiat.

COMMENTA. MANLII.

Egeta secundum intentionem Mes. est sazenea, & si credo, quia Aui. in. 5. can. habet sagzeneam magnam & minorem, quæ uidẽtur esse idem Albucasis autem in tertia particula azarauii, inquit. Antidotũ quod Arabice sagzenea maior, & antiqua nominatur, quæ ab antiquis multum experta fuit, & dicitur quod sagzenea infinitis cõfert passionibus &c. ibi describit suam permixtionẽ quæ quasi est eadem. Apud nos est in usu maximè ista Mesue.

Galbanum secundum Dios. est lachryma cuiusdam herbæ similis ferulæ, quæ in Nicomedia nascit & Syria: cuius optimum est quod est mũdissimum, & simile armoniaco: & hoc est satis notum. Apud Auer. in. 5. col. galbanum appellatur halcharina.

Phu. i. ualeriana uel potentilla, uel amantilla: secũdum Dioscor. phu multi appellant nardum agrestem. Circa instãs dicit: phu intelligitur radix, & sic est. Apud nos nascitur iuxta fossas, & multi uulgares nomine uocant ipsam herbam benedictam.

Meu, ut dictum est, quando simpliciter ponitur, radix intelligitur in medicina. Sed Lumẽ tenebrosum seu male lucens scripsit predictam confectionẽ, & exponit q̃ meu est semẽ anethi sylueſtris: cuius falsa est opinio, sicut est notũ nobilibus Apothecariis. Plini. ait. Meu in Italia non nisi a medis ferítur.

LIIII.

ATHANASIA MAGNA.

℞. Opii,	Seminis pap. nigri,
Croci,	Spicæ,
Myrrhæ,	Eupatorii,
Castorei,	Hepatis* adib.
Hyoscyami albi,	Cornu dextri caprę, uel (ut alii legunt) cerui,
Costi,	ana. partes æquales.
Cordumeni,	

*. i. Lupi.

Tere quæ terenda sunt, & alia liquefiant in uino, & confice in melle despumato, & da post sex menses.

COMMENTA. MANLII.

Athanasia autem magna dicitur respectu minoris, eo q̃ pauciora simplicia ingrediuntur: tamen Mes. nõ describit nisi magnam. Aui. uero in. 5. can. habet athanasiam magnã

& minorem, quæ ſatis uidetur concordare cum iſta: & dicit ℔ minor habet illa iuuamenta quæ ſunt in magna. Nic. in ſuo antidotario habet athanaſiam de qua infra: ſed iſta Meſ. eſt illa qua nos utimur. Halyab. autem in. 10. practicę habet athanaſiam quæ cum hepatæ lupi fit.

Cordumeni. i. carui agreſte, Quidã de nouo ſcribens in titulatus Lumen apothecariorum ſuper iſtũ paſſum, loco cordumeni poſuit carui: cuius falſa eſt opinio. Nam aliud eſt carui agreſte, aliud eſt carui domeſticũ. Quidã dicũt ℔ cordumeni eſt ciminella, quod nõ eſt: alii cardamomũ ℔ non eſt: quibus mirandum eſt ℔ illud cap. de cardamomo apud Dioſ. eſt idem cum cap. de cordumeni apud Ser. ſed moderi diſtinguunt per alia nomina, uidelicet ℔ aliud eſt cardamomum, aliud eſt cordumeni. Nam Sera. duo cap. facit in ca. uero de cordumeni dicit, ℔ cordumeni eſt carui agreſte. Præterea uide apud eũdem in ſuo antidotario in cõfectione theriacæ, qui exponit cordumeni. i. carui agreſte. Et ſic dicit Guil. Placẽ. in prædicta cõfectione. Democritus uero ibidẽ dicit, ℔ eſt cheſim cãpeſtre ſiue ſiler creticum. Matt. uero Syl. in ca. de cordilion inquit: Cordiliõ Græce, Latine uero carui agreſte, uel ſiler creticũ uel cordumeni: & dicit ex authoritate Dioſc. ℔ eſt herba quæ naſcit in Sicilia, cuius fructus eſt ſarmẽtoſus, habẽs ſemẽ rotundum, & duplex, ſicut eſt faba, uiſcidum & odoratum. Vide ergo ℔ uerum cordumeni eſt carui agreſte. Et ſecundum Democritum eſt cheſim campeſtre, & cheſim campeſtre eſt leuiſticum, & ſic eſt ſecundum ueritatem.

Adib. i. lupus: ſimiliter Auic. habet hepatis adib. Quidã ſcribunt apip. inde hepatis adib. i. *lupi*. Halyabas loco eius habet hepatis lupi, quod idem eſt: oporter antequã adminiſtret in medicinis, optime laueẽ uino albo odorifero, & bene mundeẽ ab omnibus ſtupefactionibus: deide exiccetur & inuoluatur cum abſinthio, & ad uſum reſeruetur.

Reperitur quædam herba dicta adhil, quã Meſ. in ca. de ægritudinibus oculorum laudat, & eſt eufragia: ſm Matt. Sylua. Ioan. autem Anglicus in ca. de debilitate uiſus, & cæcitate accidẽtali inquit. Herba adhilis, eſt herba lupi interficiens eum, & eſt ſatyrion. Ipſa. n. ſm omnem modum adminiſtrationis eius eſt ſublimis in confortatione uiſus ſecundum aliquos eſt herba eufragiæ, & utraq; eſt bona. Verum ex meo iudicio herba adhil magis poteſt dici eſſe eufragia quam ſatyrion, quia in illa materia magis ualet.

APPENDIX.

Athanaſiæ, immortalis nempe antidoti (ultra Arabum placita) Græcorum permulti non pauca memoriæ mandarũt: inter quos Aegineta, ac Aetius maximè occurrũt, quã quam plurimum ab Arabica ſchola diſtẽt, modo inuicem comparentur: uerum Græcis ſuæ etiam uires probe cernũtur, uti ex eorum deſcriptionibus iam eligere quiſq; facillime poterit.

Aeginetæ ex Oribaſio, lib. vii. cap. xi.

Caſsiæ, ʒ. viii.	Opii,
Spicæ nardi,	Styracis,
Amomi,	Myrrhæ,
Croci,	Coſti, ana. ʒ. iiii.

Mellis deſpumati, quod ſatis eſt.

Aetii, ex Aegyptiorum inuentione, lib. xiii. cap. CV.

Croci,	Coſti,
Spicæ nardi,	Fœnugræci,
Folii malabathri,	Glycyrrhizæ,
Radicis eupatorii,	Caſsiæ,
Petroſelini,	Opii,
Styracis,	ſing. æquales partes.

Miſcendi ratio uaria, iuxta multiplicem morborum cõplicationem cernitur: quamobrem ſic pure ſeruetur.

Galenus in ſuper athanaſiæ Antidoti in Sanitatis Tuẽdæ ac Methodi Medendi libris paſsim meminit, eã theriacæ comparans, ſed non deſcribit: uerum abunde in ſecũdo antidotorum Mithridatis, athanaſiam ab aliis longe diuerſam explicat: cuius compoſitionẽ inde ſtudioſi petant, quã de induſtria nunc omittere placuit.

LV.

DIASVLPHVR.

℞. Piperis	Albi,	* Cordumeni,
	Longi,	Styracis, ana. ʒ. viii.
ana. ʒ. vi.		Rutæ,
Sulphuris citrini,		Coſti, ana. ʒ. vi.
Thuris,		Mandragoræ,
Meu,		Opii, ana. ʒ. iii.
Hyoſcyami albi,		Croci, ʒ. ii. ſ.
Myrrhæ,		Caſsiæ, ʒ. vi.

* al. Cardamomi.

Confice cum melle deſpumato, & utere poſt ſex mẽſes.

COMMEN. MANLII.

Hæc deſcriptio diaſulphur apud nos nõ eſt ualde in uſu, Aui. in. 5. can. habet unam aliam deſcriptionem quæ vr eſſe eadem. Sulphur citrinum eſt ſatis notũ: reperitur aliud ſulphur quod a multis lapis ſulphuris dicit, ſiue ſulphur uiuum, ſiue theion apyrõ. i. quaſi, ſine igne: inde thapiron. i. ſulphur, Papias dicit: Sulphur dictum, quia igne accendit ignis enim eſt. nam uis eius in aquis feruentibus ſentit, neque alia res facilius accẽdit. Fulgur quoq; ſulphuris odorem habet, & lux ipſa ſulphurea eſt. Naſcitur autẽ in inſulis Eoliis inter Siciliam & Italiam &c. poſt iterũ ait: Sulphur dicitur quaſi ſoli pyr. i. terræ ignis.

APPENDIX.

Vltra alias, unam habet nec multũ abſimilem Diatheu, hoc eſt, e ſulphure, deſcriptionẽ actuarius, hęc perpulchre continens.

Sulphuris ignem non experti,	Coſti, ſextulæ, decẽ, ideſt. ʒ. xl.
Cardamomi,	Caſsiæ, ſextans. i. ʒ. ii.
Styracis,	Libyſtici, ʒ. i.
Apollinaris herbæ,	Croci,
Rutæ,	Piperis,
Myrrhæ,	ſingu. ſextulæ quatuor, ideſt,
Singulorum ſextulæ octo. i. ʒ. xxxii.	ʒ. xvi.

Mellis quantum ſufficit.

LVI.

E STYRACE, uulgo de Storace.

℞. Syracis liquidi,	Croci,
Opii,	Myrrhæ,
Aſari,	* Olibani,
Semini hyoſcyami albi,	ana partes æquales,
Caſtorei,	

* .i. Thuris.

Mellis quantum ſufficit.

COMMEN. MANLII.

Hæc confectio apud nos nõ eſt ualde in uſu. Raſis in. 9. Alman. in cap. de fluxu uentris, deſcribit unam deſcriptionem quæ eſt eadem, niſi in una re: uidelicet ℔ Meſues habet crocum, Raſis non in reliquis concordant.

Styrax, uel Storax liquida ſm Io. Sera. in ſuo antidotario in confectione dicta kes, eſt mel ſtoracis calamitę. Species uero ſtoracis tres ſunt. ſ. ſtorax calamitæ, ſiue lubue & muſcata: & iſta eſt illa quæ intelligitur qñ abſolute ponit & eſt ſtorax liquida dicta ſigia, & iſta ſm quoſdam fit ex fructu qui naſcitur in arbore: lubue exprimitur, & eſt ſtorax liquida, & eſt ſtorax rubea dicta apud quoſdam cozũbrum uel thus Iudæorum: & ſecundum quoſdam omnes ſpecies ab una arbore naſcuntur. De qua ſtorace Nicolaus ait: Storax eſt triplex, liquida, rubea, & calamita, & omnes ſunt gummi de quadam arbore.

LVII.

HIERA PICRA, Galeni.

℞. Cinnamomi,	Croci,
Maſtiches,	Xyloaloes,
Aſari,	Caſsiæ,
Spicæ nardi,	ana partes æquales.
Carpobalſami,	

Et quidam addiderunt florum ſquinanti, partem unam & quidam addiderunt abſinthium, & alii alia. Aloes autẽ ſit duplum ponderis omnium.

COMMENTA. MANLII.

Hiera.i.ſacra picra.i.amara:inde hiera picra.i.confectio amara,ſacra ſm intentionem Meſ.ex authoritate Gale.& ſic eſt,q̃ Gale.compoſuit ipſam,& deſcribit ipſam in trac. 2.miemir.in c.de dolore capitis qui a ſtomacho fit.Aui.in 5.can.habet unam aliam deſcriptionem,& eſt ſimilis huic & ibi inquit:Hæc eſt hiera aloes,& aſſociatur ei cinnamomum propter ſubtilitatem ſuam & iuuamẽtum,quod facit uiſceribus & ſtomacho:& maſtix ſimiliter ut conſeruet:et ſimiliter caſsia & crocus propter digeſtionẽ & cõfortationẽ cordis & ſtomachi:& fortaſſe crocus facit incurrere in ea dolorem capitis:quare oportet ut minoreẽ põdus eius aut expellatur.& aſſarum:qñ ineſt ei adiutoriũ ad ſolutionem faciendam & p̃cipitationem humiditatum:& qñ ponunt loco eius cubebe,& ſunt ſubtiles, & carpobalſamus & xylobalſamus propter confortationem ſtomachi & reſolutionem albezaharati.Et de hominibus ſunt quidã qui ponunt in ea florem ſquinanti:quare p̃hibet raſurã quæ timeẽ ex aloe & roſas,ut expellãt malicią caliditatis aloes a ſtomacho & a capite . Meſ.in ſua deſcriptione nõ habet xylobalſamũ,Aui.uero habet.Et Aui. nõ habet xyloaloes .i.lignũ aloes,Meſ.uero habet : tu uero uides q̃ Meſ. uult q̃ ingrediatur xyloaloes,& nõ xylobalſamum.Auicen.eſt contrarius.Gal.compoſitor nõ habet xyloaloes, ſed loco eius habet xylobalſamum,ut habet Auic.etſi Gale.magis laudat xylobalſamum,q̃ xyloaloes,debetis ponere.Gentilis ſuper.5 .Aui. ait:Intelligendũ eſt q̃ hiera de aloe intelligitur,quia principalis medicina q̃ ibi ponit ẽ aloes &c.

Aloe ſm Iſid.eſt ſuccus herbæ amariſsimæ panacæ.Meſ. in c.de aloe inquit,q̃ unum eſt quod fit in Succutri regione,aliud in Perſia,aliud in Armenia , aliud in Arabia , & melius ex eis eſt ſuccotrinũ:poſt illud Perſicũ,& illud ſm eſt hepaticum,deinde Armenium,& deterius eſt Arabicũ & iſtud apud quoſdam eſt caballinum: & dicitur q̃ eſt fex aliorum.Moderni uero cõmuniter utuntur hepatico pro meliori.Sed Meſ.& alii autores magis laudãt ſuccotrinũ, q̃ hepaticũ.Species uero aloes ſm Meſ.ſunt tres uel quatuor,& ſimiliter ponit Aui.ſed Dioſ.& Sera. non ponunt niſi duas ſpecies:ſed ſm multos,ſpẽs aloes ſunt tres: uide licet ſuccotrinum dictũ ab illa prouincia ſic nominata.Hepaticum,quia in colore ſuo aſsimilatur hepati:& iſtæ duæ ſpecies ſunt nobiliores aliis.Et eſt aliud quod dicit caballiuum:& iſtud eſt fex aliorum, & eſt deterius in medicina Meſ.de forma ipſius herbæ non deſcribit , ſed uide apud Dio.& ibi reperies,& hæc herba uocatur zabaera . Et de modo faciẽdi ipſum docet Albucaſis in tra.2. de p̃paratione medicinarũ quæ fiunt ex plãtis.Sera.laudat illud aloes quod eſt glutinoſum,nõ habẽs in ſe lapides : ſplendidũ ad rubedinẽ declinans:cito frangibile & fortiter amarũ quaſi in fine ponit modum faciẽdi hieræ picræ, ſicut habet Galenus.Meſues inquit q̃ illa medicina in qua p̃icitur aloes cõfortantior eſt:& ſi nõ lotus illa efficitur plus ſolitiua, et minus confortatiua,Nico.Floren.in lib.5 .in trac.4.in ca. de complexione ſtomachi nõ pura,in generali cum materia inquit in prædicta confectione.Et dixit Gal.aloe lotũ efficacius eſt ad confortandum ſtomachum , ſed non lotũ efficacius eſt ad purgãdum ipſum, & dicit . Si hiera picra data fuerit ad purgãdum ſtomachum tempore cõgruo,eſt efficacior omnibus aliis:ita tamen q̃ patiẽs ambulet poſt potum eius moderate,& permutet aliquid in menſa regiminis eius,& dixit:Non debet picra diſtemperari cũ mel le cõfortatio,& corroboratio quam facit in ſtomacho cũ melle,fiet minoris effectus.Hiera quidẽ hæc uocat hiera Gal.ſimpliciter,& a quibuſdã uocatur hiera de octo reb. & eſt illa de qua intelligitur cum abſolute ponitur.Cuius deſcriptio reperitur duplex,una cũ aloe loto,alia cũ aloe non loto.Nic.autem dicit q̃ iſta deſcriptio hieræ uocatur a quibuſdam hiera de octo rebus,in hac neſcio quid dicã . Nam Gal.compoſitor iſtius confectionis in ca.nominato inquit ſic:Peſsima autẽ fit diſpoſitio in prauis humoribus imbibitis abiectis in tunicis uentris, quorũ optimum auxilium eſt id quod per aloẽ pharmacum,quod uocant quidam picram.alii aũt hieram quæ per aloem,& ponunt quidem centum.3.aloes.vi.uero de unoquoq; aliorum , quæ ibi miſcẽtur,quæ ſunt numero ſex.ſ.cinnamomũ, ſpica,xylobalſamum,maſtix,aſſarus,& crocus . Vide ergo q̃ Meſ. Aui.Nico.& alii ponunt in p̃dicta cõfectione octo res ad numerum ſine aloe:& Gal.non ponit niſi ſex. Vere credo q̃ ſit error ſcriptoris.Scias q̃ de p̃dictis ſpeciebus poſſunt fieri,& fiũt pilulæ,quę dicunt de hiera ſimplici, uel de hiera Gal.& etiam fit confectio hieræ Gal.quæ conficitur cũ melle in modũ electuarii.Reperitur alia hiera , quæ dicit hiera magna,& iſta reperit in antidotario Nicol. ſicut in fra oſtendam.Secũdum intentionem Nico.aloe debet eſſe lotus in iſta deſcriptione,ſed in alia non.& modus ablutionis eius fit multipliciter.Nã quidã lauãt ipſum cũ aqua endiuiæ,alii cũ aqua pluuiali, ſed melius eſt lauare ipſum ut docet Bulchaſim in tra.2.ubi ſic ait : Modus ablutionis aloe,ſeu p̃parationis ad expellendam maliciã et acuitatẽ eius,& conficiendi ipſum.℞.de aloe ſuccotrino mundo, q̃ cito frangitur,& habet colorem hepatis, & cuius odor eſt bonus,pondus libræ unius,tere bene & cribra:deinde accipe caſsiæ ligneæ,ſpicæ nardi,aſſari, ſquinanti , carpobalſami,xylobalſami,cinnamomi,ligni aloe,croci, maſticis,laccæ,ana.3 .iii.contunde, & coq; ut ipſe docet in fine eius cap.ubi ait:Et utere eo.ſ.aloe in medicinis laxatiuis & ſpeciebus hieræ,& aliis medicinis in quib. aloe ingreditur.Item Ser.in ca.de aloe,quaſi in fine ait: & quado aliquis uult illum ſumere,miſceat ipſum cum maſtice, aut abluat ipſum cum aqua ſpecierum,ſicut ſpicæ,maſticis, aſſari,ſicut dicit Bulcaſim.Dominus Meſ.in deſcriptione pilularum de aromatibus,etiam de modo abluẽdi aloem oſtẽdit:ſed ſecũdum ipſum adminiſtratur in prædictis pilulis.

Sed ut melius dictis ſic de compõne hieræ ſimplicis fides adhibeatur,deſcribam quę a Sera.in ſuo antidotario dicũtur,& dicit:Permiſcetur hęc hiera ſm tres modos.Quidã enim cõponunt eam ſm q̃ compoſuit eam Andromachus ponentes ſecundũ oẽs centum aureos ex aloe, ſex aureos ex unaquaq; aliarum medicinarum,quas proiiciunt in eã: et medicinæ quidem reliquæ ſunt etiam ſex.ſ.cinnamomũ xylobalſamum,aſarum,ſpica,crocus,& maſtix. Et in libr. de cõſeruatione ſanitatis Gal.loco xylobalſami carpobalſamum ponit.Hæc eſt ergo hiera picra quam fecerũt omnes homines Romæ: & Adromachus quidẽ addidit iſtis ſex medicinis,medicinã aliam ſeptimam, & eſt ciuis ſquinanti:& proiiciebat oleum poſtquam ipſum:& reliquorũ quidam fuerunt,qui proiiciebant ipſum ablutum,& quidã qui nõ abluebãt ipſum:& oportet ut ſciamus nos q̃ aloes qui non abluitur eſt conueniẽtior in ſolutione uentris: q̃ eſt quia eſt plus ſolutiuus,& minus cõfortatiuus ſtomachi & ablutus eſt ecõtrario illius:q̃ eſt,quia eſt minoris acuitatis,& calefactiõis illo propter illud. propter illud eſt ergo minoris mũdificationis,& plus cõfortatiuus , & cõfortat ſtomachũ proprie aloe huiuſmodi.Medicus enim conforteſſe ipſum in dando eum ei qui habet febrem , & non oportet ẽt quãdo eſt febris acuta,ut detur,immo, quando eſt debilis ualde:q̃ eſt quia aloes quãuis ablutus ſit,tamen eſt contrarius ei qui habet maliciã cõplexionis calidæ,ſicę,abſq; humiditatibus malis:& etiam ergo permiſceo cũ hac medicina duas medicinas alias, & multiplico i una earum quantitatem medicinarũ calefacientium,& in altera minoro ex eis.Multitudo autem quãtitatis earum, eſt qñ minuimus ex quantitate aloes,donec nos proiicimus ſup lxxx.aureos aloes ex unaquaq; medicinarum reliquarum ſex aureos aloes:& minuimus ex quantitate earũ , quãdo multiplicamus quantitatem aloes, & addimus ſuper eam xl.aureos:donec nos proiicimus ſup.ccxx.aureos ex aloe ſex aureos ex unaquaque reliquarum medicinarum:et illa quę permiſcetur ſecundum centũ aureos aloes,eſt equata inter illam in qua cadunt.lxxx.& inter illam in qua cadũt cẽtum,& uiginti.Et oportet ut ſcias etiã quod illa in qua cadunt ex aloe.cxx.aurei uehementius ſoluit uẽtrem, quã illa in cuius permixtione cadũt.lxxx.aurei,& illa in cuius permixtione cadunt Ç. aurei eſt media inter utraſque,uide ſi

de si uis perambulis ad longũ in eodem Serap. loco iam allegato lib.iii.ca.cxiii.lib.7.ca.8.De medica.comp.5.cano. lib.10.pract.in antidotario.

APPENDIX.

Græcorum Aetius, Aegineta, atq; Actuarius: Arabum uero Auic.Haly, ac Mesues hanc Galeni ex hiera picra cõpositionẽ ab autoris instituto longe diuersam tradiderunt ut mox (si conferantur) clarius è Galeno fiet, at cũ tribus præsertim in locis illã nõ inelleganter perscribat, rem inde summatim per loca colligemus, ut planius, quicquid Galeo sibi uoluerit, studiosi intelligant.

E VII. Methodi Medendi. Cap. xi.

Aloem expedit paratã habere, quam oẽs Medici picram ideſt, amaram uocant: atq; hanc dupliciter confectam, utiq; ex aloe elota, & non elota: cui probe hæc admiscentur.

Cinnamomi,	Masticheschiæ,
Xylobalsami,	Croci, ana.3.vi.
Asari,	Aloes, 3.c.
Spicæ nardi,	

Ex aqua præsertim ad succos uentriculi uitiosos paratur sunt uero qui reponunt medicamentũ, excipiẽtes id despumato melle: & fit quidẽ ita durabilius, at uẽtriculum minus roborat, & magis aluum deiicit.

E VI. Sanitatis tuendæ.

Aloe pituitosis haud ualde conducit, quum ei biliosi trahendi humoris facultas insit, eoq; excogitata salubriter est compositio, quam picram uocant, quæ acrimonia caloreq; eorum quæ in se habet, crassos, & lentos succos dissecat, ac deterget: cuius generis cinnamomum est. In totum ergo ad aloes drachmas centũ, reliquorum cuiusq; coniiciuntur drachmæ sex: quæ ipsa quoq; sex sunt: atq; hæc est picra quã Romæ oẽs præparant. Ego uero etiam alias duas cõpono: atque in altera eorum quæ calefaciunt plus, in altera minus coniicio. At plus quidem reliquorum immiscebimus, fide aloes solius pondere detrahemus sic:

Cinnamomi,	Masticheschiæ,
Xylobalsami,	Croci, ana.3.vi.
Asari,	Aloes, 3.lxxx.
Spicæ nardi,	

Minus uero, quum aloes modum augebimus, Viginti drachmis adiectis, sic.

Cinnamomi,	Masticheschiæ,
Xylobalsami,	Croci, ana.3.vi.
Asari,	Aloes.3.cxx.
Spicæ nardi,	

Minime uero latet, & ℘ in penuria cinnamomi, ponendũ pro eo sit optimæ casiæ duplum, quam alias ea esse uirtute nonnulli putant, ut nihil ab inualido cinnamomo absit: nã a generoso, etiam talis casia longe superatur. Verũ sicut in boni panis inopia, uel uilissimo uescimur: sic in cinnamomi penuria, exquisitissima utemur casia.

E II. De Medicamentorum compositione per Loca. Cap. I.

Aduitiosos humores in uẽtris tunicas ineluibiliter imbibitos, optimum remediũ est ex aloe pharmacum: quod ali qui picram, hoc est amarum, aliqui hierã. i. sacrũ ex aloe appellãt. Inq; eius cõpositionem aloes drachmas cẽtum conii cimus, & sex uniuscuiusq; reliquorũ, quorum etiam sex numero existunt Cinnamomũ, spica nardi, xylobalsami, masti che chia, asarũ, crocus. Præstantius autem fit pharmacum, ubi minus de aloe addit. Visum nãq; mihi est, nimiam eius copiã centum drachmas esse, ad proportionẽ reliquorũ quibus hæ addunt: quapropter etiam per .xc. drachmas ipsum cõposui, & per .lxxx. Quin & per pauciorẽ aliquando croceum, propterea quod quidã ex eius usu capite lædantur, ℘ ipsum sæpe ex solo croci odore perpetimur. Quare optima erit compositio, quæ ex aloes drach.xc. & croci drach.v. cõstat, hac ego utor. His uero qui neq; croci odorẽ citra molestiam ferunt, sed statim capite replentur, ex quatuor croci drachmis pharmacum compono. In suffusis, stomacho affectis, aluo astricta, ac menstruis suppressis maiorem efficaciam habet, ubi aloes drach.lxxx. & croci .vi. fuerint commissæ. Præstat aũt & carpesium pro asaro coniicere, quamquam etiam utrisq; coniectis aliquando composuerim. Plurimi autem ad pharmaca (uti.viii.de compo. medicament. per loca.cap.2. etiam testatur) quæ aloe miscentur, florem iunci odorati apponunt.

LVIII.

HIERA Hermetis, uulgo Hiera Luf.

℞. Aloes.ʒ.i.	Bdellii,
Trochiscorum Alandahal, aur.viii.uel.ʒ.i.s.	Hellebori nigri,
	Euphorbii,
Turbith,	Asari,
Agarici,	Cassiæ lignea,
* Luf utriusq; siccæ,	Salis Indi,
Ireos,	Castorei,
Myrobalanorum, Citrinorum, Chebulorum. Indorum,	Croci,
	Apii,
	* Seminis Mezereon,
† Serapini.ana.ʒ.i.s.	† Cheisim,
Zingiberis,	Stœcados, ana.ʒ.i.
Cinnamomi,	Scyllæ assatę.ʒ.ii.s.
Masticis,	Scammoneę bonę.ʒ.ii.

Fiat omnium contritio bona, gummi autem ponant in uino odorifero, & inuoluat puluis in succo cucumeris asinini, quãtitate qua bene inuoluat, & exicceat: iterum denuo inuoluat in prædicto succo, & pauco oleo uucum, & iterũ siccetur: & conficiat potum cũ melle despumato quantitate qua fiat totum sicut pasta, & detur post sex menses.

*.i.draeculi utriusque sicci.
†.i.sagapeni.
*.i.liguſtici.
†.i.coccigridii.

COMMENTA. MANLII.

Hiera Hermetis ſm intentionem Mes. est hiera luf. Hermetis autem dicitur a compositore. Auic.in.5.cano.habet duas descriptiones confectionis: quæ nominatur confectio Hermetis: sed non concordant cum illa Mes. illa uero Mes. est illa qua utimur.

Troch.Alandahal.i.trochisci de colloquintida. Nam Arabes uocant handal colloquintidã. Descriptio ipsius reperit apud Mes. in distinctione de trochiscis, & ibi ait: Trochiscorum alandahal qui ponuntur in hiera Hermetis, & in aliis confectionibus loco colloquintidæ, ut infra erit sermo.

Turbith ſm Mesue est radix herbæ: cuius folia sunt sicut folia ferulæ, minora tamen, & est ex habentibus lac, & est ex eo sylueſtre & domeſticum, & ex eo etiã est magnum & paruũ & adhuc ex eo aliud albũ, aliud citrinũ, aliud nigrũ: sed melius est illud quod sit albũ & uacuum, harundinosum & gummosum, & sit cortex eius cineritius & planus: & sit recens & facile frangibile: citrinum est malum.

Agaricus ſm Dios. est radix siſis lasserpitio. i. radici aniuden, siue arboris assæ fœtidę, sed non est sic dura. Agarici genera sunt duo, masculus & fœmina. Masculus rotundus est, & in se collectus & maior. Fœmina uero pectini similis est, quo capilli discernunt &c. & ille qui est albus & lenis, & uelociter frangibilis, & porosus & rarus ualde, & ut appareat dulcis in primo gustu eius, deinde succedat ei amaritudo, ista est fœmina, ut dicit Mes. &c.

Luf utriusq; ſ. luf maioris & minoris. Mes. de luf capitulum facit, & dicit ℘ est serpentaria, & est planta quæ dicit collum draconis, & ex ea alia est planta habens folia, alia crispa. Electio, melior pars totius plantæ est radix, & melior radix est grossa completa & orta in locis liberis, & melius tẽpus collectionis ipsius est uer & principium æstatis Dioſco. facit unum cap. de Aaron. i. dragontea minori, uel pes uituli, uel barba Aaron: aliud cap. facit de dragontea, & ista est serpentaria maior, siue colubrina, siue uiperina, siue bissaria: & hę ambę sunt notę: & in hortis reperiuntur. Petr. de Crescentiis in cap. de serpentaria ait: Radix eius per frustra minuta diuiditur: & siccatur, & puluerizatur, & per pannum cribellatur & conseruatur.

Ireos secundum Auic. est radix lilii cœlestis: quę satis est nota.

Serapinum ſm Mes. est gũmi alasce hundeg, & est arbor similis oleãdro mõtano, & melius est cuius intra subrubeũ & subalbidũ est, & quod habet odorem porrorum: & quod est facile resolubile in aqua, & quod est clarum.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 44 sur 335

Euphorbium ſecundum Aui.eſt gummi calidū cuius uir tus alteratur poſt tres aut quatuor annos. Circa inſtans in cap.de euphorbio ait:Eligendum quoq; eſt groſſum & clarum & purum & lucidum in ſubſtantia, in colore citrinum & per decem annos ſeruatur.

Sal indus ſecundum Auic.in.2.cano.eſt ſal niger,non ni gredine napticitatis quæ ſit in ipſo, ſed propter ſubſtantiā ipſius,& marinus quidem cum aquæ obuiat ilico liquefit, & non eſt ita terrenus.Meſ. in c.de ſpeciebus ſalis dicit:Sa lis indi alius ſubniger,alius ſubruſſus, & obſcurus ē.Ser.in cap.de baurach de ipſo loquitur Matt. Syl.dicit: Sal indus eſt i colore ſalis & dulcedine mellis,ut Aui.in.4.can. Fē.i. de aſperitate linguæ.Et eſt zuccharum quod inuenitur coa gulatū ſuper cannam mellis in India ſicut ſal: loco eius po nitur zuccharum candidum.Auic.autem in.4.can. in cap.al legato:ex authoritate Mat.Syl.non ita dicit imo ait: aut ſal tem quia aſportantur de India,& ſunt in colore ſalis,& dul cedine mellis.per iſta uerba nō poſſumus intelligere, ſi ſal ſit zuccharū candidum,ut uult Mat.Syl. Verum multi mo dernorum ſunt qui in loco ſalis indi ponunt zuccharum cā didum:etiam ſunt qui ponunt ſal panis qui eſt ſpecies eius. & dixerunt ſapientes q̄ eſt melius ponere ſal rubeū, ſeu ſal panis,quam zuccharum candidum uel candum.

Mezereon.ſ.ſemen ipſius quod appellatur cocognidium Dioſ.in ca.de chameleæa.i.mezereon dicit: Chamelea aut cocognidion non eſt ſemen laureola:ut dicit Circa inſtans in ca.de laureola.Ser.de laureola loquitur in cap.de lauro. Alexander in ca.de hydropiſi inquit:Chamelæa unde coco gnidiū colligitur,& eſt lacticiniū folia oliuæ habens: & ſic eſt. Et propter id apud multos herbaticos uocatur herba oliuella,propter ſimilitudinem foliorum ipſius.

Stœcados,uel ſticados ſm Meſ.laudant ſticados Arabicū & melior pars plantæ eius eſt flos,poſt hunc folia.

Scylla, ſeu ſquilla ſm Auic.eſt cœpe muris:eo q̄ interfi cit mures.Meſ.in cap.de ſquilla docet modum præparatio nis eius in aſſatione: & eſt ut accipiantur lamine ipſius, & ſeparatim inuoluant in paſta,et ſepeliātur in cinere calido, donec coquantur ſufficiēter:poſtea extrahant ex paſta, & adminiſtrentur ubi oportet. Modus alius aſſationis ipſius: ponat in uaſe luteo uitreato ſtricti orificii, & ſigillet liga tione forti cū pergameno,& dimittat diebus.xl.& proprie diebus maioris ęſtus, & moueat uas, & mouetur uiciſsim omni hora,ita q̄ æqualiter in ſingulis partibus calefiat: de inde extrahat ſquilla, & adminiſtret ubi oportet. Albuca ſis aūt in lib.2 de Præparatione medicinarū inquit:Modus præparandi ſquillā in omnibus modis præparationis eius, & eſt cœpe muris:& primo de modo aſſandi ſquillam:uide ibi q̄ eius modus eſt ut faciunt moderni.

Scammonea ſecundum Meſ.eſt ſolutiuum magnū.Et di xit Democritus,quod eſt ſolutiuū antonomaſtice, & q̄ eſt genus ſolutiuorum, & generale eſt ſuper omnia ſolutiua. Planta uero ipſius,ut dicit Meſ.eſt ſpecies uolubilis.Et di cit quòd uocatur dominus lacticiniorum,laudatur anthio chena & armena.

Cucumer aſininus eſt fructus, ſicut cucumer paruus, & melior pars plantæ eius eſt fructus ipſius, & proprie eius cōpleti ſuccus: & poſt ipſum radix; & melior fructus eius eſt completus citrinus,ita expoliatus a uiriditate, & qui eſt ueræ amaritudinis: & melius tempus opationis ſucci eius eſt finis æſtatis, & collectionis radicis eius eſt finis ueris, & modus opationis ſucci eius, ut docet ibi Meſ. iſte eſt.℥. ex ſucco eorum quantitatem quam uolueris,& proprie qñ citrineſcunt,& ſunt maturitatis completæ,& fiat extractio ſucci cum facilitate,non cum compreſsione & expreſsione laborioſa,& exiccetur ut exiccatur ſcammonea & aloes.

LIX.

HIERA Archigenis,deſcriptione uniuerſali.

℞.Pulpæ colocynthi dos.*.3.ii.
Praſsii,
Stœcados,
Macropiperis.ana.3.ii.
† Cœpe muris aſſati,
Euphorbii,
Aloes,
Croci,
Gentianæ,
Petroſelini,
Hammoniaci,
Oppopanacis,ana.3.i.
Ellebori nigri,
Chamedryos,
Scammoneæ,
Leucopiperis,
Polii,
Cinnamomi,
Sagapeni,
Myrrhæ,
ſpicæ nardi,
* Squinanti,
Calamenti montani.
Ariſtolochiæ rotundæ.
ana.3.ii.

Mellis quantum ſufficit,& fit doſis aur.iiii.cum decoctio ne epithymi,& uuarum paſſarum mundatarum.

* aliqui libri hēt.3. xxii. alii unc.ii.

† .i. Scyllę aſſatæ.

*.i. Schænuāthus.

COMMEN. MANLII.

Confectio hieræ archigenis deſcriptione uniuerſali, nō eſt in uſu Aui.in.5.cā.inquit:Deſcriptio uniuerſalis hieræ. Archigenis,ſi legis ambas deſcriptiones ſunt idem. Archi genes autem eſt compoſitor iſtius confectionis, de quo Pa pias ait:Archigenes eſt princeps medicorū. ſimplicia uero quæ in ipſa ingrediuntur,declarabo ſi declarata non ſunt.

Praſsium.i.marrubium albū,ſed praſsiō eſt porrum.Dio ſco. de ipſo duo facit cap. unum quod incipit marrubium, quod Græci,praſsium uocāt,propter amaritudinem, aliud ca.facit de praſsio,quod idem eſt:hoc eſt ſatis notū Papias ait:Piolopes herba quę a Græcis praſsios uocatur,a latinis uero marrubium dicitur.

Chamædrys ſm Auic.eſt quercus terræ, quæ habet folia parua,ſimilia foliis quercus.Gulielmus Placentinus dicit: Quercus terræ,uel quercula minor, eſt chamædrys, hæc a Lombardis uulgo calamandrina uocatur.

Armoniacum,ſiue hāmoniacum ſm Serap.ex authorita te Dioſc. eſt gummi plantæ ſimilis plantæ galbani in figura ſua:naſcitur in dicta terra a rege minoris & eſt in partibus Codi,& dī herba eius græce aſios.Huius radix uulneratur, & egrediuntur lachrymæ,quæ colliguntur & ſeruantur.

Opopanax ſm Dioſ. ſuccus eſt herbæ quæ panax dicitur ſecundum Meſ. eſt gummi plantæ cuiuſdam ſimilis ferulæ: apud Auer.in.5.col.appellatur ihauſir.

Polii.ſ.polii montani.Circa inſtans dicit:Polii montani diuerſa ſunt genera:unde quando ſimpliciter ponitur mon tanū debet poni cū flores producti debēt colligi:& per an num ſeruat.Apud Auic.in.2.can.Polium eſt ſpecies ſcea.i. ſandonſci,in qua eſt caliditas & acuitas pauca. Auer.in.5. col.dicit:Sedes.i.polium.ſ.pollium montanum.

LX.

HIERA Archigenis deſcriptione Pauli.

℞.Praſsii,
Agarici,
Camædryos,
Pulpæ colocynthidos,
Stœcados,ana.aur.iiii.
Opopanacis,
Sagapeni,
Petroſelini,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Piperis albi,ana.aur.v.
Cinnamomi,
Spicæ,
Polii,
Croci ana.aur.iiii.

Tere ex medicinis quæ ſiccæ ſunt,& gummi conquaſſato, & infunde in melle,& permiſce,& fit doſis aur.iiii. cum ſa lis triti pondere.3.i.cum aqua mellis.

COMMENTA. MANLII.

Hiera Archigenis deſcriptione Pauli nō eſt in uſu. Aui. in quinto cano.habet unam deſcriptionem, quę eſt eadem cum illa Meſue.

APPENDIX.

Longū eſſet oſtendere quantum hæc deſcriptio a Pauli genuina diſtet:uerum ſat erit eā e.vii.cap. viii. deſumptam ſubſcribere:unde hoc nimirum planius apparebit.

ARCHIGENIS HIERA.

Marrubii,
Agarici,
Triſaginis,
Colocynthidis medullæ,
Stœcadis,
ſingulorum 3.x.
Opopanacis,
Sagapeni,
Petroſelini,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Piperis albi,
uniuſcuiuſq; drach.v.
Cinnamomi,
Spicæ nardi,
Myrrhæ,
Polii,
Croci,
cuiuslibet drach.iiii.

Arida

Arida ſimul cõtunde,& attamina. Succus uero panacis, atq; ſagapenum,myrrhaq; contuſa,melicrato in pila ℘ nocte macerato deinde leuigato,atq; iniice arida,& aſſumpto melle optimo,in uitreo,aut plumbeo uaſe recondito. Hic ſane modus omnibus hieris cõis ẽ. Exhibitio integra ʒ.iiii. Mellis hæminæ duæ,aquæ quãtum ſatis eſt. Quod ſi ad purgandum efficaciores,quæ ſcammonia carent reddere animus eſt,admiſcentur & his ſingulis,ſinguli ipſius oboli.

LXI.

HIERA Diacoloquintidos Rufi.

℞.Stœchados, Piperis albi,ana.ʒ.v.
Agarici, Caſsiæ,ʒ.vii.
Chamedryos,ana.ʒ.x. Cinnamomi,
*alii legũt Colocynthidos.ʒ.xx. * Colocynthidos. Croci,
Sagapeni, Spicæ,
Opopanacis,ana.ʒ.viii. Myrrhæ,
Petroſelini, Polii,ana.ʒ.iiii.
Ariſtolochiæ rotundæ,
Myrrham uino infunde,cętera tere,& melle deſpumato excipe.

COMMEN. MANLII.

Hiera diacoloquintidos inuentione Raſ. non eſt in uſu. Meſues dicit ℘ eſt ex inuentione Raſis: ſed egò nunquam uidi apud Raſim: ſed in antidotario uniuerſali eſt ſcripta una deſcriptio.

Colocinthe, ſeu colloquintida ſecundum Meſ. eſt quam Perſes cucurbitam deſerti uocant:etiam *fel terræ appellatur,eo ℘ in toto ambitu ortus eius interficit herbas*, & eſt ſicut uenenum eis. Meſ.inquit: *Colloquintidæ bonæ*. poſtea ait *in loco colloquintidæ* troch. alandal. & ſic eſt ℘ in omnibus locis,*ubi ingreditur* colloquintida, poni debent troch.alandal.Et ſi quæratur ſi colloquintida debet poni in medicinis groſſo modo contrita,aut ſubtiliter puluerizata uide Meſ. in ſuo cap. ubi inquit ex authoritate filii Zezar. Non oportet enim ut multum conteratur:ultima enim puluerizatio eius excoriat uias & uenas. Et dixit filius Serap. Oportet ut non perueniatur ad ultimum puluerizationis eius aliter enim ulcerat uiſcera Meſ. dicit ex authoritate filii Sera. ℘ oportet ut non perueniatur ad ultimum puluerizationis eius,aliter ulcerat uiſcera. Vide Serap.in capit.de colloquintida quaſi in fine qui dicit:Oportet quidem ℘ colloquintida non teratur multũ, ne adhæreat inteſtinis ulcerando &c. Meſues iterum inquit:Et mihi uidetur ℘ in ultimo puluerizata confringitur uirtus a permixtione adiutorum eius, & pertrãſit loca uiſcerum abſq; impreſsione nocumentorum in ipſis, & forſitan in ea in qua non exquiſita ſit illius pars ſenſata groſſa ex ea adhærens in uiis & inuolutionibus apoſtematis,& ulcerat loca. Trita uero ultima contritione non operatẽ illud.Modus tamen rectificationis eius ſm Meſ.eſt,ut incidatur minutiſsime cum inciſorio & inuoluatur ſubtili inuolutione cum glutino dragagãti, aut bdellii,& exiccetur,& conterat poſt illud ultima cõtritione,& fiant trochiſci cũ pauco maſtice reſoluto in oleo roſato,uel cũ ladano,uel cũ aqua mellis:hæc enim ars eam facit ſine molestia.Et ſcias quod *de decoctione rem completam* & hoc modo corrigendo *colloquintidã rectificantur* quatuor nocumẽta, quę utplurimum reperiuntur in ea *corrigibilia* quæ ſunt,quia nocet ſtomacho,cordi,& hepati, & eſt cõturbatiua,ſubuerſiua uiſcerũ,faciens operationes difficiles,& aperit orificia uenarũ apertione ſanguinem fluere faciente,& operatur illud uehementius q̃ aloe,& uelocius.

APPENDIX.

Velis(℘ aiunt)ac remis,noſtrum ut hoc Lumen prorſus ad hæc uſq; tpa obcęcatũ,ſole clarius hincinde ſplendeſcat, cũ opus fuerit, paſsim conabimur.Quare nõ hiera diacolo quintidos Raſis, at hiera diacolocynthidos Rufi, Epheſii nempe,hæc cõpoſitio rectius inſcribatur nec amplius apud Raſim illam unam cum olim obtenebrato lumine, ſtudioſi quæritent:uerum ſacra Græcorum monumenta uoluant, unde illius inuentũ pfacile apparebit:maxime apud Actua rium, Aeginetã, atq; Actium, ut interim Galenum ſilentio inuoluam. Ac cũ Actius li.iii.cap.cxv.magis ad Meſ. (præſertim ponderibus) accedere uideatur, iam eius deſcriptionem hic ſubtexere non grauabor.

Hiera Rufi.

Medullæ colocynthidis,ſextantem,& unciæ dimidium.

Chamæpytyos, Ariſtolochiæ rotundæ,
Chamædrios, Piperis albi,
ſingulorum.ʒ.x. ſingulorum.ʒ.v.
Caſsiæ,ʒ.v. Cinnamomi,
Agarici, } utriuſq;.ʒ.x. Spicæ nardi,
Marrubii, } Croci,
Opopanacis,ʒ̄.i. Myrrhæ troglodítis,
Sagapeni, Polii,
Petroſelini, ſingulorum.ʒ.iiii.

Excipe melle,& exhibe.ʒ.iiii.perfectam doſim cum aqua mulſa,& ſale.

LXII.

HIERA Ex inuentione noſtra.

℞.aloes boni,ʒ.xv. Maſtiches,
Epithymi, Caſsiæ,ana.ʒ.vii.
Coſti ana.ʒ.v. * Xylobalſami,ʒ.iiii. *alii Xyloaloes.
Euphorbii, Piperis Albi,
Croci, Nigri,
Spicæ, Gentianæ,
Chamædryos,ana.ʒ.vi. Amomi,ana.ʒ.i.
Agarici,ʒ.ix. Scammonii in malo cydonio
Garyophyllorum,ʒ.ii. cocti,ʒ.ii.
Calami aromatici, Mellis quantum ſufficit.

COMMEN. MANLII.

Hiera ex inuentione noſtra non eſt in uſu.

LXIII.

HIERA Conſtantini deſcriptione Irani, uulgo Diaſiracoſt,ideſt,Diamanna.

†.i.mãę. *.i.immaturorum.

℞ † Alſiracoſt boni,& recentis,ʒ̄.iiii.
Tamarindorum * cheiron.ʒ̄.vi.
Medullæ caſsiæ.ʒ̄.iiii.
Zucchari uiolati.ʒ̄.xvi.

† alii.ʒ.iiii.

Succi,Malorũ { Endiuiæ, Apii, Dulcium, Acetoſorum, Muzorum, } ana.† ʒ̄.iii.
Acetoſitatis citri,

Diſſoluãtur alſiracoſt,& tamarindi,& caſsia fiſtula,in liquoribus iam dictis,prius tamen depuratis:deinde cola,& munda a ſordibus,& impuritatibus:deinde accipe.

Radicis { Endiuiæ, Apii, } ana.ʒ̄.iii.
Foliorum lupuli, } ana.ʒ.ii.
Capillorum ueneris, }
Prunorum ſiccorum,numero.c.
Violarum,ʒ̄.i.s.
Roſarum,ʒ̄.i.
Spicæ,ʒ.iii.

Decoquantur hæc omnia in tribus libris aquæ fontis,uſque ad libram.i.s.& proiice in ea,
Zucchari tabarzeth,lib.iii.
Aceti boni,lib.i.

Et coq; ebullitione una:deinde proiice ſuper illud, colaturam priorum,& coque dum mellis habeat ſpiſsitudinẽ: ultimo uero proiice in medicamine,

Sandali citrini, Melonis,
Roſarum, Sem. Cucumeris,
Spodii, Cucurbitæ, *.i.oxycanthę.
Charabæ, Citrulli,ana.ʒ.iii.
* Berberis, Ligni aloes,ʒ.iiii.
Sem. { Portulacæ, Acetoſæ, } Cubebæ,ʒ.v.
Camphoræ,ʒ.i.

Repone in uaſe uitreo:eſt enim medicamen nobile. Datur ætate cum qua frigida ab ʒ.i.ad.ʒ̄.ii.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 46 sur 335

COMMEN. MANLII.

Hiera Conſtantini a Conſtantino compoſitore dicta,nō eſt in uſu:ſimplicia uero quæ ſunt declaranda declarabo.

Alſiracoſt,arias,xiracoſt,eſt ſpēs mannæ,ut ait Auicē. in 2.can.cap.de Manna.Nam ipſe Auic.ait: Manna eſt omnis ros cadens ſuper lapidē aut arborem,& fit dulcis & coagulatur ſicut mel, & exiccatur ſicut gummi: quemadmodum tereniabin & alſiracoſt, & mel aſportatum de terra Cuſura ſylueſtri nos loco eius ponimus manna uſuale.

Tamarindi ſm Meſ.ſunt dactyli acetoſi,& ſunt ex fructibus palmarum ſylueſtrium in India,ipſi quoq; ſunt ex medicinis nobilioribus, in quibus non eſt exceſſus.

Cheiron aūt eſt quædā prouincia ubi tamarindi & dactyli abundant.Mat.Syl.in litera heiron ait: Heirō uel cheirō eſt regio in qua antonomaſtice dactyli abundant.Ser. in c. de dactylis dicit ex authoritate Abonifa:Chairō eſt ſpecies dactylorū.Ego autem puto q̄ eſt differentia in literis.Nam Heirō eſt regio,& chairon ſcriptū per a. eſt quædā ſpēs dactylorum,ut dicit Ser.Meſues laudat nigros nō ueræ nigredinis cū luciditate:& q̄ ſunt teneri & mixti cū nillis:q̄ ſunt ſicut radices,et ſunt recētes et pingues abſq; deſiccatiōe & ſint cū dulcedine acetoſitatis paucæ,ueri,puri & nō p̄mixti & ſunt ex adulteratoribus q̄ eos falſificāt cū carne prunorū:ſed deoccultat fallaciā nigredo ſine luciditate in ipſis:& quia ſunt humoroſiores,& quia in eis eſt odor & ſapor prunorum.Auic.in.4.can.in Fen prima.in cap.regiminis ſitis, eorum ſuperflue dicit Almoſophat:& ſunt tamarindi.

Caſsiafiſtula.ſ.medulla uel pinguedo ipſius eſt ſatis notū uerum reperitur aliquando caſsiafiſtula quę poteſt capi pro caſsia lignea.Circa inſtans de utraque cap.facit.

Zuccharum uiolatū ſiue conditū uiolatum eſt conditū q̄ fit ex tribus partibus zucchari, & una parte uiolarum: de quo infra in tract.de conditis oſtendam,ſi Deus uoluerit.

Endiuia nomē latinum eſt:poſt græcū intybum.Arabes ēt poſt Græcū,hundebe.Secundū Circa inſtās endiuia eſt ſcariola.Pet.de Creſcē.dicit:endiuia quę alio noīe dicitur ſcariola uel lactuca agreſtis.Verū moderni diſtinguūt per alia noīa.Nā aliud eſt endiuia, aliud eſt ſcariola:aliud cicorea, aliud eſt taraxacō:quamuis una p̄ alia pōt poni, ut infra apparebit in ſyrupo de cicorea ſm Nic.Flo. & ibi ſi Deus uoluerit oſtendam ſpecies endiuiæ,uel cicoreæ, uel ſcariolæ, quæ ſunt ad numerum ſeptem.Endiuia uero ſatis eſt nota.

Malum,ſm Iſid.in ca.de propriis noībus arborum inquit; Malū a Grēcis dictum,q̄ ſit fructus eius pomorum oīum rotundiſsimus:unde & hęc ſunt uera mala,q̄ uehementer rotūda ſunt.Meſues dicit:Succi malorum.ſ. pomorum granatorum,ut dicunt quidā ſapientes:Acetoſorum.ſ.in ſapore, & muzorum.i.ſaporis compoſiti ex dulcedine & acetoſo.

Lupulus ſm Meſuem ſpecies uolubilis, & eſt habēs folia ſiſſia foliis, citruli:cuius flos eſt ſicut ſunt ampulæ adhærentes ſimul.Petrus de Creſcentiis ait:Humilis.i.loleuertigo: & ſic eſt quòd nos uulgo uocamus loleuertigo.

Capillus ueneris ſm Sera.eſt beſceguaſcen ſiue coriādrū putei,ſiue capillus algol,& capillus porcinus.Aui.in.2. cā. de beſceguaſen & ſinace eſt capillus porcinꝰ: & arabice eſt capillus algul.Meſues dicit:Capillus ueneris,dicitur apud quoldā capillus fontiū:dicitur capillus hominis nemoralis & ab aliis dicit coriādrū putei, & cetis: hæc herba eſt ſatis nota.Auer.in.5.col.dicit:Cuſtarabber.i.capillꝰ ueneris.

LXIIII.

TRYPHERA PERSICA.

℞. Succorum Solatri, Endiuiæ, depuratorum Apii, Lupuli, } ana.lib.i.

Et proiiciantur ſuper eos, Violarum ſiccarum, aut uiridium. Roſarum, } ana.3.iii.

Folliculorum ſenæ,℥.ii.

Agarici,℥.i.

Prunorum Damaſcenorum pinguium numero.L.

* Cnſcutæ,℥.s.

Myrobalanorum, fricatorū Citrinorum, in oleo uiolarū,aut amygdalarum dulcium. Chebulorū, Indornm, } ana.3.ii.

Spicæ aromaticæ,3.iii.

Bulliant ſuper prunas cum facilitate, uſq; dū remaneant lib.ii.& proiiciantur ſuper illa epithymi boni mundi 3.xl. & bulliant ebullitione una,& deponantur ab igne:& colētur,& diſſoluantur in una parte iſtius colaturæ.

Tamarindorum bonorum recentium.℥.iii.

Mannæ.℥.i.s.

Pulpæ caſsiæ,℥.iiii.

Zucchari uioli,℥.xii.

Colētur,& mundentur a granis,& ſcoſis.i. ſordibus. Et in alia parte aquæ,ſeu colaturę proiiciantur.

Zucchari tabarzeth.i.albi,lib.iii.

Aceti ex uino,lib.i.

Coquantur cum facilitate:deinde proiiciatur ſuper illud quod diſſolutum eſt in prima parte dictę colaturę,& aggregentur ſimul in unum,& coquantur uſque ad melis ſpiſsitudinem.Vltimo uero puluerizentur ſuper illud.

* Raued boni,℥.ii. * .i. Rhabarbari electi.

Citrinorum,℥.i.s.

Chebulorū,

Myrobala-Indorum, } ana.℥.i.

norum, Bellericorū,

Emblicorū, } ana.3.iiii.

Granorum fumiterræ, Trochiſch.diarrhodon, Macis, Maſticis, Cubebæ, Spodii, Santali citrini, Quatuor granorum, ideſt,ſemi- num, ana.3.ii.s. Anifi,3.iiii. Spicæ,3.ii. Melonis, Cucumeris, Citruli, Cucurbitæ,

Inuoluantur in oleo uiolato,& repone in naſe uitreo,& da cum aqua frigida,aut ſucco endiuię,aut ſucco ſolatri.

COMMENTA. MANLII.

Triphera dī delicata,& perfica dī, quia apud Perſas in uēta:fuit:uel dicī perſica,quia in illis partibus utunt ipſa:ſicut ſit in noſtris partibus.Nic.Flo.in l.5.in cap. de debilitate ſtomachi inquit ſic:& Medicamē perſarum, & pro ideſt triphera pſica eius deſcriptionē ipſe Nico.deſcribit,ſed nō concordat cum iſta Meſ.in ſimplicibus,nec in reliquis.Ipſe Nicolaus habet myrobalanorum Indorū aſſorū cum butyro uaccino,naſturtii,&c.ſed iſta Dñi Meſ.eſt nobilior illa.

Solatrū.ſ.ſuccus ipſius herbæ.Dioſ.de ipſo quatuor cap. facit ſub noīe ſtrichnon,& dicī q̄ prima eſt hortulana, & hæc apud nos dicī herba morella uulgo.Alia ſpēs,eſt alchechingi dictū halicacabū ſiue fiacho a uulgo.Alia dicī cabalaris uel a Latinis lunaria:& iſta eſt faba inuerſa.& eſt altera dicta manicō,aut periſiō &c.Macer dicit: herbā quā græci ſtrichnō dixere,latini maureolā dūt:uis eius frigida ualde,ſm Serap.ſolatrū eſt uua uulpis:alii uuā caninam uocāt.

Apii.ſ.ſuccus ipſius. Iſid. in ca.de oleribus ait:Apium dictū:q̄ ex eo apex.i.caput antiquorū triūphantium coronabat.Hercules autem hanc herbam primus capiti circunſtulit &c.Auer.in.5.col.dicit:Alcharfas,ideſt apium.

tonsillis,ac glandibus fere suffocatum:utebatur autem collutione aquę mulsæ rosis in ipsa decoctis. Quum igitur uidissem fructum nucum in uigore esse, iussi detractum ab eis externum corticem,quo etiam tinctores uideram utentes,statim in mortario contundi,& succum eius per linteũ excolari, nondum sciens quo modo iuxta crassitiem, aut tenuitatem haberet. Quum uero reperissem aquosum, & compage tenuẽ,gargarissare eum iussi ipsum hortulanum. Postquam uero ualde tenuis apparebat, præcoxi: & mel commensuratæ,uelut in eo ꝙ ex Moris fit, fieri sciebam, admiscui,atq; ubi iam ad compagem mellis redactum esset. Hortulano utendum reliqui. Porro cum uiderem cellerrimam utilitatem ipsi inde oboriri, præstabile ratus sum in multis experiri,atq; ex hoc sufficiẽter experimẽto accepto de facultate eius pharmaci,semper ipso utor, uelut nostis. Merito itaq; mirandum nullum ex prioribus Medicis aliquid de hoc pharmaco mente concepisse,ut tum parabili, tum generoso hoc succo uterentur, maximè cum uiderint quo modo etiam manus inficiantur eorum, qui uirides nuces decorticant. Ex his enim apparet qualis sit earũ succus, & ꝙ ægre elui possit ipsarum astringendi uis, adeo ut neq; per fortissima extersoria elui queat. Amplius autem adhuc miratus sum de medicis, ꝙ non cogitauerint fortem esse ipsarum uim:quum etiam tinctores uideant eiusmodi nucũ corticibus uti. Nisi enim in profundum manuum descenderet,& nisi per oẽm substantiam lanarum penetraret,non certe ægre eluibilis esset: quũ uero descẽdat,indicat planè substantiam succi tenuium partium esse. Rationi autem cõsentaneũ est astringendi uim maximè proficere, ubi in eius modi substantia contineat. Etenim quæ ex astringẽtib. crassas partes habent,per astrictionẽ cogunt,& condensant superficiem corporũ quibus adhibentur, & a progressu in altum ipsorum corporum sese impediunt. Quibus enim etiã alias ob substantiæ crassitudinem impossibile erat progredi in altũ,his sane amplius impossibile fuerit dẽsato corpore iuuare,id ꝙ totũ est inflammatum. Optimum itaq; esse nucum succum persuasus, ut qui etiam coctum cum melle gustarim nihil insuaue habentem,eum in quatuor partes diuido,& ad primam statim aliquid ex astringentibus iniicio ad secundam ex croco,& myrrha:ad tertiam sulfuris quiddam,ac nitri addo:quartam uero solã syncerã seruo, pueris utilẽ futurã ob dulcorem,immo etiam uiris ob delicias mẽte fractis,& mulierculis. Ego quidem igitur a ratione inductus inueni,quemadmodum neruorũ sauciatorum curationem,ita etiam hoc pharmacum quod omnibus præstat.

E PRACTICA MESVE

LXXXII.

DE STOECADOS, in cap.de phlegmatica scotomia,& uertigine.

℞.*.Hieræ picræ.ʒ.x.
Agarici,
Epithymi, } ana.ʒ.iiii.
Chebulorum,
Myrobalanorum, Indorum, Emblicorum, Bellericorum, } ana.ʒ.iii.
Stœcados,
Salis Indi,ʒ ii.

Confice cum secaniabin.i.oxymelle.

*.i. spẽrũ hieræ Galeni.

COMMEN. MANLII.

Hæc confectio non est in usu.

Stœcas.l.sticas Arabicum,ut dicit Mes.est Planta foliorum subtilium oblongorum habens stipitem subtilem cineritium, cuius eleuatio super terram est in mẽsura cubiti & habet flores assimilantes spicis siliginũ,sed sunt breuiores, sine semine. Similiter ait Aui. quod est sine semine. Miror tamen quod Dios.& Sera.dicant quod habet semen minutum,quia hoc non consonat dictis Mes.neć Aui. Stœcas uero quo moderni utuntur, habet semen minutũ, sed non est uerum sticas,de quo intellexit Mesues ac Auic.

LXXXIII.

TRYPHERAE DE EPITHYMO in cap.de cura Maniæ, & Melancholię sanguineæ.

℞.Myrobalanorum, Chebulorum, Emblicorum, Bellericorum, Indorum, } ana.partes æquales.
Epithymi sublimis, partes.ii.
Hieræ picræ,partem.i.

Confice cum melle emblicorum,& chebulorum.

COMMEN. MANLII.

Hæc confectio in Papia non est ualde in usu,sed in Mediolano utuntur ipsa magis. Epithymum secundum Isid. in cap.de herbis aromaticis siue communibus inquit. Epithymum Græcum nomen est,quod Latine dicitur flos thymi. Nam flos Græce thymum uocatur. Est autem flos timbræ idest saturegię similis.

Mel emblicorũ. De modo ipsius apparebit infra in trac. Rasis,in fine electuari lætificantis,si Deus uoluerit.

LXXXIIII.

AD EPILEPSIAM, in cap.de epilepsia.

℞.Pyrethri,
† Siseleos,
Stœcados, } ana.ʒ.x.
Agarici,*.ʒ.v.
† Cordumeni,
Assæ,
Aristolochiæ rotundæ,
Asphodilli,
Liquiritiæ,
Carpobalsami,
Pæoniæ,ana.ʒ.ii.

† .i. silens montani.
* al.ʒ.s.
†.i.carui agrestis seu leuistici.

Et accipe expressionis squillę,& Mellis partes æquales: quibus coctis ad spissitudinem, quantum sufficiat ad aggregandum ea,accipe:deinde reconde in uase uitreo.

COMMENTA. MANLII.

Hæc confectio apud nos non est ualde in usu: in Mediolano uero utuntur magis. Verũ est ꝙ Rasis in .9. Almansor. describit unam aliam descriptionem, quę uidetur esse eadẽ & non differunt nisi quod Mesues adiũgit in sua descriptione liquiritiam,carpobalsamum,& pęoniam,in reliquis uero idem sunt,& sic multi secundum descriptionem Rasis faciunt,cuius infra apparebit descriptio.

Epilepsia autem est morbus caducus, & uocatur mater infantium.

Assæ.l.assa fœtidę. In quodam libro Mes.est scriptum hasçę .i.thymus, sed uere debet dicere assæ .i.assæ fœtidæ. Rasis habet assæ optimę: quod idem est, cum in ista materia magis conueniat assa fœtida quam thymus.

Asphodillus secundũ Dios.est herba omnibus nota,folia habens sicut porrum,uirgam læuem,quam multi ablutium .i.aleta dicũt. Secundũ Circa instans asphodillus est quædã herba quæ uocat Centũ capita, cuius radix usui medicinæ cõpetit:hic textus est falsus. Nam asphodillus nõ est centũ capita,ut uideť per Sera.ca.de astaraticõ,& in cap.de astaraticon,& in cap.de iringo. Asphodillus uero dicitur apud herbaticos herba porraria, propter similitudinẽ foliorum.

Pæonia secundũ ꝙ dicit Auer.in.v.col.est rosa asinorũ.

Macer in cap.de pæonia inquit:
Radix illius pueris suspensa caducis,
Non modicum prodest:Galenus ut asserit auctor.
Quendam se puerum narrat uidisse caducum,
Aetas cuius erat annorum circiter octo.
Pæoniæ puer hic radicem ferre solebat,
Appensam collo:quadam uice decidit illa.
Moxq; puer cecidit,solito quo more ligata
Protinus euasit. Galenus uero probare
Rem plene cupiens,radicem denuo dempsit
De collo pueri,cecidit: surgitq; resumpta.
Cognita uis herbæ fuit huius sic manifeste.
Ipse Dioscorides cunctis ait esse caducis
Aptam,si bibitur uel si suspenditur illa.
Seminis illius ter quinq; rubentia grana &c.

Papias ait: Pæonia Græce, ꝙ significantius Latine dicitur cadauer,ab eo quod cadat per mortem. Pęonię hasta rubea est,

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 55 sur 335

est,& coloris & rubei herba.

LXXXV.

DE PYRETHRO, in cap.de Epilepsia,

℞.*.Secacul,lib.i. Nucis moschatæ,
Pyrethri humidi,aut humectati.ʒ.vi. Cubebæ,ana.ʒ.iii.
Cinnamomi.ʒ.v.
Mellis despumati,lib.v. & in alio,
Pinearũ purgatarum.li.i.s. Pyrethri,
condies cum, †Hueg,
Zingiberis, Zingiberis,
Pyrethri,ana.ʒ.i. Aut humidorum,
Garyophyllorum, aut humectatorum, ana.ʒ.iii.
Expertum bonum,alii addunt moschi.ʒ.i.

*.i. Eryngii.

†.i.acori.

COMMEN. MANLII.

Hæc confectio non est in usu.

Pyrethrum uel pyrethron, ut græce dicitur a pyr,quod est ignis,eo ꝙ igneam uirtutẽ habeat.Pli.ait: Pyrethrũ uocant quod nunquã floret,Auic.in.2.can.duo capitula facit: unũ quod incipit pyrethrũ,aliud quod dicitur tarcon. Etiã tarcon aliquando capitur pro quodam pisce:de quo recitat Ioan.Anglicus in ca.paralysis, qui sic ait: Ligatura tactus cuiusdã piscis qui uocat tarcon,& dicit piscis iste merguri & sm Auic.cap.de stupore uocat perile hæc radix est satis nota dolorib. dẽtium medetur.Pyrethrũ apud Auer. in.5. coll.uocat halacarthaa.Papias dicit:Pyrethrum herba dentaria,ignea:unde & pyron dicitur.Halyab.autem in secundo practicæ uocat ipsum harchacharach.

Hueg,uel huegi,uel oegi ẽ acorus.Gal.in.7.simp. dicit: Oegi.i.acorus,& ex hac planta nõ utimur nisi radice eius.

LXXXVI.

CONFECTIO CONDITI, ad ægritudines neruorum frigidas mirabilis, in cap. de ægritudinibus neruorum.

℞.Secacul,
Pinearum mundatarum, } ana.lib.i.s.
Radicum acori,

Sint secacul,& acorus elixata,& expressa,& misce cũ eis, præter pineas,mellis despumati lib.x.& decoque lẽto igne usque dum spissitudinem acquirant: deinde deponatur ab igne & proiiciantur super ipsum pineæ, & misceantur ad inuicem,post hoc puluerizа super ea.

Piperis,nigri.ʒ.i. Macis.ana.ʒ.iiii.
Piperis longi, Nucis moschatæ,
Garyophyllorum, Galangæ,
Zingiberis, Cardamomi,ana.ʒ.iii.
Misce,& fac.

COMMENTA. MANLII.

Hæc confectio apud nos nõ est multũ in usu sub illo nomine.s.cõfectionis conditę:sed facimus et utimur sub nomine confectionis diacori.Vnde Nicolaus Floren.in lib.3.in cap.de cura ægritudinum nuchæ, & neruorum in generali inquit:Confectio secundum Mesuẽ conditi ad ægritudines neruorum frigidas,& est diacorus:& sic est.

Secacul.i.sigillũ sanctæ Mariæ,& nõ est sigillũ Salomonis,ut quidam herbatici dicũt.Liber qui dicitur Albuchasis in tra.2.ubi docet formam desiccãdi radices ait: Secacul.i. sigillum Salomonis:ꝙ non est bene expositum,quia Matth. Sylu. in cap. de daphnoides dicit, quod chamædaphne uel daphinides Alexandriæ est sigillum Salomonis : & hoc est certum,de quo Sera.in ca.de lauro describit formam.Sigillum autem sanctæ Mariæ,sine secacul est radix similis zingiberi,dicta a modernis uulgo zenogeto, & granum eius secundum Serap.uocatur granum culcul.

Acorus est radix satis nota.Secundum Aui. est radix plãta,quæ est sicut papyrus : non autem intelligi debet de papyro in qua scribimus,quæ de pannis lineis fit: sed quando reperitur apud Auic.uel in aliis libris in medicinis desicca tiuis,papyrus intelligitur quædam herbã quę in aquis nasci tur,& est iuncus,uel species eius.

LXXXVII.

ANACARDINVM, secundum filium Zachariæ,idest Rasim,in cap.de ægritudinibus neruorum.

℞.Zingiberis, Florum rutæ,
Costi, Assæ,
Pyrethri, Gentianæ,
Nigellæ, Aristolochiæ
Piperis, Baccarum lauri,
Macropiperis, Castorei,
* Hueg,ana.ʒ.x. Thapsiæ,
Myrrhæ, Sinapis,ana.ʒ.v.
Mellis anacardi.ʒ.v.& tertiam.

*.i. acori.

Inuoluantur omnia cum oleo nucum, & confice cũ mel le apum,& da ex eo in modum grani lauri.

COMMENTA. MANLII.

Hæc confectio in Papia non est ualde in usu : sed in Mediolano magis,secundum intentionem Mes.ex authoritate filii Zachariæ siue Rasis. Et sic est secundum ueritatẽ, quod Rasis composuit ipsam, & describit eam in nono Almans. in cap. de paralysi,idem in lib.diuisionum,in eodem ca. uidelicet paralysis, ait: confectio anacardi, quæ est theriaca paralysis,& illa idem est in omnibus ut ista.Supra etiam posita fuit una alia descriptio,quæ potest uocari confectio sapientum,& illa apud nos est magis in usu, & est illa quæ debet intelligi,quando absolutæ profertur.

Hueg.i.acorus sicut dictum est,aliquando dicitur oegi,ut dicit Simon.Rasis loco hueg,habet ogi, quod idem est: & est certum,quia ipse Rasis in lib. diuisionum in eadem confectione,loco ogi habet acorus.

Assę.i.assæ fœtidæ,non autem debet dicere alasse,ut quidam apothecariorum dicunt.Vide Silanum super nono Almans.qui in prædicta confectione habet assæ fœtidæ,& idẽ est:& sic assa fœtida magis conuenit in ista ægritudine quã alasse.i.thymus.

Aristolochia simpliciter de rotunda intelligitur, sicut dicit Circa instans.

Tapsia secundũ Dios.nominatur, eo ꝙ primo in Tapso insula inuẽta fuit. Arabes uero nõ potẽtes dicere tapsia, dicunt thefixia,de qua Auic.in.2.can.cap.facit, & dicit quod est gumma ruthæ agrestis.idẽ.in.4.can. in Fen.6. inquit de thefixia,& eius cura hæc est:gumma rutę montanę, & quandoq; sentitur in sapore eius sicut sapor albedarungi.i.ozimi fluuialis,siue citrati.i.mellissæ. Gentilis super.5. Auic. exponit,quod tapsia est cassia lignea. Rasis in prędicta confectione loco tapsię habet sehitarungi, tu uero uide quod Mes.habet tapsię.i.gummi rutæ agrestis,ut dicit Auic.& secundũ. Simonem Ianuẽ.tapsia ex authoritate Halyabbatis est ruta sylуestris siue becur.& Ras.hẽt seitaragi.i.lepidium siue hypederidos,ꝙ idem est secundũ Circa instans: Tapsia usui medicinæ competit,& per tres annos põt seruari.Pli. inquit:Tapsia ex genere ferulę,ẽ,foliis fœniculi,inani caule,nec excedente baculi longitudinem: semen quasi ferulę radix cãdida quę incisa lac emittit, & cõtuso succo cũ cortice &c.Secundũ Sera.tapsia siue taffia est inanthum:siue gigiõ:ergo est lepidiũ sm Dios.Meo tẽpore in prędicta cõfectione uidi ponere loco tapsiæ rutam sylуestrem : quæ uirtutem habet in subito desiccando. Illa uero descriptio quę reperitur apud eundem Rasim, in libro diuisionum habet tapsię:ut hẽt Mes.& sm intentionẽ ipsorum nõ est differentia inter seitaragi & tapsia : sed siue sit differentia siue non, ruta sylуestris conuenit,aut lepidium,aut cassia lignea.

Sinapis.s.usualis quę nigrum colorẽ habet Circa instans dicit:Sinapis semen ponitur in medicinis, & per duos annos potest seruari.

Mel anacardinũ fit ex quodam fructu cuiusdam arboris quę pediculus elephãtis apud quosdam uocatur. De modo faciendi mel anacardinum reperitur apud Bulchasim: sed sm ipsum apud nos non potest fieri, quia oportet habere anacardos recentes. Sed quia anacardos recentes habere nõ possumus in nostris partibus,hic ostendã facere, ut docet Gulicl.Placentinus in capitulo.6.de confectionib.ubi

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 56 sur 335

ipſe ſic ait: Mel anacardinum quod intrat in electuario de anacardis. Et in aliis confectionibus ſic fit: tere anacardos, & pone eos in aceto: & dimitte ſic diebus 8. & coque eos lento igne: & renoua acetum ad duas partes, quæ colatæ cum linteo, pone fæcem in medicina loco anacardi, & cum aceto pone tantundem mellis, & coque hæc ſimul uſque ad ſpiſsitudinem, & hoc erit mel anacardinum: & ſic fit.

Mel auium. i. uſuale. Dioſ. in ca. de meliſſophyllos. i. mel liſſa dicit: Melliphyllon, dicitur quia apes ipſam diligunt, quaſi apum amor. Meſues dicit, quod prædicta confectio datur in modum grani lauri. Granum uero lauri apud Aui. eſt granum ademeſt, & eſt ſicut auellana parua, & cortex eius ad nigredinem tendit, ſicut eſt notum omnibus.

LXXXVIII.
DIAHIRVNDINIS, in cap. de ſquinantia gutturis.

℞. Aniſi,	Liquiritiæ,
Seminis apii,	Croci, ana. aur. ii.
Ameos,	Trochiſcorum croci magnetis,
Florum ſquinanti,	Seminis roſarum,
Lilii cœleſtis,	ana. aur. iiii.
Cinnamomi,	Coſti,
Amomi,	Cineris hirundinis recentis,
Ariſtolochiæ lon.	ana. aur. vi.
Aluminis † iameni,	Spicæ,
* Armel,	Amyli, ana. aur. i.
Myrrhæ,	Gallarum, aur. i. s.
Caſsiæ lignea,	

Confice cum melle, & fiat confectio.

† .i. ſciſsi.
* .i. rutæ ſylueſtris.

COMMEN. MANLII.

Hæc confectio apud nos non eſt ualde in uſu, tamen reperitur apud apothecarios. Deſcriptio uero ipſius reperit apud multos alios autores. Io. Sera. in ſuo antidotario hēt unam deſcriptionē quæ ſimilis eſt huic Aui. in. 5. can. habet unam aliam quæ eadē eſt. Haly. aūt in 10. Practicæ inquit: Cathartici medicaminis aſsignatio, quod gutturis prodeſt dolorib. & eſt idem cum cōfectione diahirundinis. Alexander medicus in ca. de ſquinantia habet unā aliā, quæ eadem eſt: & ſic poſtq̄ ego aggregaui prædictā cōfectionem apud autores nominatos cū una cōfectione, quā deſcribit Gal. in trac. 6. meimir, quę uocatur diabiſſaſa: uidi quod idem eſt.

Lilium cœleſte. i. ireos, ut reperitur apud Aui. in. 2. can. in cap. de ireos Radix ipſius competit uſui medicinę. Gal. in prædicta confectione, loco lilii cęleſtis habet ireos illiricæ quod idem eſt. Haly. habet ireos.

Amomum ſemen eſt, minutum, quod ab Oriente defertur. Iſido. in ca. de arboribus aromaticis dicit: Amomum uocatum quod ueluti odorem cinnamomi referat.

Aluminis ſm Dioſ. ſpecies ſunt multæ, ſed medicinæ tres neceſſariæ, rotundum, ſciſſum, & liquidum. Rotundum uero dicitur zuccharinum, ob eius ſimilitudinem: ſciſſum. i. ia menum dictum uulgo de pluma: liquidum ſiue humidum, eſt illud quod dicit de roca, ſeu lipparinū. Vide ergo quod Meſ. habet aluminis iameni. Gal. hēt aluminis ſciſsi. Auic. aluminis iameni, quod idem eſt, & eſt alumen de pluma dictum a uulgo. Dinus Florentinus in l. 2. in ca. de cura ſcrofularum dicit: quod alumen iamenum eſt alumen ſciſſum.

Armel ſm Mat. Syl. eſt tertium genus rutæ, & in fine ca. ait: ꝙ harmel ſcriptū per h eſt cicuta: ſed armel ſcriptū per a. eſt illud genus rutæ, quod non eſt credendum. Nam uide quod Meſ. habet hic armel ſcriptum cum a Auic. habet harmel cum h. Halyabbas idem habet. Gale. habet biſaſſa & ibi ait: Quod quidam armel uocant. Et idem Gal. in. 7. ſimp. inquit: Moly quidam hanc rutā ſylueſtrem nominant, quidam aūt armolam: Suriani uero biſaſſam ſicut cappadocii moli, eo quod in radice, & molliori. i. nigrum, florem uero habet lacteum. Simon Ianuē. dicit: Biſaria in antidotario Oribaſii in confectione diahirundinis, quā uocat diatiniras inquit: Biſare quā alii armollam uocant: alii rutam agreſtem &c. Sine dubio opinio mea eſt, quod armel ſcriptum cū h. & ſine h ſit tertiū genus rutæ: cuius in deſcriptione pilularū aggregatiuarum apparebit forma uera: & ibi uidebis quod harmel ſcriptum cum h. non erit cicuta, ut dicit Mat. Sylua. Troch. croci magnetis: deſcriptio ipſius reperitur apud omnes autores: qui ſcripſerunt confectionē diahirūdinis. Scias quod Nicol. in ſuo antidotario, habet trochiſcos croci magnetis: ſed ponendi non ſunt in iſta confectione: ſed deſcriptio quæ debet adminiſtrari eſt iſta. ℞. Cinnamomi, croci ana 3. ii. roſarum. ſ. rubearum, amomi, coſti, ana. 3. i. myrrhæ 3. iiii. radicū liquiritiæ, folii idi. i. malabatri, pone loco eius ſpicæ, aut macis, an. 3. ii. s. aggrega cum uino, & fac trochiſcos, & exiccentur in umbra: ut ait Auic.

Roſa. ſ. ſemen ipſius quod a multis modernis antera uocatur: de qua Ioan. Anglicus ſiue roſa anglica in cap. de fluxu uentris in febre inquit: Antera. i. ſemen roſarū. Prēterea uide eundem in cap. de cura fluxus ſanguinis qui dicit: Roſa & antera. i. ſemen eius. Et ſic communiter utuntur antera pro ſemine roſarum, cuius fructus apud Aui. uocatur rubus. Etiam Sera. in ca. de rubo de ipſo loquitur, & hic fructus apud Dioſc. uocatur cynosbatus.

Hirūdo uero eſt auis ſatis nota. Dioſ. in ca. de lapide chelidonio dicit: Lapis chelidonius inuenitur in uentribus hirundinum, cuius genera ſunt duo. ſ. nigrum & ruffum, qui tolluntur captis pullis hirundinum ex nido, & ſciſsis eorū uentribus &c. Modum comburendi hirundines Meſ. in fi. eiuſdē cōfectiōis docet: qui talis eſt. Oportet eas hirūdines primo decollari, ut ſanguis earum fluat ſuper alas ipſarum deinde puluerizetur ſuper eas ſal, deinde mittatur in olla uitrea ſtricti orificii, & cooperiatur, & ſigilletur cū luto ſapientia. i. luto unde ſit forma campanę, ut exponit Nicol. in ſuis ſynonymis & ponatur in furno uſquedum aduratur, & conſeruetur cinis earum, & utere cū neceſſe fuerit. Gal. habet etiam de modo comburendi in cap. allegato, ubi eſt prædicta confectio. Similiter habet Ioan. Serap.

Amylum. i. amydum ſecundum Dioſc. appellatum eſt ab eo, quod Græci mylos molam uocāt. i. quod ſine mola fiat. Eſt autem utile amylum quod ex tritico ſicamo fit & cretico aut Aegyptiaco &c.

Gallarum. ſ. gallarum aſinarum quæ ſunt non perforatæ Dioſ. dicit: Cecidos. i. galla ſemen eſt cendryos. i. arboris quercus, cuius unū genus omphacitis dicitur. & Ser. ca. de galla dicit: Eſt ex ea quæ accipitur ex arbore ſua recens, immatura, parua rotunda, nodoſa, non perforata, & grauis: & eſt alia quæ eſt leuis, perforata: ſed melior eſt nō matura, & non perforata parua, quæ primo dicta eſt.

APPENDIX.

Præclare admodum apud GALENVM ſexto Medicamētorum per Loca, ex hirundinibus habetur Antidotum, partim una cum beſaſa, uel planius cum rutæ ſylueſtris ſemine, Andromachi, atq; Heræ: partim abſq; beſaſa, præſertim ultra Andromachum, Aſclepiadē at cum Meſues ex Io. Sera. Andromachi compoſitionem belle referat, ex Gal. tantum non ab re Andromachum ſequemur, indeq; (ne ſimpliciſsimum quoq; ex hirundinibus medicamētum haud quanquā lateret) Aſclepiadem.

Ex hirundinibus una cum beſaſa antidotum, Andromachi.

Sem.	Aniſi, Apii, Ammii,	Ariſtolochiæ longę, Caſsię,
Floris iunci odorati rotundi,		Roſarum ſiccarum,
Aluminis ſciſsi,		Crocomagmatis, ſingulorum ʒ. i.
Iridis illyricæ,		Coſti,
Beſaſa quòd aliqui harmala uocant,		Cineris hirundinum recentis, utriuſque quadrantem, ideſt,
Cinnamomi,		unc. iii.
Myrrhæ trogloditicę,		

Croci,

Croci,ſeſquiunciam.i.ʒ.i.s. Amomi,utriuſq; ʒ.s.
Nardi indicæ, Gallas.viii.

Tritis cum melle utere: uerum uſus tempore tandem, mel adde. Hoc ipſum pharmacum etiam. Heras ſcripſit, ut parum abſit quo minus penitus idem ſit: ſolas enim roſas uariauit, & nō ipſas coniicit, ſed florem ipſarū, & ad finem addit: Quidā etiam caſsiæ fuluæ ʒ.i. De hirundinibus aūt ambo oſcure tradiderūt, quanq; alii clare ſcripſerint, niſi quòd inter ipſos non conuenit. Alii.n nidū urere iubent, ex ſtercoribus hirūdinū maximè compoſitū. Alii ipſas hirūdines. Alii ipſarū pullos. Hi uero obſcurius ſcripſerunt, & Andromachus quidē cineris hirundinum recentis: oportebat autē ipſum apponere, uſtarum: tale enim quiddam cineris uox ſignificat, niſi nudum ipſum terere ac læuigare iubet. Heras aūt hirundinum recrementi, non apponēs, uſtarū: forte igit neuter uult cōburi debere hirūdinū recrementū, quēadmodum alii. In quibuſdam tū exemplaribus ſic ſcriptum eſt: Hirundinum tenerarum. ʒ.i. quemadmodum in aliis, hirundinum a trabibus. Palam eſt autem acre, & diſcuſſorium hoc pharmacum eſſe ex hirundinum excrementis conſtans, quemadmodum etiam alia omnia omnium animalium ſtercora, aliqua magis, aliqua minus, uelut etiam ipſorum aīalium uſtorum cinis. Dictum eſt ét nobis de beſaſa in ſimplicium pharmacorū tractatu quod tertii ſit ordinis calfacientium & nunc ſane ut eiuſmodi admixtum eſt etiam prædicto medicamento, quod plurima diſcuſſoriæ facultatis in ſe habet, quemadmodum aliqua ex aliis ſtomaticis adſtringentis, & repulſoriæ: etenim iam relata Pharmaca ualde diſcuſſoria ſunt, & ad hæc amplius cinnamomum ſuper omnia uim tenuium partium & diſcuſſoriam habens: quin & ſemina aniſi apii, & ammi diſcuſſoria ſunt, & iris, & ariſtolochia ex diſcuſſoriis ſunt, uelut etiam Myrrha. Mixtæ autem facultatis ex diſcuſſoria: & adſtringente eſt caſsia, & crocus, & nardus, & amomū, & coſtus, præcellit autē in ipſis calfactoria & diſcuſſoria, & maxime in coſto: mixtæ facultatis eſt & iūci rotundi odorati flos, ſed utraq; imbecilli tū aſtringente, tum calfaciente. Gallæ uero, (clarum eſt autē ꝙ de omphacitidē genere loquor) ex aſtringentibus multum ſunt pharmacis, uelut ét alumē ſciſſum. Roſæ aūt rurſum debiliſsimā hñt adſtringēdi uim. Ex cōtrariiis igit facultatibus particulariū pharmacorum, hoc medicamentū propoſitū iā cōſtat: & nō ſolū contrariis ſed ét utriuſq; fortibus, atq; uelut dixi antea, multo fortioribus diſcuſſoriis quā adſtringentibus.

EX HYRVNDINIBVS abſq; beſaſſa Antidotum, Aſclepiadæ.

Hyrundinum ſylueſtrium uſtarum cineris.ʒ.iiii.
Croci,
Nardi indicæ, } ana.ʒ.i.

Melle excipe. Mixtura fit cū iā ſub manibus ſunt affectiones. Hirundines porro urunt hoc modo. Pullos ſale conſperſos una cū pennis in fictile cōiicimus, obturatūq; prunis imponimus. Gratia habēda eſt Aſclepiadę ob id ꝙ tam diligenter deſcribit, quo mō hirundinum pullos uri iubeat: & ꝙ ipſa animalia, & non eorum recrementa, in pharmaci compoſitionem præparāda cenſeant. Hucuſq; Galenus.

LXXXIX.

DE GENTIANA, in cap. de Aſthmate.

℞. Capillorum ueneris, * .ʒ.x.
Amigdalarum amararum.ʒ.v.
*alii.ʒ.v. * *alii addunt,
Ireos ʒ.iii. Paſſularum enucleatarum,
Corticum radicum capparorum, Carnium iuiubarum, ana.ʒ.x.
Orobi,
Seminis, Apii, Fœniculi, an.ʒ.ii.
Gentianæ,
Ariſtolochiæ rotundæ } ana.ʒ.v.
Confice cum melle deſpumato.

COMMEN. MANLII.

Hoc medicamē de gentiana nō eſt in uſu. Aui.in.ʒ. can. habet artem medicinæ de gentiana: ſed non concordat cū illa Meſ. Nic. Floren. in lib. ʒ. in cap. de debilitate hepatis, habet electuarium de gentiana: ſed nulla iſtarum cōcordat ſimul.

Capparus uel Kaparus ſecundum Circa inſtans radices, folia, flores competunt uſui medicinæ.

Orobus. i. eruilia. Dioſco. in cap. de eruo inquit: Eruum ſiue ut alii orobum naſcitur in lēticula, ſeritur etiam: cuius aliud eſt pallidum, aliud ſubruffum, & aliud album. Nicol. in ſuis ſynonymis dicit: Eruilia, ideſt orobum. Infra apparebit electuariū de orobo, & ibi melius declarabo, ſi Deus uoluerit.

Gentiana eſt radix amara ſatis nota. Plin. ait. Hanc inuenit Gētius illyricorū rex, ubiq; naſcēte, illyrico tū præſtantiſsimam. folia fraxini, ſed magnitudine lactucæ tenere, poſitis groſsitudine cauo & inani ex interuallis foliato triū aliqū cubitorum, radice lenta ſubnigra, ſine odore aquoſa montibus ſub alpinis plurima, uſus in radice & ſucco. Aui. in. ʒ. can. ca. de gentiana ait: quod non nominatur gentiana niſi quia primus qui eam agnouit fuit Gentinus rex, & ipſa quidem creſcit in montibus altis: & eius radix ſecundū Circa inſtans ſeruatur per tres annos in multa efficacia.

XC.

DE OROBO, in cap. de tuſsi humida.

℞. Spicæ nardi, *
Croci, ana.ʒ.i. Piperis nigri.ʒ.i.s.
Hyſſopi ſiccæ, Cheſmes,
Praſsii.ana.ʒ.iii. Carnium dactylorum,
Myrrhæ, Ficuum pinguium,
Ireos.ana.ʒ.ii. Pinearum mundatarum.
Farinæ orobi ʒ.vii. ana.ʒ.vi.
Confice cum loch de caulibus.

*alii interponunt fabarum an. ʒ.vii.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud electuarium non eſt in uſu. Scias ꝙ Meſ. in cap. nominato, nō dicit electuarium de orobo: ſed ipſe in ca. quod incipit, Sermo in aqua cicerum ait: Et huius etiam intētionis ē loch de caulibus, loch de ſquilla, & electuariū de orobo, quæ nos ſcripſimus in ca. de aſthmate & tuſsi. In capit. uero de aſthmate nullū reperitur electuario, in quo ingrediatur orobum, ſed uide in cap. de tuſsi humida. Nam habet per ordinem loch de caulibus, & loch de ſquilla, & poſtea ſequitur electuarium de orobo, & deſcriptio huius illa eſt. Præterea uide quod in prędicto electuario ingreditur plus farinæ orobi, quam aliarum rerum.

Orobum apud Dioſ. uocatur eruum. Auic. in. ʒ. can. de ipſo duo ca. facit, unum de eruo, aliud de herua Iudaica, quod idem eſt. Iſid. in ca. de leguminibus dicit: Eruum a Græco trahit uocabulum: hoc enim illi orobum dicunt, quod dum ſit quibuſdam pecoribus infeſtum, tauros tamen pingues efficit. Synonyma Nicolai exponūt, quòd eſt eruilia, & ſpecies eius tres ſunt, unum triāgulatum, aliud album, & aliud rubeum: non eſt autem uitia, ut quidam apothecarii dicūt. Apud Auer. in. ʒ. col. orobus uocatur alcharfena. Papias ait orobum Græcum uerbum eſt, eſt autem genus leguminis quod eruum dicitur.

Cheſmes aliquando alcheſmes, & ſunt paſſulæ ſine oſsib. Sera. in ca. de uitibus & eius ſpeciebus, & quæ ex eis ſunt: inquit Philoſophus: Alcheſemes, ita nominat in lingua fereſis ſunt paſſulæ ſine granis, ponuntur in ſole uirides & paſſeſcunt ibi ſine grano, & ſunt dulces, habitantes quidem in Oriente, diligunt eas cum zuccharo, & nucibus, & amygdalis, & auellanis & cætera. Chermes uero ſcriptum eſt r. eſt granum tinctorum, quo tinguntur panni, ut dictum fuit in eadem confectione. Deſcriptionem loch de caulibus deſcribit ipſa Meſ. in ca. ubi eſt prædictum electuariū, de quo infra in tractatu de loch erit ſermo.

XCI.

PHILONII PERSICI in capitulo de fluxu ſanguinis ab ore.

℞. * Piperis albi, Opii,
Hyoſciami, ana.ʒ.xx. Terræ ſigillatæ, ana.ʒ.x.

*al. papaueris albi.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 58 sur 335

†Est lapis hematites.

† Sedenegi,
Croci, ana.3.v.
Castorei,
Spicæ nardi,
Euphorbii,
Pyrethri,
Margaritarum non perforatarum,
Charabæ,
Zedoariæ,
Doronici,
Ramich, ana.3.i.
Camphoræ scrop.i.

Conficę cum melle rosato colato, quantum sufficit.

COMMENTA. MANLII.

Hæc confectio istius Philonii apud nos est in usu. Existi mauerunt quidam quod dicitur Philonium persicum, quia inuentum fuit in Persia, de quo Ioannes Cocoregius in ca. de uigilia & sahara inquit: Duæ famosæ descriptiones ponuntur ab autoribus medicinæ de philonio, quod ubilibet generaliter secundum illas præparatur, & habetur in usu. Vna ipsarũ ponitur a Nicolao in suo antidotario, quam ipse uocat Philoniũ Romanum, & ponit id authoritate Aui. quod infra ego describam. Et est alia famosa descriptio Philonii, quæ multũ habetur in usu, & ubiq; præparatur, quæ ponitur a Mes. in suo de appropriatis capitulo de sputo sanguinis a pectore, & uocat ipsum philonium persicum, quia adinuentum est in Persia, & istud philoniũ persicũ est multum efficax. Io. Sera. in suo antidotario habet unam descriptionem: sed non est eadẽ. Auic. in.5. cano. habet philoniũ Romanum, & philonium persicũ, sed non sunt idem: tamen descriptio Mes. ac Aui. ambæ ueniunt in usum.

Terra sigillata dicitur esse rubei coloris, ut patet per Aui. Sera. & per Dios. cap. de lemnias. Auer. in.5. coll. ait: Thitiuacrum idest terra sigillata.

Sedenegi. i. lapis Hæmatitis: sed Lumen tenebrosum exponit in prædicta confectione, q; sedenegi est semen canabis cuius falsa est opinio: quia omnes codices Mes. habent in prædicta confectione sedenegi sine h. & ipse Lumẽ scripsit schedenegi cũ h. quod est semẽ canabis. Et sic meo tẽpore uidi multos apothecarios in hac confectione ponere semen canabis, quod in hac non conuenit. Sed sedenegi uerũ est lapis hæmatitis: & qui mihi non credit quod sedenegi sine h. sit lapis hæmatitis, & schedenegi cũ h. sit semen canabis, uideat Ser. qui de utroq; cap. facit. & in cap. de canabe dicit: Schenedegi cum litera h. est semen canabis: in ca. uero de lapide hæmatitis habet sedenegi. i. lapis hęmatitis. Et quando reperitur schedenegi cum h: tunc est semen canabis. Etiã uide Auer. in.5. coll. quod habet sedenegi. i. lapis hæmatitis siue sanguinaris: & dicitur sanguinaris, eo q; trita & cõfricata sanguinis colorem repræsentat, quæ fluxui cuique apta est, a quacunq; horum nomen accepisse potest, & sic iste lapis in ista ægritudine multum conuenit.

E CONCILIATORE. XCII. LAETIFICANS CONCILIATORIS, in. CXCVI. Differentia.

℞. Succi pomorum dulcium despumatorum secundum artem } ana.3.v.
Succi bugloss̃æ despumati,
Doronic,
Corticum citri,
Florum boraginis,
Rosarum rubearum,
Been Albi, Rubei,
Coralli,
Limaturæ eboris, ana.3.iiii.
Spodii,
Macis,
Galliæ moschatæ,
Charabæ,
Ossis de corde cerui,
Sandalorum rubeorum, ana.3.ii.
Seminis basiliconis,
Folii myrtillorum,
Melissæ,
Coriandri,
Cinnamomi,
Galangæ,
Zedoariæ,
Spicæ nardi,
Ligni aloes minutim incisi, ac combusti,
Croci modicum, ana.3.ii.
Myrobalanorum omnium, ana.3.iiii.
Berillorum,
Smaragdorum,
Hyacinthorum,
Sardoni, Aurĩ, Saphirorum, Argenti, } limatorũ. an.3.ii.s.
Granatorum, ana.3.i. Ambræ.
Margaritarum albarum.3.iii. Camphoræ, ana.scrop.v.
Moschi 3.i.

Fiat electuariũ cum zuccharo, arte, & ingenio laudabile.

COMMEN. MANLII.

Istud electuarium apud nos est in usu: nomen uero suum est deriuatum a compositore qui fuit inuentor, qui uocat Conciliator seu Petr. de Abano. Hoc apud quosdam medicos appellatur electuarium lætificans Conciliatoris, quia cor lætificat & confortat ipsum. Est aliud electuarium lætificans, quod ex authoritate domini Rasis, sicut infra apparebit: si Deus uoluerit.

Poma secundum Isido. in cap. de arboribus dicta ab opimo. i. a copia uel ab ubertate, inter alia poma parasiana sunt magis laudata quam alia poma: & si habere non poteris habeas poma dicta redolentia, quæ etiam sunt laudata in ista ægritudine.

Rosa rubea secundum Mes. est melior quam alba, & dicitur quod uirtus faciens ruborem eius plus impresit quam amaritudinem faciens: propter quod in absciscione amaritudinis ipsius, quæ remouetur per solam exiccationem eius nõ resoluitur species: in absciscione uero rubedinis nõ plus est rosa, quam homo mortuus est homo.

Coralius. s. rubeus est nobilior albo, & nigro: eligendus est autem corallus rubeus, grossius, & planus, & clarus, & quanto plus accedit ad rubedinem, tanto melior est: & qui nulla foramina habet aut pauca.

Limatura eboris. i. rasura, & dens elephantis.

Os uero de corde cerui ẽ medicina mirabilis in ista ægritudine, ut est notũ. Circa instans in ca. de osse cordis cerui ait: In corde cerui reperit quoddam os in parte sinistra, in qua est quædam cõcauitas ad quam splen habet receptaculum, & emittit superfluitatem, quæ propriam siccitatẽ cordis imittatur in ossuosa substantia. Os illud est quasi cartilago, & habet de carne: est aũt subruffum de sanguine cordis & discernit a cartilagine, quæ reperit in pectore caprarũ, qua apothecarii utuntur: quia non habet ita carnẽ, non est ita subruffum, sed album, & mollius. Per. 30. annos seruatur sed debet primo aliquantulum deficcari ad solem.

Basilicon. s. semẽ eius, quod appellatur ozimum garyophyllatum. Vnde circa instans. Ozimum alio nomine basilicõ appellatur. Mat. Syl. in cap. de berengemisch. i. ozimo garyophyllato, dicit quod ozimum in Latino uocatur basilicõ garyophyllatũ, & de semine ipsius intelligitur, & maxime in electuariis: sed in emplastris herba.

Myrtus secundum Circa instans sunt myrtilli, cuius prę cipue in medicina ponuntur. Myrti autem secundum modernorũ opinionẽ sunt duæ species. s. albi & nigri albi uero sunt cubebe, & nigri sunt myrtilli qui satis sunt noti. Auer. in.5. coll. dicit: Hes idest myrtilla.

Melissa apud Sera. est bederangie. i. turungen. & dicitur marmacor. i. melissa. Secundum Simonẽ Ianuen. Turungẽ est ozimum citratum, quod idem est. Dio. uero uocat ipsam mellysophyllos, nos uero nominamus citrariã a uulgo, eo quod folia ipsius odorem citri habent.

Coriandrum siue coliandrum. Gal. in.6. Simpliciũ dicit: Corianum uel corium, uel coriandrum, uel qualitercunque nominare uoluerint. Semẽ uero ipsius administratur in medicinis præparatũ, & maxime in istis ægritudinibus: & modus præparandi est, q; tu accipias de semine ipsius quantitatẽ q̃ uolueris, & superaspergat uinũ cytoniorũ & acetũ fortissimum, sicut est notum: deinde exiccetur & utat ubi oportet. Si uero ponat semen coriandrorum in medicinis ante præparationem est uenenosum. De quo uide Auic. in 4. can. qui in numero uenenosarum medicinarũ enumerat. Ser. in ca. de coriandro, ait in libro uenenorum. Quando bibũtur de succo ipsius recentis drachmę quatuor: occidit: eius planta dum est recens habet odorem fœtidum.

Omnes myrobalani sunt quinq; ad numerũ, secundũ Mes. & sũt, prię citrini uidelicet quorũ color sit citrin°. Indi. i. nigri

nigri. Chebuli debent esse grossi, & quanto grossiores tanto meliores. Emblici & bellerici. Istæ sunt quinq; species myrobalanorum, qui debent intelligi per omnes myrobalanos: et omnes quinq; sunt noti. Poterit aliquis dicere quod per omnes myrobalanos intelliguntur omnes species myrobalanorum, quæ sunt ad numerum sex: & pro hoc Sera. in ca. de emblicis de duobus generibus loquitur: in c. uero de myrobalanis, de quatuor loquitur. Ipse addidit, seni, quod non reperitur apud dominum Mesuem: nec sunt noti.

Berillus scilicet lapis, & hic est de genere crystalli: sed est obscurior, & ego uidi & habui, defertur aût a Venetis ad nos. Isid. in c. de uiridioribus gemmis inquit Berillus in India gignitur, gentis seu linguæ nomen habens: uiriditate simul smaragdo: sed cum pallore. Ponit aût ab indis in sexãgulas formas, ut hebetudo coloris repercussione angulorũ excitetur: aliter politus non habet fulgorem. Genera eius nouem sunt, chrysoberillus dictus, eo quod pallida eius uiriditas in aureum colorem resplendeat, et hunc India mittit. Alia ipsius genera uide ibi.

Smaragdus est lapis, cuius color est uiridis: & quanto uiridior tanto melior. Hic conciliator habet smaragdi, hyacinthi, sardonii, saphirorum, & granatorum, quæ possumus nominare quinq; fragmẽta cordialia, de quibus Mes. in electuario de gemmis dicit: Fragmẽtorum, & ibi habet quinq; lapides præciosos, ut habet Conciliator.

Aurum & argentum est notũ. Cõciliator uero dicit: Auri & argenti limatorũ modũ dat nobis liber qui dicit Albuchasim, in fine primi libri, ubi sic ait: Modus limaturæ auri & argenti, quib. utimur in medicinis cordis. ℞. ergo de bono auro & puro frustum, & habeas coram te parapsidem cũ aqua munda ac dulci, & habeas pannum de lino asperum mundum: cuius unum caput teneas in manu tua, aliud stet mixtum fundo parapsidis, in qua tunc frica aurum uel argẽtum in panno, semper madefaciendo pannum cum aqua, & limatura descendet in fundo uasis subtilis. Fac ergo tandiu quod limetur de auro illo quantũ uolueris: deinde dimitte per horam, & proiice aquam cum facilitate, & ablue ter & sicca & serua: eodem modo fac de argento. Et sunt qui limant cum lima subtili, & sic utuntur, uerum ille est modus limandi ipsum: sed apud modernos non est multum in usu: sed hodierni apothecarii ponunt aurum ac argẽtum in isto electuario istc mõ cõtritum. Accipiamus ergo foliorũ auri ac argenti finissimi quãtum uolueris, & habeas paratũ unũ lapidẽ marmoreum latum, album ab omnibus sordibus, & ibidem habeas paratũ parũ aquæ rosatæ, & super ipsum lapidẽ de prædicta aqua aspergatur: deinde ponant supra folia auri aut argenti, & cũ uno alio lapide facto ex porphido terantur, ut faciunt pictores tũ, ut efficiat sicut linitiuũ: deinde accipiatur illud, & utere dum necesse est et isto modo uidi Apothecarios Hispanos facere, et apud Neapolitanos sic fit. Auic. in. 5. can. in confectione de hyacintho docet liquefieri aurũ & argentum per alium modũ, ut ibi uidetur.

E FRANCISCO DEPEDEMONTIVM.

XCIII.

DIACASSIAE FISTVLAE, secũdum Franciscũ Pedemontanum, in cap. de cura malæ complexionis hepatis simplicis, & compositæ.

℞. Mellis cassiæ fistulę, lib. ii.
Penidiorum ʒ. iiii.
Succi uiolarum ʒ. iiii.
Candi rosati. ʒ. iii.
Tamarindorum. ʒ. iiii.
Syrupi uiolati. ʒ. s.

Fiat cum decoctione herbarum frigidarũ, & quatuor seminum usualium, & prunorũ quãtum sufficit, & rheubarbari. ʒ. i. & sunt qui addunt mannæ. ʒ. iiii. & fiat electuarium.

COMMEN. MANLII.

Hæc confectio diacassiæ fistulæ apud nos non est in usu secundũ istam descriptionẽ: sed illa descriptio qua utuntur est magistralis. sed uere ista Fráciſci est nobilior illa, & credo q; in partibus Patauinis faciunt diacassiam, secundũ istã descriptionẽ. Petr. de Tussignana in ca. paralysis, tremoris torturæ, & spasmi, & repletionis, habet unã aliã descriptionem: sed non est similis huic, tamẽ parũ differt ab ea. Ioan. Cocoregius describit unam aliam de qua infra.

Mel cassiæ fistulæ est medulla ipsius. Mes. in cap. de cassia fistula dicit, quod sunt medicinæ in quibus est fiducia iuuamẽtorum, & sunt sine nocumento, carentes acuitate & mordicatione & omni excessu lędente: super cuius exhibitionem pręsumitur in omni ætate: ita quod & pueris, & prægnãtib. Electio eius cõstat ut sit arundo eius grossa, plena, splendẽs & multi ponderis, & sit pulpa eius splendens & pinguis & hausta ex arundine conseruata in uasis pigritatur.

Candum rosatum. i. zuccharũ cãdidum duratum in fundo uasis iulep rosati: & sic quando reperiẽ candum uiolatũ similiter intelligitur de illo zuccharo candido in fundo uasis iulep uiolati indurato.

Syrupus uiolatus. i. ille qui fit per infusionem uiolarum, ut doces Mesues, de quo infra habebimus sermonem.

Decoctio. i. apocema. Nam apocema est decoctio diuersarũ medicinarũ. i. aqua in qua coquunt. Franciscus dicit. Cũ decoctione herbarum frigidarũ, quæ est propriæ, endiuiæ, scariolæ, lactucæ, & portulacæ, & hæc quatuor sunt quæ intelligi debẽt secundũ sententiã modernorũ. Quatuor uero semina usualia sunt quatuor semina maiora frigida, & sunt mellõis, citrulli, cucumeris, & cucurbitæ q̃ satis nota sunt.

Manna est ros cadens de cœlo super lapides, quæ ponit in diacassia fistula, quæ fit magistraliter. Non autem dico cassiam fistulam quæ fit pro clysteriis, quam non ingreditur manna: sed Franciscus & Petrus de Tussignana, & Ioãnes Cocoregius laudant ipsam, & sic sapientes dixerunt, quod manna in diacassia poni debet.

XCIIII.

DE SPICA ROMANA, secundum eundem in cap. de opilatione hepatis.

℞. Spicæ Romanæ. ʒ. iii.
Absinthi. ʒ. i.

Terantur & cribellentur, & confice cum melle despumato, & administretur.

COMMENTA. MANLII.

Hæc confectio non est in usu apud nos.

Spica Romana secundum Serap. in cap. de spica, est spica celtica. Auic. in. 2. can. dicit. Neridẽ, dicetur in capitulo de spica, & ipsa est spica Romana. In capitulo uero de spica dicit: quod duæ sunt species, quarum una est spica aromatica, & est spica auium: altera est Neridem, & est spica Romana. Macer inquit.

Est nardi species, quæ celtica spica uocatur.
Celtarum tantum quod nascitur in regione.
Omnia quæ nardus ualet indica, dicitur ista
Posse, licet uires uideatur habere minores.

EX NICOLAO.

XCV.

AVREA ALEXANDRINA.

℞. Asari,
* Carpobalsami. } ana. ʒ. ii. s.
Seminis hyoscyami,
Garyophyllorum,
Opii,
Myrrhæ,
Cyperis, ana. ʒ. ii.
† Balsami,
Cinnamomi,
Folii,
Zedoariæ,
Costi,
Coralli, Albi, Rubri,
Cassiæ lignea,
Euphorbii,
* Draganti,
Thuris,
Styracis calamitæ,
Spicæ celticæ,
† Meu,
Cardamomi,
Seseleos,
*Napi,
Saxifragię,
Anisi,
Anethi, ana. ʒ. i.
Ligni aloes,
Rheubarbari,

*. i. semnis balsalmi.
*. i. tragaganthi.
†al. opobalsami. i. liquoris balsami.
†. i. fœniculi eratici.
*. i. sinapis.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 60 sur 335

Aliptæ moſchatæ,
Caſtorei,
Spicæ nardi,
Galangæ,
Opopanacis,
Anacardii,
Maſtiches,
Sulphuris uiui,
Pæoniæ,
Eryngii,
Roſarum,
Thymi,
Acori,
Pulegii,
Ariſtolochiæ lon.
Gentianæ,
Corticum mandragoræ,
Chamædryos,
Phu,
Baccarum lauri,
Ameos,
Dauci,
Macropiperis,
Leucopiperis,
Xylobalſami,
Carui,
Amomi,
Petroſelini,
Leuiſtici,
Sem. Rutæ,
† Sinonimis, ana. ʒ. s.
Auri cocti,
Argenti meri,
Albarum margaritarum,
Blatæ bizantiæ,
Oſsis cordis ceruini, ana. ℈. i. gr. xiii.
Limaturæ eboris,
Calami aromatici,
Pyrethri, ana gra. viii.
Mellis quod ſuffici: detur in modū auellanæ cū uino albo.

† .i. petroſelini macedonici.

COMMEN. MANLII.

Aurea Alexandrina ſecundum intentionē Nicolai dicta eſt aurea ab auro quod recipit: Alexandrina ab Alexandro peritiſsimo medico & philoſopho: a quo fuit inuenta. Hæc apud nos eſt in uſu, & ſic ad laudem Dei & uirginis Mariæ ſimplicia quæ ſunt declaranda declarabo.

Balſamus autē eſt liquor emanās a balſamo: ſed in partibus noſtris raro reperitur: ſed moderni autores ſcripſerunt olea, & alia quæ pñt adminiſtrari in omnibus locis ubi ingreditur balſamus, ſicut apparebit infra in tracta. de oleis.

Coralli ſecūdū Auic. ſunt tres ſpecies. ſ. rubeus, albus, & niger: Reperitur quædā deſcriptio iſtius cōfectionis, ubi in grediuntur niſi ſolū coralli. ſ. rubei, & in aliis ingrediuntur albi & rubei, & ambo ſunt laudati in hac, & debent poni.

Spica celtica ſm Sera. eſt ſpica Romana. Gal. in. 8. ſimp. dicit: Nardus celtica ſimilis aliqualiter eſt ſm genus in uirtute prædictæ. Reperitur aliquādo in prædicta confectione ꝙ loco ſpicæ celticæ habet ſaliuncam: & ſalſuuca ſm compoſitorem eſt ſpica celtica: ſed ſm Dioſ. & Pli. aliud eſt ſpica celtica, aliud eſt ſaliunca. Item Circa inſtans in c. de ſpica celtica, eſt ut quidam dicunt ſaliunca ꝙ mentiſſtur: tamē hic ſpica celtica, ſiue ſpica romana intelligitur.

Meu. i. ſiſtra, uel ſiſter ſinodi. Apud Aui. uocaſ mu, & ibi dicitur: Nō. n. adminiſtratur de eo niſi radix eius: & multiplicatur in terra Megduna. Ser. c. de meu dicit: Habet radicem nō ſubtilem, cuius aliquę partes diuiduntur in plures: quarū quædā ſunt tortuoſæ, & quædā rectæ, lōge: hēt odorē bonū & radix eius eſt quæ adminiſtrat. Poſtea iterū ait ex authoritate Gale. Radix huius herbæ eſt id in quo eſt iuuamentū. Similiter ait Circa inſtās: ſed Lumē apothecariorū male lucēs in ꝓdicta cōfectione exponit meu. ſ. ſemen anethi ſyluеſtris: cuius falſa eſt opinio, ſicut oſtēſum eſt ꝑ autores ſupradictos: Præterea eſt conſuetū ab aromatariis, ꝙ meu ſit radix & non ſemen, ut dicit Lumen male lucens.

Siſelei. i. ſiſeleos ſiue ſiſeris montani, ut reperitur apud Petr. de Creſcentiis. Alii platocyminum uocant.

Napei uel napium eſt ſemen ſinapis: ſecundum compoſitorem. Circa inſtans in cap. de ſinapi dicit: Sinapis ſemen ponitur in medicinis, & quando inuenit ſinapis uel napeos ſemen intelligitur. Item Simon Ianuen. inquit: Napion ēt ut dicit Paulus in ca. de cephalæa, & in ſuo antidotario aureo exponit: Napion ideſt ſemen ſinapis, & ſic moderni loco napei ponunt ſemen ſinapis.

Saxifragia ſecundū cōpoſitorē tres habet ſpecies: quarū una habet folia ſimilia pimpinellę, ſed maiora, & hæc eſt nota. Minor uero dicit, ꝙ eſt oculus Chriſti: & ſi ſic eſt oculus Chriſti, uel oculus conſulis ſecundum Matth. Syl. eſt filius ante patrem. Media dicit quod eſt tetrahil. i. herba Iudaica. Circa inſtās dicit. Saxifragia dicit, quia ſaxū frangit uiuum. Radix ipſius ſolum in medicina competit.

Alipta muſcata. i. mixtura muſcata, quia recipit muſcum. Simon Ianuen. dicit: Alipta eſt quædā confectio in antidotario Nicolai, & quia muſcū recipit muſcata dicit. Lumen male lucens in prædicta confectione deberet dicere aliptæ muſcatæ, & dicit galliæ muſcatæ, ꝙ non eſt idem: quia compoſitor ponit ambas deſcriptiones, ſicut infra apparebit.

Eryngium, aut iryngus, aut nux agreſtis, ut dicit Dioſc. ab aliis chardopanis dicitur: & ē ſpecies centū capitum, ut apparet apud Sera. Nā Sera. ait: Aſtaraticon iſtud centum capita, eſt cœleſtis coloris: inferius dicit iryngi. Sed centū capita alba eſt ſpēs ſpinæ: & ſic eſt, & non eſt ſecacul, ut quædam ſynonyma dicūt. Opinanē aliqui quod iryngus ſit ſecacul, ꝙ falſum eſt, ſicut patet per Sera. qui de utroq; diuerſa facit capitula iryngus. Aut ſecundū ſententiam modernorū eſt planta ſpinoſa, quæ in uiis ac pratis naſcitur.

Ariſtolochia longa dicitur, quia radicem habet longam altera rotunda ſimiliter appellat, quia radicem habet rotundam. Nicolaus compoſitor uult quod in iſta confectione in grediantur ariſtolochia: ſed Lumē male lucens habet ariſtolochiam rotundam, quod non eſt credendum.

Phu. i. ualerianæ. Circa inſtās dicit: phu de radice intelligit.

Petroſelini. ſ. ſemen petroſelini domeſtici, quod ſatis eſt notum. Simonum ſecundum compoſitorem: & Simonem Ianuen. eſt petroſelinum agreſte, ſecundum Mat. Syl. in ca. de apio eſt petroſelinum Macedonicū: & ſic eſt, quod petroſelinum agreſte ſit petroſelinum Macedonicum. Ego dico ꝙ eſt holuſatrum. Et cōpoſitor dicit Alexandrum uel holuſatrum, ideſt petroſelinum Macedonicū. Et ſic ponunt moderni. Ille uero qui de nouo ſcripſit intitulatus Lumen apothecariorum: ſed apud aromatarios eſt Lumen male lucēs ipſe enim habet loco ſinoni petroſilli, quod eſt falſum.

Aurum coctum ſecundum Nicolaum, eſt aurum purum. & foliatū. Iſid. cap. de auro dicit: Quod aurum ab aura dictum. i. a ſplendore, quod repercuſſo aere plus fulgeat. unde & Virgil. Dioſcor. unde aurum. Naturaliter enim eſt, ut plus fulgeat, & aliis metallis ſplendidius ſit.

Argentum merum. i. purum, & foliatum ſecundum compoſitorem. Iſido. in libro de potu inquit. Merum dicimus cum uinum purum eſt ſignificantes. Nam merum dicimus quicquid ſyncerum uel purum eſt, ſicut aquam meram, nulli utiq; rei mixtam. Hinc & merenda dicta eſt, eo quod antiquitus id temporis pueris & operariis tantum panis merus dabatur: aut quod meridient eodem tempore. i. ſoli ac ſeparatim, non ut in prandio, aut in cœna ad unam menſam. Inde credimus etiam illud tempus, quod poſt medium diem eſt; meridiem appellari, quod purum ſit.

APPENDIX.

Aureū Alexandri antidotum nō inelleganter Actuarius nihil fere a Nicolai euarians, perſcribit, in hūc ſane modū.

Aſari,
Fructus balſami,
Apollinaris herbæ. ſing. duella. i. ℈. ii.
Garyophylli,
Lachrymæ papaueris,
Bacularum myrti,
Cyperi, ſing. duella,
Balſami,
Cinnamomi,
Folii,
Zudaris,
Zingiberis
Coſti,
Coralli,
Ligni caſsiæ,
Euphorbii
† Citheris,
Thuris,
Styracis,
Mei,
Cardamomi,
Seſelis,
Saxifragii,
Apii,
Nardi celticæ,
Aniſi, ſing. ſextula.
Xyloaloes,
Rhei,
Caſtorii,
Nardi,
Galangæ,
Lachryme panacis,
Anachardi,
Maſtiches,
Sulphuris,
Pæoniæ,
Eringii,
Thymi,
Acori,
Halichacabi,
Ariſtolochiæ lon.
Gentianæ.
Corticis mandragoræ,

† .i. dragantha.

Triſa-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 61 sur 335

Trisaginis,
Phu,
Baccharum lauri,
Ammis,
*Luphiæ compositæ,
Dauci,
Piperis longi,
Ligni balsami,
Seminis petroselini,
Seminis libystici,
Rutæ,
Hyssopi,
Succini,

Amomi, ℥.
sing.dimidium sextulæ,
idest.ℨ.ii.
Auri,
Argenti,
*Vnionum,
†Blatii,
Ossis ceruini cordis,
sing.duella.i.ℨ.ii.
Eboris,
Calami odorati,
Pyrethri,sin.ʒ.vi.

*.i.alipte moscha-tu.
*margaritas uocãt.
†.i. onyx.

Mel autem tacet actuarius,ac anethum rosas,leucopip, carumq; omittit:loco insuper myrrhæ, saxifragiæ,pulegii, ac seminis sinonis,baccas myrti,saxiphagum,halicacabum, ac hyssopum habet: ad hæc electrum, aut succinum malumus addit.

XCVI.
HADRIANVM.

℞.Opii thebaici,ʒ.iii.
Xlocassiæ,
Hyoscyami albi, } an ʒ.ii.ℨ.ii.s.
Leucopiperis,
Euphorbii, } an.ʒ.ii.gr.vi.& tertiã partẽ grani unius. alias.ʒ.vii.gr.vi.
Seseleos,
Seminis apii,
ana.ʒ.i.ℨ.s.gr.ii.
Folii,
Origani,
*Dragaganti,
ana.ʒ.i.alias.ʒ.i.ℨ.i.
Opobalsami,
Styracis calamitę,
Zingiberis,
Xylobalsami,
Carpobalsami,
Macis,
Cyperi,
Petroselini Macedonici,
ana.ʒ.i.minus gr.vi.
Marathri.ℨ.ii.* gra.ij.
Calami aromatici.ℨ.ii.
gra.ii.alias.ʒ.ii.gra.ii.
Spicæ,

Cinnamomi,
Croci,
Costi,
Rheupontici,
Pyrethri,
Acori,
Dauci cretici,
Anisi,ana.ʒ.s.gra.vi.
Castorei.ʒ.s.alias.ʒ.i.s.
Sagapeni,
Myrrhæ,
Rosarum,
Cardamomi,
Amomi,
Seminis rutæ agrestis,
Ameos,ana.ℨ.i.gra.iiii.
Cassiæ fistulæ.ℨ.i.
†Lil.fagii alii addiderunt, drach.i.
Mellis quod sufficit.

*hic habes ponit.
*alii grani.viii.
†.i.filuę.

COMMENTA. MANLII.

Hadrianum dictum ab Hadriano Romanorum imperatore,qui illud composuit, non est in usu: sed simplicia quæ sunt declaranda declarabo.

Opii thebaici .i. illius regionis, & fit ex lacte papaueris nigri.Reperit in multis aliis cõfectionibus ubi dr opii thebaici,& hoc ẽ,quia est nobilius aliis,& in illa regione nõ fit aliud opium,nisi de papauere nigro. Isidorus a regibus Aegypti dr thebaicus,sed a Thebis Cadmi dr thebanus, & istud est fortius narcoticũ, Vnde quando simpliciter ponitur narcoticum forte uel aliud,opium debet intelligi.

Rheuponticum sm Matt.Sylua.est barba siristæ,& est radix pontica, multum similis rheubarbaro:interius habet ne nulas distinctas ut rheubarbarũ, sed non tingit ut rheubarbarum:& dicitur rheuponticum, eo q; in ponto insula reperitur,uel quia ponticum habet saporem, & rheu tantum est dicere,quantum radix.

Daucus creticus secundum Simonem est semen bauciæ, ideſt,pastinacæ hortensis.Matth.Sylua.in cap. lezar.i.daucus dicit,q; quãdo reperitur daucus simpliciter intelligitur pastinaca sylueſtris.i.daucus asininus.

Lilifagus.i.saluia. Matth. Syl. in fine cap.de elifago dicit,& dicũt magi, de saluia q; ex ipsa putrefacta sub fimo, generatur auis quædam habens caudam serpentinam & albam merulæ similis,de cuius cinere si ponatur in lampa de apparet quòd domus sit plena serpentibus.

XCVII.
ACHARISTVM.

℞.Costi,
Galbani,
Opii,
†Phœnici indi,
Hyssopi,
Seminis lini,
ana.ʒ.i.alias.ʒ.vi.
Spicæ nardi,
Croci,
Corallii,
Xylobalsami,
Cassiæ fistulæ,
Xylocassiæ,
Calami arom.
Rheupontici,
Myrrhæ,
Storacis calamitæ,
Opopanacis,
Bdellii,
Armoniaci,
Olibani,
*Cecidos,
Spicæ celticæ,
Abrotani,

Acori,
Asari,
†Brathys,
*Roris syriaci,
Squillæ,
*Daphnidis,
Pyrethri,
Anisi,
Amomi,
Psyllii,
Ozimi,
Dauci cretici,
Leuistici,
Marathri,
†Miconis,
Melanopiperis.
Macropiperis,
Leucopiperis,
Floris syriaci,
ana.ℨ.ii.alias.ʒ.iiii.
†Elenii.ℨ.i.s.alias.ʒ.iii.
Ellebori nigri,
Zingiberis,
ana.ℨ.i.alias.ʒ.ii.
Mellis quantum sufficit.

† Finicon nulgo.
*.i.lauri.
†.i.sabinę.
* sumach Arabibus.

†meconiũ succus est papaueris crudi expressus.

*.i.gallæ.
†.i. enulę campanę.

COMMEN. MANLII.

Acharistum sine munere interpretatur,& non est in usu: sed simplicia quæ sunt declaranda declarabo.

Olibanum secundum compositorem est thus masculum.

Cecidon,uel cecidos,uel KiKidos græce est galla.Et sic reperitur apud Dios.ca.de cecidos.Gal.in.7.simp.dicit Cecis.i.galla,quæ quidem omphancina nominatur.

Abrotanum secundum Dios.multi eradiam dicunt, aut glutiaton,& sunt duæ species ſ. & masculum & fœminam. Arabes uocant ipsum Kaisum, sed non keisim, quia keisim est louisticum,hoc apud Aui.in.2.cano.uocatur bereugesif sed non recte.

Brathyos.i. sauina,de qua Serap. in cap. de iunipero dicit:Sed sauina est illa quæ dicitur brathyos:& sic est. Plin. inquit:Sauina herba est sabina brathy appellata a Græcis: duorum generum est,altera tamarisci similis folio est,altera cupresso, quam quidam creticam cupressum dixerunt. Gal.in.6 simplic.inquit:Abhei.i.sauina.

Ros syriacus sm compositorem est flos orni,sed rosiriachus est sumach.Nam Dios.in cap.de origano inquit: Si cũ oleo cepullas & rosiriacus. Sera.uerio in eodem ex uerbo Dios.habet sumach:& sic est.Verum est q; reperitur herba syriace,& sm Mat.Syl.& compositorem est malua.

Micon.i.semen papaueris secundũ Gal.in.7.simp. Dios. de miconio,cap.facit,& est idem.

Elenium,secundum compositorem est enula. Apud Dios. uocatur hellenium.

XCVIII.
ATHANASIA, ideſt immortalis.

℞.Cinnamomi,
Cassiæ fistulæ, } ana.ʒ.iii.gr.viii. aliàs.ʒ.ix.ℨ.ii.
Croci,
Squinanti,
Styracis calamitæ,
Phu,
Sileris,
Betonicæ,
Hyoscyami,
Apii,
Anisi
Dauci,
Opii,ana.ʒ.i.s.gr.iii.
aliàs.ʒ.ix.ℨ.i.
Spicæ,
Folii,

Castorei,
Myrrhæ,
Lapidis hæmatitis,
Sanguinis draconis,
Corallorum rubeorum,
Costi,
Mumiæ,
Boli armeni,
Symphyti,
Lemnias,
Asari,
Acori,
Mandragoræ,
Polii,

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 62 sur 335

Baccarum lauri, Leucopiperis,
Meu, Petroselini,
Macropiperis, ana.ʒ.i.alias.ʒ.iii.
Mellis quantum sufficit.

COMMENTA. MANLII.

Athanasia si ut inquit Nicolaus interpretatur immortalis, thanatos.n.Græce mors,& a.i.sine,quasi sine morte,hoc est q̃ sępius liberat hominem ab extremis mortis.Supra posita fuit alia descriptio,quæ est de menthe Mes.quę uocatur athanasia magna,& sic gñaliter ſm illam descriptionem faciunt.Etiam ista descriptio sit in aliquib. partibus, sicut dictũ fuit.Et sunt multi qui errauerunt in lẽnias,credentes q̃ esset aurũ pigmentũ,quod nõ est:de quo infra,Gulielmus Placent.habet unã aliam descriptionẽ,in qua aliqua simplicia mutat,& aliqua dimittit.Athanasia etiã est quædam planta amara,quæ a quibusdã athanacetũ uocatur: & hæc uidetur secundum intentionem Nicolai esse species arthemisiæ.

Lapis hæmatitis ſm Sera.est scedenegi sine h.& est lapis sanguineus,cuius color est ſi ſis colori sanguinis: & melior est ille qui cito frangitur cõparatione alicuius lapidis, qui non est scedenegi.Hoc lapide pictores utuntur.

Sanguis draconis est succus plantę:apud Ser.describitur authoritate Dioſ.qui uocatur syderitis,& istud nomen multis plantis attribuitur,sicut pãtet apud Dioſc.ca.de syderiti Auic.dicit,sanguinis draconis,& est sceni, & est succus rubeus & notus.

Mumia ſm Sera.sepulchrorum aloes & myrrha, & quod admiscetur eis ex humiditate corporis humani, & descendit de terris quę dicuntur Acoloniæ.Auic.in 2.cano dicit: Mumia de ipsa est in uirtute picis & asphaltis:inuenit etiam mumia in sepulchris balsamorum,in quibus humor mortui cum aloe & myrrha resoluitur:quibus ipsa corpora condiebantur, uidelicet ungebantur. Solebant enim antiquitus corpora balsamo, myrrha, & aloe condiri uel inungi: & adhuc fit apud paganos & saracenos circa Babyloniam,ubi est copia balsami.

Bolus armenus est terra rubea, quæ de Armenia uenit: apud Auic.uocatur lutum armenum.& hoc est notum.

Symphytum secundum Dio.est consolida maior,aut ana gallicum.Auic.uero ignorauit quid esset, sicut si legis cap. de symphyto apud Dioſco.cum cap.de sucuto apud Auicẽ. Videbis q̃ idem sunt. Si uero sucutũ est symphytum, mirũ quòd Auicẽ inquit,q̃ est semperuiua,& dicit q̃ est species seminis mandragoræ q̃ male traductus est textus eius. Nã sucutum in arabico est symphytum ideſt, consolida: hoc apud nostros rusticos dicitur anealco.

Lemnias ſm quædã synonyma est aurum pigmentum rubeum:sed falsa est opinio eorum,quia secundum ueritatem est terra sigillata:& sic dictũ fuit mihi, quòd fuerunt quidã facientes prædictam confectionem, qui posuerunt aurum pigmentum rubeum:quod non conuenit si bene consideres uirtutem eius & ipsius operationẽ.Dioſc. ait:Lẽnias sphragis terra est:& hæc est quã Auic.uocat lutũ sigillatũ.i. terra sigillata.Simon Ianuẽ.dicit. Lẽnias quidam falsò exposuerunt auripigmentũ rubeum:& sic multi posuerunt in confectione athanasiæ scriptæ in antidotario uniuersali:sed lemnias est terra sigillata:& illa est quæ in dicta cõfectione debet poni.Et Gulielmus loco lemnias habet auripigmentũ: quod non conuenit,ut dictum est ſupra.

XCIX.

ANGELOCALON, uulgo ALCANCALON, ideſt Nuncium bonum.

℞.corticum myrobalanorum Citrinorum, Chebulorum, Indorum, } ana.ʒ.vii.
*Schœnanthus, Tamarindorum.ʒ.iii.
Portulacæ, Floris † nymphęæ,
Sem. Violarum, Berberis,
Scariolæ,ana.ʒ.ſ. Been rubei,
Bellericorum, Rheubarbari,
Emblico.ana.ʒ.i.gr.vii. ana.ʒ.i.gr.iiii.
Masticis.ʒ.ii.ℨ.i. Medullæ cassiæ fistulæ.ʒ.iiii.

*Prius de siderabaſ. †Nenufar uulgo.

Conficitur sic.In.ii.lib.aquæ pone syrupi uiolati.ʒ.i.ſ.& bulliant donec aliquantulũ aqua coloretur, postea ab igne deponatur, & coletur, & de eadẽ aqua accipiat quod sufficiat ad abluendũ cassiam fistulã,ac tamarindos, colando p caciam:& in reliqua parte aquæ ponat lib.i.ſ. zucchari, & bulliant usq; ad aquæ consumptionem:postea addatur lotura cassiæ fistulæ & tamarindorum,& bulliant iterum ad spissitudinem.Si uis probare si coctum sit, ponatur super marmor & si adhæreat quasi mel, coctũ est, & tunc ab igne deponatur,& aliquantulum infrigidari permittatur: deinde ſupradictarum ſpecierum puluis ſuperaſpergatur, & cum ſpatula agitetur donec incorporetur.

COMMEN. MANLII.

Alcanchalon.i.nuncium bonum,non est in usu:sed simplicia quæ sunt declaranda declarabo.

Nymphęæ.ſ.flos apud Dioſ.est nympha: & apud aliquos est ueneris.i.papauer paluſtre, siue ut Latini alga paluſtris: & nenufar apud Sera. Et nepita ſecundum compositorem est calamẽthum montanum,de quo dictum est ſupra in diacalamentho descriptione Mes.

C.

ANTIMORON, uulgo ANTAMARON, ideſt contra mortem.

℞.Aloes.ʒ.v.ſ.gr.vi. Agarici,
Cassiæ fistulæ.ʒ.i.gr.vi.ſ. Colocynthidos,
Marathri, Nitri,
Masticis.ana.ʒ.ii gr.v. Euphorbii,
Croci,ʒ.ſ. Castorei,ana.ʒ.ii.gr.v.
Asari.ʒ ii.gr.v. *Alexandri,
Xylobalsami.ʒ.i.gr.ii.ſ. Apii,
Cinnamomi,ʒ.ii.gr.v. Petroſelini an. ſcrop.ii. gr.v.
Ireos.ʒ.i. Ellebori nigri,† ʒ.v.
Aaron, Coccognidii,
Dragontęæ, Diagridii,ana ʒ.ii.gra.v.
ana.ʒ.i.gr.ii.ſ. Mellis quantum ſufficit.

*Olusatrũ uocant.

†alii.ʒ.i.

COMMENTA. MANLII.

Antamaron.i.contra mortem, non est in usu: declarabo tamen simplicia,quę declaranda sunt.

Aaron.i.pes uituli,siue dragontea minor. In ista confectione ambæ ingrediuntur.ſ.maior & minor, Pet. de Crescentiis dicit:Iarus qui alio nomine dicitur barba aaron uel pes uituli:& sic est.

Dragontea ſecundum Dioſ. est colubrina uel uiperina: sed ſecundum Meſ.est siue serpentaria maior,siue collũ draconum:ambę radices usui medicinæ competunt,& ambę in hortis nascuntur.

Nitrum ſecundum compositorem est sal indus:sed secundum Sera.in cap.de baurach, nitrum est aphronitrum siue spuma nitri.Dioſco.de nitro cap.facit, & dicit:Eligendum est leue,& colorem rubeum habens aut album, & cætera, est baurach armenum sicut dictum est.

Alexandrum.i. holusatrum, siue apium Macedonicum, siue synonũ,ut dicit Matth.Syl.in cap.de apio:Existimatur q̃ illud cap.de smyrnon apud Dioſco.sit cap. de apio Macedonico,siue sit Alexandrum,quod notum est.

Coccognidium.i.semen chamæleæ,ut dicit Dioſ.in cap. de chamælea, Alexander cap. de hydropisi ait: Chamælea unde coccognidiũ colligitur,& est lacticiniũ folii oliuæ habens similitudinem:& sic est ſecundum ueritatem,q̃ coccognidium folia habet sicut folium oliuæ &c. Infra in sacra logodion de ipso iterum ostendam.

CI.

HAEMAGOGON, ideſt ſanguinem menſtrualem ducens.

℞.Asari, Cassiæ fistulę
Acori, ana.ʒ.ii.gr.xiiii.
Amomi, Centaureę minoris,
Seminis atriplicis, ʒ.ii.gr.vii.
*Marathri.ana.ʒ.i.gr.vi. Centaureę maioris,
Anisi.ʒ.ii. †Dauci cretici,ana.ʒ.ii.
Aristolochiæ lon. Ellebori nigri.ʒ.i.
Arthemisiæ, Foliorum lauri.ʒ.i.ſ.

*.i. seminis fœniculi.

†.i. seminis pastinacę hortensis.

grani.iii
* Glycyrrhizæ.ʒ.i.℈.i.
Lupini.ʒ.ii.
† Melanthii..ii.
Myrrhæ.℈.ii.gr.xiiii.
*Macedonici.℈.i.
† Orobi.℈.i.
*Stypteris ℈.ii.
Pyrethri.℈.ii.gr.xiiii.
Piperis nigri.ʒ.i.℈.ii.
gra.vii.
Pulegii.℈.ii.gr.xiiii.
Pæoniæ.℈.i.gr.vii.
Cyperi.℈.i.
Seminis rutæ.℈.ii.
gra.xiiii.
Spicæ nardi.℈.ii.gr.xiiii.
Betonicæ.℈.ii.
Squinanti.℈.i.gr.xiiii.
Apii,
Sauinæ,ana.℈.i.
Xylobalſami,ſcrop.i.
gra.xiiii.
Zingiberis,ſcrop.ii.gr.xiiii.
Garyophyllorum ſcrop.ii.
Radicum capparis,
Cymini,ana.ʒ.i.
Mellis quantum ſufficit.

* Liquiritię uulgo.
† Nigella uulgo.
*i.Apii macedonici.
† Eruum dicunt.
*i.Alumiris,nam. στυπτηρία, Græcis ab astrictione uehementiſsima, alumẽ uocitatur.

COMMEN. MANLII.

Antidotũ.i.contradatum,hæmagogũ.i. menſtrualem ſanguinẽ educens.Matth.Sylua.in litera emac inquit:Emac interpretatur ſanguis.unde hæmagogũ quaſi ſanguinem educens:ab emac quod eſt ſanguis & gois quod eſt fluxus: & ob hoc dicitur hæmorrhagia uel hæmoroſagia &c.Hoc antidotũ apud nos non eſt in uſu:ualde tamen reperitur apud apothecarios Papias dicit:Antidotũ Græce dicitur ex contrario datum,contraria enim contrariis curantur.

Aſarus.i.aſara baccara Dioſ.facit unũ cap.de aſaro ſcripto ſolum cum una litera s.& eſt aſara baccara. aliud ca.facit de aſſaro ſcriptum cum duobus.Et illud apud quoſdam, eſt herba dicta prouinga a uulgo.

Atriplex.ſ.ſemen ipſius,quod apud Dioſ.uocatur andraphaſis Auic.de ipſo duo contraria: unũ quod dicitur chryſolachana:aliud quod dicit̃ cataf.Secundũ intentionẽ Dio. andrafaxis:olus ex genere duplici,ſcilicet hortiuũ,& agreſte,elixa ſic comeduntur.Sine dubio apud modernos computãt ipſum de genere oleris.ſ.olus iamenum quod eſt blitis:nam hæc planta in hortis reperitur:cuius longitudo eſt duorum brachiorum aut plus:ſemen eius eſt admodum paſtinacæ,& dum eſt recens manducatur ſicut alia olera.Hortulani Papienſes atriplicem uocant,& ab aliquibus dicitur bleta alba: & idem eſt.

Arthemiſia ſm Circa inſtans eſt mater herbarum, cuius folia magis competunt uſui medicinæ quam radix.Quidam experimentatores dixerunt:Siquis iter faciens eam ſecum portauerit,non ſentiet itineris laborẽ:fugat etiã dæmonia in domo poſita: prohibet etiã mala medicamẽta, & auertit oculos malorum.Hæc eſt ſatis nota.

Caſsia fiſtula.i.caſsia lignea, ut dicit cõpoſitor. Scias ꝙ in tempore antiquo uocabant caſsiam ligneam, caſsiam fiſtulam,ut reperio apud Simonem Ianuenſem: & ſic in iſta confectione pro caſsia fiſtula,intelligitur caſsia lignea.

Centaurea minor eſt quam alii,fel terræ uocant. Iſid.in ca.de herbis aromaticis ſiue cõibus inquit:Centaureã græci uocant,quę a Chirone centauro fertur.Et reperitur ipſa in limoſis,quia in locis humidis naſcitur:& ideo dicitur fel terræ propter amaritudinem eius.

Lupinus apud Aui.eſt granũ cõpreſſæ figuræ, amari ſaporis,pcuſſum in medio,& eſt faba egyptiaca:hic uero textus Auic.male traductus eſt.Nam Gale.in lib.de alim. dicit ꝙ faba ægyptiaca nõ eſt lupinus, ut putauerunt aliqui: & ibi fecit aliud ca.de lupinis. Faba ægyptiaca accipit aliqñ pro pondere: lupinus uero eſt ſemen notum omnib. & ſaporis amari:ut Virgilius in georgicis:Triſteſq; lupini.i.amari.

Melanthium.i.githſiue melachion.Dio.de melanthio c. facit,ſed apud Sera.eſt nigella,& ſi conferas cap.de melanthio apud Dioſc.cum cap.de nigella apud Serap.uidebis ꝙ idẽ ſunt.Species uero nigellæ ſm modernos ſunt duæ,una habẽs ſemen citrinũ cũ odore iocundo, & iſta eſt nota:altera hẽt ſemen nigrũ cum odore prioris, ſed forma eſt ut eſt ſemen porri:& iſta eſt illa quæ dẽt poni in iſta confectione.

Macedonicum ſecundum Nicolaum eſt ſemen Alexandri,ſiue apium Macedonicum,ſiue oluſatrum.

Stypteris.i.alumen,ſed non dicit quale alumen ſit. Spẽs uero aluminis ſm Dioſc. ſunt multæ: ſed ſpecies ſunt tres quæ neceſſariæ ſunt in medicina, & ſunt proprie alumen iamenũ.i.ſciſſum, ꝙ alumen de pluma a uulgo dicit̃: & eſt rotundũ,quod zuccharinum uocatur:& eſt liquidum,quod dicitur alumẽ de rocha ſiue lippariũ. Neq; per id cognoui quale ſit illud quod intelligi debet:ſed ſecundum Mat. Syl.in telligitur de alumine ſciſſo.i.iamenum.

Bethonica ſecundum Sera.eſt haſtaran, & id quod plurimum accipitur de ea ſunt folia: infra in ſyrupo de bethonica mellius oſtendam.

CII.
BLANCA.

℞.Terebinthinæ,
Opopanacis,
Galbani,
Aſſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Caſtorei,
Ammoniaci,
Sulphuris,
Bdellii,
Aſphalti,
Antimonii,
Styracis liquidæ,
Carnis leonis,
* Diagridii,
Euphorbii,
Agarici,
Interioris colloquintidæ,
Hellebori nigri,
Polypodii
Tapſiæ,
Pyrethri,
Squinanti,
Peucedani,
Aſari,
Cyperi,
Pæoniæ,
Betonicæ,
Camædryos,
Polii,
Amomi,
Leuiſtici,
Seminis rutę,
Sanguinis draconis,
ana.ʒ.i.alias.ʒ.ix.ſcrop.i.
Cinnamomi,
Garyophyllorum,
Macis,
Ainſi,
Cardamomi,
Marathri,
Balſami,an.† ſcrop.i. al.ʒ.i.s.
Ambræ,gr.v.aliàs.ſcrop.ii.
Mellis quod ſufficit.

* Διαγρῦ δίου appellant.
† al.ſcrup. i.s.

COMMENTÆ. MANLII.

Blãca,dicta eſt,quia albos humores.ſ. phlegmaticos purgat nõ eſt in uſu,ſed ſimplicia q̃ ſunt declarãda declarabo.

Terebinthina,ſeu terbentina uera eſt reſina terebinthi arboris,q̃ apud Arabes uocat̃ glutẽ albotin ſiue glutem alimbat.Auic.in.2.can.uocat ſemen eius granũ uiride,& arbor dicitur nominari albotin.Hæc a multis dicitur largatum.

Antimoniũ ſm Aui.eſt ſubſtantia plumbi mortui & eius uirtus eſt ſimilis uirtuti plumbi aduſti. Antimonium uero eſt uena terræ ſimilis plumbo:uerũ eſt ꝙ antimonium terit̃ & non funditur:plumbum uero funditur & non teritur, & habet in fracturis ſuis claritatem quando frãgitur: & illud eſt melius ꝙ in fracturis nõ hẽt aliquid ex terra nec ſordis.

Aſphaltum ſecundum Dioſcori.eſt bitumen Iudaicum, aliud eſt aridum,aliud liquidum.Auic. uocat ipſum bitumẽ Iudaicum,ſtercus dæmonis napta, & bitumen Iudaicum unius generis aiunt.

Peucedanum ſm Matt. Syl. eſt cauda porcina:ſed cauda porcina ſecundum Simonem uocatur a quibuſdam milium ſolis.Gal.in.8.ſimpl.pharmacorũ dicit, ꝙ adminiſtratur ex hac planta eſt radix.

Fœniculus algul ſecundum Mat. Syl.eſt peucedanũ:quidam fœniculum agreſtẽ uocant.Pet.de Creſcẽ.inquit Peucedanũ eſt herba,q̃ alio noie dicitur fœniculus porcinus.

CIII.
BENEDICTA SIMPLEX.

℞.Turbith,
Eſulę,
Zucchari,ana.ʒ.x.
Diagridii,
Hermodactyli,
Roſarum,ana.ʒ.v.
Garyophyllorum,
Spicæ,
Zingiberis,
Croci,
Saxifragię,
Macropiperis,
Amomi,
Cardamomi,
* Selini ſpermatis,
Salis gemmę,
Galangę,
Macis,
Carui,
Fœniculi,
Aſparagi,
† Bruſci,
Lithoſpermaton,
Polypodii,
Maſticis,
Ameos,
Lapidis lyncis,ana.ʒ.i.
Mellis quantum ſufficit.

*i. ſeminis apii.
† Ruſcum Dioſcori. uocat.

COMMENTA. MANLII.

Benedicta dicitur quia ab omnibus a quib. ſumitur bene dicitur. Giliber. de Anglia in ca. de cura arthriticæ ſecundū magiſtros habet unam aliam deſcriptionem quę eadem eſt. Hæc apud nos eſt multum in uſu, ſed uere ego uidi de hac multas deſcriptiones quæ differunt inter ſe, & hoc aduenit errore tranſlatoris: ſed hæc eſt optima de prædictis. Ex ſpecies benedictæ ſimplicis fiunt pilulæ quæ dicuntur de benedicta, de quibus infra in tractatu de pilulis.

Eſula ſm Circa inſtans cortex radicis eius medicinæ cōpetit: apud Meſ. uocat alſcebrā, et dicit q eſt ſpecies lactitidis niorum, & eſt ſolutiuū ruſticorum. Reperitur alia herba q multum ſibi aſsimilatur, ſed non habet lac ut habet eſula, & dicitur uerſus: Eſula lacteſcit ſine lacte linaria creſcit.

Diagrydium ſecundum uſum modernorum, eſt ſcammonea præparata in pomo cytonio.

Hermodactylus eſt dictus græce', hermetis digitus. Aui. in. 2. can. dicit: Digitus hermetis eſt flos hermodactyli, radix eius uſui medicinæ competit.

Selini ſpermatis ſecundum compoſitorem eſt ſemen apii Nam ſelinum Græce eſt apium, & ſic ponere debes.

Salgemma ſm Meſ. in c. de ſpeciebus ſalis, eſt ſal ſicut cryſtallus ſcindibilis, ſal cappadocius idem eſt.

Bruſcus omnibus eſt notus. Mat. Syl. ex authoritate Pauli. dicit q folia eius ſunt ſicta foliis myrti, cū extremitatibus ſpinoſis faciētibus plures ſtipites cū fructu rubeo, ſicut fructus ceraſi: fructus & radix ipſius uſui medicinæ cōpetunt

Lithoſpermaton. i. milium ſolis, ut dicit Simon Ian. in c. de lithoſpermaton, Græce eſt dicta lapideum ſemen, eo q fit durum ut lapis. Giliber. de Anglia loco eius habet granū ſolis, quod idem eſt. Auic. in. 2. can. dicit: Calab non eſt ſaxi fragia, ut quidam dicunt. Error uero in hoc eſt, quòd reperitur in aliquibus deſcriptionibus iſtius cōfectionis in qua ingreditur ſaxifragia lithoſpermaton & milium ſolis: quod non eſt credendum, quia lithoſpermaton eſt milium ſolis. Bartholomæus Montagnana in ſuis conſiliis, in conſilio de cura per medicinalia, inquit: aqua ſublimationis lithoſpermatis eſt milium ſolis & ſic eſt.

Lapis lyncis ſecundum Nicolaum eſt lapis qui fit de uri na lupi cerueri. Sunt autem aliquæ deſcriptiones, in quibus ingreditur lapis lyncis, & aliquæ in quibus non: quod forſan potuit contingere errore ſcribentium.

CIIII.
ALIPTAE MOSCHATAE.

℞. Laudani puriſsimi ℥. iii.
Styracis calamitæ optimæ. ℥. i. s.
Styracis rubeæ. ℥. i.
Ligni aloes optimi. ʒ. ii.
Ambræ. ʒ. i.
Camphoræ. ℈. s.
Moſchi. ℈. s.

Aquæ roſæ quod ſufficit. Conficiant ſic. In diebus canicularibus ponat ſtorax calamita, & ſtorax rubea, & laudanum in catino ad ſolem cooperto cum ſubtiliſsimo pāno, ne puluis poſsit attingere: & cū mollificata fuerit ad ſolē, pone in mortario æneo & concalefacto, ſiſr cū piſtello ſuo ferreo calefacto fortiter ſemel cōterantur. donec ad nigrū deueniāt colorem, & poſtea puluerem adde ligni aloes, & ſimul fortiter tere, & cāphoram ſimiliter: poſtea contere multum in tribus. ℥. aquæ roſæ: & de hac aqua madefac aliquantulum marmor prius bene ablutum & calefactum ad ſolem & accipe. ʒ. i. cum tabula planiſsima de eadem aqua madefacta ſuper marmore diu agitetur donec ad ſubtilitatē unici deueniat: & hoc modo facias ſemp madefaciendo marmor & tabulā, & de eadem aqua ſupradicta. Et cum repoſueris ſuper, perge de illa aqua ualet. n. ut ſuperius diximus: accipe tabulam planiſsimam ſimiliter ablutam & deſiccatā ad ſolē & humecta marmor & tabulā de aqua roſa in qua reſolutus eſt muſcus, & interpone ſupradicta tandiu agitando donec ad ſubtilitatē unici deueniant, ne ſemper adhęreant cum ſupradicta aqua marmor, & tabulam madefaciendo: demum duos funiculos ſimiliter torque, & prædictam aquam in uaſe mundiſsimo, & bene obturato uſui reſerua.

COMMEN. MANLII.

Confectio aliptæ muſcatæ. i. miſturæ muſchatæ dicit quia recipit muſcum, apud nos eſt in uſu: tamen non multum.

Laudanum dictum eſt ab ea herba, unde colligitur, quā in Cypro Ladā uocant. Secundū Sera. ex authoritate Dio. Laudanum colligitur ex una ſpecie cuſsi. i. hederæ, & fortius ex laudano eſt illud quod eſt boni odoris, coloris uergentis ad uirorem ſub molli tactu: & quando malaxat adhęret manibus, & non eſt in eo ſabulum, & non aſsimilatur reſinæ pini, & fit in terris Arabum. Auic. laudat illud quod eſt pinguæ, ponderoſum, & ſcabroſi boni odoris, quod ad citrinitatem declinat.

Storax rubea ſecundū compoſitorem eſt cōpoſita rubea. Et confitā rubea apud eūdem eſt cozumbrum ſiue thus Iudæorum: & ſic eſt. Cozumbrum uel ſtorax rubea eſt timiama, & eſt fex ſtoracis liquidæ non eſt ſtorax calamitæ, ut dicūt quidam. In hac poſſumus certificari q idem non ſunt quia Nicolaus in prædicta confectione habet ſtoracem calamitā, & ſtoracem rubeam: & dicit Nicolaus q ſtorax liquida rubea & calamitæ ſunt gummę cuiuſdam arboris.

Dies caniculares ſunt quadraginta, ſicut oſtenſum fuit ſupra in confectione diacaryonis.

Aeneū uas uel mortarium, eſt uas uel mortarium factum de aramo uel ære. Mat. Syl. in c. de ære inquit: Faciūt ex ere uaſa ad comedendum uel bibendum, & nocet eis multū, & maxime illis qui aſſueuerunt hoc diu. Nā parati ſunt tales incurrere elephantiam & cancrum & dolorem hepatis & ſplenis, & maximè comedentes in eis res acres & bibentes in illis uina dulcia: & quādo comedit cibus qui ſtetit in eis die una & nocte, & eſt peius multū, & qū ponit uas æneum ſuper piſces aſſatos calidos, fit uenenum mortiferum &c.

CV.
CVMINATAE ALEXANDRINAE.

℞. Cinnamomi,	Macis,
Cardamomi,	Piperis longi, ana. ʒ. i.
Galangæ, ana. ʒ. ii.	Cymini. ʒ. iiii.
Garyophyllorum,	Spicæ aliquantulum.
Folii,	

Confice cum zuccharo, & fiat.

COMMENTA. MANLII.

In partibus Mediolani eſt multum in uſu.

CVI.
DIAMARGARITON.

℞. Garyophyllorum,	Margari Perforatarum,
Cinnamomi,	tarum, Integrarum,
Spicæ,	Zingiberis,
Galangæ,	Oſsis de corde cerui,
Ligni aloes,	Raſuræ eburis,
* Liquiritiæ,	† Blattæ byzantiæ,
Diarrhodon,	ana. ʒ. s.
Troch. * Diaion,	Moſchi,
ana. ʒ. i. s.	Ambræ,
Nucis moſchatæ,	Cardamomi,
Macis,	Leuiſtici,
Aliptæ moſchatæ,	†Seminis baſiliconis,
Zedoariæ,	ana. ℈. i. minus gr. ii.
Rheubarbari,	Camphoræ, gr. vi.
Styracis calamitæ,	Mellis roſati quantum ſufficit.
ana. ʒ. i.	

* Glycyrizam dicunt. *. i. uiolis †. ſ. Blatti byſantis. †. i. Ozimi garyophyllati.

COMMEN. MANLII.

Diamargariton dicit a duobus generibus margaritarum perforatarum & non perforatarū. Auic. in. 3. can. habet unā aliam deſcriptionē, quæ eadem non ſunt. Verū ſunt qui faciunt ſecundum deſcriptionem Nicolai, & quidam faciunt ſecundum deſcriptionem Aui. ſicut eſt intentio medicorū. Deſcriptio Auic. apparebit inferius.

Trochiſcorū diarrhodon. i. de roſis. Deſcriptio ipſius reperit in antidotario Meſ. ſed ponere non debes in iſta cōfectione, quia ipſe Nico. deſcribit unam aliam deſcriptionē, quæ dēt adminiſtrari in prędicta confectione, ut dicit ipſe.

Trochiſcorum diaion. i. de uiolis albis, ut dicit Nico. in-

ſra apparebit deſcriptio ſua.

Margarita.ſ.lapis thic.Nicolaus in iſta confectione hẽt margaritarum perforatarum & integrarum.i.non perforatarum:quia ſecundum Matt.Syl. ſunt artificioſæ perforatæ & non naturales. Quidam uero mercator dixit mihi quod margaritæ perforatæ ſunt naturales,& reperiũtur in oſtreis & ſic tam perforatæ quam non perforatæ uſui medicinæ cõ petunt:& ſunt proprie albæ & claræ.Obſcuræ uero nõ ſunt ponendæ in medicina.Stephanus autem ſcripſit iulua pro iulo,& eſt margarita.

Blatthæ bizantiæ ſunt coopertoria oſtracorum marinorum ſimilium lymaciis, & ſunt ſimiles ungulis, & propter id uocãtur ungula aromatica:albæ odoriferæ ſunt meliores Dioſ.uocat purpuram marinam,& dicit:Alii blattam bizãtiam appellant eo q̃ in bizantio primum eſt inuenta: quæ ideo blatta appellatur,eo q̃ quaſi blacula ſanguinis. Quidã ungulam aromaticam uocant.

CVII.
DIACAMERON.

℞. * Antophali, Zingiberis, } ana.ℑ.i.gr.xvi. alias.3.lvi.
Cinnamomi, Garyophyllorum, † Carnium dactylorum, } ana.3.iiii.ℑ.i.gr.xvi. alias.3.xlvi.ℑ.ii.
Galangæ, Spicæ nardi, Zedoariæ, Coſti, Pyrethri, Coralli, Albi, Rubei, Dragaganti, Rheuponticí, Melanopiperis, Leucopiperis, Macropiperis, Limaturæ, Auri, Argenti, Oſsis de corde cerui, Raſuræ eburis, Moſchi, Ambræ.ℑ.i.alias.3.iii. } ana.ℑ.ii.s. alias.3.ix.ℑ.i. } ana.ℑ.i.gr.viii. alias.3.iiii.s.
Saliuncæ, Anacardi, Oſsium dactyllorum, Carpobalſami, Aniſi, Baccarum lauri, Ami fructus, ana.3.i.ℑ.i.gr.viii. alias.3.xxviii. } ana.3.i.ℑ.ii.gr.viii. alias.3.xviii.ℑ.ii.

Mellis quantum ſufficit.

* .i.Garyophyli groſſi.

† Nicolaꝰ aſsignat pondus.3. xxxvi.

* .i. ſeminis iunipe ri.

COMMEN. MANLII.

Diacameron dicit quia hoiem de morte ad uitã reſtituit, non eſt in uſu:ſed ſimplicia quæ ſunt declaranda declarabo.

Saliunca ſm compoſitorem eſt ſpica celtica,& ſic reperi tur apud Matt.Syl.in litera ſaliũcæ,ſed ſecũdũ Dio. & Pli. aliud eſt ſaliunca.Dioſc.dicit:Saliũca genus herbæ eſt quæ radiculas,& follia ſubruffa habet,flores ſimiles uiolæ. Spica celtica habet florem citrinum,qui non conuenit cũ colore uiolæ.uerũ ſicut dictũ fuit loco Saliuncæ, celtica ponat.

Antophali.i.garyophylli groſsi.

Ami fructus ſm Nico.eſt ſemẽ iuniperi ſeu fructus.Aui. in.2.cã.dicit:Abel eſt fructus iuniperi ſimilis zarur.hic textus Aui.eſt corruptus.Nam fructus iuniperi dicitur halhahar,& Abel eſt ſauina,ſicut paret apud Serapio.in cap.proprio de ſauina.Nam Sera.maiorem authoritatem habet in ſimplicibus quam Auic.

CVIII.
DIANTHOS.

℞. Florum roriſmarini.ʒ.i. Roſarum, Violarum, Liquiritię,ana.3.vi. Garyophyllorum, Spicæ, Nucis moſchatæ, Galangæ, Cinnamomi, Zingiberis, Zedoariæ, Macis, Ligni aloes, Cardamomi, Aniſi, Anethi,ana.ℑ.iiii. Mellis quantum ſufficit.

COMMENTA. MANLII.

Hoc antidotum apud nos eſt in uſu.Dicit aũt dianthos, quia fit ex floribus roriſmarini,qui libanotides nuncupant. Nã anthos apud Græcos ẽ flos,inde aloſanthos.i.ſalis flos. Papias inq̃t:anthos græce flos.Gilib.de Angl.in li.6.in ca. de dyſenteria hepatis calidę,ſiue frigidę & humidę,inquit: Dianthos bezonis,ſed non eſt idem.ibi idem iterũ inquit. Dianthos uſualis,ſed nõ eſt idẽ nec in uſu ſunt. Anthos uero eſt flos roriſmarini,qui alio noie flos alchilil dicit: unde zuc.alchilil.i.de floribus roriſmarini.Et hæc apud Dio.libanotides, q̃ Romani uocant rorem marinũ:& eſt planta quã multi ponũt i ſertis uel coronis:hẽt uirgas multas nõ groſſas,flexibiles,humidas,ſuper quas ſunt folia multa, indenſa ſubtilia,lõga,quorũ color interius eſt albus & exterius uiridis,habentia odorem fortem cũ grauedine quadã.Circa in ſtans in cap.de rore marino ait:Flores & folia competunt uſui medicinæ. Flos aũt dicitur anthos, unde fit electuariũ quod dicit dianthos.Cum aũt reperitur.ʒ. anthos uel roriſ marini,debent poni flores:unde folia & flores collecta aliquantulum exiccata ad ſolem per annum ſeruantur. Hęc apud nos dicitur corona mortis ſeu montana.

APPENDIX.

Ad uerbum hæc eadem Actuarius perſcribit. DIANTHON, e floribus nempe antidotum explicans,uerum pondera nõ nihil immutat,accipit nanq; florum.3.xl.& ubi in præcedẽti cõpoſitione ſunt. ℑ. iiii.ipſe.3.iiii.ponit.Mel uult atticũ ad pondus lib.ii.s.in aliis ad unguem probe conuenit,præterquam quòd macis pręteriit.

CIX.
DIASATYRION.

℞. Satyrionum teſticulorum viridium, Baucię, Secacul, Nucis indicę, Piſtacearum, Pinearum mundatarum, ana.3.xii. Garyophyllorum, Zingiberis, Aniſi, Linguę auis, Seminis erucę,ana.3.v. Cinnamomi, Caudarum † ſtincorum recentium, Seminis bulbi,ana.3.ii.s. Moſchi,gr.vii.

† Scincos Dioſc. nominat.

Confice ſic.In tantum mellis deſpumati,q̃ ſufficit,ponãtur ſatyrionis teſticuli & baucię unaquaq; per ſe bene priꝰ contrita,& cum ſpatula bene miſceantur & bulliant aliquã tulum:deinde apponantur pineę,& piſtaceæ ſimiliter bene tritę:& cum aliquãtulum bullierint ab igne deponatur, & puluis ſupradictarum ſpecierum ibi ponendo admiſceatur: ad ultimum uero muſcum cum aqua roſata apponatur, & uſui reſeruetur.

COMMENTA. MANLII.

Diaſatyrion aũt dr a ſatyrionis teſticulis: nam ſatyriaſis Græce,Latine dicit erectio uirgę. Giliber.de Anglia in c. de Gonorrhœa habet unã aliam deſcriptionẽ, & idem eſt. Supra eſt poſita cõfectio teſticulorũ uulpis ſiue ſatyrionis & cõfectio alia teſticulorum uulpis, & hęc eſt diaſatyrion quo nõs utimur magis quã iſto.Verum eſt,q̃ ſunt ex hominibus qui faciunt ſecundũ illam ſuprapoſitam: & quidam faciunt ſecundum iſtam Nic. Satyrion autem ſunt teſticuli uulpis,qui ſatis noti ſunt:ſupra de ipſis melius oſtendi.

Baucia.i.paſtinaca maxime domeſtica.Gal.in.6.ſimp.in quit:Lezar.i. paſtinaca quę oritur in campis: & minus iſta paſtinaca comeditur quã illa quę ſeminatur in hortis, ſed eſt fortior quam hortulana in omnibus rebus: ſed hortulana comeditur plus,ſed eſt debilior quam ſylueſtris.idem in octauo inquit:Staphilinus.i.paſtinaca domeſtica.

Secacul.i.ſigillum ſanctæ Marię,ut dictum fuit in confectione diaſatyrion deſcriptione Meſue.

Piſtacia.i.fiſtici ſecundum compoſitorem. Iſti fructus feruntur de Damaſco.Iſido. Piſtachia dicuntur,quia habent odorem nardi piſtici.

Lingua auis ideſt, ſemen fraxini, & non eſt lingua paſſerina,ut quidam crediderũt.Supra in alia deſcriptione de ipſa melius oſtendi.

Eruca ſemen eſt herbę quę nota eſt.Dioſco. de ipſa facit duo ca.unũ de domeſtica ubi inquit: Eruca multũ comeſta uentrẽ ſtimulat.Aliud de eruca agreſti:cuius ſemine mul-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 66 sur 335

ti pro ſynapi utuntur. Pli. ait: Erucæ in cõdiendis obſoniis .i. ſalſamentis in quibus carnes & piſces intinguntur, tanta ſuauitas eſt, ut Græci cuzomon appellauerint: idem in uno alio loco: Tertiũ erucæ ſemen optimum Aegyptium, Athenienſes napi, appellauerunt, alii tapſion, alii ſaurion.

Scincus uel ſtincus eſt animal ſatis notum apud Aui. melius quod eſt in ipſo eſt illud quod in parte renum.

Bulbus ſecundum compoſitorem eſt cœpe. Meſ. loco eius habet ſucci cœpe humidæ. i. bulbi recentis. Verum põt dici q̃ omnis radix rotũda uocatur cœpe. Apud uero Pli. ſæpe omnis radix rotunda ſimilis cepe uocatur bulbus, nec per nomina ſcio quid ſit proprie bulbus.

CX.

DIAPRVNORVM.

Recipe prunorum Damaſcenorum uiridiũ numero centum, ponantur in ſtãato in tantũ aquæ q̃ bene cooperiantur: & bulliant donec diſſolui uideanť, tunc ab igne deponanť, cũq; aliquãtulũ tepefacta fuerint ab aqua extrahantur & cribro ſuper cacumen poſito ram diu in ipſo cribro fricẽtur q̃ nihil p̃ter oſſa, & cortices ibi remaneat. In illa aqua in qua pruna decocta fuerint ponatur. ℥. s. uiolarum, & iterum bullire permittatur, & fiat ſyrupus cum duabus li. zuc. in quo ſyrupo li. i. de pulpa prunorũ ponatur, & ad ſpiſsitudinem decoquatur, & incipiente quidem inſpiſſari addatur ℥. i. tamarindorum, & ℥. i. medullæ caſsiæ diſſolutæ & colatæ cum ſupradicta decoctione prunorum: Memento tamen q̃ in aqua prunorum bulliat. ℥. s. uiolarum, ut ſũpra dictum eſt, cum aqua ad ſpiſsitudinẽ decoctionis peruenerit cum ſpatula ſemper agitando, harum ſpecierum puluere ſuperaſperge, quod recipit.

Santali,	Albi,	Sem. Scariolæ,	
	Rubei,	* Berberis,	
* Oxyacãta Dioſc. cognominatur. Spodii,		Succi liquiritiæ,	
Rheubarbari,		Dragaganti, ana. ℥. ii.	
Cinnamomi, ana. ℥. iii.		Seminum	Citrulli,
Roſarum,		mundato	Melonis,
Violarum,		rum,	Cucurbitæ,
Sem. portulacæ,		ana. ℥. i.	

Detur in hora diei ſine diagrydio ad modũ caſtaneæ cũ aqua frigida: & ſi laxatiuũ facere uolueris, ponať pro quali bet li. i. ℥. vii. de diagrydio prius quam ab igne deponatur.

COMMEN. MANLII.

Diaprunis aũt uel diamaſcenõ a prunis Damaſcenis dicit & ipſum potes cõponere ſolutiuum & non ſolutiuum: & utrũq; eſt in uſu. Gilib. de Anglia in cap. de cura arthriticæ ſm magiſtros inquit: Diaprunis, ſed nõ eſt idem. Pruna uero apud Dioſ. uocantur cicimella, dicens q̃ eſt arbor quam Latini prunam uocant: nota eſt oĩbus cuius fructus iocundus eſt & molliens uentrem, ſed caco ſtomachus: eſt uerum illius qui in Syria Damaſco naſcitur eſt aptior. Pet. de creſcen. Prunus eſt arbor nota, & eius quidẽ diuerſitates ſunt quia quædã eſt domeſtica, quædã eſt ſylueſtris: & domeſticę quædam faciunt pruna alba, quædam nigra, quædam rubea.

Scariola ſm compoſitorem eſt endiuia uel lactuca agreſtis: infra apparebit ſyrupus de cicoria, & ibi de gũibus ipſius faciam mentionem. Nic. inquit: Detur omnia hora diei ſine diagrydio ad modũ caſtaneæ cum aqua frigida, hoc eſt de diapruni nõ ſolutiuo. Nam hoc antidotum poteſt cõponi cum diagrydio, & ſine diagrydio, ut ſupra dictum eſt.

CXI.

DIAPRASSIVM.

℞. Praſsii mundi uiridis. ℥. v. s. alias ℥. c.

Dragaganti,		Nucis moſchatæ,	
Pinearum mundatarum,		Macis,	
Amygdalarum,		Ligni aloes,	
Piſtacearum,		Galangæ,	
Carnium dactylorum,		Zedoariæ,	
† Caricæ. seu Ficus aridæ appellantur.	† Ficuum pinguium,	Zingiberis,	
Paſſularum, ana. ℥. iii. s.		Spicæ,	
alias ℥. lxiii.		Liquiritiæ,	
Cinnamomi,		Rheupontici,	
Caryophyllorum,		Anacardi,	
Styracis calamitæ		Balſamitæ,	
Maſticis,		Pulegii,	
Myrrhæ,		Dictamni,	
Galbani,		Coſti,	
Terebenthinæ,		Pyrethri,	
Ireos,		Saturegiæ,	
Ariſtolochiæ rotun.		Baſiliconis,	
Radicis capparis,		Pæoniæ,	
Gentianæ,		Macropiperis,	
Melanopiperis,		Amomi,	
Aniſi,		Petroſelini, agreſtis,	
Fœniculi,		*Orobi. ana. ℥. i. gr. ii. & tertiã	*. i. Ers
Anethi,		partem alterius. alias. ℥. xviii.	
Seminis apii Macedoni,		℈. ii.	
Saxifragiæ, ana. ℥. i. s.		Xylobalſami,	
gr. ii. s. alias. ℥. xxxvi.		Caſsiæ,	
Hermodactylorum,		Coralli rubei,	
Origani,		Raſuræ eboris,	
Peucedani,		Carpobalſami,	
Squinanti,		Dauci cretici,	
Cardamomi,		ana. ℥. s. alias. ℥. ix.	
Leucopiperis,		Moſchi.	
Carui,		Ambræ,	
Leuiſtici,		Oſsis de corde cerui.	
Vincetoxici,		ana. gr. iiii. alias. ℥. iiii.	

ana. ℥. i. s. alias. ℥. xxviii.

Melle ſufficienti conficiãť ſic. In lib. iiii. mellis deſpumati pone praſsium uiride aliquantulũ contuſum, & quartam partẽ pineæ recentis cũ reſina ſua, & de uino uetuſtiſsimo optimo. ℥. iiii. & bulliant ſimul lẽto igne uſq; ad cõſumptionem, caricarum, ficuum pinguiũ bene purgatorum intus & extra, & de dactylis eodem mõ purgatis & paſsis ſine granulis ſuis. i. paſſularum quæ nominantur alcheſmes, ſine aridis. i. ſine granis, & pineæ, & amygdalæ, & piſtaciæ: iſta oĩa bene mundata piſtentur tantum unumquodq; per ſe, & poſtea ſimul miſceantur in mortario, & addať ibi terbintina, & ſimul piſtentur, & cum prædicto melle calido in eodem mortario paulatim poſito diſtemperentur, & poſtea addatur puluis ſupradictarum ſpecierum & fiat.

COMMENTA. MANLII.

Diapraſsium aũt ſm intentionem compoſitoris, dicitur a praſsio uiridi, quod ibi ponitur plus quam de aliis. Gilib. de anglia in ca. de ſtrictura thoracis. i. pectoris, habet unam aliam deſcriptionem quæ eadem eſt.

Praſsium uero uiride ſecundum compoſitorem eſt flos æris, ſeu uiride æris. Non aũt dicitur diapraſsiũ a marrubio albo, ſed dicit diapraſsiũ a praſsio uiridi, quod eſt flos æris.

Hoc antidotum non eſt ualde in uſu.

Vincetoxicum. i. antipharmacũ, & eſt quædã plãta quæ multum iuxta elleborũ inuenitur: quare putatur ſibi contraria. Appellatur aũt uincetoxicum, eo q̃ contra toxicũ eſt, cuius radix uſui medicinæ cõpetit. Nic. Flo. in lib. 7. in cap. de antrace, ſiue althoin inquit: Et ex dictis eſt conſolida dicta a quibuſdam uincetoxicum, & a nobis morella, & a quibuſdam dicitur herba uenti uel herba ſancti Laurentii: neque per id Nicolaus cognouit ipſum.

Diptamũ. i. pullegiũ indum. Apud Aui. iu. 2. can. uocatur meſcatremeſcir. Sera. aũt de ipſo loquitur in cap. de origano. Antonius Muſa inquit: Herba diptami a Græcis dicitur arthemideocreticon, alii bubulcos, alii ephemerõ, alii eleaecotoros, alii dorcariõ: alii ebulliõ: Itali tuſſella ruſtica, ſiue emenipſe, alii dipſacos: Romani labrũ ueneris. Naſcitur aũt in inſula Cretæ, in mõte, Ida. Secundũ intentionẽ Antonii labrum ueneris apud Romanos eſt diptamum, ſed apud Pli. labrum ueneris eſt cimbalaria, ſeu umbilicus ueneris.

Saturegia eſt herba quæ apud nos naſcit in hortis, cuius folia ſunt ſimilia thymo: & quando eſt recens manducatur. Plin. ait: Thymbra uero quæ ſit cunila hæc apud nos habet uocabulum, & aliud a ſaturegia dicta in cõdimentario genere: feritur menſe Februario &c.

Petroſelinũ agreſte ſecundũ compoſitorem eſt ſinonũ. Circa inſtans inquit: Petroſelinum eſt duplex .ſ. domeſticum

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 67 sur 335

cum & ſylueſtre:& ſylueſtre dicitur ſinonum, cuius ſemen uſui medicinæ competit.

CXII.

DIALIBANV, Vulgo DIAOLIBANVM.

℞.Caſtorei, Opii, Hyoſcyami, } ana.ʒ.iiii. alias.ʒ.xix.
Caſsiæ fiſtulæ.ʒ.ii.ℨ.ii.alias.ʒ.xvi.
* Folii, Croci, } ana.ʒ.i.s. alias.ʒ.xii.
Thuris maſculi, Rheupontici, Amomi, } ana.ʒ.i.ℨ.ii. alias.ʒ.x.
Myrrhæ.ʒ.i.alias.ʒ.ix.
† Spicæ, Pyrethri, Euphorbii, Leucopiperis, Pæoniæ, } ana.ℨ.ii.s. alias.ʒ.v.
Styracis calamitæ, Macropiperis, } ana.ʒ.i. alias.ʒ.vi.
Mellis quantum ſufficit.

* Machalii ſubſtituunt.

† Spicam & Pyrethri. Nic. ponit. ʒ. vi. habere perſcribit.

COMMEN. MALII.

Diaolibanum autem dicitur ab olibano quod ibi ponit: hoc apud nos non eſt ualde in uſu. Raſis in lib. diuiſionum cap.de medicinis ſtomachi, habet unam aliam deſcriptionem,ſed non eſt eadem.

Olibanum aũt eſt thus maſculum.Dioſc. inquit:Thus lachryma eſt arboris,quod Græce libanus dicit.Quod aũt de Arabia defertur candidum eſt,quod uero de India ſubruffum,ſed utrũq; maſculum dr.Et eſt tertium genus minutum ualde & ruffum,de quo maxime fit.Eſt ergo optimum thus q̃ maſculum dr ſubalbidum,& rotundum,& pingue, naturaliter leue & fragile,& quod ab igne cito accenditur odorẽ ſuauem copioſe emittens.Macer ait: Incenſo ſiue thure hoc ſatis eſt notum.Gal.in.7.ſimp.ait:Libanothus.i.thus.

CXIII.

DIARRHODON ABBATIS.

℞.Sandali, Albi, Rubei, ana.ʒ.ii.s.
Dragaganthi,
Gummi arabici,
Spodii,ana.ℨ.ii.
Aſari,
Spicæ,
Maſticis,
Cardamomi,
Croci,
Xyloaloes,
Garyophyllorum,
Gallię moſchatæ,
Aniſi,
Fœniculi,
Cinnamomi,
Succi liquiritiæ,
Rheubarbari,
Baſiliconis,
Berberis,
Scariolæ,
Portulacæ,
Maluæ,
Sem.Lactucæ,
Papaueris albi,
Cydoniorum,
Citrulli,
Melonis,
Cucumeris,
Cucurbitæ.ana.ℨ.i.
Margaritarum,
Oſsis de corde cerui, ana.ℨ.s.
Zucchari candi,
Roſarum,ana.ʒ.i.ʒ.iii.
Camphoræ,gr.vii.
Moſchi,gr.iii.s.
Syrupi facti de aqua roſarum quantum ſufficit.

COMMENTA. MANLII.

Diarrhodon aũt dicitur a roſis quæ recipiuntur ibi plus quam de aliis ſpeciebus.Abbatis dicitur ab abbate: qm abbas de curia eum compoſuit. Supra poſita fuit una alia deſcriptio,quæ uocatur diarrhodõ deſcriptione communi,& ambæ ſunt in uſu. Sed quando doctor ſimpliciter ordinat diarrhodon Abbatis,de hoc intelligitur.

Gallia muſchata eſt quædam confectio quæ fit in trochiſcis & eius deſcriptiones ſunt diuerſę ſm diuerſos autores: nam Meſ.in tractatu de trochiſcis de gallia loquitur,& ibi ponit qualiter debet ipſa fieri:ſed illa non debet adminiſtrari in receptis Nicolai: immo debet poni in ſuis receptis. Nico.compoſitor idem deſcribit: & hæc eſt illa quæ debet poni in ſuis receptis.

CXIIII.

DIAPENIDION.

℞.Penidiarum.ʒ.xvi.alias lib.i.
Pinearum, Amygdalarum mundatarum, Seminis papaueris albi, } ana.ʒ.iii.s.ℨ.i. alias.ʒ.xx.
Cinnamomi, Garyophyllorum Zingiberis, Succi liquiritiæ, Dragaganti, Gummi arabici, } Amidi, Citrulli, Seminum Cucumeris, purgatorum, Melonis, Cucurbitæ, ana.ʒ.i.s.alias.ʒ.x.
Camphoræ,tertiam partem unius.ℨ.alias.ℨ.iii.

Syrupi uiolati quod ſufficit:conficitur ſic.In una li.aquæ bulliãt.ʒ.iii.uiolarum,donec aqua aliquantulum inficiatur .i.tingatur:poſtea coletur,& colaturæ addatur lib.i.zucchari,& bulliant donec incipiat inſpiſſari:tunc addantur pineę & amygdalæ,& ſemina,unaquaque per ſe bene contuſa cũ ſpatula ſemper mouẽdo:addantur & penidiæ ſubtiliter puluerizatæ,& cum liquefactę fuerint:illud quod ſupernataue rit groſſum cum cacia colando in mortario, iterũ bene teratur:deinde camphora admiſceatur:ad ultimum puluis ſupradictarum ſpecierum cum ſupradicto ſyrupo, ſemper agitãdo in mortario moueatur,donec incorporetur,& poſtea uſui reſeruetur.

COMMEN. MANLII.

Diapenidiõ aũt dicitur a penidiis,quę ibi intrant plus q̃ de aliis ſpeciebus.Hoc antidotum apud nos nõ eſt ualde in uſu.Scias ergo q̃ quando doctor ordinat diapenidion, de hoc intelligitur:quãdo uero ordinat penidios, intelligitur de illis quæ fiunt ex zuccharo diſſoluto in aqua: aliquando fiunt ex zuccharo diſſoluto in decoctione hordei,& tunc illi penidii,dicuntur penidii ſihari, & iſti debẽt poni in cõfectione diapheniconis,de quo ſupra.

APPENDIX.

Actuarius hoc Diapenidion Antidotum non inepte pingit,quanquam paululum mendoſe,quem locum a ſtudioſis ex Nicolao reſtituendum cenſemus.

CXV.

DIACYMINVM.

℞.Cymini per diem in aceto infuſi,& exiccati.ʒ.viii. ℨ.i.alias,ʒ.c. Cinnamomi, Garyophyllorum, ana.ʒ.i.s.alias.ʒ.xxx. Zingiberis, Melanopiperis,* Galangæ, † Saturegiæ, Calamenthi, * ana.ʒ.i.ℨ.ii. Ameos, Leuiſtici,an.ʒ.i.gr.xviii. alias.ʒ.xv.s. Macropiperis.ʒ.i. alias.ʒ.xii. Spicæ nardi, Nucis moſchatæ, †Aniſi,ana.ʒ,ii.s. alias.ʒ.x. Mellis quantum ſufficit.

* Hic Nicol. ponit ʒ.xxv.
† Nicola. omittit.
† Saturelã uocant.
† Hic. ʒ. xx.

COMMEN. MANLII.

Diacyminum autem dicitur eo q̃ ibi plus ponitur de cymino quam de aliis ſpeciebus.Giliber.de Anglia in cap.de ſtrictura thoracis.i.pectoris,habet tres deſcriptiones: quarum prima eſt eadem huic:altera dicitur diacyminum, ſed non eſt idem:altera dicitur diacyminum precioſum,ſed idẽ non eſt. Raſis in .9. Almanſo.in cap.de his quæ confortant ſtomachum,& ciborum perficiunt digeſtionem, habet unã aliam deſcriptionem,ſed nõ eſt eadem:in partibus uero noſtris ſunt ex hominibus qui faciunt hoc antidotum ſm Nicolaum,& ſunt ex hominibus qui faciunt ſm deſcriptionẽ Meſ.quod intitulatum eſt diacyminum bonum.

Saturegia herba eſt ſatis nota.Gilibertus loco eius habet Thymbrę,quod idem eſt.Nam ſaturegia apud Græcos dicit Thymbra.unde Macer:Thymbra ſolet Græce dici ſatureia latine.& hæc apud Lombardos ſegrezola uocatur.

CXVI.

DIADRAGAGANTVM FRIGIDVM.

℞.Dragaganti albi ʒ.ii. Gummi arab.ʒ.i.ʒ.ii. Amylii,ʒ.iiii. Glycyrrhizæ.ʒ.ii.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 68 sur 335

Sem. Citruli, Cucurbitæ.ana.ʒ.ii.
Melonis, Penidiarum.ʒ.iii.
Nic.non habet. Sem. Cucumeris, Camphoræ.ϑ.s.
Syrupi Gal.quod sufficit,& fiat.

COMMEN. MANLII.

Diadragagantum autē dicitur a draganto,quod recipit. Hoc antidotum apud nos est multū in usu sub nomine diadragāti frigidi,ad differētiā descriptionis quæ uocatur dia dragantum calidū,& hoc in Nicolao non reperitur:sed Gi lib.de Anglia in cap.de strictura thoracis, habet diadragan tum frigidum,quod idem est.Idē habet diadra gantum cali dum,de quo infra erit sermo.Nico.& Giliber.habent dra ganti albi.ʒ.ii.Lumen male lucens habet diadraganti, gum mi arabici,an.ʒ.ii.&.ʒ.ii.quod falsum est, & non debet cō poni secundum ipsum.Idem errauit in dosi camphoræ.

Dragantum uero est gummi quod apud Dioscō.uocatur tragagantha & melius.Dragagantum est album, & tenuæ, limpidum,& lucidum,& leue, & mundum.Pli. Tragagan tum est spinæ albæ,radice multum: planta apud Medos, & Caucasum nascitur.Gal.in.8.Simpl.ait: Tragagantū.i.dra gantum:& hoc satis est notum. Apud nos fit antidotum in morsellis apud Venetos fit quasi in modum trochisci.

Syrupus albus Gal. ideſt iulep, qui solum fit ex aqua & zuccharo.Giliber.loco eius habet syrupi iulep quātum suf ficit,quod idem est.Ioan.Anglicus in ca.de passionibus sto machi in quodam antidoto ait: Fiat electuarium cum syru po albo,qui uocatur iulep.

CXVII.
DIACASTOREVM.

℞.Castorei, } ana.ʒ.iii.minus,
Myrobalanorum citrinorum. } gr.xv.
Aloes.ʒ.i.s.
Folii, Cardamomi Maioris, Minoris,
Antimonii, Thuris,
Pyrethri, Agarici,
Glycyrrhizæ, Masticheſ,
Dragaganti, Salis armoniaci,
Calami aromatici, Zedoariæ,
Nitri, Anisi,ana.ʒ.i,gr.ix.
Galbani, Satureiæ,
Squinanti, Hyssopi,
Spicæ, Chamædryos,
Croci, Pulegii,
Casiæ lignea, Origani,
†.i.mentę aquaticæ. Albi, †Balsamitæ,
*.i.dictamni. Piperis, Nigri, Ozimi garyophyllati,
† Colocynthis appellatur. Longi. Brancæ ursinæ,
Carpobalsami, *Diptami,
Xylobalsami, Seminis rutæ,
†.i.seminis cauliculi agrestis. †Coloquintidæ, Aristolochiæ Longæ, Rotundę,
Opopanacis,
Rheupontici, Aaron,
Sagapeni, † Mambathematicon,
Styracis calamitæ, Asari,
Zingiberis, Saluiæ,
Cinnamomi.ana.ʒ.i. Rosarum,
Garyophyllorum, Bdellii,ana.gr.xvii.
Assæ fœtidæ, Epithymi,
Myrrhæ, Polypodii,
*Mezereō Arabibus thymelæa Dios.uocitatur. Euphorbii,ana.ʒ.i.gr.xvii. Opobalsami,an.gr.xix.
Staphisagriæ, *Alipiados,
Dauci, Capparis,ana.gr.xi.
Marathri, Anacardi,
* Baccæ lauri nominantur. Apii, Gentianæ,
Sileris, Corticis mandragoræ,
†i.seminis petroseli ni domestici. * Daphnococci, Sauinæ,ana.gr.xi.
Sinoni, Absinthii,
† Petroselini, Peucedani,ana.gr.vii.
Styracis rubeæ, Ireos, gra.iii. & tertiam partem unius grani.
Petrolei,
Sanguinis draconis, Mellis,quod sufficit.

COMMEN. MANLII.

Diacastoreum aūt dicit a castoreo quod recipit. Hoc an tidotum apud nos non est in usu.Gili.de Anglia in c. de pa ralysi habet unam aliam descriptionem quæ eadem est.Ca storeum est quoddam aīal quod castor appellatur, & istud animal uiuit extra aquam & in aqua, & nutritur ex piscib. & cancris.Eligendi sunt autem ex his testiculi gemini pen dentes ex una radice,interius habētes sicut mel,& ipsi sunt similes cerę in colore sanguinis coagulati, & qui sunt in pelliculis suis grauis odoris pingues,& quando seperantur debent mundari ab ipsis pelliculis, & sic poni in medicinis Gul i.Placen.inquit:Castoreum est testiculus animalis ma rini quod bauera appellatur,adulteratur cum opio.

Daphnococci ſm compositorem sunt baccæ lauri .ſ. semen ipsius.Circa instans inquit:Lauri folia,& semina usui medi cinę competunt.Aui.in.ɔ.can.de ipso facit tria ca. unum q incipit demest,aliud granis lauri,aliud de lauro .i. gar. qđ satis est notum.

Petroleum ſm Modernorum sentētiam est inter spēs bi tuminis.Iudaici seu asphalti.Aui.in.ɔ.can.inquit:Petroleū album notæ speciei est,& nigrum est calamenthū picis Ba bylonicę & reliquarum.Bartholomęus Mōtagna.in suis cō siliis,in consilio de medicinis habentibus commune iuua mentum ad nocumenta stomachi,uisus, & auditus inquit. Est autem oleum de napta oleum de petris factum.i.oleum petroleū.Nos uero generaliter pro petroleo,intelligimus oleum petroleum,quod satis notum.

Aaron.i.barba Aaron.Dios.de Aaron facit ca. & inquit Aaron quā syriaticā uocant,folia habet dragonteę similia, sed maiora & non uaria:uirgam habens duorum palmorū, & colorem purpureum atq; semē crocei coloris:habet radi cem albam similē dragonteæ, quę cruda & cocta manduca ri potest, quia non est ualde caustica: folia eius composita in sale mâducantur &c.hęc est quā moderni serpentariā mi norem uocāt,seu dragonteam minorem,seu pedē uitruli.

Mambathematicon ſm composi.est succus caulicul i agre stis.Quidam mâbathematicon uocant,quod idem est. Cir ca instās ait:Struthium.i.cauliculus agrestis: sed hic textus est corruptus.Nam struthium apud Dios.sunt radices rotun dę & oblongę quibus lanarii utuntur ad fumigandum lanas quod fumigium limpidat lanam.Secundum eundē cauliculus agrestis nascitur in locis maritimis,& desertis, albidior & longior domestico & amarior.

Opobalsamum.i.lachryma balsami, cōponitur ab opos q̄ est succus & lachryma. Dios. in cap. de balsamo inquit: Est.n.arbor tenera & asperior & oblōga,stipitem hūs simi lem iunco.Arbor dr balsamus,lignum xylobalsamū: semen carpobalsamū,succus opobalsamum. Balsamus aūt si purus fuerit tātam uim habet,ut si sol incanduerit, sustineri in ma nu non possit.& hic succus apud nos non inuenitur: sed in fra apparebunt olea quæ loco eius possunt administrari.

Alipiados ſm cōpo.est mezereō,& semē ipsius cocogni dium uocat,& nō est laureola, ut quida extimauerūt. Hæc plāta apud Dios.uocat chamęlea aut cocognidion.Idem in ca.de oleo catholico inquit: Tolle herbę catholicę.i. alipia dos.Nā sine dubio alipiados apud Grecos est herba catho lica,seu chamelea.Verū sapiētes dixerūt: qū inueniē in quo dā antidoto,ubi ingrediat alipiados,& cocognidiū, debet intelligi laureola,& semē mezereon.Hęc apud herbaticos dicitur herba oliuella,propter similitudinem foliorū eius.

CXVIII.
DIACATHOLICON.

℞.Folliculorum senę, Liquiritię rasę,
Pulpę casię fistulę, Penidiorum,
Tamarindorum, Candi,
ana.ʒ.ii.alias.ʒ.iii. Quatuor seminum communium frigidorum mundatorum.ana.ʒ.ii.alias.ʒ.i.
Rheubarbari,
Violarum, Zucchari,lib.ii.
Polipodii,ana.ʒ.i.

Fiat decoctio cū.ʒ.vi.seminis fœniculi,&.ʒ.iiii.s.polypo dii recētis.Di stēperetur casia,& tamarindi coquātur lēto igne ad spissitudinē:tunc ℞ pulueres harū rerum & fiat ele ctuarium,

ctuarium,cuius dosis est ab.ʒ.s.usq; ad.ʒ.i.cum aqua calida.

COMMENTA. MANLII.

Istud electuarium apud nostros doctores est multum in usu,maxime secundum istam descriptionem. Dicitur autē catholicon ab inuentore.Descriptio uero quam scribit Lumen male lucens,nō debet fieri,quia hodierni doctores nō laudāt ipsam.Isid.in li.10.inquit: Catholicus.i.uniuersalis, grœcum enim nomen est charis Grœcum nomen est sicut & charitas:unde & eucharistia sacrificium.i.bona gratia: hoc potest accipi per diuersa nomina.

CXIX.

DIACOSTVM.

℞.Anisi,
Apii,
Alari,ana.ʒ.ii.ϑ.ii. alias.ʒ.xxxiii.
Squinanti,
Melanopiperis.
Myrrhæ,ana.ʒ.ii.s. alias.ʒ.xx.
*Rheubarbari,
Croci,
Aristolochiæ, Longæ, Rotundæ, ana.ʒ.i.ϑ.ii.
Costi.ʒ.i.s.alias.ʒ.xviii.
Cinnamomi,
Calsiæ ligneæ,ana.ʒ.i.ϑ.i. alias.ʒ.xv.ϑ.ii.
Mellis quantum sufficit.

* Hæc Nicolaus præter mittuntur uetum ad cofi proportionem secundum Nico. omnium studiosi ponadus augeant.

COMMENTA. MANLII.

Diacostū autem dicitur a costo,quod recipit.Supra posita fuit alia descriptio,quæ est de menthæ Mes.quę quasi eadem est,tamen differt:& sic sunt ex hominibus qui componunt ipsum secundum istam descriptionem, alii secundum illam.Costum autem est radix amara quæ satis est nota.

APPENDIX.

Nihil diacostu,e costo sane antidotum Actuarii a iam ex posito euariat,quāq; loco aniſi,anethum substituat, costūq; (in Ruelli uersione) omittat,quem a studiosis restituēdum cēsemus,alioquin petenda esset aliūde antidoti inscriptio.

CXX.

DIAIRIDOS, Vulgo Diairis,de melle.

℞.Ireos.ʒ.i.
Pulegii,
Hyssopi,
Glycyrrhizæ,ana.ʒ.vi.
Dragaganti,
Amygdalarum amararum,
Pinearum,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Piperis,ana.ʒ.iii.
Caricarum,
Carnium dactylorum,
Passularum enucleatarum, ana.ʒ.iii.s.
Styracis Rubeæ, Calamitæ, ana.ʒ.ii.ϑ.i.
Mellis quantum sufficit.

COMMEN. MANLII.

Diairis āt dicitur a radice illa quæ ireos appellat.Gilib. de Anglia in cap.de strictura thoracis habet unam aliā descriptionem,quæ eadem est.Item Aui.in.5.can.in trac.vi. de uentre inferiore,& debilitate stomachi inquit:Medicamē quod dicitur diaireos,sed idem nō est.Descriptio uero Luminis apothecariorum seu Luminis malelucētis est falsa.Nam quædam simplicia subtraxit.Dicitur diairis de melle ad differētiam descriptionis quæ fit de zuccharo:& eius modus est quod accipiatur zuccharum depuratum ac clarificatum & coctum ad debitam cocturam,& quando infrigidatum fuerit addatur puſ.radicum ireos, quantitas debita & fiat cōfectio in morsellis,& id uocatur diairis de zuccharo,quod magis in usu uenit quam diairis de melle.

Ireos uero secundum modernorum opinionem est radix lilii cœlestis.

Caricæ ſm compositorem sunt ficus pingues siccæ, idem habet Gilibertus:sed Lumen malelucens detraxit caricas, carnes dactylorum,passulas,& alia multa.

Storax rubea.i.cozumbrum apud modernos est thymiama,seu fex storacis liquidæ.Storax calamitæ est satis nota. Inuenit quædam descriptio ubi non ingreditur nisi storax rubea,& in aliquibus ingreditur storax rubea & calamitæ. in descriptione Giliberti nō habetur nisi storax rubea.i.cozumbrum:sed secundum quosdam ambæ debent poni.

CXXI.

DIACALAMINTAES, Vulgo, Diacalamenthum.

℞.Calamenti,
Pulegii,
Melanopiperis,
Petroselini,
Seselei,ana.ʒ.iii.ϑ.ii. alias.ʒ.liiii.
Leuistici.ʒ.i.ϑ.i.al.ʒ.xviii.
Sem.Apii.ϑ.i.alias.ʒ.iiii.
*Ameos,
Thymi,
Anethi,ana.ϑ.i.
Cinnamomi,
Zingiberis,ana.† .ʒ.ii.
Mellis quantum sufficit.

*Singulis tribuit Nico. pōdus unc.i.

†ali. scra. ii.

COMMEN. MANLII.

Diacalamenthum dicitur a calamentho quod recipit.Supra posita fuit una alia descriptio,quæ est de mēthæ Mes.& secundum illam descriptionem a multis fit,& apud quosdā fit secundum istam descriptionem,& hoc est secundum uoluntatem medicorum,ac apothecariorum.

CXXII.

DIACODION.

℞.Capita papauerum nigrorum nō nimis uiridium,nec nimis siccorum † numero.xiii.alias cl.
Rosarū.ʒ.ii.s.alias.ʒ.xxviii.
Glycyrrhizæ,
Acaciæ,
Croci.ana.ʒ.i.alias.ʒ.ix.
*Boli armeni,ʒ.s.
Cinnamomi,
Symphyti,
Hyppocisthidos,
Balaustiæ,ana.ʒ.i.
Myrtyllorum.ʒ.i.
Coralii Albi, Rubei,
Sumach,
Sanguinis draconis,
Laccæ,
Roris syriaci,ana.ϑ.ii.
Seminis portulacæ.ʒ.s.

†alias numero.xii.

Hæc Nic. omittit.

Conficiantur fic:capita papauerū ponantur in tīn aquæ pluuialis q̄ bene cooperiantur,& per tres dies ibi dimittātur & in ipsa aqua ad tertiā partē bulliāt & postea colētur, & in colatura l.i.s.mellis myrtini,addat in tali melle supra dicta admisceat.Cōfectio mellis myrtini talis est, in duab° libris mellis despumati,ponat l.i.s.succi myrtini, & coquatur ad succi cōsūptionē,et postea colet,et hoc erit mel myrtinum.

COMMEN. MALII.

Diacodiō dr a acodia,quod papauer nigrum interpretatur,quod ibi intrat.hoc apud nos non est in usu. Illa uero descriptio qua nos utimur est de mēte Mes. quā ipse uocat cōfectionē de iacur,& ipse docet ipsum fieri diuersimode: nam qñq; fit simplex,qñq; compositum,qñq; fit cum melle, quandoq; fit cum rob, quandoq; fit cum penidiis, & sic de singulis:& sic uide supra, quod ostendi ipsum componere separatim secundum diuersitates compositionum.

Symphytum.i.cōsolida maior seu anagalicum. de quo supra in confectione dicta athanasia.

Rossyriacus ſm compositi.est flos orni.Secūdum uero Simonem Ianuen.Rossyriacus est sumach, unde mirandū est, quod Nicolaus in isto antidoto habet sumach & rosē syriacum.Ergo idem non sunt. Veritas autem est q̄ rossyriacus est sumach,sed iste textus est corruptus: debet enim dicere herbæ syriacæ,quę est malua.Cōfectio mellis myrtini eiusmodi est,sicut docet Nico.in isto antidoto.

CXXIII.

DIAPAPAVER.

℞.Succi liquiritię,
Dragaganti,
Gummi arabici,
Penidii,ana.ʒ.x.
Amygdalarum dulcium mundatarum.ʒ.v.
Amidi,
Sem.Cydoniorum,
Sem.Portulacę,ana.ʒ.ii.s.
Citruli,
Cucurbitę,
Melonis,
Sem.Cucumeris,
Lactucę,
Maluę.ana.ʒ.i.s.

Fac puluerem,& tempera cum syrupo uiolato, uel cum sapa.Detur ante prandium uel post.

COMMENTA. MANLII.

Diapapauer aūt dr a papauere,albo quod recipit.Gil.de Anglia in ca.de causis tussis,habet unā descriptionē, q̄ eadē est Mesues indistincte de loch inquit:Loch de papauere & est diapapauer:sed apud apothecarios modernos, aliud est loch de papauere,aliud est diapapauer:& sic fit loch de papauere de mente Mes.& diapapauer de mente Nicolai.

Sapa.i.multum coctum usq; ad consumptionem duarum partium:& propterea dicitur triplicatū seu decor,aliquādo carenum. Isido.in cap.de potu inquit: Carenum dicitur

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 70 sur 335

eo q̄ feruendo parte careat: tertia enim parte musti amissa quod remanserit carenum est: cui contraria sapa est quæ feruendo ad tertiam redacta descenderit.

CXXIIII.
DIASENAE.

℞. Senæ ℥.iii.
Cinnamomi,
Folii,
Cardamomi,
Galangæ,
Macis,
Caryophyllorum,
Boraginem,
Calamentum,
} adde & cætera, quæ Melancholiam purgant.
Auellanarum, assatarum, numero.l.
Setæ combustæ ʒ.ii.
Ligni aloes,
Piperis longi,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Spicæ nardi,
Nucis moschatæ,
ana.ʒ.iii.
Lapidis armeni.ʒ.i.
Lapidis Lazuli.ʒ.iii.
Zucchari, ℥.v.

Mellis despumati quantum sufficit.

COMMEN. MANLII.

Diasenæ dicitur a senę quod ibi ponitur plus quā de aliis speciebus. Gilib. de Anglia in ca. de uitiis splenis habet eandem descriptionem. Hoc antidotū apud nos est in usu: sed ego nō certificor si ista descriptio sit illa qua utimur, aut nō quia ultra istam descriptionem, etiam uidi aliquos cōponētes secūdum aliam descriptionem, de qua infra erit sermo: & credo quod utraq; sit de mente Nicolai.

Senæ uero secundum Mes. est folliculus plantę, quam uocant Perses ahalzemer, & eius ortus est sm semitam orobi: & inuenitur ex eo domesticū & sylueſtre. Electio, melior pars plātę eius est folliculus deinde folia, sed tamē in eis est uirtus debilis ualde. Hic uero possumus certificari, q̄ intētio Mes. est q̄ senæ sit folliculus plantæ: & melior pars plantæ eius est folliculus, & in foliis eius est debilitas & propter id dico, q̄ per senę intelligitur folliculus, & non folia eius, ut faciunt quidam.

Borago est herba satis nota. Compositor inquit: Boraginem & calamentum addunt quidam &c. quæ melancholiā purgant. In hoc sapientes intellexerunt, q̄ hæc duo & cætera addūt in hoc antidoto propter malitiā quæ inuenitur in lapide armeno & lazuli, quia in eo loti non ponūtur: immo hodierni doctores laudant q̄ ambo debeant lauari, & eius lotionis modum ostendi supra.

CXXV.
DIASENAE.

℞. Senæ ℥.iii.
Auellanarum assatarum, numero.l.
Serici combusti.ʒ.ii.
Lapi Armeni.ʒ.i.
dum Lazuli.ʒ.iii.
Zucchari.℥.vi.
Cinnamomi, ℥.i.
Garyophyllorum,
Galangæ,
Piperis,
Spicæ,
*Ozimi,
Zingiberis,
Folii,
Cardamomi,
Croci,
Zedoariæ,
Floris roris marini,
Macropiperis. ana.ʒ.ii.

* Basilicō garyophyllatū uulgo.

Mellis quod sufficit.

Conficitur sic, cum melle auellanæ bene puluerizatæ despumatum mel ad ignem decoquitur: deinde puluis species admisceatur, & fiat electuarium in bona forma.

COMMEN. MANLII.

Diasenæ, ut dictum fuit, dicit a senæ, quia plus de senę ponitur quā de aliis speciebus. Hoc antidotū dupliciter confi citur, nam sunt ex hominibus qui faciunt ipsum sm primam descriptionē, & sunt ex hominib. qui faciūt ipsum secundū istam descriptionem, secundum diuersitates prouinciarum.

Senæ autem est folliculus plantæ, ut dictum fuit: & melior folliculus est cuius color trahit ad uiriditatem, et subni gredinem quandam, & in quo est de amaritudine res modica cum styptici tate, & qui est magis completus, & in quo sunt semina ampla compressa. Subalbidus autem nō est bonus, & incompletus similiter, & meliora folia sunt uiridia subalbida, & tenuia non bona, & antiquatum ex eo est sine spiritu, & stipites eius sunt inutiles.

CXXVI.
ESDRA MAGNA.

℞. Aliptæ moschatæ,
Myrrhæ,
Zucchari,
Foliorum rutæ,
Seminis apii,
Chamædryos,
Fœnigræci,
} ana. † .ʒ.i.ϑ.i.gr.ī.

Limaturæ eboris,
* Pigami,
† Elelisphaci,
Balaustiæ,
* Golenæ,
} ana.ʒ.i.gr.vii.s. alias.ʒ.xlv.

Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Capparis,
Pulegii,
† Xyloaloes,
Spicæ,
Zedoariæ,
Laccæ,
Rosarum,
Abrotoni,
Melanopiperis,
Petroselini,
Osium dactylorum, ana.ϑ.ii.s.gr.iiii. alias.ʒ.xxxvi.
Galangæ,
Zingiberis,
Croci hortensis,
Anacardi,
Lithodæmonis,
Mandragorę,
Acori,
Pæoniæ,
Thymi,
Hyssopi,
† Roris syriaci,
Basiliconis,
Dauci,
Seminum Fœniculi, Altheę,
† Oliuarum ossa,
Vini ueteris optimi, ana.ʒ.s.ϑ.s gr.i. alias.ʒ.xxvii.
Balsami,
Croci orientalis,
Folii,
Costi,
Galliæ,
Casiæ fistulæ,
Myrobalanorum omnium
Nardi celticæ,
*Xyloballami,
Calami aromatici,
Dragaganti,
Coralli, Albi, Rubei,
† Confitæ rubeæ,
Castorei,
Opopanacis,
Bdellii,
Galbani,
Asphalti,
Terebentinę,
Theriaces,
Mastiches,
* Splenis pultri,
Ventris merguli,
Rheupontici,
Kristolochiæ lon.
Asari,
Hermodactylorum,
Meu,
Iridos,
Pyrethri,
Peucedani,
Gentianæ,
Epithymi,
Violarum,
Arthemisiæ,
Cimoleæ,
Foliorum citri,
Laureolæ,
Menthæ,
Malabathri,
Quinque folii,
Carpobalsami,
Anisi,
Amomi,
Cymini,
Ozimi,
Platocymini,
Meconis,
Sem. Rutæ hortensis,
Baccarum lauri,
Sanguinis draconis,
Lapi- Magnetis,
dum Agapis,
Osis de corde ceruī,
Muscellini,
Petrolei, ana.ϑ.i. & tertiam partem alterius. alias.ʒ.xviii.
Camphoræ,
† Ambræ,
Marga- Perforatarum,
ritarum Non perforatarum,
Blactæ bisantiæ,
Sambuci,
Styracis calamitæ,
Sagapeni,
Sulphuris uiui,
Ammoniaci,
Antimonii,
Acaciæ,
Betonicæ,
Caballi marini,
Hipocisthidos,
Macis,
Licii,
† Schœnanthus,
Herbæ syriacæ,

† alias. ʒ. liiii. Pōdera nanque sic ad summam magnitudinis aucta, ex Nico. prascripto habentur.
* .i. semjnis pegani, é nanq; poganon ruta agrestis Gale. viii Simp.
† Lilifagi uulgo .i. saluiæ.
* alias Golenæ. i. origani.
† xyloballami, inepte prius legebatur.
† Sumach uulgo.
† Osium dactylorū mendose ī iū impressis habet.
† Ambar, ac sucinū orientale recētioribus uocitatur.
* Xyloaloes prius legebatur qđ præsertim ob pōderum rōnem adnotauimus, alioquin nulli momenti foret hęc simpliciū transpō.
† Cōfita é ex stiracis liquidæ th' iudæorum uulgo appellatum.
* Alii de polithro.
† Squinantū uulgo.

Floris

† Alexandri, sanitatis nocat: uocat ab olisbrò dicta, matroni uulgo. * Cerasi syluestris. † est succus caulium agrestium. † cinabrium dicunt.

Floris oleandri,
Phu,
Marrubii,
Sulfuracæ,
Absinthii,
* Alexandri,
Euphorbii,
Cardamomi,
Carthami,
Seminis anethi,
Ameos,
Git,
Leuistici,
Seminis citri,
Leucopiperis,
Macropiperis,
Nigellæ,
† Vxifur,
* Corticum neræ,
† Mabathematicon,
Aquę uitis.ana.℈.s.gr.ii. alias.ʒ.ix.
Lithargyri,
Amyli,
Opii,
Radicis iunci,
Calaminthæ,
Hyoscyami,ana gr.vii. alias.ʒ.iiii.s.
Mellis quod sufficit.

COMMENTA. MANLII.

Esdra autem dr̃,quia Esdra propheta inuenit eam, ut dr̃ in Babylonia.Gilib. de Anglia in ca. de uariolis & morbillis,habet unam aliam descriptionem quæ eadē est.Hoc antidotum uī esse ad modum theriacæ,& sine dubio potest ipsum dici Theriaca.Nam Auic.in.5. can. inquit: Theriaca Esdreę in cuius descriptiōe ingrediūtur multa simplicia, q̄ ingrediuntur hāc descriptionem:uerum in hac multa ingrediuntur.Hoc antidotum apud nos in usu non est:uerū, quædam simplicia,si Deus uoluerit,breuiter declarabo.

Alipta muscata uel mixtura,i.confectio, quæ in modum trochisci reducitur,cuius descriptio suprapositа fuit.

Limaturæ eboris.i.limatura ossis uel dentis elephantis. Isido.in cap.de bestiis inquit:elephantem Græci magnitudine corporis uocatum putant,ꝙ formam mōtis præferat. Græce enim mons Elephos dicitur:apud Indos autē a uoce barro uocatur,unde & uox eius barritus dicitur:& dentes eius ebur.Inde ebur,ideſt,dēs Elephātis:limaturæ eboris,ideſt rasuræ dentis elephantis.

Peganon uulgo piganum secundum compositorem est ruta agrion.i.agrestis.Gal.in.8.simp.inquit:Peganon.i.ruta syluestris Macer in cap.de ruta describit diapiganū.i.electuarium de ruta.Et Dios.in eodem cap. describit diaspoliticon,quod idem est,de quo infra.

Lilifagus,ideſt saluia.

Golenæ ſm Circa instās est origanum quod exiccatis foliis cum floribus abiectis stipitib. in medicinis ponit.Pet. de Crescen. Origanum alio nomine dicitur gollena, cuius duplex est maneries .s. origanum agreste quod latiora habet folia,& fortius operatur, & ē domesticū ꝙ in hortis reperitur,& minora habet folia, & operatur suauiter quod in medicinis ponit.Colligitur autē in tēpore productionis florum,in umbra suspenditur & siccatur. Folia cum florib. debent in medicinis poni abiectis stipitibus:per annum seruatur.Hoc apud Lombardos cornabolia uulgo dicitur.

Petrosellinum domesticum quod notum est. Isido.in ca. de oleribus inquit:Petrosellinum uocatū ꝙ fit simile apio. Nascitur in petris montibusq; præruptis, quod nos petrapium dicere possumus.

Crocus hortēsis.i.hortulanus seu infectiuus, eo quod de ipso tingitur sericū,& est flos carthami,cuius semen gineo dicit Græcus.Hoc apud Dioscō.uocatur cnicum, & de eo dictum est supra.

Lithodæmonis ſm compositorem est lapis niger, qui de India uenit. Quidam uocant ipsum lapidem dæmonis, & hic est lapis qui inuenitur prout asphaltum,& quidam putauerunt esse idem,sed non recte.Nicolaus Floren. in sermone.7.in cap.de curatione hernię siue ramicis habet glutinis lithodæmonum,& inquit:Lithodæmonum.i.cum quo lapides,& urcei conglutinantur.

Ros syriacus secundum compositorum est flos orni. de quo abunde supra diximus.

Nardus,ideſt spica nardi,seu aromatica.Apud Auic.dicitur spica auium.

Celtica.i.neridē,seu spica romana:& ambę debēt hic poni.

Cōfita rubea secundū cōpositorē est storax rubea:secundū quosdam est laudanum, non est autem storax calamitæ, ut quidam dixerunt.Nam infra iterum ponit storax calamitę. Moderni uero opinantur esse cozūbrum.i.fœcē storacis li quidæ,& est thus Iudæorum:qm̄ Iudæi utuntur ad fumigiū in synagogis suis.Hāc thymiamam dicere possumus.

Theriaca dicitur a tyro serpente. Quidam dicunt ꝙ est theriaca Gal. alii dicunt ꝙ per theriacam intelligitur uinū rubeum coctum cum castoreo.

Splen pultri.Nō determinat ab autoribus cuius complexionis sit splē pulc.i,tñ effectus eius manifestat ꝙ sit de massa sanguinea.Alii dicunt ꝙ est splen,sed nō recte: sed nostri doctores opinātur ꝙ sit quædā supfluitas cerebri pulli equini,quę in tpe suæ natiuitatis per motū suum per nares emittitur,& nisi statim ab aliquo recipiatur mater pulli eam absorbet.Soli exponitur & siccat & reseruatur,& quanto magis exiccatur tanto est melior.Auic.in theriaca Esdrę loco eius hēt hepatis almelichi,quod reperio apud Gentilē esse hepar pulli equi.Idē in.3.can.in fen.xv.in ca.de curationibus splenis inquit:Sumat splen asini syluestris, & splen eq. Simon Ianu.in ca.de quebenomolet,inquit: Quebenomolet uel quebelecmelet,in.10.practi.alia i cōfectiōe Esdreæ quam azere uocat eo loco apud Auic.est almelichi:& in pā techni est hepar pulli equi,sed in antidotario ilim splē pulli equi habetur.Stephanus, & sic est quod hepar almelichi & splen pultri & hepar pulli equi idem sunt.

Mergulus secundum multos est auis quæ uulgari nomine uocatur murgonus:in aquis habitat,& eius color uergit ad nigredinem,& omnibus fatis est nota. Rasis in li.aphor. in li.4.in c.de dictis medicinis & cibariis inquit: Alteriar.i. merlus auis,nescio autem an sit idem:tu considera.

Cimolea secūdum compositorem est terra sarda siue Hispana,q̄dā terrā argētariam uocant.Gili.ibidē ait:Cimolea .i.terra alba.Io.Sera.in ca.de mulieribus qualiter significetur ꝙ ipsæ sint pgnantes inquit:Cimolea est marmor inuentum in luto uiridi. Idem in suis simplicibus in cap. de cimolea,inquit,ꝙ sunt eius duæ spēs, una est alba solida, alia est purpurea uelut unctuosa, quæ qñ tangitur adhæret digitis, & est melior aliis.Hæc apud Dioſc.uocatur gicimolia, cuius alia est alba,atq; densa,alia purpurea, & quasi pinguis. Apud Auic.uocatur lutum cimoleæ.Quidam falso putauerunt esse terram sigillatam,quod non creditur.

Laureola.secūdū Circa instās est cocognidiū semē eius, hic textus est fallus.Nam laureola apud Sera.inter species lauri describitur,& cocognidium apud Dios. uocatur chamælea quæ alio nomine dicitur mezereon:unde per hoc dico ꝙ laureola non est semen cocognidii:immō cocognidiū est semen chamæleæ,seu mamereon.

Platocyminum secundum compositorem est siler: ergo est siler montanum Nam platocyminum est dictum latum cyminum,quod est siseleos. Præterea Gilibertus ibidē ait: Platocymini.i.sileris montani.

Lapis magnes secundum Dio.gignitur,atque inuenitur circa littus.Oceani,apud Ragodicas & in India, ab inuētore sic uocatus:est autem colore ferrugineus, magnas habēs uirtutes,& uelut spiritum in attrahēdo ferrum. Hunc lapidem quidam probandi causa amoris uirorum. Papias ait: Magnes lapis indicus ab inuētore eiusdem nominis dictus, cui tanta uis est,ut ferrum ad se trahat, ꝙ si iuxta eum adamas positus fuerit mox remittit.

Lapis agapis secūdum cōpositorē est lapis agaristа: quidam falso putauerūt esse lapidem Iudaicum.Secundū Dioſco.est lapis potentias habens maximas. Sed qui colorem habet similem pelli leonis ualet ad morsum scorpionis.

Muscelinum.s.oleum muscelinū,quod ex musco, & aliis speciebus fit,cuius descriptio infra apparebit. Quidā falso oleum balaninum putauerunt,sed non recte. Nam muscelinum dicitur a musco & balaninum,a granis been.

Petroleum.i.oleum petroleū, quod a Modernis dr̃ esse naphta,seu spēs, & ab aliquibus dicitur stercus dæmonis. Mes.in distinctione de oleis in cōfectione olei philosophorū inqt.Est aūt eius aliud quod fit a natura,& profert illud minera:aliud mare,& est locus manationis eius in insulis & scopulis maris,& uocat naphta,cuius tres modi sunt.Est

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 72 sur 335

enim quoddam ſubalbidum, & quodam ſubrubeum tenue, & aliud groſſum ſubnigrum: ſubalbidum uero eſt melius aliud ſubrubeum eſt poſt illud, aliud uero poſtea.

Caballi marini ſm compoſitorem ſunt piſces habentes collum & caput & roſtrum ad modum equi, caudã ad modum lacertæ reuolutam ſuper dorſum, & iſti ſunt piſces qui in mari inueniuntur dicti uulgari nomine Caballini, eo ꝙ caput habent ſimile caballi capiti, & pedes ſimili modo.

Lycium ſecundum eundem eſt ſuccus de floribus caprifolii uel oculus lucidus. Ergo eſt ſuccus matriſſiluę, quę apud nos iuxta hortos inuenitur. Infra in pilulis lucis minorib. oſtendam melius.

Herba ſyriaca ſm eundem, & Matt. Syl. eſt malua. Giliber. ibidem ait: Herbæ ſyriacæ. i. maluæ. Si uero diceret roris ſyriaci nõ eſſet idem. Nã roſſyriacus eſt ſumach, & herba ſyriaca eſt malua: & ambo recipiũtur in hac compõne.

Flos oleandri. i. nerion, ſeu rodedrendon, & eſt plãta uenenoſa, cuius folia ſunt ſimilia amygdalæ, ſed maiora & pinguiora, & flores rhodon. i. roſæ ſimiles: ſemen eſt patẽs ſicut cornu ueluti lanã deintus hñs ſimilẽ hyacintho. ſ. herba eſt illi oblonga, & anguſta ſalſa: naſcitur locis aquoſis, & maxime in maritimis. Hæc apud quoſdã lãdrum uocatur Dioſc.

Sulphuraca ſm quoſdam eſt herba quæ odorẽ habet ſulphuris, & dicitur ꝙ eſt ſpecies trifolii. Simõ Ianuẽ. ait Dẽs equinus a quibuſdam uocatur ſulfuraca planta iuxta fluuios naſcens. Secundum uero Mat. Syl. Dens caballinus uel dẽs equinus eſt caſsilago, ſiue iuſquiamus. Nam ſine dubio dẽs equinus dicitur a multis inſquiamus, & eſt planta quæ naſcitur multum iuxta fluuios, & in ſterquilinis locis, & eſt quã Papienſes herbam pinulam uocant.

Cardamus. i. naſturtium, & eſt nomen Græcum. Giliber. ibidem ait. Cardamum. i. naſturtium. ſ. eius ſemen. Miror ꝙ Gal. in. 7. ſimp. dicat: Cardamus. i. crocus hortulanus: & eſt ex herbis ſpinoſis, quod falſum eſt. Nã cardamus eſt naſturtium. Præterea idem in. 7. dicit: Cardamus. i. naſturtiũ: credo tamẽ quod hoc acciderit errore ſcriptoris. Nã debet dicere cardamus. i. crocus hortulanus. Dioſ. de cardamo duo facit c nam eius ſpecies ſunt multæ. Eſt enim cardamus dom eſticus dictum naſturtium, & eſt cardamus aquaticus dictus ſenecion, ſeu chryſonum, & ſic de ſingulis.

Gith. i. melãthium, ſiue melachiõ: & apud Modernos eſt nigella nigra, quæ apud Dioſ. uocatur melãthium. Multi falſi apothecarii loco gith utunt illo ſemine, quod in bladis inuenitur, quod a multis gitono uulgariter dr: ſed non recte. Nam gith quæ in medicina efficaciã habet, eſt ſemen minutum ſimile ſemini porri, cum odore iocundo, hoc ſemẽ inuẽtum fuit ab hodiernis. Et apud nos ultra padum in terra nominata Pinarola inuenitur, & uocãt rochetã: antiquo uero tempore utebãtur nigella, quæ colorem citrinum habebat ac triangulatum cum odore priori. Vnde ſapientes uolunt, ꝙ per gith intelligatur nigella nigra, & per nigellam intelligatur nigella citrina, quæ hodie ambæ notæ ſunt.

Vxifur ſm Giliber. ibidem eſt minium, ſed puto falſum: nec ſinopodia, ut quidam dicũt: imo uxifur uerum eſt cinabrium. Simon Ianuen. inquit: Vxifar ſiue uxifur, quodcũq; dicas corruptum eſt, nam Arabice zengibur dicunt, & eſt cinabrium. Bulchaſim in trac. 1. inquit: Modus faciendi zenxifur, & eſt cinabrium. Ergo uxifur eſt cinabrium, & non minium, nec eſt ſanguis draconis, ut quidam crediderunt.

Cortex nere ſm cõpoſitorem eſt cortex ceraſi agreſtis, & eius ſemen a multis modernis mechaleb dr. Io. Arculanus in ca. de ſignis lapidis renum inquit: Nere. i. ceraſorũ ſylueſtrium, ſed Platearius inquit: ꝙ eſt arbor, in Apulia inuenitur, producens fructum ad modũ baccarũ lauri, qua utuntur Saraceni ad faciendũ tinctũram: ſi ſic eſt, ceraſa agreſtia nõ ſunt nere, & pro certo idem non eſt: quia Mat. Syl. in ca. de machaleb inquit: Machaleb eſt medulla fructus ceraſi domeſtici uel ſylueſtris: & eſt in ueritate medulla ceraſi ſylueſtris cuiuſdam, qua mulieres Arabum utuntur in oleo quo ungunt capillos ſuos, & alio nomine uocatur nere, & eſt arbor ceraſi ſylueſtris. Apud nos defertur machaleb ex Ianua cuius magnitudo non eſt, ut dicit Platearius.

Mabathematicon ſecundum cõpoſitorem eſt ſuccus cauliũ agreſtium, & ſic credo eſſe uerum. Secundum Circa inſtans eſt ſtruthium, quod non eſt. Vide de ipſo ſupra, quia melius oſtenſum fuit.

APPENDIX.

Eſdra, a Nicolai præſcripto, apud Græcorũ recentiores uarie admodum conficitur. Actuarius enim in lib. de cõpoſi. medic. Compõnem, ac parandi modum una quã breuiſsime exponit. Aegineta autẽ cui a multiplici nempe uſu πολύχρηστος belle uocitat, ſimpliciſsime li. vii. ca. xi. rẽ ſtringit. Aetius uero li. xiii. ca. 101. haud longe uagatur. Verũ iis nec ex iiſdem, nec pondere eodem omnino componitur.

CXXVII.
DVCIS.

℞. Aniſi. ʒ. ii. gr. xv.	Leuiſtici,
Liquiritiæ,	Alexandri,
Maſticis, ana. ℈. ii. gr. v.	Iuniperi,
Chamædryos,	Sileris montani,
Zingiberis,	Pentaphyllon,
Cinnamomi,	Semin. aſparagi,
Galangæ,	Rheubarbari,
* Marathri,	Vrticæ,
Carui, ana. ℈. i. gr. xv.	Rheupontici,
Calamenthi,	Nucis myriſticæ,
Pyrethri,	Ligni aloes,
Piperis, Albi, Longi,	Baſiliconis,
	Milii ſolis,
Cyperi,	Saxifragiæ,
Squinanti,	Citri,
Dauci,	Ameos,
Irei,	Radicis aſparagi,
Amomi,	Citrulli,
Folii,	Mellonis,
Aſari, ana. ℈. i.	Cucumeris,
Spicæ,	Sem. Cucurbitæ,
Croci,	Scariolæ,
Gummi arabici,	Petroſelini,
Dragaganti,	Been. Albi, Rubei,
Seminis anethi,	
Calami aromatici,	Styracis calamitę,
Cubebæ,	ana. gr. xv.
Cardamomi,	Penidiorum. ʒ. s. .ii. s.
Carpobalſami,	Mellis quod ſufficit.

* .i. Fœniculi.

COMMEN. MANLII.

Iſtud electuarium non eſt in uſu. Secundum intentionẽ compoſitoris dicitur ducis ab Abbate de curia, qui illud cõpoſuit ad opus Rogerii ducis filii Roberti Guiſcardi.

CXXVIII.
PLIRISARCOTICON.

℞. Cinnamomi,	Sampſuci,
Garyophyllorum,	† Balſamitæ,
Ligni aloes,	Baſiliconis,
Galangæ,	Cardamomi,
Spicæ,	Macropiperis,
Nucis moſchatæ,	Myrtillorum,
Zingiberis,	Corticum citri,
Spodii,	ana. ℈. i. gr. v. alias. ʒ. vi.
* Schœnanthus,	Gemmarum,
Cyperi,	Been. Albi, Rubei,
Roſarum,	
Violarum, ana. ʒ. i. gr. xv. alias. ʒ. x.	Coralii Albi, Rubei,
Folii,	Setę combuſtæ,
Glycyrrhizæ,	an. ℈. i. gr. ii. s. alias, ʒ. iii.
Maſtiches,	† Moſchi, gr. vii. s.
Styracis calamitę,	Camphoræ, gr. v. alias. ℈. ii.
Syrupi roſacei quantum ſufficit.	

† Mentha aquatica uulgo.

* Squinantũ officinis.

COMMEN. MANLII.

Iſtud electuariũ eſt in uſu. dr aut pliris. i. completa medicina: arcoticõ principiũ interpretatur, ualet triſtibus & melancholicis. Gilib. de Anglia in ca. de dyſenteria inteſtinali uel hepatica, habet unã aliã deſcriptionẽ q̃ eadem eſt huic.

† Apud Nicol. et Regin uerſione deſideratur.

Sampſucus

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 73 sur 335

Sampſucus ſm Dioſc. a Siculis amaracus nominatur. Idē apud eundem: centaurea minor ab aliquibus amaracus uocatur, quod falſum eſt. Nam amaracus ſi eſt ſampſucus, non eſt cētaurea. Præterea ſecundū Modernorū opinionē generaliter tenetur quod amaracus ſit alacoē ſiue uechuen. Nā Aui. in. 5. can. in deſcriptione tertia troch. alimdaracarō ingrediētium in theriaca magna inquit: Amaracus. i. alacoen alba. Ergo amaracus eſt matricaria, quæ apud Aui. in. 2. cano. uocatur uechuen: & eſt herba quæ apud Lombardos crispula uocatur, ſed ſampſucus eſt uera maiorana.

Balſamita ſm compoſitorem eſt mentha aquatica, q̄ alio nomine ſiſymbrium uocat. Verum ſiſymbrium apud Auic. in. 2. can. uocatur ñemen, ſed nō recte: quia nemē eſt ſerpillum, balſamita uero eſt mentha, quę odorem parum balſami reddit, & eſt herba quæ apud nos iuxta aquas inuenitur.

Gemmæ ſecundum noſtrorum doctorum ſententiā ſunt lapides precioſi, quas Meſ. in electuario de gemmis deſcribit. nā electuarium de gemmis dicitur propter lapides precioſos, q̄ in ipſo ingrediuntur, & uocantur a multis fragmēta cordialia, & ſunt proprie zaphyri, hyacinthi, ſardini, granatæ, & ſmaragdi, & iſtos quinq; lapides meo tempore uidi in ipſo electuario ponere. Quidam dicūt quod per gemmas intelliguntur extremitates been albi, & rubei, ſed prima opinio eſt melior. Conſtantinus in uiatico in cap. de lachrymis oculorum inquit: Gemmarum non perforatarum, ego exiſtimo quod ſecundum ipſum debent eſſe margaritæ ſiuæ perlę. Verum eſt q̄ margaritæ ſunt laudatæ in iſto electuario, ſed magis laudantur illi lapides precioſi.

Syrupus roſatus fit ex aqua infuſionis roſarum & zuc. ut docet compoſitor. Idem docet Meſ. Oportet aūt ſi hanc cōfectionem facere uolueris ſecūdū intētionē cōpoſitoris, q̄ accipiatur infuſio roſarū, de qua fit ſyrupus roſatus. Et hęc infuſio clarificetur & coquatur zuccharū ſecundū artem: & quando coctum fuerit, adde ſpecies ſupradictarum rerū, & fiat electuarium in morſellis: quod ſatis eſt notum.

CXXIX.

DE SVCCO ROSARVM.

℞.* Sacchari, Albi,
Succi roſarum, ana libram. i. ℥. iiii. Sandali, Rubei,
† Citrini, ana. 3. vi.
Spodii. 3. iii. Camphoræ. ℈. i.
* Diagridii. 3. xii.

*Zucharum uocant.
†. i. mahazari, apud Mauritanos.
*. i. Scammonii ſuccum.

Tempera ad modum electuarii cum ſyrupo facto de prædicto zucc. & ſucco roſarum, & fiat electuarium.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud electuarium eſt in uſu. Dicitur autem electuarium de ſucco roſarum ab eodē ſucco, quod recipit. Gilib. de Anglia in cap. de cura arthriticæ. Secundum Modernos habet unam aliam deſcriptionem quæ idem eſt. Petr. de Creſcentiis in ca. de roſaria, habet mel roſatum, electuarium de ſucco roſarum, ſyrupum roſatum, & oleum roſatum, quæ omnia ſunt ex authoritate Nicolai. Supra eſt poſitum electuarium roſatum, quod etiam eſt in uſu ſub nomine electuarii roſati Meſ. & iſtud eſt in uſu ſub nomine electaurii de ſucco roſarum: quod ſatis, eſt notum.

CXXX.

DIAHYSSOPV.

℞. Hyſſopi, Carnium dactylorum,
Iridos, † Caricarum pinguium,
Melanopiperis, Paſſularum enucleatarum,
Thymi, ana. 3. xx. Marathri, ana. 3. x.
* Gleconis, Zingiberis,
Thymbræ, Aniſi,
† Pigami, Carui,
Cymini, ana. 3. xx. Leuiſtici, ana. 3. v.
Mellis, quod ſufficit.

† Tragacāthos carricarū loco apud Reginum habetur.
*. i. glyconii officinis.
† alias Hygrupegani. i. humide, uel uiridis rutę

COMMENTA. MANLII.

Iſtud electuarium non eſt multū in uſu. Gilib. de Anglia in ca. de cauſis tuſsis, habet unā aliam deſcriptionē quæ eadem eſt. Hyſſopus aūt eſt herba ſatis nota. & hęc eſt hyſſopus ſicca: hyſſopus uero humida eſt pinguedo ſeu ſordicies lanarum ouium. Aui. in. 2. can. de utraq; cap. facit. Circa iſtans inquit: Hyſſopus herba eſt ſatis cōis, uirtutem habent folia & flores, nō autem radix. In æſtate cum flores producit colligitur, in umbroſo loco non fumoſo ſuſpenditur & deſiccatur: in medicinis folia & flores abiectis ſtipitib. ponuntur: per annum ſeruatur, ſingulis annis renouatur.

Gliconium ſecundum compoſitorem eſt pulegium. Gil. ēt in ſua deſcriptione poſuit gliconium quod ſecundū quoſdam eſt mentaſtrum. Alii dicūt quod eſt calamenthum mō tanū, ſed opinio modernorum eſt ſi intentio compoſitoris eſt quòd ipſum ſit pulegium, nos poſſumus ipſum ſequi.

Thymbra. i. ſaturegia, ſecundum Macrum: idem inuenitur apud Serap. in cap. de ſaturegia: & hæc eſt herba quæ in hortis inuenitur. Circa iſtās ait: Saturegia cum flores producit colligatur, & in umbra deſiccetur.

Peganon ſeu pigamum eſt ruta agreſtis ſecundum Gal. in. 8. de ſimpl. Item inuenitur diapigamum. i. electuariū de ruta: cuius deſcriptio infra apparebit.

CXXXI.

AD REVSTAVRATIONEM humiditatis.

℞. Glycyrrhizæ, Cinnamomi, ℥. i.
* Roſæ, Styracis calamitę,
Sacchari, ana. ℥. ii. Zingiberis, ana. 3. ii.
Dragaganti, Penidii. ℥. ii.
Gummi arabici, ana. ℥. i. Citrulli,
San- Albi, Melonis,
dali, Citrini, ana. 3. vi. Sem. Cucumeris,
Papaueris albi. ℥. i. s. Cucurbitæ. ana. ℥. s.
Succi glycyrrhizæ, Seminis cydoniorum. 3. iii.
Amidi, Amygdalarum,
Portulacæ, Pinearum,
Scariolæ, ana. ℥. s. Berberis,
Garyophyllorum, † Sebeſten,
Florum uuarum agreſtium, Seminis maluæ,
Spodii, ana. 3. iiii. Violarum, ana. ℥. i.
Syrupi albi quod ſufficit.

* alii raſę nō aūt raſæ legunt ut ſit glycyrrhizę raſę, q̄t magis arridet.
† Mixa, ſeu mixaria Actuario.

COMMEN. MANLII.

Iſtud electuarium non eſt in uſu. Vua agreſtis ſecundum cōpoſitorem eſt lambruſca. Dioſ. in ca. de euanthio inquit: Euanthium flos eſt uitis agreſtis, quę cū ceperit florere colligendi ſunt flores ipſi & deſiccandi, & in teſta reponendi: melius naſcitur in Syria & Sicilia. Pli. œnanthium flos eſt uitis agreſtis, quę lambruſca dicitur. Item alibi. œnanthiū uitis lambruſcæ: uua colligitur cum flore, & deſiccatur in umbra &c. componitur autem ab ænos quod eſt uinū Græce, & anthos quod eſt flos.

CXXXII.

CONTRA LVMBRICOS.

℞.* Santonici, lib. i. Carui,
Cornu cerui uſti. ℥. iii. Baccarum lauri, ana. ℥. i.
Semin. canabis. ℥. ii. Thymi,
Cinnamomi. ℥. ii. Zingiberis,
Abrotani, † Gith,
Abſinthii, Lupinorum, ana. ℥. ii.
Origani, Cardamomi. ℥. i.
Mellis decocti cum gramine quod ſufficit.

* Herba de monte peſſulano
† Melanthium, ſeu nigella appellatur.

COMMEN. MANLII.

Iſtud electuariū non eſt in uſu. Rainaldus de uilla Noua in lib. 2. in cap. de lumbricis, & aſcaridibus, ponit electuarium ad lumbricos necandos expertum, & illud electuariū uidetur in aliquibus rebus eſſe idem. Verum Nicolaus in ſua deſcriptione plura ſimplicia habet.

Santonicum ſm cōpoſitorem, eſt herba quæ inuenitur in monte Peſſulano. Rainaldus loco eius habet cētonicæ quæ alio nomine herba Babylonica appellatur: & vī eſſe ſpecies abſinthii. Quod apud Sera. Schea uocatur, quod ſm eundē eſt abſinthium marinum, & ſic eſt ſine dubio. Hoc apud modernos eſt abſinthium marinum, & eſt illud quod hodie granela uocatur, aut herba marina, aut ſomēzina. Defertur de Ianua ad nos, & ſunt qui uocant ipſam herbam zenuinam, & ab aliquibus dicitur ſemen ſanctum. Nico. Floren. in lib. 6. in ca. de uermibus uentris, & cura inquit: Dixit Iudæus q̄ ſemē bran. alias beatū datum in q̄titate. 3. v. emitti facit

nidum uermiũ, qui appellãtur cucurbitini penitus, & ego existimo quod sit semẽ sanctum, quod uocatur semen uermium. Idẽ infra ibidem in uno electuario ait: Seminis uermium, quod dicitur sanctum: a quibusdam dicit semẽ santonici, quod idem est secundum Modernorum sententiam.

Ceruus aial est satis notum. Os qui inuenitur in corde ipsius, & cornu eius adustum, & aliæ partes ipsius multa iuuamenta habent in medicina: sicut est notum practicantibus. Modus autẽ adustionis cornu eius, est quod accipiatur cornu cerui, & incidatur minutum, & ponatur in olla in fornace, & ibi dimittatur die ac nocte: deinde extrahatur. & si est album signum est quod est combustum, sin autem non facias iterum tãtum, quod sit bene album: deinde reseruetur.

CXXXIII.

PHILANTHROPVM MAGNVM.

℞. Folii,
* Schœnanthus,
Cyperi,
Asari,
Euphorbii,
Thymi,
† Petrolelini Macedoni.
Anethi,
Milii solis,
Lapidis lyncis,
ana. ℈.iii.s.alias.ʒ.x.
Cinnamomi,
Calami aromatici,
Polypodii,
Physalidos,
Melanopiperis,
Sem. Petroselini, Vrticæ,
Leuistici,
Citri,
Lithu spermatos,
Bardanæ,
Baccarum hederę,
ana. ℈.ii.alias.ʒ.viii.
Galangæ,
† Nardi,
Zedoariæ,
Betonicę,
Phu,
Meu,
Asparagi,
Cardamomi,
Apii,
Marathri,
Erucæ,
Sinapi,
Orobi, Albi, Rubei,
ana.ʒ.s.alias.ʒ.vi.
Garyophyllorum,
Zingiberis,
Costi,
Cassiæ ligneæ,
Pyrethri,
* Celticæ,
Myrobalani,
Corticum olibani,
Leucopiperis,
Carpobalsami,
Carui,
Cymini,
Baccarum lauri,
Sileris,
ana. ℈.i.alias.ʒ.iiii.
Oleorum Nardi, Pulegii, * Sambacini, † Muscelei:
ana.gr.xv.alias.ʒ.iii.
Mellis quod sufficit.

* Squinãtum nominant.
† Alexandrum uulgo.
* Spicæ nardi.
† Spica nardi uulgo.
* Sambucini, e sambuco nempe, officinis,
† alias Muscelini. i. e muſco.

COMMENTA. MANLII.

Philãthropos amicus hois uel misericors interpretatur. Hoc antidotũ apud nos est in usu, sed eius descriptiones sunt diuersę ℈m diuersitatem locorũ. Nam sunt ex hominibus qui faciendo ipsum errant, sicut ostẽdam. Gilibertus de Anglia in cap. de signis discretionis lapidis renum, & ueficæ habet philanthropon maius & minus, quæ fere idẽ sunt. Licet quędam simplicia mutauerit, quædam & omiserit.

Philanthropos etiam aliquando inuenitur pro quadam herba, quæ est species lappagi. unde Dios. in ca. de aparine inquit: Aparine quam Græci philanthropon, uocant latine purpurea, uel lappago dicitur herba eius: cuius formam ibi docet quæ apud nos circa hortos nascitur, & muros. Plini. inquit: Aparine aliqui omphacocarpon, alii philanthropon uocant: ramosam hyrsutam quinis senisue in orbem ramorum foliis, per interualla: semen rotundum durum, & cõcauum subdulce, nascitur in frumentario agro, aut hortis, pratisue asperitate uestium tenaci.

Folium. i. malabathrum, sunt ex hominibus qui loco eius ponunt folia garyophyl. sed hodierni doctores magis laudant spicam, aut macem quam folia garyophyl. & sic meo tẽpore in isto antidoto macem uidi ponere.

Asari. i. asarabaccara, cuius radix usui medicinæ competit. Vnde Gal. in. 6. simplicium. Asaron. i. asarabaccara. Iuamentum, quod est in hac planta sunt radices eius.

Petroselinum Macedonicum ℈m compositorem est Alexandrum, uel olusatrum: cuius semen est nigrum, quod satis est notum. Sunt ex hominibus qui componũt in isto antidoto semen petroselini & Macedonicũ, sed errant: Nã sapientes uolunt intelligi solum petroselinum Macedonicũ, quod est Alexandrum, & hoc est uerum. Nam paulo inferius in descriptione huius antidoti recipit semen petroselini. i. petroselini usualis.

Lapis lyncis ℈m compositorem est lapis qui fit ex urina lupi ceruarii coagulata in montibus. Enax in suo lapidario in c. de lapide lyncis: dixit, qđ fit de urina lupi ceruarii mixta, & in montibus coagulata, quæ in domo seruata generat optimos fungos. Dios. facit cap. de lotio lyncis. i. urina lyncis, quæ multi ligurum uocant.

Physalidos ℈m cõpositorem est filipendula. Dant mihi admirationem uerba Simo. Ianuẽ. qui dicit: Physalidos, uel sichago, alchechengi, cacabum: idem spẽs est solatri secundũ. n. intentionẽ suã physalidos est alchechengi, quod Moderni non approbant. Ipse ẽt met supra in cap. de filipendula inquit: Filipendula in antidotario Nicolai, in confectiõe philanthropos, sed manifestũ est legentibus Nico. in prædicto antidoto, nõ expressisse filipẽdulã, nisi sub noĩe physalidos. Aut igitur textus eius est deprauatus, aut sub noĩe physalidos intellexit filipẽdulam, & sic: sibi ipsi contradicit dũ dicit quod est alchechengi. Veritas aũt est quod filipendula ibi ponitur sub nomine physalidos. Mat. Syl. in ca. de filipẽdula inquit: Filipendula physalidos patrisiria idem. Itẽ circa instans: Filipendula physalidos alio nomine appellat in maritimis partibus, & in Apulia, & in mõtuosis locis reperitur. Radix eius ꝑcipue medicinæ cõpetit: per decẽ annos in multa efficacia seruatur, in fine autũni colligitur. Idẽ in fine ait: Valet electuarium hoc quod fit ex ea. s. philanthropos ad eadem: apud nos ẽt nascitur, cuius folia sunt similia petroselino, sed plana & non expansa: cum capitello simile anetho habente florem album: radicem habet factã ut pæonia, sed minorem. Hæc apud nos in pratis inuenitur.

Lithospermatis secundum cõpositorem est milium solis. Sed Gilib. ibidẽ habet milium solis & lithospermais, & dixit quod est saxifragia, quod credo eẽ falsum: sicut apparet apud Simo. Ianuen. in multis locis, ut in cap. de calib. & in cap. de lithospermaton, & sic meo tempore concordati fuerũt doctores ponere in isto antidoto ꝑ lithospermate miliũ solis, sunt ex hominibus qui ponunt selinum spermatis pro lithospermate, sed non recte: qaia ibi habet seminis apii.

Bardana. i. lappago maior: quidam personaciam uocaue runt alii lappam uocant. Quidam sapientes dixerunt quod bardana, siue lippa ingreditur in isto antidoto, quia philoanthropos pro herba idem est. Vnde Isidorus: Lappa dicta quod habeat caulem ingentem per terram dispositum: hæc a Græcis philanthropos uocatur, quod uestibus hominum inhæreat ob asperitatem sui.

Orobus albus. i. eruilia alba. Orobus rubeus. i. eruilia rubea. De qua Dios. in cap. de eruo dixit: Eruum siue (ut alii) orobũ nascitur in lenticula. seritur ẽt, cuius aliud pallidum, aliud subruffum, & aliud album. Ab Aui. in. 2. can. eodẽ nomine uocatur: sed miror, quod ipse in synonymis quę sibi attribuũtur dicat eruum. i. orobus, & est amelictarda quę est aurũ Romanũ, & achirosa, cuius gumi dicit charabe, quod falsum est. Nam eruum est orobũ, sed non charabe. Sũt qui ponunt uitiam pro orobo, sed errant, & miratus fui de quodam apothecario qui ponebat loco orobi uitiam. Secundũ autem Guliel. Placen. Eruum est robilia, seu cicercula.

APPENDIX.

Haud mirandum nos longius, quam olim *suo lumine* nostrũ hoc luminare, prospectasse MAGNVM *inscriptioni* huius compositionis addentes. Cum non ab re factũ studiosi comperient, tũ ex non obscura Rhegini Calabri interptatione, tum ad minoris consimilis inscriptionis, differentiam: nãq; a Nicolao Philanthropum. Minus inibi perpulchre habet, ad omnia quæ Magum, non inefficax. Hæc accipiens.

Schœnantus, † Macedonici,
Asari, Opii, ana. ʒ. ix.
Euphorbii, Alii addunt.
Petroselini,

† Sic legit Rheginus ego autẽ epitheton petroselini dicerẽ, sic petroselini Macedonici.

℞. milii. * Granorum ſolis, Polypodii, ana.ʒ.ix.
Saxifragiæ, Mellis, quod ſufficit.

CXXXIIII.
GALLIA MVSCATA quæ intrat in præciosis medicinis & electuariis ſic fit.

℞. Maſticis.ʒ.ii. gummi arabi.ʒ.i. camphoræ.ℨ.i. hæc autem bene terantur & cribellentur, & trochiſci informentur cũ aqua roſata, & ſiccent in umbra, & poſtq̃ fuerint deſiccati terantur ſubtiliſsime, & miſceãtur cum.ʒ.iiii. olei ſambucini colati, etiam bulliti ad medietatem cũ ſpẽbus iſtis bene tritis. ℞. cinnamomi, garyophyllorum, nucis muſcatæ, ana. ʒ.s. ex omnibus iſtis bene manibus malaxatis fiant trochiſ. in medio concaui, & cum ſigillo ſigillati ad pondus.ʒ.i.s. & poſtea ungantur aqua roſata mixta, cum muſco.

COMMENTA. MANLII.

Gallia autem muſcata ſecundum compoſitorem, ſunt trochiſci facti cũ muſco & aliis ſpẽbus, quidã dixerũt quod dr̃ gallia, quia a primo in Gallia ꝓuincia fuit reperta. Circa inſtans dixit: Gallia muſcata quidã dicũt quod fructus eſt ſed falſum: ſed eſt quædam confectio ex ſpẽbus aromaticis & muſco. Meſ. i diſtinctiõe de trochiſcis poſuit aliã deſcriptionem, quæ non concordat cum iſta, & ꝓp hoc uolunt medici quod quãdo inuenit in receptis Nicolai gallia muſcata, intelligamus de illa quę fit ſecundum hoc. Idẽ intelligere debemus in receptis Meſ. Apud Arabes ſuch eſt gallia: infra apparebit deſcriptio Meſ. in tractatu de trochiſcis.

Oleum ſambucinum .i. oleum quod fit ex floribus ſambach, ſeu zambach, ſeu ut uulgo geſeminum, cuius modus infra apparebit. Hanc confectionem oportet conficere cum bona diligentia, & iſti trochiſci debent ſigillari cum ſigillo facto, ut docet Albuchaſim.

Aqua roſata mixta cum muſco, ſic debet fieri. ℞. aquę roſatæ bonæ & electæ lib.ii. moſchi boni odoris, non falſificati aur.i. tere & pone in bocia de uitro & diſtilla, cum lento igne paulatim, quouſque tota diſtilletur, poſtea repone eã in uaſe uitreo & ſtringe os eius, & utere in iſtis trochiſcis, & ubi oportet.

CXXXV.
IVSTINVM.

† Oluſatrum dicunt.

℞. Cinnamomi,		† Macedonici,
Folii,		Seminis urticæ,
Coſti,		Seminis grani ſolis,
Spicæ nardi,		Citri,
Caſsiæ ligneæ,		Saxifragiæ,
Ariſtolochiæ,	Rotundæ,	Iuniperi,
	Longæ,	Seminis aſparagi,
Elenii,		Sileris,
Hyſſopi,		Apii,
Pulegii,		Anethi,
Artemiſiæ,		* Pegani,
* Pentaphylli,		Fœniculi,
Leucopiperis,		Aniſi,
Orobi,		Baccarum lauri,
Petroſelini,		ana.ʒ.i.s.alias.ʒ.ix.
Leuiſtici,		Mellis quod ſufficit.

† .i. pigami officinis, pro ruta agreſtis.

* Quinq; foliũ uocant.

COMMENTA. MANLII.

Iuſtinum aũt a Iuſtino imperatore compoſitum ſeu inuẽtum dicitur. Gili. de Anglia in ca. de ſignis diſcretionis lapidis renum & ueſicæ, habet unam aliam deſcriptionem quæ conuenit cum iſta. Hoc antidotum eſt multum in uſu.

Elenii .i. enulæ, cuius radix uſui medicinæ cõpetit. Circa inſtans ait: Enulæ duplex eſt maneries. ſ. hortulana, & campeſtris quæ maioris eſt efficaciæ, radix eius in medicinis debet poni non folia, & colligitur radix in principio æſtatis, & ſoli exiccatur, ne humiditate putreſcat: per duos annos ſeruatur uel per tres.

Artemiſia .i. mater herbarum ſiue berengeſis. Pli. inquit: De Artemiſia mulieres hanc gloriam affectauere, in quib. Artemiſia uxor Mauſeoli regis adoptata herba hoc nomine uocatur, quæ ante parthenis uocabatur. Sunt qui ab Artemide quæ eſt Diana, artemiam cognominatam putant, quoniam priuatim medicatur fœminarum malis.

CXXXVI.
CATARTICVM IMPERIALE.

℞. Diagrydii,		Cardamomi,
* Myrobal. citrinorum,		Zingiberis,
* Hermodactylorum,		Celticæ,
Zucchari,		Melanopiperis,
ana.ʒ.iiii.s.alias.ʒ.viii.		Macropiperis,
Cinnamomi,		Garyophyllorum,
Saxifragiæ,		† Amomi,
Polypodii,		ana.ʒ.i.s.alias.ʒ.iii.
Nardi, ana.ʒ.ii.alias.ʒ.iiii.		Mellis quod ſufficit.

* Mirobalani, ac hermodactili apud Rheginũ & Nicol. conſiderãtur.

† Nicola⁹ habet.

COMMEN. MANLII.

Catharticum autem imperiale .i. laxatiuum pro Imperatoribus uel pro aliis delicatis hominibus interpretatur. Gilibertus de Anglia in cap. de ſignis deſcriptionis lapidis renum & ueſicæ habet hanc eandem deſcriptionem.

CXXXVII.
LITHONTRIPON MAGNVM.

℞. Nardi,		* Cyperi,
Zingiberis,		* Amei,
Xylobalſami,		ana.ʒ.i.gr.xv.alias.ʒ.x.
Acori,		Folii,
Cinnamomi,		Croci,
Peucedani,		Squinanti,
Meu,		Caſsiæ ligneæ,
Melanopiperis,		Bdellii,
Leucopiperis,		Maſtiches,
Macropiperis,		Iridos,
Saxifragiæ,		Amomi,
ana.ʒ.ii.s.alias.ʒ.xx.		Leuiſtici,
Carpobalſami,		† Granorum ſolis,
Garyophyllorum,		Petroſelini,
Coſti,		Sinoni,
Rheupontici,		* Sileris,
Liquiritiæ,		Cardamomi,
Dragaganti,		Anethi,
Alexandri,		Euphorbii,
Chamædryos,		Lapidis lyncis,
Apii,		Olei Nardini,
Aſparagi,		Muſcellini,
Sem. Baſiliconis,		ana.ℨ.i.minus.gr.iiii.
Vrticæ,		alias.ʒ.v.
Citri,		Mellis quod ſufficit.

*Nico. ponit.

† opobalſamũ habet. Rheginus in ſua uerſione. Nico. habet.

COMMEN. MANLII.

Lithontripon .i. conterẽs & frangens lapidem interpretatur. Gilibertus de Anglia in c. de ſignis deſcriptionis lapidis renum & ueſicæ, ponit hanc eandem deſcriptionem.

Nardi .i. ſpicæ nardi. Auti in libello de uiribus cordis enumerans ſimplicia cordialia promittit ſe dicturum de cypero & mace in cap. de ſpica nardi: & tamen de ea ibi nullum reperitur feciſſe cap. quod ex defectu tranſlatoris accidiſſe ſuſpicandum eſt.

Peucedanũ ſecundũ cõpoſitorẽ eſt fœniculus porcinus & apud Serap. in proprio ca. eſt herbaturum. Circa inſtans ait: Peucedanũ herba eſt, quæ alio nomine fœniculus porcinus dicitur. Cũ autem inuenitur in receptis medicinæ radix poni debet, quia plus habet efficaciæ radix collecta, per duos annos ſeruat, ſed melius eſt ut ſingulis annis renoueꝰ.

Melanopiper .i. piper nigrum, leucopiper .i. album, macropiper .i. longum, & hæc tria inueniuntur aliquando in receptis ſub nomine trium piperum, quod idem. Sunt ex hominibus qui non ponunt in iſto antidoto niſi piper nigrum & album, ſed ſecundum plures tria debent ingredi.

Carpobalſami .i. ſeminis balſami. Sunt ex hominibus qui dicunt quod debet dicere opobalſa. & eſt ſuccus emanans ab arbore balſami, Deus ſcit.

Rheupõticũ eſt radix ſimilis rheubarbaro, & dicit̃ a rheu ꝙ eſt radix, & ponticum, quia inuenitur in inſula. Põti: uel dr̃ põticum a ſapore. Circa inſtans inquit: Rheuponticum, per decem annos põt ſeruari: eſt aũt ſimile rheubarbaro & eligẽdum eſt quod grauius eſt in ſuo genere, & amari ſaporis, cõtinuum, habens uenulas ſicut rheubarbarũ diſtinctas,

non tingit ſicut id, aliquantulum eſt amarum, & ponticum habet ſaporem.

Baſilicon.i.ozimũ garyophyllatum,ut dictum fuit. Aui. in libello de uiribus coſtis teſtatus eſt,quod ozimum eſt baſilicon.

CXXXVIII.
MITRIDATVM MAGNVM.

† Pondus apud Nico.addit, nempe.3. xxxvi.
* ali. orobon lenticę.i. Laccæ,ex Nicola.
*.i. paſtinacę agreſtis.
†Nico.addidit.
* Pondus appoſuit Nicolaus .ſ.unce. xxvii.
* Gummi hederæ, exponunt
†alii amomi.
†.i. lappe
*.i. cyclaminis.
†.i.raſure cornu cerui.
*.i. floris. agni, nempe caſti.
*Thus nominant.
*Nico.ponit.
*.i.lauri.
† Epithymũ,Nico. habet.
*Nic. addidit.
†.i.Alii agreſtis.
*Nico.addidit.
† ideſt raphani.
†uel ut alii anagallida ideſt ſumach.
* aquatici nempe.
† Cartamum uulgo.
*.i.ſeminis ſinapi.

† Rx.Styracis calamitæ,
Garyophyllorum,
Nardi,
Xylobalſami,
* Orobi,
Lentiſci,
Laccæ,
Dragaganti,
Maſtiches,
Galbani,
Gummi iuniperi,
Aſphalti,
Caſtorei,
* Offei,
Bdellii,
Terræ ſigillatæ,
Meliloti,
Laudani,
Opopanacis,
† Armoniaci,
Opii,
Sulphuris uiui,
Glycyrrhizæ,
Nitri,
Hypocyſthidos,
Acaciæ,
Roſarum,
Chamædryos,
Hyperici,
Abrotani,
Pæoniæ,
Hyſſopi,
Origani,
Elenii,
Rami, Cedri, * Daphnidis,
Ariſtolochię lon.
† Cyperi,
Peucedani,
* Centaureæ,
Roris marini,
Radicum eryngii,
Balauſtiorum,
Cimarum myrti,
Piſidiæ,
Seminis † Romei,
Scyllæ,
Carpobalſami,
Aniſi,
Gith,
Hyoſcyami,
Cymini,
Fœniculi,
Cardamomi,
Seſeleos,
* Theſapii,
Seminis rutæ,
Simoni,
Meconis,
Apii,
* Dauci,
Leuiſtici,
Seminis rapæ,
Macropiperis,
Seminis urticæ,
† Amei,
* Amomi,
ana.ʒ.ii.alias.ʒ.xxvii.
Acori,
† Illapheos,
* Caſſami,
† Cathariacæ,
*Zucozariæ,
ana.ϑ.ii.alias.ʒ.xviii.
Baſſami,
Cinnamomi,
Croci,
Coſti,
Squinanti,
Zingiberis,
Malabathri,
Myrrhæ,
Terebinthinæ,
† Olibani,
Caſsiæ lignęæ,
Agarici,
Spicæ celticę,
Rheupontici,
Iridos,
* Aſari,
Diptami,
Praſsi,
Colocynthidos,
Stœcados,
Artemiſiæ,
Calaminthæ,
† Scordion,
* Silphii,
Chamæpithyos,
Piperis Albi, Nigri,
Sem. Ozimi, Petroſelini,
† Anagodam,
* Folii,
† Cardami,
Pentaphylli,
ana.ϑ.i.alias.ʒ.ix.
Baccarum lauri.ϑ.s.
Alias.ʒ.iii.
Vini ueſtuſtiſsimi.ʒ.i.
alias ſextarium.i.

Mellis quantum ſufficit.

COMMEN. MANLII.

Mithridatum aũt ſcđm intentionẽ compoſitoris eſt mater omnium antidotorum.Gilib.de Anglia in ca. de dyſenteria inteſtinali,uel hepatica dixit:Mithridatũ.i.mater omnium antidotorũ,uel a mithridate rege dictũ. Sine dubio Mithridatum eſt cõfectio magna,ſicut theriaca a Mithridate rege ponti inuentore dicta.Nam cũ Mithridates rex põti in Boſphoro urbe a Pompeio ac Romanis obſeſſus eſſet, iam de ſeipſo deſperans uenenum uxoribus, pellicibus, ac filiis potandum dedit, quod cum & ipſe nouiſsimo ſumpſiſſet beneficio medicaminum,quibus uitalia ſua præmuniuerat,nequaquam mori poterat: proinde tandem gallo cuidã militi, qui iam muro defoſſo intrauerat urbem iugulũ præbuit,ſicque finiuit uitam. Aui.in.5.can. habet unam aliam deſcriptionem,quam dicit eſſe deſcriptionem communem ſed non eſt eadem: uerum eſt quod ſunt ex hominibus qui faciunt ipſum Mithridatum ſecundum Nicolaum: & ſunt ex hominibus qui faciunt ipſum ſecundum Aui. & propter id ambas deſcriptiones annotabo.

Orobus lentiſci ſecundum compoſitorem eſt lacca, ſed ſecundum ſapientes ille textus eſt falſus,quia debet dicere orobi & leuiſtici,& ſic credo eſſe uerum: quia Gilib. ibidẽ dixit:Orobi & leuiſtici:ex quo patet quod per orobum intelligitur eruum,& per lentiſci intelligitur leuiſticũ,quod alio nomine cheiſin appellatur:& ſic meo tempore concordati fuerunt doctores Papienſes eſſe tenendum.

Gummi iuniperi ſm Mat.Syl.eſt uernix,ut apparet in c. de uernice, ubi ſic ait ex authoritate Pauli: Vernix eſt gũmi cuiuſdam arboris quæ in Chriſtianorum partibus naſcitur,quæ arbor iuniperus uocatur: ergo pro gũmi iuniperi intelligitur ſandaraca,ſeu uernix:uerum aliqui in iſta deſcriptione loco gummi iuniperi ponunt gummi cedri, ut Gilibertus.Si autem gũmi cedri ponere uolueris, infra in litera de ramis cedri dicam quid ſit.

Offei ſecundum compoſito.eſt gummi hederæ.Idẽ exponit Gilib.ibidem,& hoc eſt gummi ſatis notum,uocatur ab aliquibus opociſsi.Nam ciſſos apud Dioſ.eſt hedera.

Nitrum apud Auic.in.2.can.eſt baurach armenum. Io. Sera.in ſuo breuiario in cap.de ægritudinibus, quæ generãtur,in auribus dixit,quod nitrum eſt baurach rubeum. Idẽ Ser.in lib.de ſimplicibus in ca.de baurach ait: Aphronitrũ & baurach.i.nitrum & ſpuma nitri ſpecies baurach, & mineræ ipſius ſunt ſicut mineræ ſalis. Nam ex eo eſt ad modũ aquæ fluens,deinde petrificatur, & ex eo eſt quod eſt in mina ſua ſicut lapis,& ex eo eſt rubeum,& ex eo eſt album, & puluerulentulum & multorum colorum.Et nitrum,quãuis ſit ex ſpeciebus baurach,habet tamen operationes alias a baurach:& ibi Serap.de eo multum loquiiur in hoc antidoto.Sunt ex hominibus qui ponunt pro eo ſal panis: ſunt etiam qui ponunt ſal nitrum: quo utuntur bombardarii: & ſunt qui ponunt ſal rubeum ut eis placet.

Rami cedri ſm cõpoſito.ſunt rami iuniperi: ſed ignoro, uerum eſt quod unum pro alio poteſt poni.Rami autem ſecundum Iſido.in cap.de arboribus dixit: quod ſunt qui de trunco manant:ſicut a ramuſculis cætera: ſed cedrus nõ eſt iuniperus:uerum eſt eius ſpecies.Dioſ.de utraq; c.facit,& inquit:Cedrus eſt arbor, unde fit pix cedria quę eſt parua atq; ſpinoſa: & ſunt eius duæ ſpecies,una earum quę gerit fructum ſimilem cupreſſo ſed eſt minor eo multum, & alia gerit fructum ſicut granum myrti. Et hæc eſt arbor q̃ apud Aui.in.2.can.uocatur ſerbin,& ipſe computat eam arborẽ inter genera arboris pini. Eius lignum nominatur lignum mortuorũ,quia cõſeruat corpora mortua a putrefactione & cuſtodit corpora mortuorum,& deſtruit quod eſt in eis de humiditate.Poſtq̃ dixi de arbore ipſius: nunc uolo narrare de gummi ipſius,quia inuenitur aliquando in iſto antidoto loco gummi iuniperi ſcribi gũmi cedri ſicut ſupra promiſi.Dico ergo quod gummi cedri:eſt quam Aui. in.2.can. uocat chitran, & dixit quod eſt arbor quæ nominatur alſcerbin,& uirtus fumi eius eſt ſicut uirtus fumi picis, & fit ex eo oleum:cuius ſeparatio eſt cũ lana, ſicut ſeparatur ex pice.Idem in cap.de pice de ipſa loquitur idem in c. de ſerbin ait:Serbin eſt arbor alchitran: nos quidem iam locuti fuimus de alchitran.Sera.in cap.de chitran dixit: Eſt oleũ quod egreditur ex ſerbin,& ſerbin ſunt duæ ſpecies,de quibus idem narrat:quod narrat etiam Dioſ.de cedro. Melius autem alchitran eſt illud quod eſt ſpiſſum,clarum, & habet fortem odorem cum horribilitate,& quãdo intingitur digitus in eo nõ cito fluit ex digito,propter ſuam ſpiſsitudine:

& qñ ſtilla eius cadit in loco remanet collecta, & non expanditur. Hæc a multis dicitur pix liquida, & ab aliquibus uocatur picula, & ab aliis gummi cedri, quod idem eſt.

Daphnidis ſm compoſito. eſt laurus. ſ. folia ipſius arboris & non ſemen, ut quidam crediderunt: quia infra iterum habet baccarum lauri, quę ſunt fructus eius arboris Gal. in. 6. ſimp. inquit: Gar. i. laurus, folia huius arboris, & fructus eiꝰ ſunt baccæ lauri. Eſt alia ſpecies lauri nominata nomine lauri & eſt planta parua quæ nominatur laurus Alexandrina.

Eryngiũ ſeu iryngus ſm Dioſ. eſt nux agreſtis, & eſt herba ſpinoſa: cuius folia in initio comedũtur, & in ſale componuntur: & hæc apud Sera. eſt ſpecies cuiuſdam herbæ uocatæ centum capita alba, quæ apud nos dicit̃ a multis cardo panis, & eius ortus eſt in pratis, & in locis ſabuloſis: nõ eſt autem ſecacul ut quidam crediderunt. Auer. in. 5. col. dixit: Elgarzaria, quod Hyſpani uocant panicald, & in Arabico alchartama, & alii ſecacul, & in latino iryngi dicuntur. Bartholomæus Montagnana in ſuis conſiliis, in conſilio de ſterilitate dixit, qꝺ iryngus eſt ſecacul, quod eſt falſum: quia Serap. de utraq; ſeparata facit ca. & hoc ſatis eſt notum apud ſapientes, quod iryngus non eſt ſecacul.

Pſidiæ. i. cortex mali granati ſecũdum compoſitorem. ſi autem reperitur pſigiæ intelligitur ſtorax liquida.

Romey ſecundum eundem eſt ſemẽ raphani. Idem Gilibertus dixit: Romey. i. raphani, & ſic meo tempore uidi ſemen raphani ponere.

Gith. i. melanthium. Aui. *in ſua deſcriptione* habet melachion, & eſt opium, quod falſum eſt. Nam *infra in eadẽ cõfectione* habet opium, quod non eſt conſonum, de quo infra. Gith aũt ſm *Circa inſtans* herba eſt, quæ inter frumentũ naſcitur, & *ſemen* habet nigrum triangulatum, quod cũ in medicina reperitur, poni debet, non herba, aliquãtulam habet amaritudinem. Vnde per hæc uerba uĩ hic author denotare illud quod inuenitur in bladis, & comeditur cum frumẽto, ſed non rẽcte, quia illud in medicina nullam aut paucam habet efficaciam: ſed gith quod debemus intelligere eſt ſemẽ nigrum ſimile ſemini porri, cum odore iocũdo, & eſt nigella nigra, cuius capitulum inuenies apud Dioſ. ſub nomine melanthium. Item Plin. Gith eſt Græcis melanthium, alii melaſpermõ uocãt. Ille qui de nouo ſcripſit intitulatus Lumen malelucens dicit: Napeos. i. ſemen gith. i. lappa, quòd falſum eſt, nam infra habet illapheos, quod eſt bardana.

Cardamus ſm Gal. in. 7. ſimp. eſt naſturtium. Item dixit Gilib. in eodẽ loco. ſecundum uero illud Lumen quod uoco male lucens eſt cardamomum, quod falſum eſt: aliud. n. eſt cardamus, & aliud eſt cardamomum: ſicut eſt notum ſapientibus. Teſapii ſcd̃m compoſitorẽ eſt ſemen ſinapis uſualis, & non ſemen ſinapis albę, ut dicit Lumen male lucens.

Micon ſecundum compoſitorem eſt ſemen papaueris albi, ſecundum Lumen malelucens eſt ſemẽ papaueris nigri, quod falſum eſt. Nam micon eſt papauer, & quando inuenitur papauer, ſimpliciter de papauere albo intelligitur.

Leuiſticum apud Aui. in. 2. can. uocatur cheiſim, & ſcd̃m quoſdam eſt quam Dioſ. ligуſticum uocat. Supra *in iſto antidoto* dictũ fuit, quod *inueniuntur multæ deſcriptiones in* quibus non ingreditur leuiſticum: ſed *in loco* ubi dixit orobi lentiſci, debet dicere orobi & leuiſtici, quod melius eſt.

Illapheos ideſt bardana, ſiue lappago maior, ſeu perſonatia, quod idem eſt.

Caſſamus ſcd̃m cõpoſitorem eſt panis porcinus. Gilib. dicit: Ciclaminis. i. caſſami: & ſic eſt. Nam caſſamus. i. panis porcinus, & ciclamen idem ſunt: hoc a Meſue uocatur Artanita, & ab aliquibus uocatur malum terræ, & ab aliis buthormariem, apud Romanos dicitur tuber terræ: eius radix uſui medicinæ competit.

Cathariace eſt raſura cornu cerui ſcd̃m compoſitorẽ. Gilber. dicit: Cathariace, uel canarthi. i. cornu cerui, cuchoza rieſcd̃m prefatos authores, eſt flos agni caſti. Circa inſtans ait: Agnus caſtus frutex eſt, ſiue arbor: cuius folia cõpetunt uſui medicinæ, & eius flores, non autem radices: flos autẽ appellatur agnus caſtus, a uulgaribus autem quibuſdam ſalices marinæ uocantur. Herba etiam uocatur agnus caſtus, & ubicũq; in receptis ſimpliciter agnum caſtum *inuenies*, intelligas flores. Agnus caſtus in omni tempore reperitur in aquoſis locis, flores in uere, & in autumno colliguntur per annum & non plus in multa efficacia ſeruantur: uiridis agnus caſtus maioris efficaciæ eſt quam exiccatus.

Balſamus eſt liquor emanans ab arbore balſami. Secundum Aui. in. 2. can. Balſamus eſt arbor quæ naſcit̃ in Aegypto, in loco ubi dicitur oculus ſolis. Secũdum autem Dioſ. naſcitur ſolũmodo in Iudæa in curtibus, uel in locis humidis: & ſunt ex hominibus qui ſophiſticant ipſum: ſed poteſt probari multis exemplis: primo ex eo quod uidemus adhærere labiis uulnerum eius ligni a quo emanauit balſamus, etiam in aqua diſſoluitur. Et propterea dicunt authores qꝺ facile de panno eo infecto lauatur. Dioſ. autẽ dicit in aqua iniectum primo petit fundũ, poſtmodum diſſoluitur, & totam aquam albã facit, & propterea uocat *ipſum* lachrymũ & Græce dicitur opobalſamum. Nam opos eſt lachrymus uelut lac: & ſimiliter opofici uocatur lac ficulneæ ab ipſo. Sed quia in partibus noſtris uerum balſamum non inuenitur, compoſuerunt authores quædam olea quæ poſſunt adminiſtrari in omnibus locis, ubicũq; ingrediatur balſamus, de quibus infra in tractatu de oleis dicitur.

Malabathrum. i. folium indum, & non ſunt folia garyophyllorum, ut quidam credũt. Gal. aũt in. 7. ſimpli. inquit: Malabathrum *folium*. i. folium indianũ ſpicæ ſimile eſt ſm uirtutem Dioſ. autem de ipſo duo cap. facit: unum qꝺ incipit: Folium uel folia ſunt herbæ quæ in India naſcuntur in locis humidis & paludoſis: colliguntur autem hæc folia in aqua ſupernatantia. Eſt autem optimum folium, quod eſt leue, & albidum, & uiſcidum, & ſuauiter olens in modum ſpicæ guſtum nardi referens. Et aliud ca. facit de malabathro, & ibi dicit: Malabathrum putauerunt multi eſſe nardi indici folium, ſed falluntur &c. Circa inſtans ait: Malabathrũ. i. folium paradiſi, uel folium album: multum eſt carum, ſed illo caremus: cuius loco ponimus folia garyophylli, uel ſpicam nardi. Aui. in. 2. can. in cap. de folio in fine dixit: Loco eius ponitur pondus de mace, aut etiam de ſpica, & ſic hodierni loco folii indi ponunt ſpicam nardi aut macem.

Anagodam ſm compoſi. eſt ſumach, idem exponit Gilib. ibidem: Sumach autem apud aliquos roſſyriacus uocatur. Folium aquaticum, apud authores non reperio cap. ſub illo nomine: verum ſm quoſdam folium aquaticum eſt folium agreſte, & ſic eſt, Dioſ. de ipſo facit c. ſub nomine folii agreſtis, cuius duo ſunt genera, maſculus & fœmina, quæ ſaxoſis naſcitur in locis ſicut bryõ. i. herba hepatica, uel alia herba naſcens ſuper lapides, ſed uiridiora folia habet ſicut oliuæ & uirgam teneram, & breuem, & radicem tenuẽ, & florem album, & minutũ ſicut miconii. i. papaueris: & ego uidi in partibus noſtris folium aquaticum natans ſuper aquã, cuius folia ſunt maiora foliis oliuæ, quod eſt notum.

CXXXIX.

MVSA ENNEA.

℞. Piperis albi, gra. xvii. alias. ℓ.
Euphorbii,
Ariſto- Rotundæ, } ana. 3. i. ℈. i.
lochiæ, Longæ, } alias. 3. iiii. ℈. i.
* Mandragoræ,
Thuris maſculi,
Myrrhæ, } ana. 3. vi.
Gentianæ, } alias. xviii.
Hyoſcyoami,
Opii. 3. iiii. alias. xii.
Croci. 3. iiii. minus. gr. vii. alias. 3. viii. ℈. ii.
Mellis quantum ſufficit.

* Additur a nonnullis ultra ſcriptionem compoſitionis, nam Muſa Ennea uocitatur, a Muſa primum (ut aiunt) inuentore, mox ab Ennea. i. a nouem quæ ipſam componunt, ingredientib. ſimplicibus Medicinis.

COMMENTA. MANLII.

Muſa Ennea autem dicitur peritiſſimo philoſopho. Muſa inuẽta, pprie datur quartanariis, ante horam acceſsionis in modum auellanæ cum uino calido. Giliber. de Anglia in cap. de cura arthriticæ ſm magiſtros, habet hanc deſcriptionem. Hoc antidotum apud nos eſt in uſu, maxime ſecundũ iſtam deſcriptionem: quia Nicolaus habet unam aliam deſcriptionem, quæ uocatur Muſa magna, quæ in uſu non eſt.

Reperitur etiam quidam fructus uocatus musa, & iste est fructus in quo peccauit primus parens.

CXL.
MICLETA, uulgo MICLEATA.

℞.Mirobalanorum mundatorum,& assatorum
* Citrinorum, Indorum, Chebulorum, Bellericorum, Emblicorum, } ana.ʒ.ii.s. / ana.ʒ.ii.

† Hucusque Nico. singulo. ʒ.ii.accipit. *Nicol.omittit.
Nasturtii.ʒ.ii.s.†
Cymini, Anisi, * Marathri, } ana.ʒ.i.s. alias sesquidrachmam.
Ameos,
Carui,

Infusa in aceto die & nocte dimittantur,& assata pulue rizentur,tunc adde.

Spodii, Balaustiorum, Mastices, Sumach, Gummi arab. } ana.ʒ.i.gr.xv.

† Syrupū hēt Rhegi nus.Nico. interpres.
Fricentur omnia cum oleo rosaceo, & temperentur cū †succo myrtino.

COMMENTA. MANLII.

Miscleata autem dicitur experta: ꝑprie ualet ad hæmorrhoidas,& ad uentris torsionem,& alia multa. Giliber. de Anglia in cap. de diaria habet unam aliam descriptionem, quæ similis est huic. Idem Aui.in.5. can. habet unam aliam sed non est similis,nec in usum uenit.

Myrobalani indi.i.nigri,qui sine ossibus inueniunt: chebuli ac aliæ species sunt notæ,& modum assationis docet liber,qui dicitur Bulchasim in lib.2.de præparatione medicinarū,qui modus iste ē oportet quod imbibas myrobalanos indos uel chebulos,uel citrinos,uel bellericos, uel emblicos,in aqua citoniorum.i.in succo citoniorum aut granatorum acetosorum,aut in succo uuæ acerbæ deinde sicca eos bene,& madefac in oleo rosato,uel in oleo de lentisco aut oleo masticino,uel butyro,uel oleo oliuæ: deide assa super patellam ferream,uel textam calefactam primo,& caue ne adurantur,ita ut destruatur uirtus eorum.

CXLI.
ROSATA NOVELLA.

℞.Rosarum, Glycyrrhizę, Zucchari, } ana.ʒ.i.ʒ.i.ϑ.ii.s. alias.ʒ.xxiiii.
Cinnamomi.ʒ.ii.ϑ.ii.gr.ii.
* .i.Spicę nardi. Garyophyllorum, * Nardi, Zingiberis, Galangę, Nucis moschatæ, Zedoariæ, Styracis calamitæ, Cardamomi, Apii,ana.ϑ.i.gra.ix. uel.viii.alias.ʒ.i.

Mellis despumati quod sufficit.

†olycyrhizam uocant.

COMMEN. MANLII.

Rosata autem secundum compositorem dicitur a rosis, & nouella respectu ueteris,quæ recipiebat tabar.i.sulphur uiuum:tamen miror quia in ea sulphur uiuum non ingreditur.Gulielmus Placentinus in suo antidotario habet hanc eandem descriptionem.

Apium herba est satis nota.Secundū Circa instans quando simpliciter ponitur in receptis,semen debet poni. Columella in suo lib.de cultu hortorum inquit:

Nunc apio uiridi crispetur florida tellus.
Nunc capitis porri longo resoluta capillo.

CXLII.
RVBEA CROCOMAGMATICA.
uulgo Trohiscata.

℞.Liquiritiæ, Cinnamomi, Papaueris albi, } ana.ʒ.iii.ϑ.ii.gr.v. alias.ʒ.xxvii.
Croci, Rosarum, Hyoscyami, Sem.apii, } ana.ʒ.iii.gr.xv. alias.ʒ.xviii.
Nardi, † Violarum, } ana.ʒ.i.gr.vii.s. alias.ʒ.ix.
† Florum nempe.
Garyophyllorum, Styracis, Opii thebaici, } ana.ʒ.s. alias.ʒ.iiii.
*Crocomagmatis, † Hedychroi, Myrrhæ, Anisi, } ana.gr.xv. alias.ʒ.ii.
* mēdosa prius legebatur,tro, croci magnetis ob dictionis compositionē fortitā deceptus.
* Mellis quantum sufficit.

COMMENTA. MANLII.

Rubea autem dicitur ab ipso colore:trochiscata,quia in ea trochisci ingrediuntur.Gili.de Anglia in cap.de cura arthriticæ secundum magistros habet hanc descriptionē .idē habet Gulielmus Placentinus in suo antidotario.

Viola apud Diosc.uocatur hion, & est flos herbæ quæ satis est nota.Columella in lib.de cultu hortorum inquit:Po natur uiola & nimium rosa plena pudoris.

†Hidiocri uulgo inepte scribitur.
* al. Rhodomelitos ex Nico.

CXLIII.
THERIACA, uulgo TYRIACA.
Magna Galeni.

℞.Trochisc.scilliticorum.ʒ.ii.ϑ.ii.alias.ʒ.xlviii.
Piperis longi.ʒ.ii.alias.ʒ.xxxvi.
Trochiscorum Tyri, Diacorallii, } ana.ʒ.i.ϑ.i. alias.ʒ.xxiiii.
Xylobalsami.ϑ.ii.gr.vii.alias.ʒ.xiiii.
Opii, Iridis, Agarici, Rosarum, † Scordei, Semin.rapæ syluestris, Cinnamomi, Opobalsami, ana ϑ.i.gr.xiiii.alias.ʒ.x. Rheubarbari, Croci, Spicæ, Costi, * Schœnanthus, Zingiberis, Cassiæ lignea, Styracis calamitæ, Myrrhæ, Terebinthinæ, Turis masculi, Calaminthæ, Diptami, Stœcados, Polii, Radicis pentaphylli, Petroselini, Piperis † albi, ana.ϑ.i.gr.vii.alias.ʒ.viii. Folii, Gummi arabici,
Acori, Chalcanthi usti, * Serapini, Teræ sigillatæ, Hypocysthidos, * Celticæ, † Chamædryos, Gentianæ, Meu, Carpobalsami, Amomi, Apii, Marathri, Carui syluestris, Seseleos, Anethi, † Nasturtii, * Hyperici, ana.ϑ.i.alias.ʒ.vi. Mumię, Castorei, Opopanacis, Asphalti, Galbani, Centaureæ min. Longæ, Aristolochię, Rotundę, Dauci syluestris, ana.ϑ.i.alias.ʒ.ii.
* Sagapenum uocant.
† Scordeū uulgo i. Alii agrestis.
*spica romana uulgo. ¶uel chamepytes.
† Squinantum dicūt
†Nico.habet. *Herbas ēti Io.uulgo.
† Apii medose prius legebatur

Quę terenda sunt tere,& gummi in uino liquefacta,cum puluere,& melle sufficienti commisce.

COMMEN. MANLII.

Theriaca aūt magna Gal.fm intentionem Nicolai, dicitur theriaca esse domina medicinarum, quæ composita fuit a Gal.& sic est quod Gal. composuit unam descriptionem sicut apparet apud ipsum in tractatu suo theriacalium, sed non ur esse eadem cum ista. Sit aūt qūocūq; , ab hodiernis practicantibus magis est laudata descriptio Andromachi, quam Aui.in.5.can.ex authoritate Andromachi scripsit, q̄ hæc Gal.Andromachus fuit primus inuentor tyri, ac aliarum rerum quæ iuuatiuæ sunt super omnia uenena.Nam sicut

cut narrat Aui.in.5.cau.in cõfectione mithridati dicit, ꝙ Mithridates erat Rex põti,& noiauit eã ſuo noie, & cõpoſuit ipsã.Et infra ait:Fuit ergo theriaca magna in multitudine iuuamenti:deinde poſtquàm accidit Andromacho illud quod expertus fuit ipſum ſuper iuuamẽtum carnium ſerpẽtum,& aliorum,addidit in eo trochiſcos de uiperis, & alteratum eſt parũ per additionẽ & diminuttionem &c.Si autẽ quæratur quare dicitur theriaca:dico ꝙ theriaca, maxime illa quæ fit ſm iſtam deſcriptionem dicitur a tyro ſerpente. Dico aũt quod theriaca poteſt primo modo dici quaſi tyrię caro: qm̃ in ipſo ponitur caro tyriæ.i.ſerpentis fœminę taliter noiati,quæ etiã uipera & echidna ab authoribus nuncupatur:propter quam præcipue carnem theriaca ponitur ualere contra,uenena,præſertim aſalium uenenoſorũ.Secũdo mõ põt dici theriaca, a tyros Græce Latinę fortis.eſt nãq; fortis,& ualidiſsima medicina:præſertim contra uenena. Haly.aũt.10.practicæ cap.de theriacæ utilitatibus, & probatione eius in attrahẽdo ait: Trahit etenim theriaca ad ſe uenena:aliæ aũt theriacæ in quibus non ingredit caro tyri dr̃ eſſe medicina q̃ ualet contra uenenum,ut lapis bezaard qui eſt medicina liberatiua a ueneno.Aui.aũt.in.2.can.c.4. de operationibus medicinarũ ſingularium inquit.Albezaar aũt & theriaca ſunt oẽs medicinę,quarum proprietas eſt ut conſeruent ſanitatẽ & uirtutem in ſpiritu,ut ex eis expellat nocumentum ueneni a ſe:& quaſi nomen theriacę artificialibus dignius conuenit,& nomen albezaar ſingularis cadẽtibus ſm naturam dignius:& ur̃ quod uegetabilia,& mineralia ex artificialibus dignius nomen theriacæ ſumant minerale nomen albezaar, & uidetur etiam quod non ſit inter ea magna dr̃ia.Poſtquam dixi de bezaard ex authoritate Aui. idem uolo dicere ex authoritate Nic.Flo. qui in li.4.in ca. de medicinis bezaardalibus a uenenis liberantibus in generali,quaſi in fine ca.inquit.Et quia iſtæ etiam aliquando bezar ſiue theriaca tripliciter poſſunt ſumi,ut innuit Ser.in ſimplicibus ca.de lapide bezaard.uno modo largiſsime pro omni medicina principaliter, uel ſecundario faciente ad liberationem a uenenis.Alio mõ large pro medicinis bezaardalibus ſupradictis. Et tertio mõ ſtricte.v. g. theriaca pro tyriaca ipſa q̃ eſt una cõfectio dicta theriaca magna, uel liberans,& dicitur theriaca Gal.& eſt illa in qua ingredit caro tyri,& non propterea ut multi credũt uocata eſt theriaca:immo propter ſuę uirtutis theriacalis excellentiam nomen generis ſortita eſt, & ſuo noie meruit appellari,& eſt de qua intelligit cũ abſolute profertur. Et ſimiliter bezaar ſtricte ſumptũ,dicitur de quodã lapide, qui per excellentiã ſuæ bezaardialis uirtutis noie gñis conſimiliter eſt uocatus de quo lapide hic afferã quæ de ipſo ſcripſerunt ſapientes. Dixit Sera.Bezaard eſt nomen Perſicum, & eius expoſitio eſt cõtra uenenum,uel expellens uenenũ &c.De lapide bezaard multũ loquitur: ſed nõ notificat in quo loco generet iſte lapis:ſed infra in alia deſcriptione theriacę oſtendam,ſi Deus uoluerit.Si ẽt quæraẽ quomodo faciebãt antiqui medici,medicari illis qui a morſibus uenenatis fuerant cõtaminati anteq̃ habuiſſent notitiã theriace: declarat Petrus de Abano ſeu Cõciliator in tra.ſuo de uenenis, qui ſic inquit: Septẽ ſunt herbæ habentes proprietatẽ liberandi a ueneno ſis cibis,& potibus,& conferentibus morſibus & uulnerib. uenenatis.Quorũ prima eſt hypericõ dicta herba ſancti Io. quæ alio nomine dicitur perforata:quam Achilles oraculo Apollinis in exercitu Troianorum dicit inueniſſe. Secũda eſt uincetoxicũ.Tertia eſt enula.Quarta raphanus.Quinta diptamus.Sexta ariſtolochia longa & rotunda.Septima lactucella:quarũ unaquæq; dicitur æquipollere theriacæ: ita ut uulneribus uenenoſis, ſuccus alicuius prædictarũ datus in potu uulnera ueneno infecta purget & ſaluet.Et per iſtũ modũ oẽs antiqui talia curabant uulnera, antequam theriacæ habuerint notitiã.Item quælibet prædictarũ curat morſus uenenoſos loco theriacæ ſuperpoſita.

Trochiſcus ſquilliticus.i.de ſquilla:idẽ habet Aui.Squilla autẽ uocatur cepe muris,& eo ꝙ mures interficit:eius uero deſcriptio infra apparebit.

Trochiſcus tyri.i.de tyro ſerpente.Aui.hẽt trochiſcos uiperarũ quod idẽ eſt,de quo infra.Tyrus autẽ eſt ſerpens dictus a multis ſcurzoni.Sera.in ca. de lapide ſmaragdi ait ex authoritate Raſis: Et dixit ille in libro de proprietatibus ſi cadat aſpectus tyri ſuper lapidem ſmaragdi, diſſoluuntur oculi tyri,& liquefiunt.

Trochiſcus diacoralli.i.de corallo Auic.loco eorum habet trochiſcos alindaracon,qui ſunt trochiſci Andromachi de quo infra.

Rapa ſylueſtris ſm Nico. eſt rapiſtrum uel napus ſylueſtris Aui.loco eius hẽt ſeminis napi ſylueſtris rotũdi, quòd apud multos idẽ eſt. Et ſi ſic eſt ꝙ rapa ſylueſtris ſit napus ſylueſtris:ergo eſt rapiſtrum ꝙ a Romanis aromorachia uocatur.tũ quia non eſt aliqua authoritas firma hic deſcribam formam rapæ ſylueſtris ex auhoritate Ser. qui ſic inquit,de menthę Dioſ.Rapa agreſtis eſt planta habens multos ramulos,quorũ longitudo eſt unius brachii: naſcitur in locis ſiccis,& hẽt ſummitates leues,& folia mollia, quorũ latitudo eſt unius pollicis aut amplius parũ:& habet ſemen in uaginis,& eſt ſemẽ nigrũ paruum, quod cum frangitur eſt albũ interius,& hæc a multis rapilla uocatur.

Terebinthina,uel terbentina eſt reſina, ſeu lachryma terebinthi arboris,quæ a uulgo largatum ſolet uocari.Aui.loco eius habet gummi albotim,quod idem eſt.

Diptamũ ſecundum Pet.de Creſcẽ.dicitur alio nomine fraxinella, quia frondes habet ad modum fraxini.Serap.de ipſo loquitur in c.de origano.Aui. loco eius habet pulegiũ indum,quod idem eſt.

Acorus ſm Dioſ.eſt herba ueneria,uel aphrodiſia,uel piper apum,quod ſatis eſt notum.Sera.in ca.de acoro inquit: Hueg.i.acorus,& noiatur ſpatella.Idẽ infra ait: Succus radicis eius abſtergit obſcuritatẽ uiſus, & radix quidem acori ingreditur in confectionibus theriacarum.& aliorum antidotorum.

Meu apud Aui.in.2.can. uocat mu.& id ꝙ de ipſa planta adminiſtrat in medicina eſt radix. Ille qui de nouo ſcripſit quẽ in pluribus locis uocaui lumen malelucẽs,in eadem cõfectione loco meu habet ſiſtrã.i.ualerianã, quod falſum eſt quia ſi Nicolaus uult quod ponamus meu, quare illud Lumen malelucens uult ponere ualerianã,quæ idem non eſt?

Amomũ ſemen eſt minutũ,quod ab oriente defertur.Papias inquit:Amomum dictum, quod cinnamomi odorẽ habeat:frutex botruoſum,ſemen redolens ſibi connexum,flore albo,hominum ſomnos ſuauificat.Sera. in ca.de amomo inquit:Ameme.i.pes colũbi,& eſt amomum.Idem infra ait ex authoritate Humayn filii Iſaac in theriaca: Amomum eſt ex rebus quæ inebriant: eſt enim in proprietate eius ꝙ inebriet:& faciat dormire.

Carui ſylueſtris.ſ.ſemen ipſius. Aui.loco eius hẽt cordumeni,quod idẽ eſt: & ꝑ carui agreſte nõ intelligit ſiler creticum ſiue cheiſim cãpeſtre,quod alio noie leuiſticum hortulanũ uocat.Sed Lumẽ malelucens intellexit per carui ſylueſtre carui uſuale,quia nõ cognouit dr̃iam quæ eſt inter carui ſylueſtre,& inter carui domeſticum. Si aũt quæratur qualiter ipſa theriaca debeat confici,infra oſtendã in alia deſcriptione & ibi dabo modum ipſam regulariter componendi.

Mel.ſ.mel apũ.Gal.aũt habet mellis attici.i.mellis Athenienſis.Nã uide quod Dioſc.in cap.de melle ait, quod eius gña ſunt duo,unũ quod cupilliones apes colligũt,quæ ſunt oblongæ:aliud quod ſub terra inuenitur,& atticum dicit, Idem infra ait:Mel aũt atticum,quod elimaticum appellat & illud quod appellatur hypleon bonum eſt, & dulce, & odoratum,& ruffum.Item Pli.Mellis attici ſumma laus toto orbe exiſtimat,ſed thymum magis laudat. Quare in aliquibus antiquis antidotis mel atticum,mel thymũ exponit & ſine dubio mel atticũ,ut dictum fuit mihi,dicit ab attica .i.Athenienſi regione ubi optimũ mel colligit.Nã regio attica eſt regio in qua abũdant ipſæ apes. Notandũ eſt ꝙ mel ponẽdũ in cõſtructione theriacæ nõ debet decoqui, ſed tantũ ad ignẽ poni quouſq; eleuauerit ſpumã, & tũc ilico ſine mora colari:aliter etenim cõſtrui theriaca nõ poſſet cũ quãtitate ſola mellis in ipſius deſcriptione poſita.Andromach⁹

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 80 sur 335

loco eius habet mellis alhaſſe de quo infra.

Vinum.ſ.uinum odoriferum uſuale. Gal. aũt habet uinũ falernum.i.illius regionis,unde Papias,Neapolis oppidũ, prope Falernum ubi optima uina naſcuntur.Dioſc. inquit: Vinuũ Italicum quod falernum dicitur utilius eſt,maxime uetus.Idem infra:Vinum albanum fortius falerno,& guſtu ſubdulce &c. & ſic per uinum falernum intelligitur uinum quod fit in illa regione,& uocãtur uuæ falernæ, quia de eis eſt copia in regione Falerni.

APPENDIX.

Quãquam plura hic deſiderentur,aliunde ſtudioſi petãt, noſtram TERIACES FABRICAM, breui æditurã probe conſolentes,cum inibi uiderint rem abunde complexã.

Theriaces fabrica Nicolai Mõtani.

CXLIIII.

TRYPHERA MAGNA.

℞.Opii.ʒ.ii.gr.xv.alias.ʒ.ii.

† Spicæ nempe.

Cinnamomi,	† Celticæ,
Garyophyllorum,	Roſarum,
Galangæ,	Piperis,
Spicæ nardi,	Aniſi,
Zingiberis,	Apii,
Coſti,	Petroſelini,
Styracis calamitæ,	Fœniculi,
* Apium Mõtanum uolunt. Calami aromatici,	* Macedonici,
Cyperi,	Dauci,
Iridos,	Hyoſcyami,
Peucedani,	Seminis ozimi,ana.ʒ.i.
Acori,	alias.ʒ.i.
Mandragoræ,	Mellis quod ſufficit.

COMMEN. MANLII.

Tryphera aũt magna dicitur,quia fructum magnum confert mulieribus & proprie matricis earũ,dando quando dolorem matricis patiũtur cum uino decoctionis altiliæ.i.matris herbarum,quæ alio nomine artemiſia uocatur. Gilib. de Anglia in primo li.habet unam deſcriptionẽ, quæ idem non eſt:uerum idem in cap.de retentione menſtruorum habet unam aliam,quæ eſt ſimilis huic. Hoc autem antidotum poteſt cõfici per duos modos, uidelicet quod ipſum poteſt componi cũ opio,& ſine opio,& illa in qua ponitur opium appellatur tryphera magna cum opio:& quando non ponitur opium,tane appellatur tryphera ſine opio:& quando fit ſine opio non ſubtrahatur,niſi ſolum opium: & illa in qua ponitur opium, non adminiſtretur ſi non tranſiuerint ſex menſes,ut eſt notum.

Peucedanum ſm Sera. eſt herbaturum, & apud herbaticos dicitur fœniculus porcinus: cuius radix ac ſemen uſui medicinæ competunt:Verum qñ ſimpliciter inuenit peucedanum radix debet intelligi:& qñ inuenitur in una recepta cheiſim,& cordumeni,intelligit per cheiſim leuiſticum, & per cordumeni intelligit ſemen cheiſim mõtani,q̃ eſt ſemẽ peucedani:& hoc apud ſapientes eſt ex ſecretis ſimpliciũ.

Mandragora apud Aui.in.2.can.uocatur Iabrol,cuius radix(ut dicit)habet formam hominis,quod nõ creditur. Columella in libro de cultu hortorum,inquit:Mandragorę pariat flores mœſtamq; cicutam.

CXLV.

TRIOPHYLLON.

*.i.radicis enulæ.	℞.Piperis albi.ʒ.s.	* Elenii,
	Piperis nigri.ʒ.ii.	Spicæ,
	Cimini aſsi.ʒ.s.	Cyperi,
	Zingiberis,	Apii,
† .i.ſileris montani.	Nitri,	† Seſeleos,
	Pyrethri,ana.ʒ.ii.	Coſti,ana.ʒ.s.
	Piperis longi,ʒ.s.	Garyophyl.ʒ.i.gra.vii.s.
	Petroſelini,	Dactyllorum,nu.xii.
* Florum ſepte priꝰ legebatur.	Ameos,	*Foliorum rutæ uiridis.
	Dauci,	ʒ.i.s.
	Aniſi,	Mellis quod ſufficit.

COMMEN. MANLII.

Triophyllon autem ſecũdum compoſitorem dicitur a uiridibus foliis rutę,quæ in ea ponuntur.

Ruta aũt eſt herba ſatis nota.Columella in libro de cultu hortorum ait:Ruta atq; palladiæ baccæ uictura ſoporem.

CXLVI.

TRIASANDALI.

℞. Sandali,	Albi,	dum.i.s.alias.iii.
	Rubei,	† Amidi,
	Citrini,	Gummi arabici,
† Roſarum,		Dragaganti,
* Zucchari,ana.ſolidos.ii. alias.iiii.		Melonis,
		Citrulli,
Rheubarbari,		Sem Cucumeris,
Spodii,		Cucurbitæ,
Succi Glycyrrhizæ,		* Scariolæ,
Seminis portulacę,ana ſoli-		ana ſolidum.i.alias.ii.
		Camphoræ.ϑ.i.alias.ʒ.i.

Syrupi roſati quod ſufficit.

† Alii pondus roſarum quadruplicat, ut ſcribit Nico.
* Alii zaccharæ .i. pſyllii, cõ magis propoſito pſillium quadret.
† Amylũ dicunt.
*Apud Nico.deſideratur.

COMMEN. MANLII.

Trialandali aũt dicũtur a tribus gñibus ſandalorum quæ ibi intrant:& ſunt proprie albi dicti leuci,rubei,roſacei, citrini dicti mahazari,& oẽs ſunt noti. Hoc antidotũ eſt multum in uſu.Solidus ſecundum compoſitorem in tra.de ponderibus eſt exagium,& exagium apud eum eſt.ʒ.i.cũ dimidia & ſic moderni pro ſolido.ʒ.i.s. ponere ſolent.

CXLVII.

THEODORETOS ANACARDINA.

vulgo Theodoricon Anacardinum.

℞.Aloes hepatici.ʒ.i.s. alias.xii.	Zingiberis,
	Anacardi,
Iridi,	Carpobalſami,
Caſsiæ lignęæ,	ana.ʒ.iiii.s.alias.ʒ.iiii.
ana.ʒ.vii.minus gr.xvi. alias.ʒ.vi.	Folii,
	Spicæ,
Garyophyllorum,	Myrobalanorum omnium,
Reupontici,	Meu,
Maſtiches,	Epithymi,
Squinanti,	ana.ʒ.iii.ϑ.i.alias.ʒ.iii.
ana.ʒ.iii.gr.iii.s.alias.ʒ.i.	
Mellis quod ſufficit,	Conficitur ſic.

Accipe corticum radicis fœniculi bene abluti cõtriti l.ſ. & pone in duabus libris aceti,& ſtet ibi per ſeptem dies:& poſtea tere ipſas radices,& in eodẽ aceto coq; uſq; ad tertiam partẽ,& cum omni diligentia cola per pannum, & pone in duabus libris mellis deſpumati, & bulliat uſq; ad aceti conſumptionem,ſicq; cum tali melle confice.Supradictę radices colligantur in Maio uel Iulio, quia ante hoc tẽpus humidæ ſunt,& poſt hoc ſiccæ.

COMMNETA. MANLII.

Theodoricon autẽ anacardinum,dicitur ab anacardis qui ibi recipiuntur.Aui.in.5.can. habet theodoricon magnum & multa alia,ſed non ſunt idem.

Anacardus aũt ſm compoſitorem, eſt fructus cuiuſdã arboris,quæ pediculus elephantis uocatur. Idem dicit Simõ Ianuenſis:ſed ſecundum Circa inſtans hoc eſt falſum.

Fœniculus eſt herba ſatis nota:eius ſemen apud Græcos marathrum uocatur.Nicolaus aũt inquit: Accipe corticũ radicis fœniculi bene abluti.i. loti. Et ſic generaliter apothecarii debẽt ſcire,quod omnes radices,cortices,folia, & rami non debent poni in medicinis, nec debent deſiccari, ſi ablutæ non ſint a terra & ſordibus eorum: & deſiccentur in loco ubi non ſit humiditas.

CXLVIII.

VOMITVS

valens tertianariis & quartanariis,ſed maxime competit quotidianariis.

℞.Tapſiæ.ʒ.iii.	Vincetoxici,
Aſari.ʒ.i.	* Croci hortulani,
Cinnamomi,	Semin.
Menthæ,	Atriplicis,ana.ʒ.i.

Mellis quod ſufficit.

* Carthamum uulgo.

COMMEN. MANLII.

Tapſia eſt herba de qua Raynaldus de uilla noua in li.2. in ca.de ſcabie & pruritu ait: Et ſcias q̃ tapſia q̃ in hoc unguẽto intrat,ẽ facta in mediũ laſulatæ,ſiue mẽthæ Romanę, & uo-

& uocat piperia:& loco piperis ponitur in salsa, & in foro Iulii,& in campo ferici tantum iuxta murū reperitur:& habet acuitatem sicut piper:& est facta ad modum lapacii acuti,siue lasulatæ.Alia uero de tapsia uide ibi.De tapsia etiam uide supra in confectione anacardina.

Atriplex apud Dios.uocatur atraphaxis. Auic. in.2.can. duo ca.facit de eo:unum sub nomine cataf:aliud de chrysolachana,& ibi ait quod est triplex quæ plurimum inuenitur in Seni.Columella in lib.de cultu hortorum inquit:Et grauis atriplici cōsurgit lōga faselus & hęc est herba quæ apud hortulanos Papienses bleta alba uocatur: cuius semen usui medicinæ competit.

CXLIX.

HIERA PICRA, uulgo inepte Hiera picra magna.

℞.Cinnamomi, Violarum,
Spicæ, Abſinthii,
Croci, Epithymi,
† Agaricū trochiſcatum alii ſubſtituunt. Squinanti, † Agarici,
Alari, Roſarum,
Xylocaſsiæ, Colocynthidos,
Xylobalſami, Maſtiches,
Carpobalſami, Turbith,ana.℈.ii.alias.3.ix.
Aloes ad pondus omnium ſpecierum.
Mellis colati ac deſpumati,quod ſufficit.

COMMEN. MANLII.

Hiera aūt.i.ſacra,picra.i.amara: inde hierapicra.i.ſacra amara.Vocat aūt hierapicra magna ad dīam alterius, quæ dicitur ſimplex:magna dicitur, quia in ea plura & fortiora ſimplicia ingrediuntur,& utraq; poſſunt confici.Nā primo ex ſpeciebus hieræ magnæ fit confectio cum melle, quæ appellatur hierapicra pro clyſteriis.Item de prædictis ſpecie bus cum melle roſato conficiuntur pilulæ,quæ dicuntur de hiera magna,ſeu de hiera maiori,quod ſatis eſt notum. De ſpeciebus aūt hieræ ſimplicis fit hiera picra cum melle quæ uocatur hiera Gal.& hæc comeditur.Item de prædictis ſpe ciebus fiunt cum melle roſato pilulæ, quæ dicuntur de hiera ſimplici,aut de hiera Gal.ut dictum eſt.

CL.

HIEROLOGODION EMPODISTON, uulgo mendoſe, Hieralogodion Meſitum.

℞.Colocynthidos interioris, Aloes,
* Thymi comarinū inſule barbaris cum recentius dicerent: thymi comarum. Polypodi.ana.℥.ii. alias.3.xx. *Comarum thymi,
Caſsiæ,
Euphorbii, Chamædryos,
Polii, Bdellii,
Coccognidii,ana.3.i.s. gr.vi.alias.3.xvii. Praſsii,ana.℈.i.gr.xiiii. alias.3.xi.
Abſinthii, Cinnamomi,
Myrrhę,an.3.i.gr.xii.alias 3.xii. Opopanacis,
Caſtorei,
Centaureæ, Ariſtolochiæ lon. Albi,
Agarici, Piperis Nigri,
† Serapinum nullego. Armoniaci, Longi,
Thymiamatis, † Sagapeni,
Folii, Petroſelini,
Spicæ, Croci,ana.3.s.alias.3.v.
Scyllæ, Ellebori Albi,
Diagrydii,ana.3.i. alias.3.x. Nigri, ana.gr.vi.alias.3.i.

Mellis optimi quod ſufficit.

COMMENT. MANLII.

Hiera autem.i.ſacra,logos.i.ſermo, meſitum.i.impeditum.Gilib.de Anglia.in cap.de digerenda materia & euacuanda,habet hanc deſcriptionem. Ioānes Cocoregius in cap.de epilepſia inquit:Electuarium ſolutiuum, quod dicitur hieralogodion, cuius deſcriptio ponitur a Nicolao: & ſic apud omnes hæc eſt illa quæ debet fieri.

Polium.i.poliū montanum.Circa inſtans: Polii diuerſa ſunt gña quæ nota ſunt ex parte, ſed præcipue polium mon tanum competit uſui medicinæ.Vnde cū ſimpliciter inueni tur.polium montanum,debet intelligi & poni cū floribus: per annum ſeruatur.

Coccognidium.i.ſemē mezereon.Circa inſtans in.ca.de laureola dicit:Laureola frutex eſt,cuius ſemen uel fructus uſui medicinæ cōpetit,& appellat coccognidiū: hic textus eſt falſus.Nā coccognidiū non eſt ſemen laurolæ, ſicut apparet apud Dioſ.in proprio cap.ubi inquit Enim chamęlea aut coccognidion,ergo eſt mezereon. Nam chamælea eſt mezereō ſeu herba dicta apud herbaticos oliuella propter ſimilitudinem foliorum.

Thymiamatis ſm compoſitorem eſt thus Iudæorum.Giliber.dicit:Thymiamatis.i.cozumbri:ergo eſt fex ſtoracis liquidæ, quæ alio nomine a multis modernis ſtorax rubea appellatur.Iſido.in cap.de odoribus & unguentis, inquit: Odor uocatus ab aere,thymiama lingua Greca uocat,quod ſit odorabile.Nam thymus dicitur flos,qui odorem refert: de quo Virg.Redo lenteq; thymo fragrantia mella. Itē Papias:Thymiama gręce dicitur quod ſit odorabile. Nam thy mus dicitur flos, quoniam odorem refert thymiama incenſum.i.confectio odoris aromatum.

Thymicomarinum.i. cima thymi.Sed ſunt ex hoibus qui dicunt quod thymicomarinū nō debet in iſto electuario ingredi,ſed non recte,quia Gilibertus idem habet. Præterea Mat.Syl.in litera t,inquit:Thymicomarinū.i. cimathymi, ut in antidotario in confectione hieralogodion.

EX ANTIDOTARIO IOAN. SERAPIONE.

CLI.

DE LACVNA, liberans ex uenenis perniciosis.

℞.Luti de lacuna, } ana.aur.ii.
* Artiatidos, }
Coaguli Gazel,aur.viii.
Coaguli Leporis,aur.iiii.
Gentianæ,
Baccarum lauri,
Ariſtolochiæ rotundæ, } ana aur.i.
Seminis rutæ ſylueſtris,
Myrrhæ,

* Arceuthos rectius hoc eſt iunipe rus.

Terantur & cribellentur, & conficiantur cum melle de ſpumato,& detur in potu,cuius ſit quantitas ut faba.

COMMEN. MANLII.

Iſtud electuariū non eſt in uſu,ſecundum uero intētionē Ioan.Serap.eſt optimum contra uenenum. Dicitur aūt ele ctuarium de lacuna a luto de lacuna,ꝙ eſt terra ſigillata.un de electuarium de lacuna.i. electuarium de terra ſigillata. Gal.in ſuis expimentis in c.de medicinis Zenonis hēt electuariū luti,quod eſt lutū ſigillatum,ſed non eſt idem. Circa inſtans dixit:terra ſigillata,terra argentea, & ſaracenica idem eſt.Ego credo qđ textus ſit falſus,quia terra argentea eſt cimolia,& nō ē terra ſigillata:nā terra ſigillata eſt rubei coloris:cimolia uero eſt alba, & quæ purpurea: uerum eſt quod ſecundum quoſdam,terra ſigillata alba eſt cimolia.

Artiatidos ſecundum compoſitorem eſt granum iunipe ri.Granum autem iuniperi apud Aui.in.2.cā.uocatur abel, ſed male.Nam abel non eſt fructus iuniperi:immo eſt bratteos ſeu ſauina.

Gazel eſt aīal quod in noſtris partibus non inuenitur. Aui.in.2.can.in cap.de muſco,inquit: Muſcus eſt folliculus aīalis ſicut Gazel, & hēt duos dentes albos flexos ad interiora ſicut duo cornua. Serap.in lib.de ſimp.in cap. de muſco,inquit:Ex uerbo almaſcadi,in lib.auri & minerarum & margaritarū,terræ in quib.ſunt gazele,muſci,& ſunt regiones Tūbaci,& Seni ſunt terræ confines. Verum muſcus regionis Tūbaci eſt melior muſco Seni: qa gazele de Tumbaci comedunt ſpicam nardi, & alias ſpecies odoriferas:gazelæ uero de Seni comedūt alias herbas &c. O quanta diuerſitas inuenitur in iſto animali. Nam Auic.uult quod ſit ſicut animal quod facit muſcum, ideo diſcordant: ſed uere ſicut dictum fuit mihi gazel non eſt animal, quod facit muſcum: uerum habet ſimilitudinem,ſed idem non eſt.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 82 sur 335

CLII.

ALTALISAFAR, conferens ad frigiditatem ſtomachi,& uentoſitates accidentes in hepate,& in ſtomacho.

℞.Taliſafar.3.v. Garyophyllorum,
Zingiberis.3.xx. Cinnamomi,
Macropiperis.3.xii. * Heil,ana.3.vii.
Zucchari quantum eſt pondus omnium medicinarum.

* i. cardamomi maioris.

Terantur & cribellentur,& cõfice cum melle, & detur.

COMMEN. MANLII.

Iſtud electuarium non eſt in uſu,ſed ego ſolum ſcripſi,ut innotescat,nũquid taliſafar ſit macis, ut quædam ſynonyma dicunt.Aui.in.5.can.habet unam aliam deſcriptionem quæ eadem eſt.

Altaliſafar & taliſafar apud Auic. in.2. can.ſunt cortices Indi:in quibus eſt ſtipticitas,& acuitas, & odoris boni parũ &c.Matth.Syl.in litera t, dicit: Taliſafar.i.nux muſcata uel arbor.Poſtea inquit:Taliſafar idem eſt,quod falſum, ſicut oſtendam.Sera.in cap.de mace de taliſafar loquitur, & credo quod ſecundum ſuam opinionem taliſafar ſit macis, uel ei proximũ in uirtute,ſed idem non ſunt: & ob hoc poſſumus dignoſcere q taliſafar non ſit macis, ut dicit Matth. Syl.& alii.Nam Ioan.Ser.in ſuo antidotario ponit electuarium de taliſafar,& electuarium de mace,quod non faceret ſi idem eſſent. Franciſcus de pedemontium *in* cap. de fluxu uẽtris omnium modorum & curis eius ait: Quod taliſafar eſt cortex citri. quod non creditur.

CLIII.

DE MACE, quod confert ad frigiditatem ſtomachi, & uentoſitates ex malitia digeſtionis.

℞.Macis, Zingiberis,
Garyophyllorum, Aſari,ana.3.i.
† Cinnami, Cardamomi.3.v.
Heil, Piperis albi.3.ii.
Cinnamomi, Zucchari.3.xl.

† Cinnamomum groſſum uocant.

Terantur,& fiat electuarium.

COMMEN. MANLII.

Iſtud electuarium non eſt in uſu,ſed in ipſo reperitur differentia,maxime in mace.Nam macis apud Auic.in.2.can. ex authoritate filii Meſangue,eſt cortex nucis muſcatæ. Secundum uero Circa inſtans,macis non eſt cortex nucis muſcatæ.Auer.in.5.coll.inquit.Besbeſe.i.macis dicitur, quod ſit cortex cuiuſdam fructus qui portatur de India. Guliel. Placen.inquit:Macis eſt cortex nucis muſcatæ declinãs ad rubedinem & citrinitatem.Dio.uocat eam machir,& dicit quod eſt corium ligni uenientis de Barbarico,coloris ruffi, cum rubore ſolido &c. Simon Ianuen.non negat nec affirmat,an macis ſit cortex nucis muſcatæ,aut non. Multi mercatores tenent quod macis ſit cortex uel flos nucis muſcatæ:ſed ſit quomodocunq;,macis nota eſt.

Heil.i.Cardamomũ maius,& ſecundum Bartholomeum Montagnanam eſt melegeta,& ſic hodie tenetur.

Cinnami i.cinnamomi groſſi:non eſt ergo cyminum,ut dicũt quidã,nec eſt cinnamomum ſinũ:quia ipſe Ser.in præ dicto electuario inferius hẽt cinnamomi.i.ſini.Nicolaus in ſuis ſynonymis dicit:Cinnamum.i. cinnamomum ſubtile & optimum.Sed apud Sera.eſt cõtrariũ, ut apparet apud ipm in cap.de cinnamomo,ubi dicit, inuenit alia ſpẽs cinnamomi, quæ dicitur uaſot & cinnamum: & eſt groſſæ: plantæ nõ habens fortem odorem,& eſt debilis uirtutis, & hoc eſt darſeni.i.cinnamomum groſſum dictum ſcauizon.

CLIIII.

DE HEIL, conferens ad frigiditatem ſtomachi,

℞. * Heil, Zingiberis,3.x.
Neremiſch, Cinnami.3.iiii.
Cinnamomi, Zucchari lib.i.
Macropiperis,ana.3.v.

* Granum Paradiſi uulgo.

Mellis quantum neceſſe eſt.

COMMEN. MANLII.

Iſtud electuarium in uſu non eſt,& ẽ electuariũ de cardamomo maiore,quod hodie granum pradiſi uocamus.

Neremiſch ſecundum Matt.Sylua.eſt roſa aſini. Infra in confectione electuarii lætificantis Raſis, oſtendam quid ſit neremiſch.

CLV.

DE VSNEA.

℞. Cinnami, Croci,
Vſneæ, Myrrhæ,ana.3.iii.
Calami aromatici, Heil,
* Spicæ Romanæ, Nucis moſchatæ,
Maſtiches, † Macis,
Caſsiæ lignea,ana.3.i. Xyloaloes,
Florum ſquinanti, Moſchi,ana.3.s.
Coſti,

* Celtici appellant. † Maſtichi mendoſi prius.

Terantur medicinę ſiccæ,& infundantur myrrha & crocus cum aliquo potuum conuenientium, & conficiantur cum melle & adminiſtrentur.

COMMEN. MANLII.

Hæc confectio non eſt in uſu apud nos: tñ pro declaratione uſneæ,aduerte quòd uſnea eſt muſcus quercus, & dr canianus.Sera.ex authoritate Dioſ.dicit:Vſnea eſt res quæ reperitur naſcens ſuper arborem ſerbin.i.cedri, & nucis & glandium, & melius ex eo eſt quod reperitur ſuper ſerbin montana:& poſt illud quod reperitur ſuper arborem nucis & melius horum eſt,quod magis odoriferũ,& albioris coloris:nigrum uero eſt malũ.Ser.aliud c.facit de uſnea quod eſt herba Kali naſcens in mari ſimilis uermiculari,& illa eſt de qua fit ſalalchali. Leonardus de Preda palea in ca.de cura undimiæ inquit: Vſnea eſt quædam ſuperfluitas oriens in truncis arborũ,ſed alii dicunt quod ſunt flores auellanarum:& dicitur uulgari ſermone gazelli.

CLVI.

TYRIACAE, contra ſcorpionum morſus.

℞.Calamenthi fluuialis.i. aquatici, quod alio noie mentaſtrum appellaſ:calamenthi mõtani.i.nepete,ana.3.vii.gentianæ.3.viii.piperis,opopanacis,ana.3.v. cõfice cum melle quantum neceſſe eſt,& detur.3.i.cum uino põtico.i. forti.

COMMENTA. MANLII.

Hæc confectio non eſt in uſu ſed ſecundum intentionem Ioan.Serap.ualet contra morſum ſcorpionum mirabiliter. Dicitur autem iſta confectio tyriaca, non quod ipſam ingrediatur tyrus:ſed ſolũmodo dicitur tyriaca a tyron, quia eſt contra uenenum.

Scorpiones ſicut inqt Aui.in.4.can.in.Fen.6.in tra.5.in ca.de punctura paruorũ uenenoſorum & morſu eorum, loquens de ſpeciebus ſcorpionis ſylueſtris.Dixerunt quidã q ſcorpio fœmina maior eſt maſculo:maſculus.n. extenuatus eſt,& minutus,& fœmina pinguis,magna:& aculeus fœminæ eſt ſubtilis,& maſculi aculeus eſt groſſus.Idem inferius ait: Aeſtimauerunt quidã quod ſcorpiones ſunt nouẽ colorũ.ſ.albi,citrini,rubei,& cineritii,ferrãdi,& uirides, & de eis sũt aurei hñtes nigras caudas & extremitates caudarũ, & de eis ſunt uinoſi coloris:in quorũ percuſsione ſentitur punctura acus & dolor nociuus,& de eis ſunt fumoſi, & accidunt de morſu eorum riſus,& permixtio rationis &c.

De proprietate quæ reperitur in radice colloquintidæ cõtra morſum ſcorpionis ait Sera.in cap.de colloquintida ex authoritate Raſis dicens:Dixit mihi quidã quod radix colloquintidæ eſt melior medicina,quæ eẽ poſsit pũcturę ſcorpionis:& Arabes habẽt ipſam pro cõi & manifeſta medicina ad hoc:& dixit mihi Arabs quod ſcorpio pupugerat filiũ ſuum in quatuor locis corporis, & dedit ſibi *in* potu.3.i.de radice colloquintidæ,& ſedata ſunt ſtatim omnia quę patiebatur.Etiam Auic.in cap.de cura ſcorpionum ſupradictorum ſimiliter ait.

EX RASI AD ALMANSOREM.

CLVII.

AD SCABIEM, ET PRVRITVM VALens in tract.5. Almanſoris in cap.de pruritu, & ſcabie, & magnis puſtulis.

℞.Myrobalanorum citrinorum,partẽ unã:ſenæ,fumiterræ, ana partem mediã:ſucci abſinthii quantũ ad eor ũſufficit cõſperſionẽ (aliquoties aũt additur huic medicinæ abſinthii quan-

quantum quarta pars myrobalanorum) & conficiantur omnia cum melle, & sumatur ex ea quotidie quantum est auellanæ magnitudo.

COMMEN. MANLII.

Istud electuarium non est in usu, sed generaliter loco huius electuarii utimur unguento quodam pro scabie, cuius compositio nota est aromatariis.

Auellana aliquando sumit̃ pro fructu, aliquando pro põdere, ut apud Aui. in distinctione de ponderibus, & est pondus aurei unius. ergo est. 3. i. & semis unius drachmæ, ut dicit Simon Ian. Auellana uero pro fructu sm Isid. dicitur ab Auellano Cãpaniæ oppido ubi abundant, & hæc a Græcis ponticæ appellantur, eo quod circa ponticum mare abundant. Rasis dicit, ꝙ de prædicto electuario datur quantum est auellanæ magnitudo. Magnitudo auellanæ apud Aui. est sicut granum lauri, ut dicitur in suo cap.

CLVIII.

DE NVCLEIS FRVCTVVM, in tracta. 5.
Almansoris in cap. de his quæ augent sperma, & quæ ualent ad erectionem uirgæ.

℞. Amygdalarum,	Grani uiridis,
Auellanarum,	ana partes æquales,
Nucis indicæ,	Zingiberis,
Pinearum enucleatarum,	Piperis longi,
Granorum chilchil,	Seminis Pæoniæ,
Granorum zeilem,	ana tertiam partis.

Penith ex zuccharo tantum quod temperari possint. Sumatur ex eo in mane quotidie ad oui magnitudinẽ, & in sero tantundem.

COMMEN. MANLII.

Istud electuarium non est in usu: ipse. n. Rasis appellauit istud electuariũ de nucleis fructuum. Sed secundum intentionem meam uidetur esse idem cum illo, quod reperitur apud Aui. in. 3. can. quod nominatur confectio de medullis & sine dubio idem sunt sed differũt solum in re una, & hoc est ꝙ Rasis habet auellanarũ. Aui. loco eius hẽt fisticorum. Verum ut certior reddaris infra ponam descriptionem do. Auic. & uidebis in quo cap. ipse describit eam. Simplicia uero quæ sunt declaranda declarabo.

Nux indica sm Sera. est neregil, & sic credo esse bene expositum. Nam Auic. in cap. de nuce indica, in. 2. cano. dicit quod nux indica est neregil. Præterea Aui. in eadẽ cõfectione habet neregil, quod idem est, sicut infra ostendam.

Grana alchichil, uel chilchil sunt semina granati syluestris, ut reperio apud Ioan. Serap. in ca. de fluxu menstruorum, qui inquit: Sumantur grana syluestria, & sunt grana alchichil. Etiam uide apud eundem in cap. de ægritudinibus gingiuarum ꝙ similiter dicit. Item Auic. in. 2. can. in ca. de grano alchichil sic ait: Granum alchichil est sicut piper albũ maius carthamo, non pure rotundum, & frangitur a medulla unctuosa boni saporis &c. postea statim ibi dicit: Quidã autem dixerunt quod est semẽ granati syluestris & dixerũt isti eius radix est almugat, & sic est quod granum chilchil est semen granati syluestris.

Granum alzeilem sm Auicẽ. est piper nigrum, & sic dicit Matth. Syl. sed ambo errant, salua ipsorum reuerentia. Nã Ser. de grano azelem ca. facit, dicens: quod est granum pingue in magnitudine piperis citrinũ, & habet bonum saporẽ. Defertur ex terris Barbariæ, & nominatur piper nigrorum. post statim ait: Verum secundum ueritatem piper nigrorum est aliud, & sic est secundum opinionem Simonis. Ianuen. Bartho. Montagnana in suis consiliis, in consilio de sterilitate ait: Granum alzeilem sunt radiculę paruæ, cõtortæ, nodosæ, subcitrinæ, in sapore notabiliter dulces, substantiæ uiscosæ, quas incolæ Veronenses sutrasium uocant: loco eius ponuntur testiculi uulpis.

Granũ uiride apud Auic. est fructus arboris terebinthinæ: & arbor ipsius apud Arabes dr̃ botin. Sera. ca. de terebintho dicit, quod sunt duarum specierũ. i. domestica, & syluestris: domestica uero est botin sm ueritatem, & fructus eius est granum uiride, & syluestris est lentiscus, & ambæ habent gummi. Secundum Isid. gummi lentisci est mastix.

Pæoniæ. i. semen, & satis est notũ. Aui. loco pæoniæ habet neremisch, quod idẽ est. Antonius Musa inquit: nomen herbæ pæoniæ a Græcis dicitur penthorobon, alii hicliode dan: alii aglaofotis, Itali pęoniam uocant.

Penith ex zuccharo sunt pænidiæ. Auic. loco penith habet penidiorum, nam idem est.

CLIX.

DE SEMINIBVS in. 5. Almansoris, in cap. de his quæ augent sperma, & quæ ualent ad erectionem uirgæ.

℞. Seminis *baucię,	Linguę auis,
Seminis naporum,	†Secacul,
Ceparum,	Been, Albi, Rubei,
Raphani,	
Asparagi,	*Satyrionis,
Seminis alphasasa,	Costi†dulcis,
Erucæ,	Zingiberis,
Granorum *chilchil,	Macropiperis,
Granorum zeilem,	Nasturtii,
Tuderi,	ana partes ęquales,

Terantur, & cum melle conficiantur.

*Dauci recius i. pastinace syluestris.
†Sigillum sanctę marię uulgo.
*. i. testiculorum uulpis officinis.
†. i. Arabici.
*. i. Granati syluestris.

COMMEN. MANLII.

Istud electuarium apud nos non est in usu. Mes. in suo antidotario habet unam aliam descriptionem, sed non est similis huic. Secundum uero Nicolaum Florentinum: Electuarium de seminibus est diaspermaton, & sicut ostensum fuit. Simplicia quæ sunt declaranda declarabo.

Alfasasa secundum Sera. est chaodab, sed secundum Aui. est cot: & ibi dicit qđ est alisticat, & noiant alfasasat. Aliud ca. facit de ipso in litera r, quod dicitur ratuba, hęc in Hispania nascit̃ & est spẽs trifolii, ut apparet apud Simonẽ Ian. in cap. de ratha Dios. uocat ipsam medicam. Isidorus uero medicam inter legumina scripsit.

Tuderi sic est nominatum apud Auic. in. 2. can. sed apud Dios. est horminon, de quo supra in tryphera Galeni.

CLX.

TYRIACAE, de terra sigillata, in. 8. Almansoris in cap. de uenenis & uenenosorum morsibus & eorum curatione & cautela.

℞. Terrę sigillatę, baccarum lauri, utriusq; partes ęquales, & terantur, & cum butyro uaccino inungantur, & cum melle conficiantur, & recondantur, est enim nobile.

COMMENTA. MANLII.

Descriptio istius tyriacę apud nos non est ualde in usu, tñ reperitur apud apothecarios, maxime Mediolanenses. Guliel. Placẽ. in suo antidota. describit unam descriptionẽ quę eadẽ est, & illa descriptio est ex authoritate Raf. Auic. in Fen. 6. quarti can. in cap. de canone curationis eius qui in potu sumpsit uenenum, habet unam aliam descriptionẽ, sed non est similis huic: tñ differunt parum inter se. Nam Aui. in sua descriptione hẽt ireos, Raf. uero non Auic. etiã dicit. conficiant̃ cum oleo Rasis uero dicit cũ melle. In reliquis uero nõ differũt, tñ illa Rasis est nobilior quã illa Aui.

Terra sigillata est terra rubea quę oibus nota ẽ. Apud Auicen. uocatur lutũ sigillatũ. Sera. ex authoritate Dios. inquit. Terra sigillata est sigillum marinum, & est sigillum laccę, & est una ex terris almairim, & multi ex lutis assimilantur illi, & sigillãtur, & color eius est similis colori magrę, idest sinopodię.

CLXI.

TYRIACAE ad morsum rutellę utilis, & fuit approbata in octauo Almansoris in cap. de morsibus rutellę & sibth, & aranei.

℞. Nigellę. 3. x.	Baccarum lauri,
Dauci,	Aristolochię lon.
Cymini, ana. 3. s.	Carpobalsami,
Seminis habel,	Cinnamomi,
Gallarum cypressi,	Gentianę,
ana. 3. iii.	Seminis andachochę,
Spicę indę,	Seminis apii, ana. 3. ii.

Confice cum melle, & detur ex eis ad nucis magnitudinem cum uino ueteri.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 84 sur 335

COMMEN. MANLII.

Hæc cõfectio apud nos non eſt in uſu,ſed quia Raſ.dicit quod eſt utilis & aprobata,ſcripſi illam . Nic. Flo. in lib.4. in cap.de punctura aranei & rutellæ deſcribit unam deſcriptionem,quæ eſt ex authoritate Raſis & eſt eadem huic.

Rutella autem ſm Raſim eſt animal paruo araneo aſsimi latum,quod uocatur phibit,muſcas uenari ſolitũ Aui. in.4. can.in Fen.6.in ca.de ſpecie aranearum,& alſceiben,& rutellarum dicit: Rutella eſt animal ſimile araneæ quæ nominatur alfehed,& eſt uenatrix muſcarũ : & ſpecies eius ſunt plures:& ſecundũ quod dicit Gal. ſunt duodecim ſpẽs &c. ibi Auicen.de omnibus ſpeciebus loquitur,& deſcribit formas ipſarum.

Habel ſecundum Sera.eſt ſauina , & ſic exponit Simon Ianuen.ſed apud Aui.eſt fructus iuniperi,quod credo ſit error tranſlatoris.Nic.uero Floren. in prædicta confectione loco habel habet ſeminis iuniperi,quod non eſt bene expoſitum.Nam certum eſt,quod Sera.& Simon Ianuen.habent maiorem authoritatem in ſimplicibus quam Auic. ac Nicolaus : ſcias autem quod expoſitio falſa Nicolai eſt ex authoritate Auic.

Galla cupreſsi.i.nux cupreſsi.Aui.in.2.dicit : Cupreſſus nominatur in Syria arbor altẽ,& Romanæ cupreſſus. Hæc arbor ſatis eſt nota .

Andachocha ſecundum Aui.alia eſt ſylueſtris, & alia eſt domeſtica,& alia ægyptiaca,& fit ex ſemine eius panis: eſt autem trifolium uel ſpecies eius,ſicut apparet apud Serap. in cap.de andachocha.Nam ipſe.Sera.ſine dubio uult quod andachocha ſit trifolium, & ſic eſt.Etiam Nicolaus in prædicta confectione loco andachoche habet ſeminis trifolii, quod idem eſt.

CLXII.

LAETIFICANS, in nono Almanſoris in cap.de Melancholia .

℞.Meliſſæ,	Neremiſch,	
Corticum citri,	Been,	Albi,
Garyophyllorum,		Rubei,
Galliæ moſchatæ,	Zedoariæ,	
Maſtiches,	Doronici,	
Croci orientalis,	Seminis ozimi maioris,	
Cinnamomi,	Seminis ozimi garyo-	
Nucis moſchatæ,	phyllati,	
Cardamomi,	ana partes æquales.	

Muſci quãtũ eſt decima pars unius:deinde ſumanť chebuli.xx.& emblici.xx.terantur,in trib.libris aquę,& decoquãtur donec ad unam redeant:& colẽtur,in colatura uero mittatur mellis lib.i.deinde bulliant donec aqua cõſumpta ſit: poſt hoc ex melle conficiantur prędictæ ſpecies,quod tamẽ in pondere ſit triplum ad ſpecies,de quo cũ neceſſe fuerit, ad magnitudinem auellanæ ſumendum eſt.

COMMEN. MANLII.

Iſtud electuariũ eſt illud quo nos utimur . Meſues in ſuo antido.habet unã deſcriptionem, quæ noĩatur electuarium ſarbotẽg, ſed nõ eſt ſimilis huic:ſed una alia deſcriptio quæ reperitur apud eundem in ca.de mania & melancholia ſanguinea uidetur quaſi eſſe eadem cũ iſta.Bartholomæus Mõtagna.in ſuo antidota.habet unam aliam deſcriptionem, & eſt ex authoritate Raſis,ſed nobilior oĩum eſt iſta . Scias ẽt quod Raſis in lib. diuiſionum in loco ubi ait : Melancholia & timor,habet unam aliam deſcriptionem : ſed non eſt eadem,nec ſit ſecundum illam deſcriptionem .

Crocus orientalis.i.crocus communis ſeu uſualis : alter uero crocus dicitur hortulanus , & infectiuus , eo quod ex ipſo ſericum tingitur,& eſt flos chartami cuius ſemẽ appellatur ginco,& Dioſ.uocat ipſum cnicum.

Neremiſch,apud Aui.in.2.can.eſt flos,& cortex,& capita ſimilanť maci,ſed eſt minus rubeus ad citrinitatẽ declinans,& eſt aromaticus &c.neq; per id cognoui quid ſit.Simon Ian. inquit:Neremiſch,ſed in Arabico neremiſch eſt, ut Aui.deſcribit,ſed nec Simõ uĩ cognouiſſe qd eſſet. Mat. Syl.dicit,quod neremiſch eſt ſemẽ roſæ aſini uel flos ipſius Aui.in ſuis ſimplicibus in fine antidotarii ait : Neremiſch : .i.muſaha,& eſt flos pæoniæ uel pæonia,& ſic credo eſſe bene expoſitũ.Nam ſicut dictũ ẽ,Matt.Syl. dicit q̃ neremiſch ẽ flos roſæ aſini.Auer.uero in.5.coll.dicit:Pæonia.i.roſa aſinorũ.Præterea uide apud Io.Arculanum in ca.de melãcholia,quæ deſcribit prædictũ electuariũ ex authoritate Raſis, & ibi inquit : Neremiſch.i.ſemen pæoniæ. Bartho.Montagnana habet loco neremiſch pæoniã,quæ idem eſt . Gẽtilis uero ſup.5.cã.Aui.ignorauit quid eẽt neremiſch . Dicit.n. ibi q̃ Conciliator dicit falſum in cap.de cholica dum dicit, q̃ neremiſch eſt ſemen pæoniæ: & ſic ego reperi apud Conciliatorem dria ducenteſimanona , quæ eſt penultima omnium ſuarũ driarum.Dicit.n.ibi neremiſch.i.pæonia , & ſic ex meo iudicio.Conciliator & alii bene dixerunt:ſed Gentilis non bene dicit, ſicut oſtendi ſupra per ſupradictos auctores,q̃ uerum neremiſch eſt flos pæonię uel ſemẽ ipſius . Præterea uide etiam quod Raſ.in electuario de nucleis fructuum habet ſeminis pæonię:& Aui.in eadem confectione habet neremiſch,quod idem eſt.

Ozimum maius,de ipſo neſcio quid dicã,quia de ipſo inter doctores reperio uarias opiniones.Secundum Gentilẽ dicitur ozimũ maius , quia maiora folia habet aliis ſpeciebus ozimi,quod non creditur.Meſ.in ſua practica in ca. de mania & melãcholia ſanguinea in quodam antidoto inquit Sceſſabrã.i.ozimi maioris.Sera.uero de ipſo ſpeciale ca.facit ſub noĩe ozimi carmeni , & ibi dicit:Sceſſabrã.i. ozimũ carmenũ.Etiam Aui.in.2.can.de ipſo cap.facit ſub nomine hoalmarã,& dicit quod eſt ſceſſabram. Neq; per id cognoui quid ſit.Mat.uero Syl.in ca.de ſenatione dicit,quod ſceſſabram.i.naſturtium aquaticum ſiue chryſonum : & ſic credo eſſe bene expoſitũ,& qui mihi non credit uideat primũ quod Meſ.uult,quod ſceſſabrã ſit ozimũ maius. Et apud Serap.eſt ozimum carmenum,& apud Aui.eſt hoalmaram , & apud Mat.Syl.eſt ſenation:ſi uero legis ca.de ozimo carmeno.i.maiore apud Ser.cum c.de hoalmaram apud Auic. & cum ca.de ſenatione apud Mat.Syl.uidebis quod in rei ueritate uere idem ſunt. Quidam putabant quod eſſet ſcebrã .i.eſula,ſed nõ eſt conſonum:quia Aui.in.3.can.in c.de medicinis cordialibus habet alceshebram & ſemen eius:& tamen ibi eſula non conueniret.Poſtquam oſtendi de ozimo maiori ſecundum autores ſupradictos, & feci uidere quod uolunt q̃ ſit ſenation,ſed ſecũdum compoſitorem aliud eſt, ut reperitur apud ipſum Raſim in li.2.Aphor.de experimẽtis & confidentiis in quodam emplaſtro inquit:Seminis baſiliconis garyophyllati , ſeminis baſiliconis maioris quod uocatur burungi.i.cubebæ:ſecundum Matth.Sylua.tu uero conſidera .

Ozimum garyophyllatũ,apud Sera.eſt berengemiſch eo quod odorem habet ſimilem garyophyllis Raſis,in electuario tres ſpecies ozimi ponit.ſ.meliſſam .i. ozimum citratũ : ozimum maius & garyophyllatum.Duæ aliæ ſpecies ozimi reperiuntur,& ſunt proprie amechin,& bedarog, ideſt ozimum non garyophyllatum .

Emblici uero ſunt myrobalani emblici . Raſis inquit:ſumanť chebuli,& emblici,& terãtur,& in tribus li.aquæ decoquantur donec ad unã redeant,& colẽtur: in colatura uero mittaťr mellis l.i. deinde bulliant donec aqua conſumpta ſit.Et hoc mel apud modernos appellatur mel emblicorum & ſic apud oẽs eſt certum q̃ Raſ.uult quod iſte ſit modus faciendi mel emblicorum:de quo uide Io. Mattheum Gradi in c.de uermibus qui in uentre naſcuntur, qui ſic ait : q̃ intelligere debeamus per mel emblicorum , quod reperitur in fine capituli electuarii,quod uocať lętificans.Ibi enim ipſe Raſis docet conficere mel emblicorum hoc modo.

℞.myrobalanorum emblicorum recentium nu.xx.teranť , & in tribus libris aquæ coquãtur,donec ad unam libram redeant:deinde fortiter exprimantur,& in illa colatura addatur mellis deſpumati lib.i. & ſimul coquantur donec aqua conſumpta fuerit:tunc deponatur ab igne, & illud erit mel emblicorũ,quod ingreditur in electuario de gemmis,& in tryphera de epithymo,& in aliis confectionibus. Si autem mel chebulorum facere uolueris,facias ſicut mel emblicorum,apponendo chebulos loco emblicorum.

AD

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 85 sur 335

CLXIII.
AD OMNEM EPILEPSIAE SPECIEM,
in nono Almansoris ca.de Epilepsia.

℞.Pyrethri, Seseleos, Stœcados,ana.3.x. Agarici, * Cordumeni, † Assæ optimæ, Aristolochiæ rotundæ, ana.3.i.s.

* i. carui agrestis recens, & acut. † Fœtidæ semp.

Deinde extrahatur succus ex squilla.& mixtus cum pari quantitate mellis coquatur, & conficiantur ex eo species: & fiat electuarium,ex quo patiés quotidie sumat, & caueat sibi a grossis cibis.

COMMEN. MANLII.

Istud electuariũ apud uos nõ est ualde in usu,sed Mediolanenses eo magis utuntur:& maxime secundum istam descriptionem.Supra in trac.Mes.scripsit unam aliam,sed nõ est similis huic sicut ostendi.Rasis uero in libro diuisionum in eodem c.scribit unam aliam,sed nõ est eadem, sed illa uidetur magis concordare cum illa Mes.quam ista.

Epilepsia uel epilensia.i.morbus caducus, eo ꝙ cadat patiens cum ea capit.Pœdicon a pueris, quibus facilius & sepius accidit.Nam pæs Græce puer.Rasis ibi ait: Cũ aliquis cadit in terram,torquet,& commouet, & intellectũ amittit,dicimus ipsum epilepticũ esse:quod si spuma exit per os aut se commingit,aut sperma egreditur,aut egestio,palsio tunc est prauior & uehementior. Experimentum mirabile ad epilepsiam quod allegat Sera. in ca. de lapide smaragdo dicens.Et qui defert in anulo smaragdũ, præseruat illum ab epilepsia, quãdo induit eũ in suo digito anteq̃ superueniat ei epilepsia.Et propter hãc causam docent reges, ꝙ suspendant smaragdos ad colla suorum filiorum statim quando nascuntur:ne superueniat eis epilepsia.

Seseleos.i.sileris montani.Miror ꝙ ipse Rasis in libro diuisionũ in prædicta cõfectione dicit,ꝙ seseleos ẽ aniudẽ Romanũ.Etiã Aui.in.2.can.ait:Seseleos est alaniudẽ romanũ: sed hi uiri nõ bene senserunt,aut ꝙ eorũ litera est corrupta nõ.n.seseleos est aniudẽ,ut isti dixerũt, quia alaniudẽ apud Sera.in proprio ca.dicitur ꝙ est foliũ arboris assę fœtidæ. Præterea uide apud eundẽ in ca.de agarico qui inquit, ex authoritate Dios.agaricũ cẽ similẽ radici alaniudem.i.arboris assæ.s.assæ fœtidæ:& sic ẽ.Itẽ Stephanus scripsit hardelũ pro alaniudem, ꝙ est silphium. Infra apparebit electuariũ de alaniudem,& ibi melius ostendam,si Deus uoluerit.

Assę optimæ.i.assæ fœtidæ,in descriptione Mes. reperitur aliquando scriptum hascæ,ꝙ est thymus:sed debet dicere assæ uel assæ,idest assa fœtida.

CLXIIII.
DIAMVSCVM PRECIOSVM,
in.9.Alman.in cap.de tremore cordis.

* Citrariũ uulgo nominant.

℞.Mastiches, Cinnamomi, Seminis ozimi maioris. Seminis ozimi garyophyllati, * Seminis melissæ, Seminis sisymbrii, Seminis sampsuci, Macropiperis, ana.partes æquales,

Ex quibus omnibus puluerizatis.3.x.sumantur, margaritarum minutarum,coralli rubei,charabæ,setæ crudæ, been albi & rubei,folii,oĩm an.3.x.musci,tubaci,corconii puri, ana.3.s.Conficiantur cum melle de myrobalanis chebulis. Hoc enim electuarium ad frigiditatem stomachi & digestiuæ ægritudinem optimum existit.

COMMENT. MANLII.

Istud electuarium diamusci precioſi apud nos non est in usu,sed illa descriptio qua nos utimur ex authoritate Mes. & secundum illam potest fieri dulce & amarum, sicut apparet supra.In isto uero Rasis ingrediuntur quędam simplicia quæ declarabo.

Sisymbrium.i.mentha aquatica siue balsamita:ut dictum est supra in confectione de xyloaloe.

Sampsucus.i.maiorana,siue persa quæ satis est nota.

Musci tubaci.i.illius regionis.Nam reperitur apud Ser. in ꝓprio c.de musco: Muscus regiõis tubaci est melior musco Seni,duabus de causis: una est ꝙa gazellę Tubaci comedũt spicã nardi, & alias spẽs odoriferas. Gazellæ uero de Seni comedũt alȝ herbas ab istis quas diximus odorifeas.

CLXV.
DE SCORIA FERRI, in nono Almansoris in cap.de hœmorrhoidibus,& fistulis rhagadiis quæ in ano fiunt.

℞.Spicæ, Squinanti, Cyperi, Zingiberis, Piperis, Ameos, † Thuris,ana.3.ii. Myrobalanorum Bellericorum, Emblicorum, Nigrorum,ana.3.s.

† Olibanũ uulgo.

Scorię infusę in aceto ꝓ hebdomadã unã,& postea torrefactæ.3.i.s.Cõficiant oia cũ melle despumato ꝙ fuerit coctum cũ apozemate emblicorũ, sicut in ca. de melancholia noȝauimus:de quo quotidie ad nucis magnitudinẽ sumat.

COMMENTA. MANLII.

Hæc confectio apud nos est in usu,& maxime secundum istã descriptionẽ.Ipse uero Rasis in.9.Almansoris in ca. de his quæ confortant stomachũ,& ciborũ perficiunt digestionem,habet unam aliã descriptionẽ,sed nõ est eadem,nec fit Item apud eundem in li.diuisionum ca.de medicinis stomachi habentur tres descriptiones:quarum una ualet ad debilitatem stomachi,& hæc conficitur cum melle, alia cum lacte acetoso,alia cum uino,sed non sunt in usu. Mesues in c. de ulceribus aurium,habet cõfectionem de scoria ferri,sed illa adoperatur cum lycinio,quod non fit.

Scoria ferri de ipsa dictũ est,& similiter de præparatione & de torrefactione.Rasis uero inqt,ꝙ ista confectio debet confici cũ melle despumato,ꝙ fuit coctum cum apozemate emblicorum, sicut in cap.de melancholia nominamus: ibi uero nõ reperitur apozema emblicorum,uerum est ꝙ ipse in cap.nominato de melãcholia,habet decoctionem de epithymo,& si facere uolueris prædictã confectionem: oportet facias prædictam decoctionem sicut infra ostendam: ut ipse Rasis describit.

CLXVI.
DE BACCIS LAVRI, in nono Almansoris in cap.de cholica.

℞.Foliorum rutæ siccorum.3.x. Ameos, Cymini, Nigellæ, * Cheisim, Alexandri, Origani, Carui, Amygdalarum, amararum. Melanopiperis, Macropiperis, Mentastri, Dauci, Acori, Baccarum lauri, Castorei,ana.3.ii. Sagapeni.3.iiii. Opopanacis.3.iii.

* i.Leuistici.

Confice cum melle despumato eiusdem ponderis.

COMMENTA. MANLII.

Istud electuarium apud nos est multum in usu.Idem Ras. in lib.diuisionum cap.de medicinis cholicæ,habet unam aliam descriptionẽ,sed nõ est eadẽ,nec fit secundũ illã. Etiã Gulielmus Placentinus in suo tractatu de confectionibus. habet unam aliam descriptionem quæ est eadem, & est ex authoritate Rasis,qui fuit primus inuentor.

Alexandrinũ.i.lemen eius,quod a modernis Macedonicum uocatur,siue petroselinum Macedonicũ, & est quoddam semẽ nigrum,quod apud omnes satis est notũ. Ille uero qui scripsit librum intitulatũ Lumen apothecariorum, sed est Lumen malelucens,in prædicta confectione non posuit semen Alexãdrinũ,cum in ea rationabiliter debeat poni.Nico.Flo.in trac.7.quinti libri in cap.de præseruatione a generatione lapidis,inquit:Maceronis idest Alexãdrini, in aliis habet macedouicum.i.alexandrinum.

Opopanax est gũmi satis notũ. Arabes uocant ianſur uel ianſir,de quo dixerũt mihi quidam sapientes ꝙ illud uocabulum,quod reperitur apud Aui.in.3.can.in ten.xxi. in ca. de cura præfocatiõis matricis,ubi ait:Alsosir uero cũ ex eo in potu sumit,est in eo sanitas,est corruptũ.Nam debet dicere ianſir.i.opopanax,& sic uide ꝙ ipse in.2.cã. de opopanaco,quod mirabiliter laudat illũ in illa materia. Quidam existimant ꝙ esset zedoaria,sed ignoro, quia ipse Auic. in

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 86 sur 335

cap.de aedoaria de ipso non loquitur in illa materia, sicut facit de opopanace.

CLXVI.

DE ENVLA, in libro diuisionum in cap. de medicinis hepatis.

℞.Aristolochiæ rotun. Seminis apii,
Zingiberis, Fœniculi,
Enulæ siccæ, Anisi,
Istirgar, Ameos,
Erucæ, ana.partes æquales.

Terantur & aggregentur cum melle,& fiat.

COMMENTA. MANLII.

Hæc confectio apud nos non est in usu, tamen simplicia quæ sunt declaranda declarabo.

Enula apud Dios.uocatur helenium.Macer dicit: Enula quam uulgus elnam uocat, heleniumq; Dicitur a medicis, est forma cognita cunctis. Isidorus in cap. de olerib.dicit: Inula quã rustici alam uocant.Petr.de Crescen.dicit,Enula non seritur,quia semen non habet,sed plantatur.Corona eius tota uel maior pars eius in terra pingui, & alte fossa. Radix eius secundum Circa instans cõpetit usui medicinæ Papias ait:Alan herba radicis aromaticæ & est inula.Plin. inquit:Inula quoq; a ieiunis commanducata dentes confirmat,si ut eruta est terrã non attingit:cõdita tussim emũdat.

Istirgar secundum Mat.Syl.est falsa quæ fit ex aniudem. hæc Aui.in.2.uocatur astirgar, & dicitur ꝙ est propinqua aniudem,idest plantæ:cuius gummi est assa fœtida, sed nõ affirmo quod istirgar sit aniudem,sed loco eius ponitur gũmi ipsius,quod est assa fœtida.

CLXVII.

AD RVPTVRAM, uulgo ad crepatos,in libro Diuisionum de medicinis urinæ.

℞.Acaciæ, Granorum lauri,
Nucis cypressi, Gallarum,
Sampsuci, Mugath,
Rutæ siccæ, Gummi arabici,ana.ʒ.xx.

Terantur,& cribellẽtur, & eliquetur gluten piscium cum aceto,& aggregentur omnia cum eo,& fiat emplastrum.

COMMENTA. MANLII.

Confectio ad crepatos in libro diuisionum, capitulo de medicinis urinæ,non est in usu.Simplicia uero quæ sunt declaranda declarabo.

Cypressus apud Auic.nominatur in Syria arbor alten,& Romane cupressus.Ras.dicit:Cypressi nucis, sed ego puto quòd uult dicere nucis cypressi,quæ sunt notæ.

Sampsuci.i.maiorana,sicut dictum est supra.

Mugat.i.radix granati syluestris.Aui.in.2.de ipso specialle ca.facit,sed ignorauit quid esset,& redarguit dicẽtes, ꝙ esset radix granati syluestris.ipse etiam in c.de grano alchil chil.i.granati sylueſtris dicit:Et dixerũt isti eius radix é almugath.Vide etiã de mugath apud Simonem Ianuensem.

Gluten piscium .i.colla piscium quæ fit ex intestinis piscium.hæc apud Græcos ichthyocolla dicit. Nicolaus Flo. in lib.7.in cap.de curatione herniæ siue ramicis ait: Glutinis scriptis.al.pistatorum.i.collę de piscibus &c.

EX ANTIDOTARIO AVICENNAE IN QVINTO CANONIS.

CLXVIII.

THERIACA PRIMA AVICENNAE, & est descriptio Andromachi.

℞.Trochiscorum squillæ *aur.xlviii.
Trochiscorum uiperæ, aur.xxiiii.
Trochiscorum alindaracaron.
Piperis nigri, } ana.aur.xxiiii.
Opii,
Cinnamomi,aur.xii.alias.xxiiii.
Rosarum,aur.xii.alias.xxiiii.
*Seminis napi sylueſtris rotundi, Scordei,
Radicis lilii cœlestis,
Agarici, Succi hyppocysthidos,
Succi *glycyrrhizæ, Spicæ celticæ,
Olei balsami,ana.aur.xii. Scheæ montanæ,
Myrrhæ, Folii,
Croci, Gentianæ,
Zingiberis, Seminis fœniculi,
Rheubarbari, Terræ sigillatæ,
†Pentaphylli, Cholchotar adusti,
Calamenti montani, Amomi,
Prasii, Acori,
*Seminis Macedonici, Nasturtii albi,
Stœcados, Carpobalsami,
Costi, Hypericon,
Piperis albi, Phu,
Macropiperis, Gummi arab.
†Pulegii Indi, Cordumeni,
Olibani, Anisi,
Floris squinanti, Acaciæ,
Gummi albotin, Dauci,
Casiæ lignea nigræ, Bdellii,ana.aur.iiii.
Spicæ, *Bezard,
Polii,ana.aur.vi. Asphalti,
Storacis liquidæ, Opopanacis,
Seminis apii, Centauræ minoris,
Seseleos, Aristolochiæ† rotundæ,
Ameos, ana.aur.ii.
Chamædryos, Castorei,
Vini antiqui odoriferi, Seraphini,
†lib.iii. an.aur.ii.alias.iiii.
Camepityos, Mellis despumati,lib.x.

Liquefiãt quæ de eis liquescũt,& infundãtur quæ infunduntur,& teranẽ ficca,& cribellenẽ, & conficianẽ cum melle,& ponanẽ in uase uitreo,aut plũbeo,aut argẽteo,& non impleat uas,immo sit in eo supfluitas ut respiret medicina & oẽs medicinæ præter mel & uinũ sunt.lxiiii.medicinæ.

COMMEN. MANLII.

A tyro serpente dicũt tyriaca,& maxime sm istam descriptionem,quia reperiuntur multæ aliæ tyriacæ quæ non dicuntur a tyro,ut est tyriaca diatessaron.i. de quatuor rebus sicut dictũ fuit.Et est tyriaca rusticorũ, quod est alliũ agreste:& est tyriaca de fusio.i.troch.alchaochion:& est tyriaca de terra sigillata,& multæ aliæ tyriacæ reperiuntur, quarũ descriptiones nõ ingreditur tyrus. Vñ per hoc moderni distinguũt ꝙ tyriaca dicitur medicina quę ualet contra uenenum,ut bezaard,quod apud Arabes significat omnẽ medicinam liberantem a ueneno.Vide Aui.in.2. can.primo c. de areolis uenenorũ, qui inquit:Tyriaca bezaard interficit uenenosa & expellit uenenũ. Sera.dicit: Lapis bezaard.i. lapis liberãs a uenenis. Nã tyriaca albezaard est nomẽ Persicũ, & est expellens nocumentũ, & hoc nomẽ cadit super duo:unũ est ꝙ cadit super omnẽ medicinam conuenientem alicui ueneno,eo ꝙ resistit uirtuti eius,& expellit nocumẽtum ab eo per proprietatem quę est in ea:& sm est quod cadit super lapidem notũ qnod cõuenit omnibus uenenis:Ipse Ser.ibi nõ loquitur in quo iste lapis inueniatur:uerũ ipse docet discernere ab aliis lapidibus ei similãtibus.In fine uero ait: Abdala anarach uidi lapidẽ bezaard filii Almirama murũ custoditionis legis Dei:& est uerum ꝙ ipse emit lapidem istum,& dedit pro præcio lapidis bezaard palatiũ Corduba in principio belli.Et iste lapis (ut dicit Enas in suo lapidario)est quidã lapis multum charus leguleis,qui generatur in oculis ceruorum in orientem: qui cũ serpentes comedunt deponentes senium ut fortiores fiant,intrãt flumẽ ubi morantur immersi usq; ad caput tandiu quousq; sentiãt uirtutem ueneni separatam:interea lachrymam emittunt quæ coagulata in oculis interdũ usq; ad magnitudinem nucis desiccatur, donec cadat cum de flumine exierint,& sic inueniatur,& hæc dicitur uenenorum tyriaca.

Hæc descriptio istius tyriacę reperit in multis aliis locis. Nam Rasis in.8.Almansoris in ca.de morsibus uiperarum habet unam descriptionem.Guliel. Placen.in suo antidotario habet unam aliam.Ioan.Serap.in suo antidotario habet

* Liquiditiã uocã.

† Centaureã habet Auicenne interpres. *.i.Petrus felini.

† Melchi tramesia uel mesa tramesis Auicenne & est pulegium uulgo cerusinũ appellatũ Gracorũ nempe dictaminum. "Galbarã uocant. † al.longe * Sagapenũ uocãt. *al.Kistii

* drachmas prius legebant: nos autem proprias ponderũ notas e noua ex Arabico Aui. apud IVNTAS impressione palsim restituimꝰ * Al. napi sylueſtris.

unam aliam. Halyab. in decimo practicæ habet eandem. Nicolaus etiam in ſuo antidotario habet unam aliam, ſed illa eſt ex authoritate Galeni ſicut dixit, & dicitur ꝙ eſt domina medicinarum, & Galenus ipſam compoſuit, ſed in ueritate ſicut ĩquit Aui. Haly. & alii autores dicũt ꝙ deſcriptio radicalis eſt Andromachi, & eſt melior aliis deſcriptionib. Et uerum eſt quòd fuerunt plures medicorum: ſicut Gale. Democritus, & alii qui uoluerũt in ea addere uel minuere de pondere, ſed neceſsitas nõ erat: quia Andromachus prædictam deſcriptionẽ compoſuit cum tanta diligentia ꝙ nõ erat neceſsitas, ꝙ aliqs in ipſa adderet nec minueret aliqd. In tempore uero antiquo utebanẽ mithridato loco tyriace ut dicit Auic. ſed poſtquã accidit Andromacho illud quod expertum fuit ſuper iuuamentũ carnium ſerpentum & aliorũ, addidit in eo trochiſcos de uiperis. i. de tyro: in reliquis uero non diminuitur mithridatum a tyriaca niſi in re una, quod eſt uenenum ſerpentum. Et ſic iſta deſcriptio domini Aui. eſt deſcriptio radicalis Andromachi Ipſe Auicẽ habet tres deſcriptiones, ſed prima eſt nobilior aliis: & ſic hodie noſtri medici uolunt quòd iſta deſcriptio ſit illa qua uti debemus: ſed in noſtris partibus reperiunẽ rari apothecarii facientes ipſam, ſed emũt a mercatorib. Ianuẽ. quæ nõ hẽt tãtam uirtutem quantam dixerũt autores eam habere, & hoc eſt (ut credo) quia non faciunt ipſam ſecundum intentionẽ Andromachi. Et ſcias pro certo ꝙ allocutus fui illos qui faciunt ipſam: & ſcio quòd decipiuntur in multis ſimplicib. et nõ cognoſcunt certitudinem rerum: ſed quomodo debeat experiri & probari bonitas tyriacæ ſtatim declarabo.

Experiẽtia tyriacę, ſi erit bona aut mala, ut docet Andromachus, Aui. Io. Ser. Guliel. Placentinus, & Haly. eſt talis. Dicunt. n. accipiatur gallus ſylueſtris uel domeſticus, ſed ſylueſtris eſt melior & exiſtimãt quòd ſit faſianus quia ipſe eſt ſiccioris complexionis quam domeſticus & mittatur ſuper ipſum animal uenenoſum, uel ponatur de aliquo ueneno in uulnere paruo facto ſuper alam ſiniſtram prope coxam: & poſt hoc detur in potu cũ uino de tyriaca. & ponatur de ea etiam in uulnere poſt uenenum ſpecialiter cum animal incipit debilitari: tunc ſi animal uixerit, erit tyriaca bona & bonæ ętatis: ſi moritur, erit praua. Alia probatio, ſi detur tyriaca illi qui ſumpſit opium uel iuſquiamum nigrum, uel corticem mãdragore: & ſi tyriaca deſtruxerit uirtutem alicuius iſtorum uenenorum, erit bona. Alia probatio eſt, ut ſi homo ſumet catharticum & conſideretur, tũc ſi ſoluerit eũ ſumat in potu tyriacam, tunc ſi retinet eum eſt recens & bona: & ſi non, eſt mala. Vide ergo ſi cognoſcere uolueris tyriacam bonam a mala. Poſtquam oſtendi de probatione ipſius, nũc uolo oſtendere quanto tempore debet permanere ipſa tyriaca antequam diſpenſetur.

Sciendũ eſt *igit* ꝙ ſm Andromachũ & Aui. debet ſtare p ſex mẽſes antequã bãdiaẽ ad minus. Vnde qñ eſt infans. ſ. ante ſex menſes ſtupefacit. De qua Gentilis ait: Dicunt quidã ſapientes ꝙ tyriaca noua ſtupefacit per opium, quod natura ſeparata ab aliis, & mandat illud per partem dolentem.

Si quęratur quot res ingrediantur in iſta tyriaca, dicatur ꝙ computatis ſimplicibus & compoſitis ipſam ingredienti bus: ſunt ad numerum lxiiii. duobus liquoribus ſcilicet mel le & uino exceptis.

Si etiam quæraẽ in quo uaſe tyriaca melius conſeruetur in hoc eſt regula, quia communiter cõſeruant ipſam in uaſis plumbeis, ſed male, quia plumbum attrahit ad ſe ueneno ſitatem. Nec debet eſſe de ferro, qñ pars uaſis quæ uacua remaneret, poſſet fieri æruginoſa, & illa ærugo propter permixtionem tyriacæ opportunã, & ipſius tyriacæ ebullitionem communicare poſſet ipſi tyriacæ aliquid de uenenoſa natura ſua. Nec debet eſſe de aurichalco, quoniã ipſum principaliter fit ex ære. Nec debet eẽ de cupro, qñ ipſum fit ex parte ęris. Nec debet eſſe de peltro, quoniã ipſum cõponiẽ ex parte plumbi: immo conſeruatur aureo uel aurato, argẽteo uel argentato, ſtãneo uel ſtãnato, uitreo uel nitreato uel marmoreo, ſeu de alabaſtro bene polito &c.

Si etiã quæratur quot annis durat, tyriaca, dicaẽ ꝙ Auic. ibi de ipſa loquiẽ dicẽs. Et tyriacæ quidem adſunt infantia & pubertas, & adoleſcentia, & ſenectus, & mors. Et ſit infans poſt ſex menſes: deinde incipit in pubertate & augmẽto uſq; ad tempus in quo ſtat per. x. annos in regionibus calidis, &. xx. annos in regionibus frigidis: deinde ſtat aut. x. annis, aut .xx. deinde declinat, aut poſt. xx. annos, deinde poſt. xl. annos, deinde expoliatur uirtute tyriacæ, aut poſt. xl. annos, aut poſt. xl. & ſit una cõfectionum declinata a guſtu tyriacæ: & oportet ut deẽ in potu morſo de illa quæ eſt recens & fortis, & reliquis quibus in potu datur de illa quæ eſt debilior, & fortaſſe eſt neceſſe ut in potu detur morſo recenti ex medio aureo uſq; ad aur. i. & ex eis quibus diſtinguitur inter illam quæ eſt recens & fortis, & inter antiquã & debilẽ & malam dictum eſt paulo ſuperius, ubi diximus de eius experientia. Communiter aũt teneẽ ꝙ tyriaca duret in bonitate annis. xxx. aut. xl. poſt illud eſt debilis.

Notandum eſt ꝙ melius tempus conſtruendi tyriacam eſt tempus ueris & tempus æſtatis, quia tyriaca iuxta autorum ſententiam ſex mẽſibus permanet antequam perfectiſſime commiſceatur: quod equidem Albucaſis. iiii. particula azarauii, poſt deſcriptionem tyriacæ, & omnium troch. ipſam ingredientium expreſſe innuit dicens, ꝙ poſt ſex menſes completur temperamentum tyriacæ, & fermentatio, & ad minus poſt ſex menſes adminiſtrari põt, ut dictum fuit. Poſtquã dixi de probatione ipſius, & alia: nunc uolo oſtendere de modo cõficiendi ipſam, ut docent Andromachus & Raſis dicentes: Neceſsitas eſt ut ſumamus opiũ, & myrrhã hypocyſthidos, & ſerapinum, ſuccum liquiritiæ, & ſtoracẽ liquidam, & acaciam, & opopanacem, & omnia hęc in mortario poſita cum pauco melle deſpumato moueãtur donec molleſcant: deinde ex uino infundantur, & per tres dies in uaſe uitreato manere permittantur: poſtea ſpica, & cinnamomum, & zingiber, & caſsia lignea, & naſturtiũ atq; caſtoreũ, & folium, & terra ſigillata, & cholchotar & aſphaltum, ac amomum. Nam hæc trita in mortario cõmiſceãtur & ex uino aſpergãt donec uniant: deinde mel, & gũmi arabicum, & terebinthina, & galbanum, & balſamum ſumanẽ & in cazola poſita donec mixta ſint aggregentur: quæ taliter præparata aliis medicinis quæ in mortario ſunt adiungantur, & cũ oĩa ſimul fuerint, terant, & agitenẽ donec bene ſint mixta: deinde quod ex eis ſit in pixide argentea aut in uaſe plũbi, quæ medicamẽ hoc in duab. partibus ſui capere poſsit reponatur. Vas autem in quo ponatur, nõ oportet ꝙ ſit plenũ: cuius os cũ corio optime ligeẽ, quotidie tamen diſcooperiaẽ ac per unam horã manere permittaẽ. Ex hac quoq; etiã medicina nõ niſi poſt ſex mẽſes aliquid ſumatur & illo modo fiat: & ſcias ꝙ in primo menſe omni die bis, uidelicet mane & ſero per mediam horã uel circa tyriaca ipſa eſt fortiter agitanda & commiſcẽda, & ſemper poſtea ſuo coopertorio obturanda & ſic ſigillanda. Secundo autẽ menſe omni capite quatuor dierũ ſemel tyriaca ipſa eſt p mediã horã ſimiliter bene agitãda, & cõmiſcenda. In tertio uero menſe omni capite ſeptem dierum ſemel ipſa eſt conſimiliter commiſcenda. Quarto autẽ mẽſe omni capite decẽ dierum ſemel ſimiliter per mediã horam eſt permiſcenda. Quinto uero menſe ſimiliter quindecim dierum capite eſt cõmiſcenda. In capite aũt ſexti mẽſis ſimiliter ſemel p mediam horam eſt permiſcenda. Poſtmodum uero tanquã perfecte cõmixta dimittẽda eſt optime obturata: aliquãdo tamẽ in temporis proceſſu cum opportunum uideret: præcipue propter ebullitionem ipſius tempore caumatis factam non cõuenit ipſam aliqualiter permiſcere. Poſtquã oſtendi conficere ipſam, nunc uero intentio mea eſt declarare illa ſimplicia quæ magis difficilia ſunt: & primo incipio a trochiſ. ſquillæ: quorũ deſcriptio infra apparebit. Halyabbas habet troch. hauſali: quod idem eſt. Nam hauſal eſt ſquilla.

Trochiſ. de uiperis. i. de tyro. ſ. de fœmina. Eſt certum ꝙ tyriaca dicitur a tyro ſerpente. Halyabbas habet trochiſcos tyriæ, & idem eſt: infra in ſua deſcriptione melius oſtendã, ſi Deus uoluerit.

Troch. alindaracaron. i. Andromachi. Gal. loco troch. alindaracharon, habet troch. diacorallí, de quibus infra.

Napus ſylueſtris ẽ rapiſtrũ ſiue rapiſtri: ille uero qui de

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 88 sur 335

nouo ſcripſit Lumen malelucens habet ſemen ſinapis:quòd nequaquam benefactum eſt,ſicut oſtendam.Gentilis autem ignorauitquid eſſet,ſed ego aggregaui authores qui ſcripſerunt prædictã deſcriptionẽ,& uidi intentionẽ omnium:inter quos Andromachus habet rapiſtri,Auic.habet napi ſylueſtris,etiam Gulielmus Placen.habet napi ſylueſtris, & ibi dicit,q̃ eſt rapiſtrum, Democritus uero habet rapiſtrũ quod idem eſt.Halyabbas aũt hẽt ſeminis rapæ ſylueſtris, quod ſecundum quoſdam eſt idem. Ergo ſinapus ſylueſtris eſt rapiſtrum.Ego dico q̃ eſt raphanus agreſtis: & q̃ hoc ſit uerum uide Simonẽ Ianuen.qui dicit, q̃ rapiſtrũ haromochia,& raphanus agreſtis idem eſt.Similiter ait Mat. Sylu. Raſis in ſuis ſynonymis in fine dicit:Napi ſylueſtris.i. rapiſtri.Synonyma Nicolai aiũt:Napi ſylueſtris.i.rapiſtri, Poſtea in litera r,ait:Rapa ſylueſtris.i.rapiſtrum uel napi ſylueſtris & ſic ſi bene cõſideret uidebis q̃ napus ſylueſtris, & rapiſtrũ ẽ raphanus agreſtis,quæ alio noĩe a Romanis aromorachia dicit.Et ſic meo tpe uidi ponere ſemen aromoracii.

Poſtquã dixi de napo ſylueſtri, nunc uero mea intentio eſt narrare unam aliam ſpeciem napi, quæ a multis uulgari nomine uocatur rampocilus,& nomen ſuum ſecundum plurium medicorum modernorum opinionem eſt illud quod ab Aui.in.2.uocatur melha.ſed nõ rectẽ. Nam ſi legis bene illud ca.de melha:uidebis quòd rampũculus non conuenit. Nam ipſe Auicẽ.ait,q̃ eſt ſicut ramnus. Ramnus uero apud Serap.eſt hauſegi.Et hauſegi apud Auic.eſt rubus qui rampunculus nõ eſt:ſed ſit quomodocunq; rãpunculus eſt.Species napi,de quo Nicol.Floren.in li.4.in trac.4.in c.de prę uiſione cautelis,& cuſtodia a uenenis, & eorum nocumentis in generali ait:Semen napi parui, & exiſtimant quidam quòd ſit rampunculus qui comeditur communiter.Bartholomæus Mõtagnana in ſuis cõſiliis, in conſilio rerũ præſeruantiũ ab oppilationibus,& a tenſione magna in ſtomacho inquit ſic: Melius tñ ſalaticum eſſet locuſtæ .i. ramponzeoli ſuo tempore.Reperitur autem quoddam animal nominatũ locuſta,& iſtud eſt grillus uiridis,ut dicit Nicolaus.

Scordion ſecundum.Aui.& Circa inſtans, & Gulielmũ Lombardum,eſt allium agreſte.Et ſecundum Circa inſtans ſolus flos competit uſui medicinæ.Petrus de Creſcẽ. dicit: Scordeon ideſt allium agreſte,ſolus flos eius competit medicinæ,& eſt tyriaca ruſticorũ ſecundũ Gal. Macer inquit: Scordeon argiue ſunt allia dicta latine.

Lilium cœleſte apud Aui.eſt ireos, cuius radix uſui medicinæ competit.

Oleum balſami eſt quod ex ligno balſami manat Andromachus habet olei balſami:ſed Raſis & Guliel.habẽt balſami puri.Halyab.uero habet olei balſami optimi:& idem habet.Io.Serap.ſed pro certo autores qui de ea loquũtur, nõ intelligũt oleũ balſamum factum artificialiter ex multis:uerum eſt q̃a balſamus apud nos raro reperit.Autores moderni ſcripſerũt olea,& alia quæ poſſunt adminiſtrari in omni loco ubi ingrediatur balſamus,prout infra apparebit.

Pentaphyllon,i.quinq; folium.Iſid. in ca. de herbis aromaticis ſiue communibus dicit : Pentaphyllon a numero foliorum dicta : unde & eam latini quinque folium uocant reperitur una alta planta quæ multum ſibi aſsimilatur, ſed hẽt ſeptẽ folia,& hæc uocat heptaphyllõ,ambæ in pratis reperiuntur.Io.Sera.inquit:Albetaphyllõ, & ẽ quinq; foliũ.

Praſsium.i.marrubium,ut dictũ fuit.Halyabbas ibidem dicit:Praſsium.i.porrus montanus.

Macedonicum,i.apium montanũ ſiue Alexandrum. Raſis loco eius habet holuſatri.Io.Ser.habet apii montani,q̃ idem eſt,ſecundum Matth.Syl.

Pulegium indum.i.pulegium ceruinum.Nã Raſis & Gulielmus habent pulegium ceruinum.Et Ioan.Ser. habet alchatamũ, & dicit q̃ eſt pulegiũ ceruinũ : in tertia uero deſcriptione Auic.ait:Tuctaminis & eſt pulegium, & ipſum diptamum ſine dubio eſt ſpecies pulegii,ut patet apud Ser. in ca.de origano ubi de diptamo loquit:ſine dubio ex meo iudicio credo quòd uerum pulegiũ ceruinum ſit dipta nũ. Nã Iſid.in cap.de herbis aromaticis ſiue communibus ait, Diptamum herba nomen accepit propter quam apud Virgilium:Cerua uulnerata ſaltus. Et itẽ Halya.loco pulegii in di hẽt diptamũ,quod idem eſt.Papias dicit : Pulegium matris diptamum eſt. Sed lumen malelucens putat q̃ pulegiũ indum ſit pulegiũ uſuale,ſed non cognouit quid eſſet. Meo uero tempore pro pulegio indo diptamum uidi ponere.

Gummi albotin.i.terebinthina.Nam ſi cõſideretur bene gummi albotin eſt terebinthina dictũ largatum. Raſis loco eius habet terebinthinam.Aui.in.2.deſcriptione habet glutinis alimbac,q̃ idẽ eſt.Halya. hẽt gummi borani, quod idẽ eſt Fructus ipſius uocantur grana uiridia, & arbor botin.

Storax liquida.i.ſigna.Io.Sera.in prædicta deſcriptione dicit:Storacis liquidæ,& eſt mel alubne, & in confectione chefetę inquit:Storacis humidę,& ẽ mel ſtoracis calamitę.

Hypocyſthidos eſt ſuccus cuiuſdam rei quæ aſsimilatur fungo,quæ naſcit in radice roſæ caninæ, ſeu barbe hircinæ. Aui.in cap.de barba hircina dicit,q̃ radix eius eſt fortioris ſtypticitatis,& ponit in tyriaca,& ſic ẽ. Franciſcus de pedemõtiũ in c.de fluxu uẽtris omniũ modorũ & curis eius ait: Barba hircina & flos eius,& ſuccus qui eſt hypocyſthidos.

Scheæ montanæ,non inuenitur ſic apud alios:uerũ eſt q̃ Haly.habet ſichi montani,quod idem eſt. Tamẽ ſi intentio Andromachi eſt q̃ ponamus ſcheam, debemus eam ponere,& pro ſchea intelligit ſandonicũ,ut reperitur apud Ser. in proprio ca.de ſchea,& dicit,q̃ eſt abſinthium marinum: & ſic eſt, & eſt illud quod hodie herbam ſauinam dicimus aut ſomenzinam,aut ſemen ſanctum.Defertur de Ianua ad nos,& mirabiliter ualet ad uermes interficiendos.

Cholchotar uero apud Auic.in.2.can.cap.de atramento eſt uitriolum citrinũ.Io.Serap.habet calcadis. Gulielmus Lombardus dicit,q̃ uitriolũ aduſtũ de quo fit encauſtrum, uocacur cholchotar.Halyabbas uero habet uitri aſſati quo dammodo nõ ad perfectionẽ.Ego credo qđ iſta ſententia ſit falſa,quia nõ eſt conſonũ dicere uitri aſſati:immo debet dicere uitrioli aſſati:& ſic hodie loco cholchotar ponitur uitriolũ uiride aduſtum.Andromachus dicit, q̃ aduſtio ipſius nõ ſit ultimata,ſed aduraẽ ſm medietatẽ ad hoc ut poſsit cõteri.Oportet ergo accipere uitriolum, & ponere ipſum in patella ad ignem donec igniaẽ, & continue uitriolũ uoluatur: & tandiu hoc facias q̃ eius color mutetur, & tunc deponatur,& uſui reſeruetur.Etiam Io.Ser.dicit, q̃ calcadis debet eſſe uſtum ſecundum medietatem ſuæ aduſtionis.

Naſturtium album,de ipſo neſcio quid dicam, quia ſapiẽtes dixerunt q̃ naſturtium album eſt naſturtium Babylonicum q̃ non conſonat:quia Raſis & Gulielmus ambo habẽt in prædicta tyriaca .ſ. naſturtiũ albũ & naſturtium Babylonicũ:ergo nõ ſunt idẽ.Aui.in.2.deſcriptione tyriacæ dicit: Alme & alſeis,& eſt naſturtium album. Io. Sera.in eodem loco habet ſeminis a zuferre: neq; per id cognoui quid ſit. Mat.Syl.in litera aleis inquit: Aleis.i.naſturtium Babyloni cum,& eſt naſturtium orientale.Sed Ser.uero in ca.de naſturtio:formam naſturtii orientalis deſcribit ex authoritate Dioſ.ſed apud Dioſ.nõ reperit ſub noĩe naſturtii oriẽtalis. ſed meo iudicio credo q̃ illud c.de bryõ herba apud Dioſ. ſit idem cũ naſturtio orientali apud Ser. Et ſic ſine dubio,ſi legis c.de brion apud Dio.cũ c.de naſturtio orientali apud Ser.uidebis q̃ idẽ ſunt.Sunt ẽt qui loco eius ponunt naſturtium aquaticũ,quidam naſturtiũ uſuale . Haly. autem loco naſturtii albi,habet cardamum,quod eſt naſturtium uſuale.

Gummi.ſ.gummi arabici,& hoc reperitur ſuper arborẽ, ex qua fit acacia ſicut reperiũtur aliæ gummę, ut dicit Ser. Halyabbas in multis locis dicit:Gumma zabara .i.arabica.

Cordumeni.i.carui agreſte,ut dicit Io.Sera.in prædicta confectione:ſimiliter ait.Gulielmus,& ſm Matth.Sylu.eſt cordilion ſeu ſiler creticũ , & ſm Democritum eſt cheiſim campeſtre:ergo eſt leuiſticum. Vide ſupra in confectione athanaſiæ magnæ,ubi melius oſtenſum fuit.

Bezaard.i.galbanũ,q̃a alii authores loco eius habẽt galbanũ.Præterea Sera.in ca.de galbano dicit,q̃ bezaard, eſt galbanum:ſimiliter dicit in deſcriptione tyriacæ.Etiã uide q̃ Aui.in tertia deſcriptione in fine ait:Ad literã bezaard, & ẽ galbanum : & ſic eſt.Alia uero ſimplicia ſatis declarata ſunt. Liber q̃ dr Bulchaſis in tract.2. docet formam extra-

hendi ſuccum galbani,& inquit.Recipe bauciam ſylueſtrẽ fœtentem cum ſuis ſummitatibus,& incinde.uide ibi.

Mel.ſ.mel apum quod eſt notum.Aui.Raſis, Gulielmus habent mel.ſ.uſuale. Andromachus aũt hẽt mellis alhaſcæ, & dicit,℔ ẽ mel ℔ ſugunt apes ex herba quæ dicitur alhaſce ergo debet eſſe mel quòd apes colligunt ab alaſce:quòd eſt thymus.Io.Sera.ibi dicit:Mellis ſylueſtris mũdi quòd colligũt apes ex alhaſce.Haly.dicit: Mellis quod apes ex plãtis colligũt.Gal.i ſua deſcriptiõe hẽt mel atticũ, de quo ſupra. Notandũ ℔ regula multorũ modernorũ eſt ℔ in ipſa tyriacæ cõſtructione ponũt multo plus mellis quã debeat poni: ſed ſi uis ℔ tyriaca ſit laudabilis,ponaẽ pro qualibet li.mellis.ʒ.vii.ſpecierum ad minus: & hoc fuit approbatum meo tẽpore.In aliis confectionib.nõ ingreditur tantũ ſpecierũ.

Vinum antiquum odoriferum,& optimum, hoc eſt ſatis notũ.Auic.Andromachus,Raſis,Gulielmus,& Io.Ser.ponunt in ſuis deſcriptionibus uinum odoriferũ, & non expo nunt ſi debet eſſe coctum,aut nõ:ſed ſecundum opinionem meã debet eſſe coctũ:& iſtud uinum debet fieri ex uuis electis albis factũ & coctũ uſq; ad cõſumptionem unius tertiæ partis eius uel plus quouſque habeat præfati mellis colati conſiſtentiã,& debet eſſe trium annorũ,uel circa.Qđ equidem uult expreſſe Albucaſis quarta particula azarauii cap. primo inquiẽs debere ſumi carenũ uetus de tribus annis. Et Haly.decimo practicæ,ca.de tyriaca dicit: Semecarenũ ideſt uinum dulce coctum, quod appellatur muſtũ uetus de trib. annis.Gale.loco eius hẽt uinũ Falernũ, de quo ſupra.

CLXIX.

CONFECTIO MITRIDATIS,

ex deſcriptione communi omnium.

℞.Myrrhæ,	Dauci,
*Alſeis,	Meliloti,
Croci,	Gentianæ,
Agarici,	Olei balſami,
Zingiberis,	Carpobalſami,
Cinnamomi,	Trochiſcorum cochion,
Dragaganthi,ana.ʒ.x.	Bdellii,ana.ʒ.vii.
Spicæ,	Rutæ.ʒ.ii.
Olibani,	Ammoniaci,
Squinanti,	2† Spicæ romanæ,
Xylobalſami,	Maſtiches,
Stœcados,	Gummi arabici,
Seſeleos,	Petroſelini,
Coſti,	3* Cordumeni,
Chamæpityos,	Seminis fœniculi,ana.ʒ.v.
Galbani,	alias.ʒ.iii.
4† Nebeſcet,	Aniſi,
Macropiperis,	Acori,
Succi barbæ hircinæ,	Meu,
5* Melachion,	Serapini,
Styracis,	Aſari,ana.ʒ.iii.
Opopanacis,ana.ʒ.viii.	Roſarum rubearum,
Opii,ʒ.v.	Pulegii,ana.ʒ.v.
Caſsiæ,	Phu,
Leucopiperis,	Acaciæ,
Melanopiperis,	Vmblici 6† ſtinci,
Hermodactylorum,	Seminis hyperici,
Polii,	ana.7 *.ʒ.iiii.ſ.
Scordeon,	

Vini odoriferi antiqui in quo infundãtur ea quæ oportet infundi:mellis deſpumati,quod ſufficit:miſceaẽ & reſeruetur & adminiſtrẽtur poſt ſex menſes: & ſit doſis ſicut auellana cum eo quod eſt conueniens de potionibus.

COMMENTA. MANLII.

Hæc confectio mithridati,ſicut inquit Aui.eſt confectio q̃ fecit Mithridates rex Põti & noiauit ſuo noie, & cõpoſuit ipſam, & ex medicinis expertis ſuper uenena propriæ & ſup ægritudines alias, ut eſſet aggregatiuum iuuamenti uenenorum diuerſorũ & ęgritudinum diuerſarũ.Fuit ergo ipſum tyriaca in illo tẽpore:deinde poſtquã accidit Andromacho illud quod expertus fuit ipſum ſuper iuuamentũ carnium ſerpentũ,& aliorum,addidit in eo trochiſcos de uipe ris, & alteratũ eſt parum per additionem & diminutionẽ. Fuit ergo tyriaca magna in multitudine iuuamenti:uerum tñ tyriaca magna eſt magis iuuatiua ipſo in re una,quod eſt uenenum ſerpentum, in reliquis uero non diminuitur mithridatũ a tyriaca.Et propter id ego dico ℔ tyriaca magna dicit a tyro ſerpente,ut dictũ eſt.Raſis in primo tra. octaui Almanſoris de uenenis & uenenoſorum morſibus,& eorũ curatione & cautela,hẽt unam deſcriptionem quæ eſt eadẽ Guliel.Placent.in ſuo trac. de confectionibus habẽt unam aliam quæ eadem eſt.Haly.in.10.practicæ habet eandem:ẽt uide ſupra ubi poſui unam aliam deſcriptionem, quæ eſt ex authoritate Nicolai.Et dicit ℔ eſt mater oĩum antidotorũ, ſed non eſt eadẽ.Generaliter aũt cõficit ſecundũ deſcriptionem Aui.iſtam,& maxime apud Mediolanenſes. Simplicia quæ declaranda ſunt declarabo,ſi Deus uoluerit.

Alſeis ſecundum intẽtionem Aui.eſt naſturtium Babylonicum.Et ſecundum Mat.Syl.eſt naſturtium orientale. ipſe met in c.de cardamo.i.naſturtio inquit: Sed naſturtium cõmune notũ eſt melius illud quod defertur a Babylonia.Hic intelligendum eſt ℔ naſturtium Babylonicum eſt commune,ſed Babylonicum eſt nobilius noſtro.Dioſ. in ca. de cardamo,ideſt naſturtio ait:Cardamus utilior eſſe dicitur Babylonicus omnibus: nos uero ponimus de noſtro quo utimur & ſunt qui ponunt de aquatico.

Nebeſcet uel tebeſcet.i.glutẽ alimbat,& eſt terebinthina.Nã Raſis Gulielmus,& Io.Sera. in eodem loco habent terebinthinam, & idem eſt Halyabbas autem loco eius habet ratinegi ergo eſt colophonia, ut uidetur apud Auic.in 2.can.ſed in iſto antidoto terebinthina intelligitur.

Barba hircina eſt planta ſecũdum Aui. ex qua fit hypocyſthidos & ſic credo,quia Halyabbas ibi dicit:Haſaphi.i.ſucci hypocyſthidos,idem eſt conſonum propter alios authores,& nos uocamus ipſam roſam caninam: in cuius radice diſtante a ſtipite plantæ eius naſcitur quædam res ad ſimilitudinem fungi:cuius forma eſt ac ſi plures balauſtias infigeres unam aliam,& dicitur taratich:qui fungus tonſus & expreſſus ſuccum emittit:deinde ad ſpiſsitudinẽ coctus & ſiccatus hypocyſthidos efficitur.

Melachion ſecundum Auic.eſt opium, ſed eſt textus corruptus.Nã ipſe in prædicto mithridato inferius habet opiũ ergo melachion non eſt opium.Nicolaus in ſua deſcriptione loco melachion habet githergo eſt nigella quæ uocatur melanthium.Nã uide Pli.qui ait:Gith ex Græcis, alii melanthiũ,alii melanſpermon uocant,& nõ eſt illud gith quod reperitur in noſtris partib. in bladis:ſed gith eſt melachiõ, & eſt nigella nigra,cuius ſemen eſt odoriferũ cũ odore iocundo,& eius ſemen habet ſimilitudinẽ ſeminis porri,hanc ultra padum ruſtici uocant rochetam.

Opiũ apud ipſum eſt ſuccus papaueris nigri quòd Aegyptii ſeminant.uide ergo ſi eſt conſonum,℔ melachion ſit opium:nam ſupra eſt poſitum melachiõ.i.nigella.ſed ipſe dicit quòd eſt opium,quod credendum non eſt.inferius uero iterum habet opium.

Oleum balſami,quod ex ligno balſami emanat. Deſcriptio ipſius reperitur apud Meſuẽ, ſed non poteſt fieri apud nos,tamẽ infra apparebit oleum quod in omnibus locis poteſt adminiſtrari ſicut balſamus.

Trochiſcus cochion eſt tyriaca quæ uocatur de fuſsio. Nam poſtquam aggregaui iſtos trochiſcos apud Auic.cum tyriac.de fuſsio apud Raſim & Gulielmũ uidi, ℔ idẽ ſunt. Haly.habet trochiſcos mefrinoferſion quod idem eſt.

Pulegium.ſ.pulegiũ indũ,ut habetur apud alios authores,ſicut eſt Raſis & Gulielmus, & eſt pulegium matris ſiue ceruinum.i.diptamum,ſicut dictũ eſt in tyriaca. Præterea.Io.Sera.loco eius habet meſcatrameſcir,quod eſt uerũ diptamum,ut patet apud Gal.in.6.ſimplicium.

Phu,uel fu.i.ualeriana,cuius radix uſui medicinæ competit. Raſ. uero in ſua deſcriptione non habet fu,ſed loco eius ponit faufel.i.auellanum nam indicam.

Vmblici ſtinci.i.ſumen ſiue uẽter ſtinci, ut dicit Gẽtilis. Raſ.loco eius ponit inguina ſtinci.i.guaril.Io.Serap.habet pinguedinis ſtinci.Halyabbas autẽ habet caudarum ſtinci.

* al. aliis ſcutalesſis naſturtiũ Babyloni cũ interpretantes uel dicas tu commune ac officis uſitatum.
2† Celticã uolunt.
3* .i.carui agreſtis.
4† Terbenthina uulgo.
5* Nigellã nonnulli quaſi melanthium dicerent uocãt.Auicen. uero interpres exponit ℔ eſt opium folii indi cum tamẽ alia littera opium omittat, ac folium Indum eſſe exponat. uerũ ego cum pleriſque gith ſeu melãthiũ uel nigellã potius intelligerent.
6† Sincum dicunt.
7* Mendoſe prius. xlv.ʒ.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 90 sur 335

Hypericõ apud ipſum in.2. c an.eſt uua dæmonis. Auer. in.5.col.ait:Heufericon.i.hypericon nelifricon, & quidam appellant hanc herbam cordialem, eo quia aſsimilat cordi. Eius ſemen apud Pli.uocat caros, & eſt herba ſancti Ioannis dicta fugadæmonum ſiue perforata,quæ ſatis eſt nota.

CLXX.

PHILONIVM ROMANVM Tarſenſe.

℞.Leucopiperis,
Seminis hyoſcyami albi,an. * aur.xx.
Opii,aur.x.
Euphorbii,
Spicæ,
Pyrethri,ana.aur.i.
Caſtorei,
Zedoariæ,
Doronici,
Margaritarum non perforatarum,
Sel,ana.3.i.
Croci,aur.v.

* Drachmas prius

Mellis deſpumati quantum ſufficit.

COMMENTA. MANLII.

Hæc confectio in Papia non eſt ualde in uſu, ſed in Mediolano magis.Aui.narrat philonium dicens,inquit Gal.in l.decem tractatuũ in quo narrauit narrationem philonis,in quit.n. Gal.in perſona Philonii. Ego ſum de expoſitione Philonis medici Tarſenſis,& meũ quidem iuuamentum ad eum cui dimiſſa eſt mors, eſt iuuamentum maximum,& rectificodolores antecedẽtes in ægritudinibus pluribus &c. Io.Serap.in ſuo antidotario habet unam aliam deſcriptionem,ſed nõ eſt eadem:tamen ibi Io.Sera.ait:Philoniũ Tarſenſe,& dicitur Philonium Romanum. Io. Cocoregius in cap.de uigilia & ſahara, inquit: De uirtute iſtius Philonii Romani,& dicit ꝙ fuit inuentum a Philone medico Romano,propter quod appellatum eſt Philonium Romanum:uaſet autem ad ſomnum inducendum.

Sel apud Aui. in .2. eſt medicina inda ſimilis zingiberi: quid aũt ſit communiter ignoratur, ſed Sera. de ipſo etiam loquit,& in uno ca.confunditur ſermo de bel,ſel, & phel, & dicit ꝙ ſunt medicinæ indæ,& dicit ꝙ ſel eſt citonium indum.Mat.Syl.de citonio indo ca. facit & ibi dicit: Bel uel ſel eſt citoniũ indum: & ſic quidã ſapientes dixerunt ꝙ bel uel ſel in uirtute ſunt conuenientes, & exiſtimant quidam eſſe idem.Ser.uero in ca.de darſiſahan,ideſt arbore granati ſylueſtris ait,ꝙ fructus ipſius arboris eſt bel:ergo bel uel ſel eſt arbor granati ſylueſtris.Et dixit Gẽtilis quod bel eſt herba de qua fit lycium,& ſic eſt ꝙ moderni faciunt lycium de arbore mali granati.i.amiberberis. Quædã falſa ſynonyma exponunt ꝙ ſel eſt ſambucus,quod non eſt credendum.

CLXXI.

PHILONIVM PERSICVM.

℞.Piperis albi,ſeminis iuſquiami albi,an.3.xx.opii.terræ ſigillatæ,an.3.x.croci.3.v.euphorbii,ſpicæ,pyrethri, an. 3.ii.caſtorei.3.i.zedoariæ,doronici, margaritarũ non perforatarum,muſci,an.3.s.camphoræ ſextam & ſemis.3.i.mellis deſpumati colati,quantum ſufficit.

COMMENTA. MANLII.

Hæc confectio apud nos non eſt in uſu, ſed in Mediolano magis.Supra:poſita fuit una alia deſcriptio quæ ualet ad fluxum ſanguinis narium,& ad multa alia. & iſtud ualet ad fluxum menſtruorum, & hæmorrhoidarũ & ad alia uerũ generaliter ſecundum deſcriptionem ſuperius poſitam eſt in uſu.Io.Sera.in ſuo antidotario habet unã aliã deſcriptionẽ ſed non eſt eadem.Simplicia ingredientia declarata ſunt.

CLXXII.

CONFECTIO de hyacintho Auicennæ.

℞.Fracturam hyacinthi & propriæ rubeæ granatæ, & ei ſimilium aur.i.quæ ponatur in inſtrumento terendi,& incipiat eius cõtritio cum facilitate ſubtiliter ut alterent:deinde ponat in tabula & preparetur ſuper ea ad terendum, & ſumatur lapidis * aluminis.3.i.† halachic.3.i. & auri liquefacti in crucibulo ſuo linito cũ lithargyro donec aurũ fiat ſicut uitrũ,& teratur pondus tertiæ .3.i. & argenti uitreati cũ odore ſtãni põdus ſextæ .3. i. & fiat cũ unoquoq; eorum de cõtritione & puluerizatione illud quod fit in hyacintho & deinde ſumat ſumma eorũ & proiiciat in tabulam uitream,& inuoluatur in uino odorifero,& teratur donec exiccetur,& teratur donec fiat puluis ſubtiliſsimus: deinde ſitmatur & reponatur, ſit ergo ſumma pars.i.Deinde ſumatur agarici epythymi,piperis nigri,zingiberis, garyophyllorũ, ſampſuci,omnium an.p.s.& ſumatur lapidis armeni lapidis azuli,ſalis naptici,zedoariæ,doronici,beẽ albi & rubei,linguæ bouis omnium an.tertia partis.i.deinde ſumatur ſpicæ celticæ,& eſt neridem,amomi,acori,folii,cinnamomi,origani,* haſcæ hyſſopi,cymini,omnium an.quarta partis.i.deinde ſumatur pulegii,petroſelini, lapidis iudaici, ſeminis apii,myrrhæ,olibani,croci,piperis albi, oĩum an.ſexta ptis .i.& ſumat oſsiũ elephãtis tertia partis.i. tere ergo oẽs has medicinas,& proiice ſup has calcẽ lapidũ,& tere,& cõfice cũ melle emblicorum.quod ſit pondus dupli eorum,& fiat.

* Thymi uocãt qui quã apud Auicen. impreſſi, aſtæ mendoſe legitur.

COMMENT. MANLII.

Hæc cõfectio apud nos nõ eſt in uſu, tamen in Mediolano utuntur:& ſic ſimplicia quæ declaranda ſunt declarabo.

Hyacinthus lapis eſt cuius ſecundum Ser.ſpẽs ſunt tres, quarum una eſt coloris rubei.2.eſt coloris citri.3.eſt coloris chahali,& coloris antimonii: & melior eorũ eſt rubeus ſicut dictũ eſt. Virtus aũt hyacinthi eſt multum uulgata & honorata inter homines. Reperitur etiã quædã herba quæ uocatur hyacinthus,quæ florem purpureũ habet, & radicẽ ſimilẽ bulbo.unde.Iſid.in c.de herbis aromaticis ſiue communibus inquit:Hyacinthus herba eſt habẽs florem purpureũ.Traxit aũt nomen a puero quodam nobili, qui in ſaltibus inter parpureos flores repertus ẽ interfectus, deditq; nomen herbæ puerilis funeris caſus. Eſt aũt radice & flore uiolæ ſimilis pueros a pubertate retinens. Etiam Dioſc.de ipſa loquitur,& uide Ouid.in lib.metamorpho.

Lapidis aluminis eſt alumen ſciſſum,ut inquit Gentilis, & eſt illud ꝙ uulgo depluma uocatur.Alexander in cap. de collyriis ad cicatrices in collyrio dicto diatici ait: Lithoſiton.i.lapis aluminis, & credo ꝙ a ſiſiõ apd̃ græcos ẽ alumẽ.

Halachic uel ſalachil eſt lapis ſicut reperitur apud Sera. dictus lapis corneolus,ſpecies eius ſunt multæ. defertur.n. ex terris Iameni,& ex maritimis Romanorũ, & melior ex eo eſt ille qui magis uergit ad rubedinem.Etiam Simon Ianuenſis dicit:Halachil.i.lapis corneolus.

Aurum liquefactũ cuius liquefaciendi modus alchymiſtis notus eſt dicit.Aui.Donec aurum fiat ſicut uitrum,uide licet taliter ꝙ poſsitit teri ut uitrum.

Argenti uitreati,ſecundum Gentilẽ .i. exiccati indurati taliter ꝙ poſsit teri ut uitrum, & ſic cum odore ſtamni ſecũdum quòd alchymiſtæ docent.

Lapis armenus ſm Auic. in.2.eſt in ipſo aliquantulũ azuli coloris,nõ tamẽ eſt in colore azuli,& nec in eius ſolidita te,ſed in eo arenoſitas quædam:& quandoq; utuntur eo tinctores & pictores loco azuli, & ẽ lenis tactus: non poſſum dicere diuerſitates quas uide de hoc lapide, ita ꝙ nõ certificor de eẽ ipſi⁹.Pictores ſine dubio pingũt cũ eo loco azuli.

Sal naphthicus ſecundũ Meſ.in ca.de ſpeciebus ſalis, eſt niger habẽs odorẽ naphthæ.Auic.in cap.de ſale inquit: Sal naphthicus eſt niger, cuius nigredo eſt ex parte naphticitatis quæ eſt in ipſo, qui cũ tandiu ſuffumigatur donec ab eo naphthicitas remoueatur,remanet ſicut ſal gemma.

Lingua bouis i.bugloſſa.Papias dicit:Arnogloſſa lingua bouina herba eſt,iſte textus eſt corruptus.Nam arnogloſſa apud Dioſ.eſt plantago ſiue lingua arietis,ut apud Auic. & apud omnes habetur.

Haſce.i.thymus,ſicut patet apud Ser.in ca.de thymo.

Lapis iudaicus ſecundum Iſido.eſt lapis albus, ad modũ glandis in quantitate ſcripturis quibuſdam inſertus: quas Græci grammas uocant.Dicitur autem iudaicus,quia inuenitur in terris Iudæorum & in India.

Oſsium elephantis .i. raſuræ eboris, ut inquit Gentilis: quidam uocant ebur,& eſt dens elephantis,& hæc medicina eſt apta in medicinis magnis odoriferis.

Mel emblicorum,de modo ipſius uide ſupra in tractatu Raſis in fine electuarii lenificantis.

CLXXIII.

DE GRANIS VIRIDIBVS.

℞.Granorum uiridiũ,mellis anacardi, ſiſami excorticati, ana

* al. Taſpidis & rectius.
† al. alachie Corniola uulgo.

*i.albi. †Nasturtiũ aquati cum nolunt. *Maiorana officinis.

ãn.ſextaria.vi* zucchari tabarzeth,ſextaria xxiiii.myrobal. chebulorum,bellericorum,emblicorũ,ablatis nucleis, zingiberis,macropiperis,burungi,folii,indi,†capſiæ.an.ʒ.iiii. piperis,* ſampſuci,an.ʒ.ii.confice has medicinas cum melle deſpumato,& butyro uaccino,& utere poſt ſex menſes.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud electuarium non eſt in uſu, ſed ſimplicia quæ ſunt declaranda declarabo.

Granum uiride apud Auicẽ.in.2.can.eſt fructus arboris terebinthi:unde terebinthina colligitur, ut patet in ſuo ca. & arbor ipſius uocatur botin.Serap.cap. de terebintho dicit,Botin ideſt arbor grani uiridis:& ſic eſt.

Mel anacardinũ qualiter fiat uide ſupra in tractatu Meſ. in confectione anacardina. Sextarium uero eſt pondus ſm Gẽtilem.ʒ.vi.Aui.in fine quinti can.in deſcriptione de põderibus dicit:Sextarium eſt.ʒ.vi.& dauic.ii.aut aur.iiii.Similiter ait Io.Ser.moderni uero dixerunt ꝙ ſextarium medicinæ eſt pondus duarum librarum cum dimidia,& ſic quãdo reperitur in receptis ſextarium nini, uel aquæ uel olei, uel aceti,intelligitur duarum librarum cum dimidia:ſed qñ reperitur ſextarium cinnamomi,garyophyllorum,& ſic de ſingulis intelligitur.ʒ.vi.tu uero conſidera.

Berungi.i.burungi,& dicit Gentilis ꝙ eſt granum in magnitudine piperis,& ſunt qui uocãt myrtũ albũ, & ſecm intentionem Mat.Syl.eſt cubebæ, & ſic eſt opinio multorum ſapientum de ipſo.uide in confectione anacardina.

Capſiæ.i.ſeiteragi & eſt planta quã Dioſc.lepidiũ uocat, & eſt tapſia ſm Gentilem.Ipſe Aui. *in iſto canone in confectione* electuarii:Alfagius habet tapſiæ indæ.Io.Ser. *in ſuo antidotario in eodem loco habet* ſceiteragi,quod idem eſt & eſt agricardamum agreſte ſiue naſturtium aquaticũ,ut dictum eſt in tryphera ſaracenica.

CLXXIIII.
DE ANIVDEN.

† Leuiſti cũ appellant.

℞.Seminis apii,piperis,an.ʒ.xii.aniudẽ nigri.ʒ.xiiii.petroſelini,chelidoniæ,calamenthi,haſcæ, ſeſeleos, ana.ʒ.viii.† cheiſim.ʒ.xiii.aggrega has medicinas tritas & cicotrigonizata,& confice cum melle deſpumato, & repone in uaſe & utere cum neceſſe fuerit.

COMMENT. MANLII.

Iſtud electuarium in uſu non eſt,ſed ſcripſi ſolum ut certificeris ꝙ aniudem non eſt ſeſeleos,ut ipſe Aui.dicit.Aniuden apud Aui.in ſecundo eſt planta cuius gummi eſt aſſa tamen in cap.de ſeſeleos dicit,ꝙ ſeſeleos eſt alaniunden Romanum,ſimiliter in tertio in ſen.xiiii. in ca. de cura aſclitis dicit:Seſeleos & eſt aniuden Romanũ.Etiam Raſis in li.diuiſionum in confectione ad epilepſiam dicit:Seſeleos ꝙ eſt aniudẽ Romanũ.Sed ꝙ hi tanti uitri,ſalua tñ eorum pace, nõ bene ſenſerint præſentis electuarii deſcriptio nobis manifeſtat,in quo aniuden & ſeſeleos ingrediuntur, ꝙ fieri in his quæ idem important non contingit. Præterea uide qđ Raſis in lib.diuiſionum in ca.medicinarum ſtomachi in cõfectione de ſcoria ferri cũ uino inquit:Aniudẽ.i. radix herbæ de qua fit aſſa fœtida. Idẽ Sera. de aniuden & aſſa ſimul cap.facit,& inquit:Aniuden.i.folium arboris aſſæ. Poſtea iterum in cap. de agarico dicit:eſt ſimile radici aniuden.i. arboris aſſæ.Dioſ.dicit.Eſt ſimilis ſilfio.i.lachrymo,laſar,& eſt aſſa fœtida ſecundum ueritatem.Vide Franciſcũ de Pedemontium in c.de dolore humeri,& ſpatulæ,& medicinis eius in ſpeciali qui inquit:Radix alligat.i.herbarum de qua fit aſſa,& eſt aniudẽ Gulielmus Placẽ.in ſuo tractatu de ſimplicibus dicit:Aniuden eſt de qua fit aſſa.

Seſeleos.i.ſileris mõtani.uide ergo ſi poſſibile eſt ꝙ aniuden ſit ſeſeleos,ut dicunt Aui.& Raſis in aliquibus locis.

CLXXV.
DE CAMPHORA.

* i. Roſæ aſini.

℞.Cãphoræ,croci,xyloaloes,cardamomi,girboe,cubebæ, cheiſim,cinnami,garyophyl.uſneæ,ſpicæ,macis, ſandali albi,macropiperis,cinnamomi,capſiæ,ſeitaragi,* neremiſch † ſecacul,galangæ,nucis muſchatæ,zingiberis,cyperi,fulfumine,omnium partes æquales,zucchari quantum eſt põdus medicinarum omnium. †Sigillum ſanctæ Mariæ dicũt.

COMMEN. MANLII.

Iſtud electuariũ non eſt in uſu.Aui.habet tres deſcriptiones,& differunt una ab altera,ſed in uſu non ſunt.

Camphora ſm Ser. & Aui.eſt gummi arboris neſcio medicinam,in qua plura ſint miracula. Nam cum in tertio gradu frigida iudicetur,nihil odoratius eſt, igniq; amicabilius cito enim inflãmatur & præclarã flammam per ſe emittit, quæ niſi pſyllio obruatur euaneſcit.natura ſublimata,ſaporis acuti cum amaritudine,& hoc eſt notum.

Girboe i.elbue,ut inquit Gentilis.Aui.in.2.de elbue capitulum facit,& dicit,ꝙ ex uizbue: & eſt ſubtilior quam chacula.i.cardamomum uſuale,uel cardamomi ſpecies. Nos loco eius ponimus grana paradiſi.i.melegetam.

Fulfumine apud ipſum in ſecundo eſt radix piperis.Ser. de radice piperis ca.facit,& dicit:Eulfumine,ideſt radix piperis,& ſic eſt.

CLXXVI.
DE STINCO.

*.i. granorum arboris albotin. †Scincum uocant.

℞.Sem.ſparagi,ſem.cepæ,ſem.alrotab,ſem.porri,ſem. bauciæ,ſem.erucæ,ſem.urticæ,* granorum uiridiũ,linguæ auis ſiſami excorticati,ſeminis raphani, tuderi utriuſq; amygdalarum amararum,pinearũ,granorũ naſturtii.ana.ʒ.iii.zingiberis,ſecacul,galangę,macropiperis,an.ʒ.v.cinnamomi nucis muſcatæ,ben,utriuſq;.ſ.albi & rubei.an.ʒ.ii.† ſtinci.ʒ. v.ſquillæ aſſatæ.ʒ.iii.penidiorum quantum pondus harum omnium medicinarum,tere & cribella: & confice cũ melle deſpumato.

COMMEN. MANLII.

Iſtud electuarium apud nos non eſt in uſu.

Alrotab,ſiue rotab,idem eſt,& ſm Simonem Ianuẽ.ſunt dactyli,qui tamar uocantur. Similiter ait Matth. Sylu. ſed Raſis in.ʒ.Almanſoris in ca.de uirtutibus fructuum & pomorum inquit:Rotab minus calidi ſunt quam dactyli: ergo rotab non eſt dactylus.Sera.in ca.de dactylis dicit: Rotab, ideſt dactyli,ſic generaliter habetur opinio.

Stincus eſt animal de quo Aui.duo c.facit, unum de gaſril:aliud de ſtinco,quod idẽ eſt,& melius ꝙ eſt in ipſo,eſt illud ꝙ eſt in parte renum.Dioſ.ait:Scincus eſt quoddam animal quod in India inuenitur,quadruplex & ſimile lacertæ, ſed multo maius, & longius, & uetroſius,hoc eſt ſatis notũ etiam de ipſo dictum fuit ſupra in diaſatyrionis.

CLXXVII.
TRYPHERA MAIOR.

* Palma Chriſti uulgo. †Macis in alia literæ

℞.Myrobalanorum nigrorum,bellericorũ, emblicorũ macropiperis,piperis nigri,ana.ʒ.iii.zingiberis,* buzeidẽ,ſire blẽgi,† capſiæ indæ,oium an.ʒ.i.tuderi albi & rubei,linguę auis,ſeminis granati ſylueſtris,& granorũ alchichil, dactilorũ,ſiſami excorticati, zucchari tabarzeth,oium an.ʒ.ii.beẽ albi & rubei,an.ʒ.s.tere,& ficca per ſe,& ſiſami, per ſe, & inuolue cũ butyro,& cõfice cum melle deſpumato, & fiat.

COMMEN. MANLII.

Tryphera Græce eſt delicata, ſic apud nos nõ eſt in uſu nec credo apud alios.ſed illæ deſcriptiones quibus nos utimur ſunt ex authoritate Meſ. ac Nicolai, ut apparet in ſuis locis:ſed ſolum iſtam deſcriptionẽ ſcripſi propter quædam ſimplicia.

Buzeidẽ ſm Gale.in libro ſecretorum in medicamine ad ſciaticam exponit,ꝙ eſt ſatyriõ:& ſic meo iudicio eſt,buzei dẽ eſt ſatyrion uel ſpẽs eius.Nam ca. ſuum reperies in Ser. & ibi inquit:Buzeidẽ eſt ſpẽs ſatyrionis, & ſunt radices duræ,albæ ſimiles been,& ſi ſic eſt uerum.Ego exiſtimo ꝙ plãta ſit illa quæ a modernis palma Chriſti uocatur.Nam ſine dubio palma Chriſti eſt ſpecies ſatyrionis.

Sireblengi ſm Meſ.ſunt emblici infuſi in lacte.Nam ipſe Meſ.in ca.proprio de emblicis dicit: Modus faciẽdi ſerem blac,infunde emblicos i lacte dulci, & mutetur ſup eos lac mane & ſero,& hoc per triduũ, & exiccentur in uento & in umbra, & recondantur. Serap.in cap. de emblicis quaſi

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 92 sur 335

in fine ait: Quidã me dici nominãt emblicos firemblicos & hoc ideo quod qñ infundũtur in lacte in terra in qua naſcũtur, nominantur firemblici. & ipſi ponunt in lacte.

Semen granati ſylueſtris ſm intentionem Aui. eſt aſehedenegi, ſed textus eſt corruptus. Nam ſehedenegi eſt ſemẽ canabis, & granata ſylueſtria ſunt grana alchichil. poſtea ip ſe Aui. ſequit & dicit: Granorũ alchichil & eſt perſice darſi ſaham. Vnde poſsibile non eſt ꝙ ſemen granati ſylueſtris ſit aſehedenegi, quia ſemina granata ſylueſtris & granorum alchichil idem ſunt. Prẽterea uide in ſeptimo Ioan. Serap. in eadem cõfectione qui inquit: Bundach, & eſt ſemen granorũ ſylueſtrium, & ſunt grana alchichil, & ſic reperitur in multis aliis locis apud eundem.

Grana alchichil ſicut dictũ eſt ſunt granata ſylueſtria, ut patet apud Io. Ser. in c. de ægritudinibus gingiuarum, & in ca. de fluxu mẽſtruorum. in c. de ſputo ſanguinis, qui inquit: Sumãtur grana ſylueſtria, & ſunt grana alchichil. Aui. in. 2. de grano alchichil c. facit, & redarguit dicentes ꝙ ſit ſemen granati ſylueſtris. uide ergo ꝙ textus hic Aui. eſt corruptus nã ipſe uult. ꝙ ſemina granatorũ ſylueſtriũ ſint aſehedenegi .i. ſemen canabis, quod non eſt credendũ, ſicut oſtẽdi ſupra.

EX III. AC IIII. CAN. AVICENNAE.

CLXXVIII.

DE PASSVLIS, in fen. xiiii. tertii, in cap. de cura debilitatis hepatis.

℞. Paſſularum enucleatarum aur. xxv. croci. aur. i. calami aromatici aur. ii. bdellii iudaici aur. ii .s. cinnamomi aur .i. caſsię medietatam aur. ſpicę aromatici. aur. iii. ſquinãti aur. ii. s. myrrhæ aur. iiii. gummi albotin aur. iiii. darſiſahã aur. ii. mellis aur. xvi. uinum quantum ſufficit, & fiat.

COMMEN. MANLII.

Iſtud electuariũ apud noſtros medicos eſt multũ in uſu. Et ſecundum intentionem Aui. eſt ex medicinis laudabilibus prælatis aliis. in fine deſcriptionis iſtius electuarii ait: Et exiſtimat Gal. quòd hoc medicamen compoſitum eſt ex medicinis cõuenientibus cũ ſuis proprietatibus hepati, & ſic credo quod ualet ad ea q̃ dicit Auic. ex authoritate Gal. quia prædictum electuarium reperitur apud Gale. in. 8. de meimir. de quo infra: ſed ipſe Gal. uocat ipſam confectionẽ chifodea, & ſi legis illam deſcriptionem de chifodea, apud Gal. cũ electuario de paſſulis uel de uino apud Aui. uidebis quòd idem eſt, ſicut in ſuo tractatu oſtendam.

Darſiſahan ſcdm Serap. eſt arbor granati ſylueſtris, quæ apud Dioſ. uocatur aſpalium. uide Gale. ꝙ loco darſiſahan habet limaturã aſpalei, quod idem eſt, infra melius declarabo. Vinum notum eſt, hic uero oportet ꝙ apothecarius in coquendo ſit perfectus, quia prædictum electuarium oportet facere coquere ipſum cum lento igne ſine fumo. aliter nihil faceret propter uinum & paſſulas quę ibi ingrediũtur & uocatur electuarium de paſſulis, uel de uino.

CLXXIX.

DE CINERIBVS, in Fen. xviii. in cap. de medicinis conuenientibus lapidi.

℞. Cinerum

Vitri,	Lapidis iudaici,
Scorpionum,	Gummi nucis,
Radicum caulium, nabati,	Acori, ana. partes æquales.
Leporis,	Petroſelini,
Lapidis ſpongiæ,	Dauci,
Sanguinis hirci exiccati contriti,	Pulegii, Gummi arab.
Corticum ouorũ de quo pullus egreſſus eſt.	Seminis alteth, Piperis, ana. partem. i. s.

Conficiantur cum melle, & fiat. Doſis ſit uſq; ad aur. ii. & ſupra cũ aqua tribulorum decoctorũ cum cineribus nigris.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud electuarium apud nos eſt in uſu, & mirabiliter ualet ad ea quæ dicit Aboali, & oportet facere ipſum cum magna diligentia, & multi ſunt qui faciunt, ſed nihil faciũt præ dicta deſcriptio reperitur etiã apud Frãciſcum de Pedemõtium in c. de opilatione renum & ueſicæ ex lapide & medicinis eius: ſed é ex authoritate Aui. ſiue Aboali, ut dicit Frãciſcus. Michael Sauonarola in c. de lapide renum habet eãdem. Scias ꝙ de prædictis cineribus, fiunt trochiſci de cineribus, ſicut infra oſtendam.

Cinis uitri ſit cum magna diligentia, ſicut oſtendam: ſed primo uolo narrare de uitro dicẽs: quod uitrum ſecundum Aui. inter lapides eſt ſicut ſtultus inter homines. Ser. ca. de uitro dicit, quòd eſt ex eo lapidoſum, & ex eo arenoſum: uitra autem ſunt multi coloris. Nam ex eis eſt album fortiter ſimile cryſtallo: & ex eo eſt rubeum, & eſt citrinum, & uiride: & azulinum: & uitrum eſt lapis magnus ſtultius aliis lapidibus, & eſt inter lapides, ſicut homo ſtultus inter homines. Cryſtallus etiam eſt ſpecies uitri, ſed melius uitrum eſt album. Similiter ait. Aui. in iſto ca. De modo uero conuertendi uitrum in cinerem, reperitur apud Bulchaſim, ſed nõ poteſt fieri. Secundum illum modum etiam Lumẽ maleluces ponit modum comburendi, qui poſsibilis non eſt, & ſic multi credunt ipſum cõburere ſm illũ modum, ſed nihil faciũt. Cõburãt aũt uitrũ, ut docet Bartholomæus Montagnana in ſuis conſiliis, in conſilio de inſtrumentis lapidis & arenarum, & tromborum comminutiuis, inquit: Modus uero adultionis uitri eſt talis. ℞. uitri albi & clari, igniatur uſquequo rubeſcat in fornace accẽſa: inde ſubmergatur in picem, & toties fiat hoc, quoties erit facilis ipſum & in cinere conuerti. Alius modus nobilior, ut docet Auenzoar in cap. de lapide ueſicæ, ubi ſic ait. Vitrum autem aduſtum, ꝙ ſuperius dixi, quòd multi medicorum ſic id credunt adurere: ponunt. n. ipſum ad ignem donec rubicundum efficitur, & extinguunt in aquam frigidam: & hæc pluries ſic faciunt, & cum credunt aliqua facere nihil faciunt. Cõburitur autẽ iſto modo. Accipe uitrum & unge ipſum cũ alchitrã. i. oleo quòd egredit ex ſerhin, ideſt cedro, & eſt pix liquida, quæ noſtro idiomate pecula uocatur ſubtili: & pone in ignem donec rubeum fiat, & poſtea cum tenaculis recipias eum, & extingue in aqua, & ablue eum ibi, & iterum inunge ex alchitrã & repone in ignẽ, & extingue in aqua, & ablue eũ poſtea in aqua, & ſic ſepties facies, & erit combuſtum.

Cineris ſcorpionis, ſpecies autẽ ſcorpionis multæ ſunt, ut dictũ eſt. ſed illæ quæ nobis uſui ueniunt ſunt illæ quæ notæ ſunt omnibus de modo conuertendi ipſos in cinerẽ ſunt difficiles. Ipſe Aui. in proprio ca. docet de modo ipſius. ẽt in. 5. can. in trac. 6. de uentre inferiore debilitatis ſtomachi. Habet etiam liber qui dicitur Albuchaſim, docet etiam Modus iſte eſt: Accipiantur ſcorpiones uiui in quantitate quã uolueris, & pone ipſos in olla noua munda, & liniatur olla ex maſſa tritici, ſiue cum paſta, ſiue cum luto ſapientiæ, deinde ponatur olla in furno panis calido, & dimittatur ibi die ac nocte: deinde extrahatur, et cinerem ipſorũ habebis. Cineris radicum cauli nabati. i. de illa regione: unde caules nabatii ſunt caules oriẽtales quę iacent inter iudeã, & Arabiam. Et ſic Aui. uult ꝙ per caules nabatii intelligamus de illis qui naſcunt in illis regionibus. unde Ioan. Sera. in ſuo breuiario, in cap. de diſtillatione urinæ & lapide inquit. In quodã medicamine, ut iſtud, & ibi habet caules nabatii uel armenii, & ſic eſt quòd per caules nabatii uel armeni intelligendum eſt de illis regionibus. Sed lumẽ maleluces putat ꝙ ſint caules nõ tranſplatati, qđ nõ eſt credendũ. Scias pro certo ꝙ in tẽpore antiquo prædicti caules nõ reperiebãtur in noſtris partib. ſed moderni detulerũt ipſos ad nos, & ſic hodie in partibus noſtris reperiuntur. Fortiores ſunt in illa materia quã nſi, & forma ipſius eſt quòd habent ſtipitẽ longum duorum brachiorum: aliquando autem minorẽ ſecundum diuerſa loca in quibus naſcũtur. In ſtipite ipſius naſcitur quædam res ad ſimilitudinẽ rapæ hortulanæ, noſtri ſeminant & recolligunt. Modus cõuertendi ipſas radices in cinerem

nerem eſt,quod accipias radices ipſius,& munda ipſas a terra & ſordibus earum:deinde incidantur minutim, & ponãtur in olla,& cooperiatur olla coopertorio perforato, ita ut fumus poſsit exire,& ponatur olla in furno panis calido & dimittatur per diem,ſero uero remoueatur, & reperies ꝙ dictæ radices fiẽt ad ſimilitudinem carbonũ,poſt hoc prę dictos carbones tere bene, & in alia olla parua repone & cooperi ipſam totam: & iterum pone in furno & dimitte tantum ꝙ prædicti carbones in cinerem album efficiantur & de illo cinere pone in prædicto electuario.

Cineris leporis.ſ.leporis qui mãducatur.Seruitor in tracta.3.inquit: Forma comburendi leporem pro illo qui habet lapidem.℞.ergo leporẽ & decolla, & pone in olla noua cum ſuo corio & aliis,& combure donec fiat cinis:deinde tere cinerem & utere ubi oportet.Ioan.Anglicus in ca. de lapide renum inquit:Item lepus unus integer ponatur in olla in furno calido quouſq; aſſetur intantũ ꝙ poſsit pulueriżari,& tunc de iſto detur.3.i.&c.

Lapis ſpongia adhęrens,non omnis qui in cauernis ſpongiæ inuenit: ſed propriæ cui naturaliter adhærebat in ſaxodum uiueret,& eſt aſper & durus ualde.Ser. ca. de ſpongia inquit:Et lapis inuentus in ſpongia habet uirtutem quæ deſiccat,& contingit ex uirtute eius ꝙ frangit lapidem generatum in ueſica,ſicut dixerunt.Auic.de ipſo cap. facit & dicit,ꝙ eſt lapis inuentus in corpore ſpongiæ.

Sanguinis hirci exiccati & etiam præparati, ut oſtendã.

Hircus uero ſecundum Iſid. in ca. de pecoribus & iumẽtis inquit:Hircus laſciuum animal eſt petulcum & feruens ſemper ad coitum,cuius oculi ob libidinem in tranſuerſum aſpiciunt:unde & nomen traxit. Nam hirci ſunt oculorum anguli ſm Suetoniũ,ut Vir.in Bucolicis:Tranſuerſa tuenti bus hircis. Cuius natura adeo caliditſima eſt ut adamantẽ lapidem,quem nec ignis nec ferri domare ualet materia,ſolus huius cruor diſſoluat.Maiores hirci cinifi dicũtur,A fluuio Ciniſe in libia ubi grandes naſcuntur.O quãtum eſt magnificata uirtus ſanguinis hirci in prædicta ægritudine. Eſt tam magnificata,& in tãta nobilitate,ꝙ apud Aui.nominatur manus Dei,propter ſuã nobilitatẽ,& eſt medicamẽ thę ſaurizatum de regimine ipſius potu, cauſa præparãdi ipſum ſanguinem,& exiccandi.Ipſe uero Auic.in prædicto capit. docet modum exiccandi ipſum,ſed de modo cibandi nõ loquitur.Raynaldus de uilla noua in lib.2. in cap. de uitio lapidis in renib.& ueſica clare loquitur dicens:Sanguis hirci nutriti per.xv.dies,uel.xxx.ex frondibus hederæ, uel ſaxifragiæ in diebus canicularibus interfecti exiccatus & pulueriżatus.Poſtea iterum inquit:Sanguis hirci in dieb. canicularibus interfecti prius per.xxx. dies, cũ frondibus hederæ uel ſaxifragiæ nutriti,& ſic faciũt quidam.Alio modo ut reperitur apudGordoniũ dictũ lilium medicinæ in c.de dolore renũ periodali:propter eorum oppilationem ubi ait: Vſus troc.ſanguinis hirci per ſe curat.℞.igitur hircum antiquũ,& nutriatur hordeo,fœniculo,petroſelino,pimpinella,ſaxifragia,milio ſolis,uerbena filipẽdula,& ſimilibus diureticis:& poſt longum tempus huius acceptionis decolleẽ, & primus ſanguis & ultimus abiiciatur,& medius reſeruetur,& fiant trochiſci,& deſiccentur in umbra in loco ſicco non uentoſo,& ungatur cum balſamo.Io. Arculanus in ca. de lapide renum,inquit: Sanguis hirci præparatus ſecundũ artem eſt fortis, & modus præparationis eſt, ut eligatur hircus quatuor annorum,aut circa,rubeus,& nutriatur per menſem ex herbis & graminibus propriis in hoc cap. & ſunt hæc,betonica,pentaphyllon,capillus ueneris,grana ſolis,ſaxifragia,ſcolopendria,hedera, ẽt ualet petroſelinum, apiũ,fœniculus,& ſimilia. In potu dabis uinũ albũ bonum odoriferũ,clarũ,& ſubtile,& poſt iuguleẽ de menſe Auguſti,& extrahatur ſanguis,cuius primus abiiciatur,& poſtremus, medius uero reſeruetur,& fiat eius prẽparatio bona. Nicolaus Flo.in lib.v.in cap.de cura lapidis per potionem inquit:Hircus quidẽ melior eſt q ſumit in hora in qua coloratur uua.ſ.de menſe Auguſti, quia tũc ſanguis eſt acutior. Quære ergo ollam lapideam, quia eſt melior, & hircus ſit quatuor annorum:modum uero exiccandi quære ab aliis.

Cineris corticum ouorũ,de quo pullus egreſſus,eſt hoc eſt quando filii ſui naſcuntur. Modus conuertendi ipſos in cinerẽ eſt difficilis:oportet enim ꝙ accipiatur cortex ouorum a quo pullus egreſſus fuerit,& terat bene: deinde ponatur in olla noua,& obturetur os eius. & ponat in furno, & dimittat per diẽ unũ ſi ſint cineratæ bene,bonum eſt, ſin autem non,ponat iterum in furno,& ibi dimittat uſq; quod ſint bene incineratæ,& qñ fuerint ad ſuum terminum,ꝙ color eorum ſit albus extrahantur,& utere ubi oportet.

Lapis iudaicus dicitur,quia in terris Iudeorum inuenit. Aui.in.2.can.dicit,ꝙ eſt lapis ſicut nux parua ad longitudinem paucam declinans proximus figuræ amygdalæ,aut dactyli &c.O quanta uirtus eſt in iſto lapide contra lapidẽ renum extrahit enim ipſum.

Gummi uero nucis ſecundum quoſdam eſt fungus, qui reperitur ſuper arbores diuerſas:huius color eſt ad ſimilitudinem ſpongiæ,ſed non recte ſentiũt, quia illa res uocatur narcotica nucis,gummi uero nucis ſecundum ueritatẽ eſt gummi,ꝙ reperitur ſuper arbores ferẽtes nuces: ſed in partibus noſtris non reperiuntur. Ego autem uidi prædictum gummi ꝙ in colorem eſt ſimilis colori myrrhæ groſſæ, ſed odorem non habet. Defertur de Apulia ad nos,& in illis partib.inuenitur.Aui.dicit,ꝙ doſis iſtius electuarii ſit uſq; ad aur.ii.i.3.iii.& ſupra cum aqua tribulorum decoctorũ.ſ. tribulorum marinorum quos ipſe in ſecundo uocat haſech, & ſunt,qui nominant ipſos uulgo caſtaneolos lacus.

CLXXX.

DE MARGARITIS *in xxi.* tertii in ca.de regimine uniuerſali prægnantis.

℞.Margaritarum non perforatarum,pyrethri,ana,3.i.zingiberis,maſticis,an.3.iiii.zedoariæ,doronici,ſeminis apii, tapſiæ,cardamomi,nucis muſcatæ,macis,cinnami, ana 3.ii. been albi,& rubei,piperis:macropiperis,an.3.iii.cinnamomi.3.v.zucchari ſulimeni quantum omnia, & fiat electuarium,cuius doſis ſit coclearium unum.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud electuarium apud nos eſt in uſu, & ualet mirabiliter ad ea quæ dicit Aui. ſupra in tra.Nicolai. Eſt alia deſcriptio quæ dr̃a duobus gñibus margaritarũ.ſ. perforatarũ & nõ perforatarũ:tñ Aui.in ſua deſcriptione non hẽt niſi non perforatarũ.Et ſunt qui faciunt ſm deſcriptionem Nicolai & ſunt qui faciunt ſm deſcriptionem.Auic. ſm uoluntatem medicorum,& ambæ deſcriptiones apud diuites apothecarios reperiuntur.Io.Ser. in ſuo breuiario in c.de mulierib. æqualiter ſignificetur ꝙ ipſe ſint prægnantes, habet unam aliam deſcriptionem quæ quaſi eadem eſt.

Margarita lapis eſt.Iſid.in ca. de lap. præcioſis candidis dicit:Margarita prima candidarum gemmarum quam inde margaritam aiunt uocatam,ꝙ in conchulis marinis hoc genus lapidum inueniatur.Ineſt.n.in carne cochleæ calculus natus,ſicut in carne oſtreæ præcioſiſima margarita reperiri dicitur,uel ſicut in cerebro piſcis lapillus gignitur,& meliores ſunt candidæ & albæ.

Tapſia quam Arabes corruptæ dicunt teffiſiæ, ut dictum fuit in confectione anacardina,quæ confert ægritudinibus neruorum.

Cinnami.i.cinnamomi groſsi,& alio nomine diarſani uocatur,ut dictum eſt,tñ propter ignorantiã aliqui apothecarii aliqñ ponũt in iſto electuario loco cinnami cyminũ, ſed nõ recte qa ſpẽs cinnamomi ſunt multæ,ut patet p Dioſco. & Sarap.Nam Sera.ait:Inuenitur alia ſpecies cinnamomi quæ dicitur uaſoth,& eſt cinnamum,& eſt groſſæ plantæ nõ habens fortem odorem,& eſt debilis uirtutis.Etiam Pli.in quit:cinnamomum & cinnamum naſcitur in Aethiopia. Et conſideretur bene ꝙ cinnamum & cinnamomum idẽ ſunt. Raſis etiam in.3.Alman.in fine cap.xvii.inquit.Cynnamum

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 94 sur 335

cinnamomo uicinum exiſtit,licet eo ſit debilius. Ignorantia uero apothecariorum eſt, quia in iſto electuario ingreditur cinnamum & cinnamomum, ex quo uidentur diuerſificari, uerum per primum intelligimus cinnamomum groſſum,& per ſecundum cinnamomum ſinum.

Zuccharum ſulimenum.i.illius regionis,ut dicit Gētilis nos loco eius ponimus zuccharum tabarzet.ideſt albū.Ioā. Sera.loco eius habet zuccharum mundum.

CLXXXI.

DE MEDVLIS, in.xx.Tertii.cap.de medicinis ſingularibus ad coitum.

℞.Amygdalarum excorticatarum,fiſticorū,neregil excorticatorum contritorum, amygdalarum, pini, * granorum alheichil,granorū azelē,granorū uiridiū,ana. partes æquales,neremiſch.piperis longi,zingiberis, oīum an. partes.x. & plus parum,terantur omnia, & conficiantur cum pendiis,de quo ſumatur omni die quantum eſt ouum unum.

* Granata ſyluestria appellant.

COMMENTA. MANLII.

Iſta confectio non eſt in uſu, ſed ideo eam deſcripſi, ut oſtēderem ℘ cōfectio de medullis,apud Auic.eſt eadē cum electuario de nucleis fructuū,apud Raſim,ut dictū eſt, nec differunt,niſi quia Aui.loco auellanarum poſuit fiſticos.

Neregil.i.nux indica,ut dicit Aui.in ca. de nuce indica, & ſic eſſe credo,quia Raſis loco eius hēt nucem indicam.

Grana azelem ſecundum ipſum in ſecundo dicitur piper nigrū,ſed nō intelligimus de uero pipere nigro,ſed de alia re ſimili,de quo ſuperius oſtenſum fuit clare quid ſit.

Neremiſch.i.roſa aſinorum ſiue pæonia. Raſis loco eius habet ſemen pæoniæ,quod idem eſt:unde ſupra,quia diffuſe declaratum eſt.

CLXXXII.

DE MARCHASITA, in.iiii.can.in fen.iii. cap.de cura eruptionis exiturarum.

†Pyridē uocant.

℞.† Lapidis marchaſitæ.3.ii.armoniaci tantundem, farinæ fabarum.3.vi.miſceantur cū raſina humida et liniatur ſuper cutem,& ponatur ſuper ſaniē donec cadat per ſe, & oportet ut adminiſtretur ſtatim.

COMMEN. MANLII.

Iſtud medicamen reperitur etiam apud Franciſcum de Pedemon.in cap.de appropriatis apoſtematum ſecundum diuerſitatem membrorum:in quibus fiūt,ſed eſt ex authoritate Aui.quia idem ſunt.

Lapis marchaſita apud Dioſc.uocatē pyrites ex quo æramen fit,eligendus eſt colorē æraminis habens. & ibi Dioſ. tradit modū cōburendi ipſum.Aui.ait:Vocatur marchaſita, & dicitur ℘ ſunt plurium ſpecierum:alia enim eſt aurea, & alia argētea,& alia aerea,& alia ferrea:& ſunt qui nominat eam lapidem luminis, propter iuuamentum ℘ uiſui affert. Pyrites uero dicit a pyr ℘ eſt ignis,quia pcuſſus ferro ignē emittit.Meſues de ipſa loquitur in ca.de lapide ſtellato.

EX ANTONIO GVAINERIO PAPIEN.

CLXXXIII.

MIXTVRAE CORDIALIS, in cap.vi.de ſignis tam prognoſticis,quam demonſtratiuis febris peſtilentialis & eius cura.

℞.Conſeruæ. Roſarum, Bugloſſati, Boraginis, Violati, } ana.ʒ .s.

Florum * nenupharis.3.ii.

*Nymphæam nominant.

Manuſchriſti cum perlis,lib.s.
Fragmentorum omnuim præcioſorum.3.ii.
Margaritarum ſubtiliter tritarum.3.s.
Foliorum auri,numero.xvi.

Fiat mixtura deaurata,de qua ſępe comedat,& de ea bibat cum aqua zucchari ſi libuerit.

COMMEN. MANLII.

Hæc confectio apud nos non eſt in uſu,ſecundū illam deſcriptionē.Illa uero qua generaliter utimur.eſt magiſtralis & nō eſt eadem,ſed pro nobilibus iſta eſt nobilior illa,ſicut infra apparebit.

Conſerua roſata.i.ex roſis, & uocatur zuccharum roſatū & fit ex tribus partibus zucchari,& una roſarum.

Bugloſſatum,ſiue diabugloſſatū.i. conſerua quæ fit ex floribus linguæ bouinæ,& modus eius eſt ſicut roſarum. Boraginatum:ſiue diaboraginatum.i. conſerua quæ fit ex floribus boraginis,& modus ipſius ſit ſicut roſarum.
Violatum, ſiue zuccharum uiolatum .i. conſerua uiolarum quod ex floribus fit,& modus eius eſt ſicut roſarum.

Conſerua florum nenupharis,ideſt ex floribus nenupharis, & uocatur zuccharum nenupharinum, & modus eius eſt ſicut roſarum.

Fragmentorum omnium præcioſorum.Secundum generalem regulam ſciēdum eſt ℘ per fragmenta precioſa intelliguntur quinq; genera lapidum præcioſorum,& ſunt propriæ illa quæ Meſues in electuario de gemmis nominat, & ſunt zaphyri,hyacinthi,ſardinis,granatæ,feruzegi.ſ.ſmaragdi,& de omnibus iſtis oſtenſum fuit ſupra.

CLXXXIIII.

MANVSCHRISTI CVM PERLIS, in cap.iiii.de cura quartanæ a melancholia ſanguinea prouenientis.

℞.Margaritarum ſplendidarum tritarum ſubtiliſsime.ʒ.s.
Zucchari in aqua roſata diſſoluti,lib.s.

Fiat decoctio in plata,& uſui reſeruetur.

COMMEN. MANLII.

Hæc deſcriptio iſtius confectionis quæ uocatur manuſchriſti cum perlis,eſt deſcriptio pro nobilibus,quia conſuetudo apothecariorū eſt facere manuſchriſti ſine perlis, ſed loco eius ponunt puluerē cordialē,aliquando frgamēta ſecundum neceſsitatem, & poſſunt fieri cū aqua roſ.tūc uocātur manuſchriſti roſatæ,fiunt etiam cum aqua uiolarum tūc uocanē manuſchriſti uiolatæ, fiunt etiam cum aqua bugloſſæ,tunc uocanē manuſchriſti bugloſſatæ:aliquando fiunt cū aqua capillorum ueneris ſecundum diuerſas infirmitates, & eius forma eſt ad modum rotulæ,& ideſt ſatis notum.

APPENDIX.

Pharmaca MANVS DEORVM apud Herophilum ob quam plurima ſane Iuuamēta uocitari,preſertim ſi cōmode adhibeanē,Galenus paſsim,tum maxime.vi.medicamētorū per loca non obſcure teſtatur.Quemadmodum & VIRTVS DEI apud Nicolaum Alexandrinum ac θεοῦ χειρ, ideſt manus Dei,apud Aetium libro.xi. ca.xii. Exemplo quorū hāc omnino ſic inſcriptam arbitror compoſitionem.

CLXXXV.

DIACORALLII, in cap.viii.de ſignis, & cura cauſonidis.

Rec.Corallorum rubeorum.3.iii.zucchari li.s.diſſolue zucharū in aqua roſ.in qua in infuſione ſteterit.3.i. ſandalorū machazari.i.citrini,& gra.iiii. camphoræ, & iſtorum forti facta expreſsione in illa aqua zuccharum diſſoluatur,& fiat confectio morſellis.

COMMEN. MANLII.

Hæc confectio apud nos non eſt in uſu. Nicolaus in ſuo antidotario deſcribit trochiſc.diacoralli, qui ingrediuntur in tyriaca Galen.ſed non ſunt idem,de quo infra.

Corallus rubeus eſt nobilior albo,& albus nigro.Rubeus autem confert omnibus ægritudinibus ſtomachi, ſi ſuſpendatur ſuper ipſum directus.unde Gal.inquit:Ego expertus fui ipſum,& ſuſpēdi ipſum in collo eius qui habebat dolorē ſtomachi,ita ut eēt corallus ſuper os ſtomachi, & remotus fuit dolor:cū ergo accepi ipſum rediit,ſicut expertus fui ignū crucis in habēte epilepſiā,& qui ſuſpēderit i collo ſuo in diebus ſanitatis ſuæ corallū rubeū ſecurus erit a dolore ſtomachi & pp hoc mulieres appēdūt eū in collis puerorū. Buſadū aūt ſcripſit Stephanus pro baſſed,℘ eſt corallus.

E ROSA ANGLICA IOAN. ANGLICI.

CLXXXVI.

DE CAVLIBVS, in cap. de cura leprę.

Reci.Succi caulium,lib.i.bulliat,& exprimatur.

Croci.

Croci,ʒ.iii.
Panis zucchari,
Mellis, } ana.lib.s.

Fiat electuarium cum leui decoctione.

COMMENTA. MANLII.

Istud electuarium apud nos non est ualde in usu: tamē reperitur apud aliquos apothecarios.

Caulis ſm Auic.alius est domesticus, & alius syluestris, & alius marinus, & alius caulis aquæ. Caulis uero apud Dioſ.uocat brasſica.unde Macer:Caulis Romanæ Græcorum brasſica lingua. Agrestis apud quoſdā putatur cōdili, ſed non eſt.Canabit etiam eſt ſpecies caulis: & eſt caulis dictus capucius,uel caulis,capitatus, uel imperialis. Petrus de creſcētiis dicit:Gambuſii ſunt de natura cauliū,& habēt formam caulium,donec clauſi fuerint: ſed poſtquam clauſa ſunt folia ipſorum fiunt quaſi alba & groſſa,ſicut tunicæ ceparum & criſpa &c. Etiam Sera.in ca.de caule de canabit loquitur:Simon Ianuen.dicit, ꝙ Auic.de canabit ſingulare facit ca.quod non reperitur.uerum eſt ꝙ Auic.in ca. de caule,de canabit loquitur.Io.Arculanus in cap. de epilepſia dicit:Canabit quę eſt caulis imperialis ſcilicet capuciū: carnebum ſcripſit Stephanus pro corno,quod eſt caulis.

CLXXXVII.

DIAGARICI OPTIMI, in cap.de ueruca in oculis.

℞.Agari.boni,albi,leuis, & puluerizabilis.ʒ.s. turbith zingib.an.ʒ.ii.nucis muſca.auellanarum,an.ʒ.iii.miſce & cum zuccharo lib.s.fiat confectio.

COMMENT. MANLII.

Hæc confectio apud nos non eſt in uſu, ſed uirtus agarici eſt magnificata apud noſtros autores.

Agaricus ſecundum Meſuem eſt ex medicinis magni ituamenti,cuius ortus eſt ſecus arbores magnas, quibus iam accidit corroſio & putrefactio, & eius generatio eſt ſicut generatio fungorū, & propter id uocatur a multis fungus abietis.Galenus in libro ad Partenianum inquit:Agaricus ab arboribus excreſcit prout tubera.i. fungus dictus teratur apud Lombardos.

CLXXXVIII.

DIACVBEBE, in cap.de hydropiſi in cura generali.

℞.Santali Albi, Rubei, Citrini, } ana.ʒ.ii.
Spodii, Raſuræ eboris, } ana.ʒ.i.s.
Ozimi garyophyllati, Cubebarum, } ana.ʒ.s.uel.ʒ.iii.

Si ſit caliditas multa, quatuor ſeminum frigidorū mūdatorū,an.ʒ.ii.ſeminis endiuiæ portulacæ.ana.ʒ.i.ligni aloes nucis muſchatæ. ana.ʒ.s. zucchari libram.i. & diſſoluantur cum decoctione endiuiæ, uel cum aqua endiuiæ & utatur mane,& eſt expertum.

COMMENTA. MANLII.

Istud electuarium in Papia non eſt in uſu,ſed in Mediolano utuntur ipſo,ſed non faciunt ipſum ſecundum deſcriptionem.Ioan.Anglici,ſed illa deſcriptio qua utuntur reperitur apud theſaurum pauperum, ſicut infra apparebit, tamen inter ipſas eſt parua differentia.

Cubebe ſiue cubebe, & non cubeze, quia cubeze apud Aui.eſt malua uel ſpēs eius.Sera.in ca.de cubebis ait: Ego poſtquam aggregaui Dioſ.& Gal. ſuper omnem herbam inueni ꝙ Gal.non memorauit myrtū agreſtem,& Dioſc.non memorauit cubebas, & uidi ꝙ deſcriptio Dioſ. ſuper myrtum agreſtē,& deſcriptio Gal.ſup cubebas idē ſunt. Cubebe Dioſ.myrta agria & eſt myrtus ſyluestris, ſiue myrtus alba,ut dicunt moderni,& ſm Mat.Syl.eſt abrongi. Stephanus uocat ipſum carpiſió.Sed iam deſcribat confectio alia.

Diacubebe,ſecundum theſaurum pauperum in ca. de hydropiſi de frigida cauſa.℞.omniū ſandalorū an.ʒ.ii.ſpodii, raſuræ eboris.an.ʒ.i.cubebæ.ʒ.iiii.ſeminū cōmuniū frigidorū.an.ʒ.i.s.ſeminis endiuiæ & portulacæ,an.ʒ.i. zucch.li.i. fiat cum decoctione endiuiæ,& fiat electuarium.

Iſta deſcriptio theſauri eſt illa qua utuntur Mediolanenſes tamē(ut dictum eſt)inter ipſas eſt parua differētia.Giliber.de Anglia in c.de cura ſpecierū.hēt unam aliam deſcriptionem,& ualet ad ea quæ dialacca,ſed non eſt eadem.

CLXXXIX.

DIANASTVRTIVM, in cap.de ſterilitate.

℞.Conſolidæ maioris & minoris,an.m̄.i.coralli albi & rubei,ſandalorum alborū & rub.an.ʒ.i.roſarū.ʒ.iii.ſpodii, garyophyllorū,margaritarū integrarū,an.ʒ.i. charabæ.ʒ.ii.ſeminis naſturtii agreſtis.ʒ.s.radicum ſanguinariæ,pimpinellę parietariæ,an.ʒ.i.zucchari alexandrini lib.ii.fiat electuarium:quia tū illud foret magnum de cōſolida ponatur.ʒ.s. & de aliis proportionaliter diminuatur,ita ꝙ ad.ʒ.i. puluueris ponatur li.i.zucchari uel mellis, & uoco illud dianaſturtium quod ualet in omni fluxu ſanguinis menſtruorū & hæmorrhoidarum & uentris,& eſt mihi ualde ſpeciale.

COMMEN. MANLII.

Istud antidotum apud nos non eſt in uſu, ſecundum autē compoſitorem ualet mirabiliter in illa materia.

Naſturtium autem herba eſt ſatis nota, maxime domeſti cum. Hic Ioannes Anglicus ſeu compoſitor habet naſturtium agreſte ꝙ naſturtium domeſticum non eſt:immo ſecūm quoſdam eſt naſturtium aquaticum,quod alio nomine ſenation uocatur, & hoc apud multos eſt certum, uide autē de eo apud Mat.Syl.in cap.de cardamo.i.naſturtio uſuali, qui ſic ait:Cardamus agreſtis quem multi ſenation uel criſium uocant,uel naſturtium aquaticum &c.Hoc apud Aui. in.2. can.uocatur pupilla oculi: & apud Dioſ. eius ſemen uocatur lepidium,& herba apud eundem ſenation, etiam apud Sera.ſeitaragi,& apud Arabes dicitur ſceſcebram,& ab aliquibus dicitur ſaxabram,de qua nunquam inueni ullum habere certitudinem quid ſit ſceſcebram:quidam credunt,ſed non recte ꝙ eſſet eſula,quod non eſt,quia Aui. in.3. can.in cap.de medicinis cordialibus,hēt in quodā antidoto ſceſcebram & ſemē eius:ergo eſula ibi non cōuenit.Idē in.4.can. in ſen.ii.in ca.de cura hecticæ ſceſcebrā laudat, & ſecundū quoſdam medicorum eſt granatū ſyluestre: quod nō credo: nec Gentilis ſuper illum paſſum cognouit certitudinem. Scias quòd in hoc ſunt diuerſæ opiniones, ſed ſi hic Deus uoluerit declarabo de ipſo opinionem doctorum multorū. Et primo dico quòd poſtquā ego uidi in practica doct.Meſ. ca.de cura maniæ & melancholiæ ſanguineæ,in quodam antidoto,ꝙ incipit.Filius Zachariæ,modus confectionis conferentis melancholiæ &c.ibi habet ad literam,ſceſcebram, ideſt ozimi maioris.Ozimum autem maius apud Ser.uocatur ozimum carmenum,& ab Aui.in.2.can.uocatur holmaram,& apud Mat.Syl.eſt ſenation:& qui mihi non credit, uideat Meſ.in cap.allegato ubi ait,quòd ſceſcebram eſt ozimum maius,& ozimum maius apud Ser.eſt ozimum carmenum,& apud Mat.Syl.eſt ſenation, ſiue naſturtium aquaticum,& ſic lege illud ca.de ozimo carmeno apud Ser. & ca. de hoalmaram,apud Aui.cū ca.de harochalchai, apud Mat. Syl.& uidebis quod idem ſunt.

Notandū eſt quòd hæc herba plura nomina habet.Nā ſenation eſt lepidium,ſeitaragi indum,hibederidos, agricardamum agreſte,capſia ſcripta cum c,naſturtium,aquaticū, ozimum maius,ozimum carmenum, pupilla oculi, ſceſcebram:eius radix medetur doloribus dēcium. Etiam de ipſo dictum fuit in electuario,quod dicitur lætificans Almanſoris &c.& hoc apud me fuit ſecretum.

Sanguinariæ autem apud moder.eſt burſa paſtoris: quæ mirabiliter ualet contra fluxum ſanguinis: uerū eſt ꝙ inuenitur alia ſanguinaria quæ uocatur corrigiola,ſeu urga paſtoris:ſed hic Ioan.Anglicus per ſanguinariā intelligit burſam paſtoris,& ſit uerum, uide apud eundem in lib.primo, in c.de accidentibus febris,ꝙ ſic ait: Mō de empyicis uideamus, uade ad locū ubi creſcit ſanguinaria.i.burſa paſtoris, & genibus flexis dicas ter Pater nr̄ & Aue Maria, & iſtum uerſiculum. Te quæſumus Dñe famulis tuis ſubueni, quos

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 96 sur 335

precioso sanguine redemisti, & sic dicendo collige unam herbam uel duas. Sed si multas colligas oportet orationes iterare, & tunc suspende herbam circa collum patientis a quo fluit sanguis, uel circa membrum a quo fluit, & ibi dimitte, & stringet certissime. Si uis ne homines cognoscant herbam tuam, frica eam inter manus tuas, & post suspende eam in aliquo panno, uel in syndone, uel in aliquo tali. Ité Nicolaus dicit: Bursa pastoris. i. sanguinaria, uel capsella, aut scindiuulua. sine dubio ē cōsonū ꝙ bursa pastoris sit capsella, quia eius semē fert in capsellis, & ꝓpter id apud Lombardos dicitur herba gugarolla: ipsa enim in uiis ac ciuitatibus inuenitur, & comeditur cum est recēs, sicut alia olera.

E PETRO TVSSIGNANA IN NONO ALMANSORIS.

CXC.

DIAROB CVM RHEVBARBARO: in tractatu. 2. cap. de solutiuis.

℞. Turbith albi, gūmosi & cannulosi. ʒ. i. zingiberis. ʒ. s. rheubarbari. ʒ. i. spicæ. ʒ. s. cinnamomi, garyophyl. ana. ʒ. ii. galangæ. piperis longi, macis, ana. ʒ. i. diagrydii. ʒ. iii. zucchari albi. ʒ. xvi. cum uino cydoniorum, fiat confectio, dosis an. ʒ. ii. ad. vi.

COMMEN. MANLII.

Hæc cōfectio diarob cū rheubarbaro est in usu, & fit aliquando cū rheubarbaro, aliqñ sine, tñ cum rheubarbaro est nobilior: de hac reperiuntur uariæ descriptiones ego meo tempore uidi fieri diarob cum rheubar. i. confectione delectabilē ſm Bartholomæum Mōtagna. quam ipse uocat cōfectionem diaturbith cum rheubarbaro, de quo infra.

CXCI.

DIAROB CVM TVRBITH, ibidem.

℞. Turbith albi, gummosi & cānulosi. ʒ. i. zingiberis. ʒ. s. cinnamomi, garyophyl. ana. ʒ. ii. galangæ, piperis longi, macis, an. ʒ. i. diagrydii. ʒ. iii. zucchari lib. i. fiat cōfectio cum uino cydoniorum & aqua communi, dosis ut præcedens.

COMMEN. MANLII.

Ego uidi multoties aliquos non facientes differentiam inter diarob cum turbith, & inter diarob, cum rheubarbaro, sed errant. Nam aliud est diarob cum turbith, aliud est diarob cum rheubarbaro.

Hæc confectio solutiua reperit etiam apud Ioannē. Cocoregium in c. de paralysi. & iectigatione, tamé differt notabiliter ab ista, sed una descriptio quæ inuenit apud Leonardū de Prædapalea in c. de cura scrophularū est huic similis.

CXCII.

DIAROB CVM AGARICO, ibidem.

℞. Agarici. ʒ. i. salis gēmę. ʒ. iii. spicæ nardi. ʒ. iii. s. cinnamomi, garyophyl. macis, galāgæ, an. ʒ. ii. diagridii. ʒ. iii. polypodii. ʒ. i. s. zucchari albi lib. s. cum uino cydoniorum, & aqua communi fiat confectio, dosis ut præcedentis.

COMMENT. MANLII.

Hæc confectio nō est in usu Leonar. de Predapalea in c. de cura scrophularum, habet etiam hāc descriptionem. Io. Cocoregius in ca. de paralysi, & iectigatione habet unā aliam descriptionem, sed non est eadem.

CXCIII.

DIAROB CVM SENA, in ca. de paralysi, tremore, tortura, & spasmo de repletione.

℞. Senæ mundæ ʒ. i. cinnamomi, garyophyl. macis, masticis an. ʒ. s. diagrydii. ℈. s. & cum zuccharo fiat confectio cū uino granatorum. Dosis eius ab. ʒ. s. ad. ʒ. vii.

COMMEN. MANLII.

Hæc confectio non est in usu.

Senæ uero quod de Arabia defertur magis laudatur quā illud de Mecha. Miror ꝙ Aui. in. 2. can. ubi de simplicibus tractat, quod de sene non fecerit cap. cum ipse in multis locis eo utatur. Mes. laudat folliculos senæ, & dicit ꝙ est melior pars ipsius plantæ.

EX ANTIDOTARIO BARTHOLOMAEI MONTAGNANAE.

CXCIIII.

DE FISTICIS.

℞. Fisticorum mundatorum, & tritorum ℥. iiii. zuccha. albi lib. i. incorporentē simul in mortario cum aqua rosata quantum sufficit; & coquantur super ignem, & fiat confectio cū speciebus triasandalorum aliquando, & aliquando cum cinnamomo, ponendo de quolibet istorum ʒ. i. s. pro tota ista recepta. Potest etiam fieri solutiua ut scis, ualet enim in cōfortando hepar frigidum quando fit cum cinnamomo, & hepar calidum quando fit cum speciebus triasandalorum, & ipsius opilationes semper aperit.

COMMEN. MANLII.

Hæc confectio apud nos nō est in usu: sed credo ꝙ in partibus Venetiarum utantur illa.

Fistici secundum Dios. sunt pistachiæ quæ in Syria nascūtur similia strobilibus. i. pineis Rasis autem in li. aphorismorum in c. de fructibus ait: Et comedere cinnamomum cum oleo alsalsorat illud remouet alforat, idest fisticus est arbor cypresso similis.

Pistachiæ secundum Nicola. sunt fructus qui ueniunt de Damasco qui satis sunt noti. Plin. Pistachia eosdem usus & effectus habent quos pinei nuclei, præterquam ad serpentum ictus siue edantur, siue bibantur.

Triasandali dicuntur a tribus generibus sandalorum quę ibi intrant descriptio ipsorum est posita supra, & est ex authoritate Nicolai.

CXCV.

DIAMVSCI MATRICALIS.

℞. Specierum diamusci dulcis. ʒ. i. diābræ. ʒ. ii. linguæ auis, rasuræ eboris, nepitæ, an. ʒ. s. zucchari albi. ʒ. v. fiat cōfectio solida cum aqua matricariæ in rotulis.

COMMEN. MANLII.

Hæc confectio diamusci matricalis apud nos non est in usu illa uero descriptio qua nos utimur est diui Mes. qui docet facere diamuscum dulce & amarum, siut ostensum fuit. Species uero diamusci dulcis, quæ ibi ingrediūtur sunt species diamusci Mes. & similiter species diambræ.

Nepita est herba dicta neuida, siue gattaria. & secundum Macrum est calamenthum.

Matricaria est apud Auic. in. 2. can. uocata uchuen, & est species artemisiæ, & est illa quæ a Lombardis crispula uocatur. Sapientes dixerunt quòd ista descriptio diamusci dicit matricalis, propter aquam matricariæ quæ ingreditur. Bartholomæus inquit, quod prædicta confectio debet fieri in rotulis sicut fiunt manuschristi.

CXCVI.

CONFECTIO pro uermibus communis Apostolorum.

℞. Seminis alexandri. ʒ. ii. cornu cerui usti, corticū granatorum, an. ʒ. i. diptami, garyophyllorum, rheubarbari, an. ʒ. s. centonici. ʒ. i. s. cinnamomi. ʒ. iiii. croci. ʒ. s. zucchari li. i. s. fiat confectio solida cum aqua absinthii, uel graminis.

COMMENTA. MANLII.

Hæc cōfectio apud nos non est in usu, sed ualet mirabiliter pro uermibus. Simplicia quæ sunt declaranda delarabo. Ipse Bartholomæus habet unam aliam descriptionem, sed ista est nobilior illa. Alexandrum apud modernos est semen Macedonicum & non est semen factum, ut quidam dicunt: quod in ista confectione possumus uidere, quia hic Bartholomæus ambo in ista confectione ponit.

Cētonicum siue xanthonicum idem est, & est species absinthii, sicut patet apud Sera. in cap. de absinthio. Præterea ipse Sera. in cap. de schea inquit: Schea. i. xanthonicū, ut in cap. de absinthio, & dicit ex authoritate Dioscor. xanthonicum est planta, & est absinthium marinum, & sic mea opinio est quod schea siue xanthonicum sit absinthium marinum quod alio nomine herba marina appellat & sic reperitur apud Michaelem Sauonarolam in ca. de uermibus, qui inquit: Quidam dant semen sanctū, siue semenzina, ꝙ idem

est

est.Io.Matthęus Gradi in ca.de uermib. qui in uētre nascū tur dicit: Seminis sancti uel herbæ ianuinæ: uel soch quòd idē est,sed uult dicere schea. Infra habet quoddā emplastrū & dicit seminis alexandrini,quod cōiter appellant herbam ianuinā,sed falsum est.Nā semen alexandrinum non est herba ianuina,pro hoc uide q̄ iu ista confectione ingrediūtur semen alexandrinum.i.Macedonicū,& centonicum.i.semē sanctū,quod non fit in his,quia idem sunt. Tu uero uide qđ semen sanctum est uerū xanthonicum, siue schea,siue semēzina,siue granella, & hæc est approbata q̄ mirabiliter ualet ad interficiendum uermes.Defertur de Ianua ad nos.

CXCVII.

DIATVRBITH cum rheubarbaro.

℞.Sandalorum alborū & rubeorum, uiolarum, zingiberis ana.3.i.s.anisi,Cinnamomi,croci,malticis,ana.3.s. turbith hermodactylorum,an.ʒ.i.rheubarbari electi.3.x.diagrydii. 3.iiii.zucchari albi lib.ii.fiat confectio solida.

COMMENTA. MANLII.

Hæc est confectio diaturbith cū rheubarbaro, & sunt ex hoibus qui uocant ipsam diarob cū rheubarbaro, alii confectionem delectabilē, ut dictum est supra & sunt ex hoibus qui faciunt ipsam cum rheubarbaro,& qñq; sine rheubarbaro secundum diuersitates descriptionum quæ reperiuntur.

CXCVIII.

DE OVIS.

℞.Albuminis ouorum lib.ii.mellis cocti despumati li.i. misceantur simul,& diu agitentur cum spatula agitādo usquequo inspissentur:deinde addantur hæ species. ℞. zedoariæ. ʒ.s.cinnamomi,garyophyllorum,spicæ,liquiritiæ,zingiberis,piperis,galangæ,rosarum,sandalorum rubeorū,ana.3.i. misce & fiat electuarium.

COMMENTA. MANLII.

Istud electuarium non est in usu apud nos.

Oua secundum Aui.meliora sunt oua gallinarū recentia & melius q̄ est in eis est uitellus, & melius eorum artificiū est ut non cum alio congelentur. Post aūt oua gallinarum sunt oua auiū,quæ cursu eius procedunt sicut antenderā,& adoram,& alcubugi.i.perdicū, & atteenugi:oua uero anatis,& similiū sunt mali humoris.Serap. dicit ex authoritate Gal.Illa quæ eligemus sunt oua gallinarū.Non ergo oportet quod narremus naturam aliorum ouorū,quia natura eorum est eadem cum natura istorum &c. Rasis aūt in tertio Almansoris in cap.de ouis ait:Oua plus aliis omnib.conuenientia gallinæ sunt,& perdicis &c. fiat confectio solida cū aqua matricariæ in rotulis.

CXCIX.

DE LEPORE COMBVSTO.

℞.Lapidis Iudaici,spongiæ,an.3.i.pulueris leporis cōbusti sm artem.3.ii.specierum electuarii lithōtripon,descriptione Nic.3.ii.zucchari secundæ decoctionis ʒ. iiii. cum aqua saxifragiæ:fiat cōfectio in rotulis.i.in forma manuschristi.

COMMEN. MANLII.

Istud electuarium non est in usu.

De lepore Aui.in.2.can.duo ca.facit,unum de lepore syluestri,aliud de lepore marino,quem quidam existimāt esse cuniculum,quem dixit Aui.esse animal ostracum, lutosum declinans ad rubedinem aliquātulū, inter partes cuius sunt quædā similia foliis aluśnem.i.herbæ chali. Illum uero quē hic intelligimus est ille qui omnib.est notus. De modo cōburendi.uide supra in electuario de cineribus.

Lithontripon.i.conterens & frangens lapidem interpretat:descriptio ipsius posita fuit supra ex intētione Nicolai.

CC.

DE SEBESTEN.

℞.Sebesten recentis.ʒ.v.infundātur in li.i. aquæ uiolarum & bulliant:deinde colet, & p̄dictæ colaturæ addatur aqua iris.i.ireos & anguriæ,ana.ʒ.vi.tamarindorum, prunorum siccorū contusorū, an.ʒ.v. uiolarū seminū communium frigidorum,an.ʒ.i.succi mercurialis,ʒ.iiii. coquantur simul usque ad consumptionem medietatis, & fortiter exprimātur & colentur, colaturæ addantur penidiorum.ʒ.viii. diaprunis non solutiui li.i.s.pul.diagrydii, drach.iii. misce & fiat electuarium.

COMMEN. MANLII.

Istud electuariū apud nos non est in usu,sed in Mediolano utuntur ipso. Scias q̄ ego uidi prædictum electuarium scriptū,sed non apud authorem autenticū,& ibi ingreditur quædam herba quæ nominatur chachile, quam Bartholomæus in sua descriptione nō habet, tamē si esset aliquis qui uellet eam ponere declarabo quid sit.Chachile,est quędam herba quæ reperitur in partibus Romæ, in loco qui dicitur Cornetū,folia habet sitia umbilico ueneris,& hæc a moder nis soldanella uocatur. Est etiam alias species chachile habens folia similia uermiculari,& nascitur in sterquilinis locis ista uero non est ita nota ut altera.

Sebesten.i.mammilla canis Ser.ca.de sebesten,narrat arborem ipsorum, & de fructu ipsius dicens, q̄ mochiata est rech in arabia,& est arbustū altum super terram habēs corticem,cuius color uergit ad albedinem,& fructus ipsius est sicut granum oliuæ. Iste fructus colligitur & exiccatur donec corrugetur,& est illud quo utuntur in medicina.

Aqua uiolarum intelligitur esse illa quæ fit ex florib. uiolarum per sublimationem in alembico.

Anguria est melon magnus,uiridis,qui apud Auic. In.2. can.uocatur bateca, in tpe antiquo in partibus nostris non reperiebantur,sed hodie deferuntur ex Venetiis.

Mercurialis est herba satis nota.Hæc apud Dio.uocatur linozostis.Gal.etiam.7.simp.dicit:Linozostida.i.mercurialis.Pli.Linozostis siue parthenius a Mercurio inuentus est ideo apud Græcos hermiporona dicitur.Nam multi ex nostris uocant mercurialem.

Diaprunis,uel Diadamascenon,a prunis Damascenis dicitur.descriptio ipsius est posita superius authoritate Nicolai,& ibi uidebis quod fit sine diagrydio,& cū diagry.Illud uero quod fit sine diagrydio appellatur nō solutiuū quando fit cum diagrydio appellatur solutiuum.

CCI.

DE POLIPODIO ad melancholiam.

℞.Anisi,liquiritiæ,dauci,seminis leuisticī,ameos, florum eupatorii,an.3.i.s,acori,zingiberis,cinnamomi,croci, an. ℈.ii.seminis anethi:petroseli.apii.an.℈.i.hermodactylorū. 3.i.s.turbith.3.vi. diagrydii. 3.i. polypodii quercini.3.ix. thymi,epithymi,ana.3.v.lapidis lazuli,hæmatitis præparatorum.an.3.vi.penidiorū.3.iii.zucchari lib.iiii. coquantur zuccharum & penidii cū aqua sublimationis ireos usq; ad decoctionem zucchari, & fiat confectio solida. Poteris et facere in forma liquida ad modū electuarij:deinde zucchаro liquefacto addantur pulueres.

COMMENTA. MANLII.

Istud electuarium non est in usu.

Polypodium autē dictum est a similitudine flagellorum polypi piscis in eminentiis quæ sunt in ipsis flagellis siue pedibus,si pedes dici possunt. Nā radicibus polypodii sunt similes eminentiæ.unde polypodium,quasi polypes.Dioscо. dicit,quod polypodium nascitur in parietibus humectis,& in ripis & circa radices arborum uetustarum,& in quercubus,& propter id dicitur polypodium quercinum.Hoc quidam herbatici liquiritiam syluestrem uocant.

Hæmatites.s.lapis qui dicitur hæmatites, siue sanguinaris:hoc lapide pictores utuntur.

EX NICOLAO FLORENTINO.

CCII.

DIACARTAMI, Sermone. ii.in cap. de cura hæmitritę,ualet in euacuatione cholerę,& phlegmatis.

℞.Specierū diadragagāti frigidi.ʒ.i. carniū cytoniorū.ʒ.ii. zingiberis albi.ʒ.i.medullæ cartami.ʒ.s.turbith electi.3.ii. diagrydii.ʒ.v.mannæ granatæ,mellis rosati ad solem purificati,ana.3.iii.zucchari albi.ʒ.xv.fiat cōfectio in bolis, quorum unusquisq; sit.3.iiii.

COMMEHTA. MANLII.

Hæc cōfectio apud nos nō est in usu.Petrus Argillata in

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 98 sur 335

ca.de podagra,siue gutta calida,hēt unam aliam descriptionem,quæ eadē est.Lumen maleluces describens hanc confectionem,dixit eam esse magistralem, cum non sit, ut eius descriptionem sibi uendicaret,& quidem indigne.

Cartamus ē crocus hortulanus,cuius flore tingit̄ fericū, eius semē inter laxatiua ponit̄.Hoc gincus uocat Græcus. Dios.uero cnicū.Auer.in.5.col.dicit:Elcratis alcartamū.i. semen papaga.Ego credo quod uult dicere, quia illud aīal quod uocatur papaga,comedit ipsum libenter.Mes.de ipso loquitur dicens:Melius est illud quod est album, & planum grossum,& plenū,cuius medulla est unctuosa, pinguis &c.

CCIII.

ELECTVARIVM sublime conseruās sanitatem oculorum,& confortans spiritum uisibilem in claritate sua in libro.3.in cap.de custodia sanitatis oculorum,& de iuuātibus & nocentibus oculis.

℞.Herbæ adhil.ʒ.ii.seminis fęniculi.ʒ.s.macis,cubebę,cinnamomi,piperis longi,garyophyl.an.ʒ.i.pistent̄ & cribellēt̄ur,& accipe mellis despumati lib.i.succi fœniculi cocti,& despumati.ʒ.i.succi chelidoniæ sit̄r cocti.ʒ.s.Coquātur succi cum melle quousq; mellis habeant spissitudinem, & conficiantur cum eo species,& reseruentur in uase uitreato.

COMMEN. MANLII.

Istud electuarium non est in usu, sed Nicolaus ipsum laudat mirabiliter.

Herba adhil secundum Nicolaum in lib. & cap. prædictis, est herba de qua quidam dicunt quod est herba quam comedunt aquilæ,& cōfricant oculos suos,& dicitur quod est eufragia.postea iterum ait: Verum alii dicunt quod est quædam species herbæ albæ,cuius folia quando rumpūtur in loco rupturæ faciūt fila quasi ad modum bombacis,& est amari saporis,ab Aui.uocata bombacum,a quibusdam cassi lago,a quibusdam dicitur herba uerula.& postea dicit: Verula est auis &c. neq; per id Nicolaus cognouit quid effet herba adhil:ipse dicit ꝙ ab Auic.uocata est bombacum, de quo non reperitur ullum feciſſe capitulum.in.2.can.ubi de simplicibus tra. & dicit quod a quibusdā cassilago dicitur, quod non credo,quia cassilago est iusquiamus, sed sit quomodocunq;,prima expositio est melior,hoc est quod herba adhil est eufragia,quia in hoc multum ualet.Prēterea Mat. Syl.in cap.de eufragia inquit sic:Eufragia Latine, Arabice herba adhil.Mes.in cap.de ægritudinibus oculorum laudat ipsam,sed contradicit Io.Cocoregius in c.de debilitate uisus,qui inquit:Herba adhil.i.iua muscata,sed secundum aliquos eufragia, ꝙ non creditur: sed mea opinio est ꝙ adhil sit eufragia.

Chelidonia sm Isid.ideo dī, uel ꝙ ad aduentum hirundinum uī erumpere,uel quod pullis hirundinum si oculi auferantur matres eorū illis ex hac herba mederi dicunt̄. Liber qui dicitur Bulchasim in tract.2. in ca.de modo colligendi ac chelidoniæ,& extrahēdi succum eius inquit: Principiū ortus chelidoniæ est quando hirundines incipiunt apparere,& quando desinunt apparere deficcatur,& non apparet, & propter hoc appellatur herba hirundinum &c.

CCIIII.

DIABVTYRVM expertum in lib.iiii. cap.de tussi.

℞.Mellis despumati, Butyri, } ana.ʒ.iiii.
Cymini, Anisi, } ana.ʒ.s.
Glycyrrhizæ.ʒ.i.

Confice in forma *loch.

*ἐλίγμα τα Græci nostri Illinctus uocant.

COMMEN. MANLII.

Istud electuariū non est in usu, & sicut reperi apud Oribasium in cap.de tussi, est ex authoritate ipsius.

De butyro Auic.in.2.cano.duo cap.facit, unum de butyro simpliciter,aliud de butyro non recenti.Ser.de butyro, lacte,& caseo in uno cap.loquitur,& sic inquit:Liben.i.lac lubon.i.caseus zebed.i.butyrum,serum.i.mantega. Papias dicit:butyrum pinguedo quæ ex lacte colligitur, est tamen pinguis,& solidius oleum ex butyro fit.

CCV.

DIAPEGANON, vulgo Diapigamum,in lib.v.in cap.de inflatione,& tensione stomachi.

℞.Nitri,piperis,cymini infusi i aceto,& postea torrefacti, ana.ʒ.iiii.foliorum rutæ siccorum ad pondus omnium.

Confice cum melle & fiat.

COMMENTA. MANLII.

Hæc confectio apud nos est multū in usu, sed nō sub hoc noīe diapigamum:immo sub noīe diaspoliticon, ꝙ idem est ipse Nicolaus in eodē libro inquit:diapigama.i. electuariū de ruta:postea in ca.de debilitate digestionis ponit electuariū de ruta quod idē est cū diapigamo.Et sic dico quòd electuarium de ruta secundum Nicolaum diapigamum & diaspoliticon idē sunt,de quo infra in diaspoliticon.Dios.in c. de ruta ponit descriptionem diapigami,quæ eadem est.Macer in c.de ruta describit diapigamū i uersiculis incipiēdo:

Ex hac antidotum non paucis utile causis.
Conficitur,medici dicunt diapeganon illud.
Peganon in græca,nostra,quia ruta uocatur.
Illius antidoti confectio talis habetur.
Pondere iunge pari nitrum,piper,atque cyminum.
De tribus his tantum de ruta ponito quantum.
Sed prius ex acri uino macerare cyminum.
Conuenit,& ferro post assari calefacto.
Omnia deinde simul bene trita ex melle ligabis &c.

Nitrū,ideſt aphronitrum,in ista cōfectione laudatur sal nitrum,qua utūtur bōbardarii,quia est fortius q̄ sal panis.

*Aphronitrum uocant.

CCVI.

DE FICVBVS in eodem lib.in cap.de cura cholicæ ex fæce,& est utile senibus.

Rec.Croci hortensis,zingiberis albi mundi,an.ʒ.ii. terātur & cribellētur,ficuum albarum pinguium nume .xxx. terantur in uno mortario ligneo in modū ꝙ non appareant grana,& si nō possunt teri bene, ferueant modicū, & ponatur cum eis de*baurach,fæce argenti,an.ʒ.s. & pistētur omnia simul & incorporentur cū melle despumato, in quo miscea tur de aqua in qua decoctæ fuerint,& fiat.

COMMEN. MANLII.

Istud electuarium non est in usu,sed secundū intentionē Nicolai est utile senibus.

Crocus hortensis ē crocus aphricanus siue hortulanus cuius semen gincus seu cartamus dicitur.

Ficus.i.carica.Isid.inquit:Ficus a fœcunditate uocat̄ est .n.arboribus cæteris fœcundior. Nā terq; quaterq; per singulos annos generat fructum, atq; altero matureſcente,alter aborit̄, hinc & caricæ a copia noīatæ &c. Est alia ficus dicta pharaōis siue ficus latua, siue sycomorus, & ē nomen cōpositū a fycos Græce,quòd ē ficus & moro latine &c.In de sycophanta.i.comestor ficuum,ut apud Terentium

Fex argenti sm Nicolaum est scoria argenti,ego puto ꝙ sit mardalengi,ꝙ alio nomine lithargyrium appeliatur.

CCVII.

DE CICADIS, in eodem libro cap. de cura lapidis.

Rec.Cicadarū abiectis capitibus alis,& pedibus granorum solis,seminis saxifragiæ,an.ʒ.i.piperis,galangæ, cinnamomi,an.ʒ.ii.ligni aloes.ʒ.s.mellis quod sufficit.

COMMEN. MANLII.

Istud electuariū nō est in usu.Isid. in cap. de minutis uolatilibus inquit.Cicadæ ex cuculorū nascūtur sputo. hæc in Italia apud Reginos multæ sunt:nec usquam alibi. Horatius medicinæ ait: Cicadę sunt uermes ad similitudinem locustæ,& habitant in locis calidis. Quidam uero sapientes dixerunt ꝙ cicada est aīal paruū uergens ad nigredinem,quæ in capite ipsius hēt duo cornua minuta, & in tempore æstatis maioris caliditatis apparet,& uolat super arbores, & super cacumina domorum uel aliarum rerū, & ibi stat & garrit quousque sol amittat suam caliditatem,& prędictum animal a multis uulgari nomine sic est uocatum.

Grana solis.i.Miliū solis siue lithospermon.Ser.in ca.de milio solis inqt ex authoritate Gal.in translatione batarie-

lisacos quod est semen quod assimilatur lapidi & est chulb. i.milium solis, & est semen herbæ quæ dr̃ stroncos, quod si bibitur frangit lapidem & prouocat urinam. Serap. iterum ait ex authoritate aben mesuai albasari, q̃ achulb defertur ab India & assimilatur semini lini, nisi q̃a est maius. Miror tamen quod Ser. dicat quod milium solis habet semẽ simile semini lini, & tñ illud quo nos utimur non assimilatur semini lini: hæc herba in nostris hortis nascit̃, & abundat plurimum, quamuis dicat Sera. quod defertur ab india.

CCVIII.

DE SISELEOS, in lib. vi. in cap. de sterilitate.

Recipe siseleos, limaturæ eboris, radicum & granorum pæoniæ, darsisahan, an. ʒ .i. s. cinnamomi, cyperi, calami aromatici, squinanti, artemisię, an. ʒ .i. nardi, garyophyllo. folii, masticis, olibani, an. ʒ .s. ambræ purissimæ. ℈ .ii. mellis quantum sufficit.

COMMENTA. MANLII.

Istud medicamen de siseleos, idest sileris montani non est in usu.

Darsisahan est cortex radicum buziæ siue cortex radicũ mali granati agrestis, apud Dios. uocatur asphalium de quo dictum fuit in electuario de uino.

Arthemisia. i. mater herbarum.

Mastix est gummi lentisci uel spẽs eius. Dios. in c. de thure ait: Thus lachrymũ est arboris quæ Græce libanus dicit̃.

CCIX.

DE IVA, in lib. 7. de prẽseruatione a doloribus iuncturarum.

℞. Iuæ recentis, subtilissime incisæ, & conficiatur cũ melle & fiat secundum artem.

COMMEN. MANLII.

Istud electuarium apud nos est in usu. Ipse enim Nicola. non ponit dosim iuæ, sed proportio mellis ad iuam apothecariis est nota.

Iua fm Simonem Ianuen. est Iua, ut dicit supra in chamę pityos, ipse uero in c. de chamæpityos ait: quasi in fine. uide quod nulla istarũ specierum sit illa qua moderni utunt̃ pro chamædryos. Arbitratus fui, quod prima istarum sit planta illa, quam iuam moderni uocant propter similitudinem huius descriptionis cum ea, & propter experientiam quæ inuenitur in ipsa in sciatica qua ipsa laudatur postea uero intellexit quod apud Græcos siculos, maxime ipsam iuã chamæpityos uocant, & sic ex meo iudicio credo q̃ uera iua sit chamæpityos, & qui non credit consideret formam chamæpityos quod apud Dios. uocatur chamępitys, & ponit spẽs tres quarum una est spãsa super terram, & gibberosa habẽs folia, aizo minori. i. semperuiuæ minori siue uermiculari similia, sed tenera & pinguiora & aspera, & spissa circa uirgas odorem redolentia, pini ramulos mittit oblongos: & curuos in similitudine anchusæ. i. lactucæ asini, & frondiculum tenuem, uel semen cum tenui coma, flores minutos & mellinos profert, & semẽ nigrum, odorem pictuinum. i. rasi næ pini: uide ergo illã iuam qua utimur, & aggrega ipsam cum illo cap. de chamæpityos, & uidebis quod in odore & in omnibus iua est chamæpityos, & omnes species habent odorẽ pini, sed nobilior est quæ magis odorẽ pini refert, illud uero chamæpityos quo utũtur moderni, non habet formam chamæpityos, ut describunt nostri authores, sicut est notũ eruditis apothecariis. Mes. in ca. de ægritudinibus laudat ipsam sub nomine zizinam, & est Iua.

CCX.

DE ANAGALLICO SYLVESTRI, in lib. 7. cap. de cura eminentiæ umbilici, & est multum utile.

℞. Radicũ eius bene decoctarum in uino austero, & postea optime contritarum, & mellis despumati, ana. lib. ii. & coquantur lento igne usq; ad perfectionẽ, & tunc superponatur puluis qui sic fit, sanguinis draconis. ʒ .s. masticis, pilorũ leporis inciforum, an. ʒ .ii. gũmi arab. ʒ .ii. lapidis hæmatitis ʒ .i. nucis cypressi. ʒ .ii. garyophyl. macis cinnamomi, nucis muschatæ, ana. ʒ .iiii. piperis, zingiberis, croci, ana. ℈ .i. & bene incorporentur, & fiat electuarium.

COMMENTA. MANLII.

Istud electuarium non est in usu, sed secundum intentionem Nicolai est utile.

Anagalli fm Dios. sunt duæ spẽs, una est quæ florem hyacinthinum profert, sed apud Sera. habet florem cœlestẽ, altera est cuius flos dactyli colorem habet, sed apud Sera. habet florem rubeũ, & est plantula habens folia subtilia parua & ramos quadrangulatos, & ambæ habent semen rotundũ simile semini coriandri apud nos in pratis ac uiis reperitur. Quidam exposuerunt quod esset cicorea, quod non est alii q̃ sit maiorana, q̃ non est, alii auricula muris dicunt, q̃ non est. Auic. in. 2. cano. capitulum unum facit de auricula muris, aliud de anagalo, in cap. de anagalo inquit: Est duobus modis, unus eorum est, cuius flos est citrinus, & alius cuius flos est cœlestis, hic textus Aui. uidetur corruptus dũ nõ dicit, quod prima spẽs anagali habet florem rubeum, ut dicit Sera. Galenus in vi. simpl. inquit: Anagalus. i. morsus gallinæ, & dicitur quod una habet florẽ cœlestis coloris, & alia rubei. & sic est secundum ueritatem, & est quã nostro idiomate morgelinam aut morsum gallinæ uocamus, & aliquãdo ipiam Mat. Syl. dicit: morsus gallinæ uocatur a quibusdã anagallus qui ipia uocatur, quidam morgelinam uocãt &c. Nicolaus dicit: electuarium de anagalico syluestri. i. de illo qui florem rubeum gerit &c.

CCXI.

CONFECTIO boli armeni, in lib. 4. in cap. de præuisione, cautelis, & custodia a uenenis, & eorum nocumentis in generali.

℞. boli armeni, terræ sigillatæ, an. ʒ .i. granorũ iuniperi. ʒ .s. Conficiantur cum melle, dosis est. ʒ .ii. cum uino.

COMMENTA. MANLII.

Hæc confectio apud nos non est in usu. Bolus armenus est quędam uena terræ, quæ reperit̃ pcipue in Armenia, & eligendus est subrubeus, apud Aui. uocatur lutũ armenum.

EX SAVONAROLA.

CCXII.

DE MORIS, secundum MICHAELEM Sauonarolam in practica cap. de dysenteria intestinali.

℞. Carnium mori immaturi. ʒ .iiii. zucchari, lib. i. Coque cũ facilitate: deinde proiice styptica calida, aut frigida, ut exigit dispositio, & fiat electuarium.

COMMEN. MANLII.

Apud nos in usu non est.

APPENDIX.

Qui plura desiderat, ex nostris in illius praxim ANNOTATIONIBVS petat, nam eo in loco rem abunde perstrinximus, quæ apud nobilissimos IVNTAS Venetiis quàm diligentissime iamiam imprimuntur.

Annotationes in Sauonarolam Nicolai Mutoni.

EX GALENO.

CCXIII.

CYPHOIDES Andromachi antidotus, uulgo CHIFODEA, secundum Gal. lib. viii. medicamentorum per loca ca. 7.

℞. † Uuæ passæ carnis. ʒ .xxv. alii. ʒ .c.
Croci. ʒ .i. alii obol. iii.
* Calami, † ʒ .ii. s.
* Bdellii, ʒ .ii. s.
† Cassiæ. ʒ .s. ∴
Cinnamomi * obol. iiii.
Spicæ nardi. ʒ .iii.
† Floris iunci odorati. ʒ .ii. s.
Myrrhæ. ʒ .iiii. ∴
Terebinthinæ. ʒ .iiii. alii. ʒ .xvi.
* Ramentorum aspalati. ʒ .iii
Mellis. ʒ .xvi.
Vini quod satis est.

† i. carniũ passularũ.
* aromatici nempe.
† Mendose prius. ʒ .ii.
* Iudaici sane.
† Ligneę quidem.
* ʒ .i. prius non sine menda.
† Squinantum officinis.
* Limatura Barbaris.

COMMEN. MANLII.

Istud electuariũ apud nos est in usu, sed nõ utimur sub noie chifodea: immo utimur sub noie electuarii de uino ipse Gal. describit ibi duas descriptiones: quarũ prima est nobilior, & dicit q̃ chifodea nominatur: etenim in odore

& in gustu similis est uocato ab Aegyptiis chifi, qui in primo composuerunt hoc & utuntur eo. Idem in partibus nostris facimus. Et sic postquam ego aggregaui istud electuactuarium de chifodea apud Gal. cum uno electuario quod habetur ab Auic. in tertio quē nos facimus sub nomine electuarii de passulis seu de uino uidi quod idem sunt: & sic ut melius & apertius rem dignoscas, lege illam descriptionē, quā superius posui sub nomine electuarii de passulis, cū ista & uidebis q̄ eadem est. Franciscus de Pedemontium in ca. de debilitate hepatis habet eandem. Michael Sauonarola in ca. de debilitate hepatis hēt eādē. Limatura aspalathi seu aspalei. i. rasuræ aspaleos & hæc est arbor sicut narrat Dios. q̄ nascitur i Asia, & Rhodo, cuius spēs duplex est. Est. n. una spinosa fruticē & tirsum grauē hūs & depositū cū cortice purpureo uel rubro & de presso odoris, & summi & amari: Altera & alba, lignosa, & imbecillis &c. quid aūt sit fere ab oībus ignoratur: sm aliquorū modernorum medicorū opinionē tenetur quod sit aspaltum. i. bitumen iudaicū, sed nō recte. Nā si Gal. hēt aspalthi fuit errore scriptoris, quia debet dicere limaturæ aspalei, & est quædā arbor q̄ apud Ser. & Aui. uocat darsisahan, & sic est sm ueritatem. Nam ibidē Aui. loco eius habet darsisahan, quod idem est. Michael Sauonarola loco aspalei habet radicem spinæ, inde & ibi ait: Loco eius pōt poni xylocaracta, ut uult Simon Ian. uerum Aui. loco eius ponit fructus aliēbuch. i. xylocaractæ, & hoc aduenit, quia ipse ignorauit quid esset uerum: loco eius xylocaracta potest, poni tamen idē nō est: sed Sera. uere agnouit ipsum dicēs, quod est arbor granati syluestris, & sic est sm ueritatē. Nā si legis capitulū de aspaleos apud Dioscor. cum ca. de arbore granati syluestris seu darsisahan, uidebis, q̄ idē est. Præterea Io. Arculanus in cap. de debilitate hepatis inquit: Darsisahan. i. arbor granati syluestris, secundum uero modernorum sententiam granati syluestris duæ sunt spēs. Quarū unū est darsisahan, seu arbor dicta amiberberis, cuius fructus dicitur abel, & de hoc a multis licium efficit. Vnde Rasis in synonymis suis dicit: Licium loch de aqua in qua cortices berberis coquuntur, & sic approbatum fuit q̄ arbor berberis in debilitate hepatis ac in fluxo hepatico multum ualet. Aliud est xylocaracta, siue siliqua, siue charubiæ quę sunt idem, & sic a modernis unum pro alio ponitur sed debent ponere corticem buziæ. i. corticem radicis mali granati, seu berberis, & est arbor dicta apud herbaticos crispinus, hæc duo apud sapientes sunt ex secretis aliorum

Vinum satis notum est. Sera. de ipso loquitur in ca. de uite & eius speciebus, et quæ ex eis sunt. Isidd. ait: Vinū di ctū est eo q̄ eius potus uenas sanguine cito repleat, hoc alii q̄ nos curis soluat lyeū appellant, alii lineum a leniendo: ueteres uinū uenenum uocabant, sed postq̄ inuentum est uirtus letiferi, succi, hoc uinū uocatum est, illud uenenum unde & Gieronymus in libro quem de uirginitate cōseruanda scripsit, Adolescentulas dixit, ita uinū bibere debere, fugere ut uenenum, ne p̄ ætatis calore feruenti bibāt & pereāt. Inde est q̄ apud ueteres Romanos fœminæ non utebantur, uino nisi sacrorū causa certis diebus: hodie uero inueniuntur homines multi, qui si non biberent uinum, deficerēt oīno. Io. Anglicus in ca. de passionibus stomachi recitat hos uersus.

Dat uinum purum tria nobis commoda primum.
Confortat stomachum, cerebrum, cor dat tibi lætum.
Vires multiplicat, & uiscera plena relaxat.
Efficit audacem, sudorem prouocat, aptat
Ingenium, tali lusus congaudet amico.
Sit mensura comes ne uioletur opus.
Nam sine mensura deperit omne quod est.

Dicitur autem electuarium de uino q̄ ingreditur, & debet coqui cum magna diligentia.

CCXIIII.

DIOSPOLITICON, Galeni lib. iiii. & vi. de Sanitate tuenda.

℞. Cymini,
Piperis longi,
Foliorum rutæ,
Nitri,
} ana. ʒ. iiii.

Terantur grosso modo, & cum melle bene despumato quantum sufficit fiat confectio.

COMMENTA. MANLII.

Hæc cōfectio ē in usu Ipse uero Gal. in. 6. de regi. sanita. ipsam describit, & solet cōfici dupliciter. Quidam. n. cōponunt isam ex ʒ. iii. rutæ uiridis, & aliorū æquali pōdere, sed sm modernos ex oībus componentibus sumitur æquale pōdus & conficitur, & sunt ex hoībus qui uocant istam confectionem siue istud antidotum electuariū de ruta: uerum ipse Gal. in ca. de medicinis Zenonis in suis experimentis habet electuariū de ruta, quod idem nō est, forsan illo tpe nō erāt idem, sed apud multos modernos idē sunt. Nā Petrus Argillata in cap. de duritie splenis inquit: Confectio diaruta, & ibi habet eius descriptionē sicut habet hic Gal. in fine eius descriptionis dicit, & Gal. appellat hoc diaspoliticon. Nico. Floren. in lib. 5. in ca. de inflatione & tensione stomachi ait: Diaspoliticon. i. electuariū de cymino. Nā apud medicos uocat hoc electuariū de cymino cum specieb. grosis Aui. in. 5. can. hēt diacyminum Galeni, quod idem est. Dio. in ca. de ruta habet idē. Macer in eodem ca. habet idem sub noīe diapigami. unde p̄ hoc possumus dicere diaspoliticon confectio de diaruta, diapigamū, & electuariū cū specieb. grosis esse idem. uide supra diapigamon.

Cyminū. ſ. cyminum usuale. hic Gal. non dicit si cyminū debet poni infusum in aceto, & torrefactū, aut non. Verum nostri doctores magis laudāt ipm debere poni infusum in aceto & torrefactū quā non infusum. Nam Petrus Argillata, Nicolaus. Dios. Macer, & Auic. habent oēs cyminum infusum. & idem uolunt facere hodierni, & modus est q̄ accipiatur cyminū, & mundetur a sordibus eius, & superponāt acetū quantitatis sufficiētis, & ibi dimittāt per diem & nocte: deinde extrahāt & deiccetur, & eius torrefactio est q̄ ponāt super patellā ferream latā, & calefiat ipsa sine cymino. deinde auferat ab igne, & statim cito superponatur cyminū, & ipsum misceatur & uoluat semper cum aliquo, & hoc fiat bis uel ter quousq; eius torrefactio sit completa & utere ubi oportet. idem potest fieri, de aliis seminibus.

Spēs piperis notæ sunt, ac eorū noīa & Græca et Latina p̄ piper uero absolute piper nigrū intelligimus, aut q̄a nobilius, aut q̄a fortius est aliis, aliqn tū sm diuersas intentiones in aliquib. electuariis ac cōfectionibus magis conuenit piper albū aut longum, quā uigrum sicut in cōfectione proxime descripta: in qua licet aliqui dicāt debere poni nigrū plurimi tamen ac fere oēs laudāt apponēdum esse piper lōgum: ab aliquibus uero magis laudatur piper album.

Ruta est herba satis nota. Dios. aūt laudat illā quæ nascit circa cucumeres. Auic. uero laudat illam quæ nascitur circa arbores ficus. hic Gal. non dicit si ruta debeat esse sicca, aut uiridis. uerū moderni doctores laudant mediā inter uiriditatem & siccitatem. Dios. in eodem antidoto dicit rutę uiridis. Petrus Argil. dicit: & uult quod ruta non sit sicca nec uiridis, & sic debent facere apothecarii.

Nitrū. i. Aphronitrū Aui. loco eius hēt Baurach. i. sal rubeū, idem inquit: Baurach est fortius sale, & est de genere uirtutis eius, idē in cap. de nitro ait: Nitrum est baurach armenū, in loco eius sunt ex hominibus qui ponunt sal panis & sunt ex hoībus qui ponunt sal nitrum quo utuntur bombardarii, & hoc est fortioris uirtutis in hac materia.

APPENDIX.

Non ineleganter, arbitror, cum ex Mes. diacyminū exponeremus, Galeni DIOSPOLITICON pinxim° quare (modo plura desiderent,) locum probe studiosi consulant, superius nempe nu. xxiii. compositionum.

EX GILIBERTO DE ANGLIA.

CCXV.

DIACAPPARIS, secundum Gilibertum de Anglia in cap. de uitiis splenis.

℞. Capparis ʒ. iiii. squillæ, asari, centaureæ, pyrethri, piperis nigri, thymi, apii, seminis gith, agrimoniæ radicis, an. ʒ. j. mellis quod sufficit.

COMMENT. MANLII.

Istud electuarium non est in usu apud nos.

Capparis ſeu kapparis cum K.eſt planta uel frutex ſpino ſa ſpanſa ſuper terram ſpinis uncis plena ſicut rubus, folia ſi milia cytonio, fructum ſimilem oliuæ, qui ſi aperiatur emittit florem album: ſi uero deciderit de planta ſua, apparet lõgus ut balanus, & tunc ſi aperiatur inueniuntur in eo grana minuta: & hoc in Alexandria maiori reperitur, & in magna copia. Haly.in.2.practicę c.de radicib. uocat ipſum bubugi.

Gith, ideſt ſemen nigellæ nigræ, quæ uocatur melãthion de qua ſupra dictum fuit.

CCXVI.

DIACERASEOS, ibidem.

℞. ſucci ceraſorum lib.iiii. mellis lib.iii. diagridi.ʒ.xxviii. cinnamomi, maſticis, an.ʒ.i. conficiantur, ſuccus cum melle léto igne ad ſpiſsitudinem decoquetur, & in eo pulueres terendos tẽperabis cũ.ʒ.iii. mannæ, & ieiunet uſque ad ſero.

COMMENTA. MANLII.

Diaceraſeos aũt dicit a ſucco ceraſorum quẽ recipit plus quã de aliis rebus. Ceraſa ſm Sera. ſunt grana parua ſimilia pinis, & ſunt in oriente, & eſt granum regũ, & eſt illud qđ apud nos eſt. Intelligẽdum eſt iuxta authoritatem Sera. granum regum duo ſignificare, etenim ſm ipſum ſignificare uidetur ceraſa: ſecuudum uero illuſtres medicorũ, ſicut Auic. in.2.can.ca.de mehembethene. & Meſ.cap.de albemeſuch, eſt cherua ſiue cataputia maior. Iſido.in ca.de propriis nominibus arborum inquit: Ceraſus a ceraſo urbe Põti uocata. Nã Lucullus cum Ceraſum ciuitatem Ponti deleſſe, hoc genus pomi inde adinuenit, & a ciuitate ceraſum appellauit. Arbor enim ceraſus, pomum ceraſum dicitur.

CCXVII.

DIADRAGANTVM calidum, ſecundum eundem in cap. de ſtrictura thoracis.

℞. Draganti triduo in aqua infuſi temperati.ʒ.iii. & hyſſopi.ʒ.i. & .ʒ.ii. cinamomi.ʒ.s. zingiberis.ʒ.ii. liquiritiæ & ſuc ci eius, an.ʒ.i. & gr.xv. confice cum calamentho, dragãtho, cũ ſufficienti melle, & lento igne ad ſpiſsitudinẽ decoquas poſt ab igne deponito, & pulueres ſpecierum adde & uſui reſerua, da in modum caſtaneæ.

COMMEHTA. MANLII.

Diadragantum autem dicitur a draganto quod recipit dicitur calidum ad differentiam alterius deſcriptionis, quæ dicitur diadragantum frigidũ, quæ ſuperius poſita fuit. Et dixerunt quidã quod ambæ deſcriptiones ſunt de mẽte. Nicolai, poſſunt etiã eſſe ambæ de mẽte Giliberti. nã Giliber tus in c.allegato ambas deſcriptiones compoſuit: ille uero quem uoco Lumen maleluc ẽs, ambas poſuit deſcriptiones de mente (ut aſſerit) Nicolai, & tamen ambæ a uera deſcriptione declinant: nec ſecundum eius deſcriptiones debent conſtrui dictæ confectiones.

CCXVIII.

DIAPENTE, ſecundum eundem in cap. de cauſis tuſsis.

℞. Storacis optimæ, myrrhæ, draganti, galbani, croci, opii, an.ʒ.xvi. balſami, aut olei nardini, mellis quod ſufficit.

COMMEN. MANLII.

Iſtũ electuariũ in uſu non eſt. Nico. Flo. in lib.5. in cap. de tuſsi habet electuariũ diapente ℔ quaſi idem eſt. Verum Nic.ponit iuſquiamum album: Gilibertus loco eius habet opium: Nic.habet cyminum torrefactum: Gilibertus habet crocum, in reliquis iidem ſunt.

EX IOAN. CONCOREGIO. in cap. de paralyſi, & iectigatione.

CCXIX.

DIACASSIA FISTVLA.

℞. Prunorum damaſcenorum, uiolarum, ana. lib.s. bulliant in libris.v. aquæ uſq; ad conſumptionem tertiæ partis, & colaturæ addatur mannæ, caſsiæ pinguis & mundæ an. lib.s. tamarindorum.ʒ.v. bulliant lento igne & claro uſq; ad ſpiſsitudinem: deinde addatur candi pulueriza ti.i. zuccha. cãdi.ʒ. iii. penidii.ʒ.ii. zucc. rubei li.i. ſyrupi uiolati.ʒ.x. fiat electua rium. & eſt pro delicatis & eius doſis eſt.ʒ.i. uel.ʒ.s.

COMMENTA. MANLII.

Diacaſsia autem dicitur a dia quod eſt confectio. Caſsia dicitur, quia in ipſa caſsia ingreditur, ſupra poſita fuit una alia deſcriptio quę eſt ex authoritate Franciſci de Pedemũtium quæ apud nos nõ eſt in uſu: uerum noſtri doctores magis laudant iſtam deſcriptionem, quia eſt confectio leuis, & fit pro delicatis.

EX OFFICINIS. & ſunt compoſitiones (ut uocant,) Magiſtrales.

CCXX.

LENITIVVM.

℞. Paſſularum.ʒ.ii.	Liquiritiæ.ʒ.s.
Capillorum ueneris.	Prunorum,
Violarum,	Tamarindorum, an.ʒ.vi.
Hordei, an.m̃.s.	Folliculorum ſenæ,
Iuiubarum,	Polypodii, an.ʒ.ii.
Sebeſten. an.nu.xx.	

Miſce & fiat decoctio ad conſumptionem tertiæ partis: deinde addatur mercurialis man.i.s. bulliãt bullitione una & coletur, & diſſoluatur.

Pulpæ caſsię,
Tamarindorum,
Prunorum,
Zucchari fini,
Zucchari uiolati,
} ana.ʒ.vi.

Coquendo lento igne ſemper mouendo cum ſpatula, in fine adde pro qualibet libra electuarii.ʒ.i.ʒ.iii. Folliculorũ ſenæ, & fiat electuarium ſecundum artem.

COMMEN. MANLII.

Iſtud electuarium apud authores non inueni, nec apud noſtros doctores eſt in uſu, ſed utuntur ipſo in partibus Venetiarum, & utuntur ipſo in illis partibus ſicut nos utimur diapruni non ſolutiuo.

Mercurialis eſt herba quæ in noſtris partibus in ciuitatibus inuenitur iuxta muros & dicit uulgo marcorela. Hæc apud Dioſ. uocatur linozoſtis, & ſic eã uocat. Gal.in.7.ſimplicium. Pli.ait: Linozoſtis ſiue parthenius a Mercurio inuentus eſt. ideo apud Græcos hermiporona dicitur, nã multi uocant mercurialem.

CCXXI.

DE FARFARA.

℞. radicum farfaræ li.i. lauentur bene in aqua. & decoquant optime, deinde piſtentur cum.ʒ.iii. paſſularũ &.ʒ.iii. pinearũ in mortario lapideo: poſt hoc ℞. zucchari albi li.ii. & diſſoluatur in prædicta decoctione farfaræ, & coquatur ad ſor mam electuarii: deinde addantur pulueres infra ſcripti. ℞. dragãti albi.ʒ.ii. cinnamomi, macis croci. an.ʒ.i. ſucci liqui. ʒ.i.s. nucis muſchatæ.ℨ.i. miſce. & fiat electuarium.

COMMEN. MANLII.

Iſtud electuarium apud medicos. Papienſes non eſt multum in uſu, ſed apud medicos. Mediolanenſes magis.

Farfara uero a modernis dicitur ungula caballina, quidã mãli herbatici crediderunt quod hæc in uineis inueniatur, ſed falſo. Nam apud nos eius ſpecies ſunt duæ: quarum una habet florem album, & hæc dicitur nenuphar, & eſt illud ℔ magis uſui medicinæ competit, altera habet floren rubeum & eſt apta in medicina ſed non tantum, & utraq; in aquis inuenitur, apud ſapientes notæ ſunt. apud Aui.in.2.can. uocatur nenuphar, & dicit ℔ Gal. uocat ipſum caulem aquæ, & nominat granum eius granum ſponſi: hæc apud Dioſ. uocatur nymphæa ſiue ut alii cacabus ueneris. i. papauer paluſtre, ſiue ut Latini alga paluſtris. Antonius muſa, inquit: Nomen herbæ nympheæ a Græcis dicitur protheã, alii cacabos, alii lithometra, alii androcinos, alii idrogotos alii heracleos, alii arnenon, Itali nymphæam uocant.

EX BENEDICTO DE NVRTIA.

CCXXII.

CONTRA PESTEM, ſecundum dominum Benedictum de Nurtia phyſicum illuſtrem.

℞. Boli armeni, diptami albi, myrrhæ, pipinellæ, zedoariæ,

an.ʒ.i.theriacæ.s.tyriacæ andromachi distemperatę cū aqua uitæ optimi uinj,& distillatæ in balneo mariæ.ʒ.s. croci.ℨ. i.cāphoræ,margaritarū non perforatarū,smaragdi,an.ʒ.iij. tormentillæ,sigilli marini,an.ʒ.ii.seminis citri.ʒ.i.s. omnia puluerizantur & incorporentur cū syrupo de acetositate citri & ex eis fiat electuariū.de quo detur.ʒ.s. cū aqua melissæ ieiuno stomacho,certe tollit fœtoré pestilentię,& extinguit omne uenenum in corde,& toto corpore.

COMMEN. MANLII.

Istud electuarium in tpe pestilentiali ualet mirabiliter ad ea quæ diximus,& est optimum in illo casu.

Diptamū album credo q; sit usuale. Nam illud diptamum quo utimur hodie est album,śm Dioſc. diptamum multi dicunt pulegium agreste & describit tres uel quatuor ſpecies quarū prima ſpecies dicitur quod nec florem,nec ſemen habet,ſed illud diptamum quo utimur hodie, habet florē purpureum ac ſemen nigrum,quod apud omnes est notum. Serap.de ipso loquitur in cap.de origano,Simon Ianuensis in cap.de aldhatami inquit,quod Sera.in ca. de calamentho, de diptamo loquitur,quod non est uerum diptamum. Apud Aui.in.2.uocatur mescatrameſcir: Aqua uitæ est aqua distillata facta ex uino optimo,& quanto uinum est bonum, tanto melior erit aqua,& eius modus est notus. Raynaldus de uilla noua in li.1. in ca. de paſsionibus aurium,& primo de ſurditate tinnitu & ſonitu inquit: Dixit mihi quidam prædicator in urbe quod impoſuit de aqua quę dicitur aqua uitę, quam ponit,Ariſto. in lib.12.de aqua & uere, ſed ſi hoc ſit uerum non uidi.

Peroratio in primam Sectionem.

Hic huius distinctionis calcem atigimus annuente altiſsimo pientiſsimaq; eius genitrice quæ cuiuslibet generis cōfectiones ac electuaria, uidelicet ſolutiua & non ſolutiua, dulcia,amara,opiata. & non opiata rōnabiliter cōplectit, quāuis diuus Meſ.in tres diſtinctiones ſecuerit. Initium uero nunc dabimus ſubſequenti ſectioni,quę est de conditis ſi opifex ille rerū conditorq; uniuerſi cunctorumq; initium mentem noſtrā ſuo lumine illuſtrauerit, ut tandem omnia in illius decus atq; laudem,ſicut par est,ſint euaſura acceda mus iam igitur ad propoſitum negotium.

LVMIN. MAIORIS

SECTIO SECVNDA.

CONDITORVM GENERA. X. ſecundum Meſue continens, tam uſualium quàm non.

Vna cum Manlij Commentarijs.

I.
SECACVL CONDITVM.

* Eryngiū uocant.

Recipe radices * ſecacul albas groſſas & teneras, & radatur cortex eius cineritius, & elixētur,& mundent a uenenis interioribus,& incidātur in fruſta ſicut est menſura pollicis, & ponatur in eius uacuitatibus harūdinoſis fruſtū zingiberis humectati ſicut dicemus in c.de zingibere cōdito,& garyophyllus unꝰ humectatus,& accipiatur ad omne pondus eorū mellis pōdera.iii.& alii ponunt mellis pondera duo,& zucchari pōdus .i.& poſtq̄ fuerit coctū cū facilitate proiiciatur ſuper illud ſpecierum alephanginarum partes conuenientes, & fiat.

COMMENTA. MANLII.

Secacul,ſicut dictū fuit,ē ſigillū ſanctæ mariæ.Mattheus autem Syl.non cognouit eū,quia ipſe in litera.s.inquit: Sigillū ſanctæ Mariæ.i.ſecacul.Idē ait: Secacul.i iryngus, idē ſentit in ca.de aſtaraticō,ſed ſi legis ca.de aſtaraticon apud ipſum & cap.de aſtaraticon apud Sera. uidebis quòd iryngus nō est ſecacul nec ſpēs eius. Siquis recte conſideret ca. de grano culcul apud Matth. Syl. deprehendere poterit ea quæ dicit de grano culcul,conuenire cū ca.de ſecacul apud Sera.& quod idē ſunt,licet ipſe non uideat cognouiſſe. Est .n.granū culcul fructus ipſius ſecacul,& pp uerba Matthæi Syl.ſunt quidam apothecarii qui falſo opinantur iryngū eſſe ſecacul,quod nō est:quia Ser.reponit iryngum inter medicinas frigidas,ſecacul uero inter calidas. Item uide apud Manfredum de monte Imperiali, qui de formis utriuſqſſe ſcripſit,& ibi comprehēditur iryngū eſſe ſpēm ſpinæ,ſed ſecacul est radix quem moderni zenogello uulgo dicunt &c. Aui.in.5.can.in cap.de conditis habet etiam de modo condiendi,& dicit q; ſecacul est uena ſicut zingiber & affertur ex India. Hodie in noſtris partibus reperitur in multa quātitate,& est multum in uſu apud nos.

Conditū autem.i.præparatū,& ſunt multiplicia. Nā quædam ſunt ex radicibus,quædā ex floribus, quædā ex fructibus. Nā ex radicibus ſunt ſicut zingiber ſecacul, iryngus,& ſimilia: de floribus ſunt ſicut uiolæ roſæ de fructib. ſicut pyra,cydonia,emblici,chebuli.& ſimilia Mat.Syl.in ca.de rapa inquit,ex authoritate Gale. Rapa multiformiter autē & hanc homines præparant uſq; ad hoc quod componunt eā cum garo.i.almori, quod uulgariter nuncupatur ſal muria & aceto,ut habeant pro uſu per totum annum: credo quod hoc ſit illud quod communiter comedit in quadrageſima. Iſid.ait: Conditum uocatur quod non ſit ſimplex,ſed cōmixtione pigmentorum compoſitum. Pli.in c.de uinis fictitiis, fiūt,inquit,alia uina,& nunc ex pipere & melle & aliis ſpeciebus,de quibus ſupra dixit quæ inquit: Alii condita,alii piperata uocant. Meſ.inquit,quod ſuper ſecacul proiiciantur ſpecies alephangine.i.de aromatib.& ſunt illę ſpecies quæ ingrediuntur in miua cydoniorum.i.conditum de cydoniis ſicut infra apparebit.

II.
ZINGIBER CONDITVM.

℞.Zingiberis recentis ſi haberi poteſt uel ſaltem humectati per artem partem unam mellis partes tres, & zucchari partem unam,coquatur ſicut ſecacul, & quidam accipiunt ſicut ſecacul & zingiberis humectati,an.partem.s. & fit delicatius,& quidam ſuper condiunt cum ſpeciebus alephanginis,& quidam faciūt aliter. Modus autem humectationis eius est ut infundatur in aqua: deinde ſepeliatur in arena, & ſit zingiber album,& mundum & recens. humectatur zingiber,ut docet ipſe de chebulis.

COMMEN. MANLII.

Zingiber ſiue zengibel śm Dioſ. arbor est,naſcens in Arabia plurimum,cuius coma frequēter utunt incolæ,ſicut nos ruta,in bibendo & manducando: ſunt uero ei radices minutæ ſicut cyperi ſub albido colore,habentes ſicut piperis gūſtum: eligendæ ſunt non perforatæ ſed graues: has multi comedunt uel condiunt.i.ne putreſcant,& mittunt in uas,cui addunt mel coctum,& ſic reponunt Gal.inquit: Rādix huius plantæ defertur ad nos ab India: & est id in quo est iuuamentum. Papias ait: Zingiber,qui & artemiſia, genera habet tria menogloſſa tangentes & leptophyllos: miror ob talia uerba infra uero dicit: Zingiber genus pigmenti est qđ in India naſcitur,lingua eorum ita dicitur.

Conditū.i.præparatū,ut dictum est. Auic.in.5.can.etiam docet modū condiendi zingiber & dicit quod zingiber est uena de uentre terræ ſicut uenæ tinctorū. Nico. in fine ſui antidotarii etiam docet modū cōdiendi zingiber.& inquit ℞.iryngorū qui habent folia ad modū cretani marini quod Saraceni ſecacul uocant. Verba hæc inferunt mihi admirationem,quia iryngus nō est ſecacul,nec folia hēt ſicut cretanus marinus,ſicut patet per Ser.c.de iryngo,& per cretanū marinum apud Dioſ.quem ipſe uocat crithimon, tamē hic declarare uolo quod cretanus marinus est quędā herba quę in tempore antiquo naſcebatur in maritimis locis, ſed hodie

die delata est ad nos,& nascitur in nostris partibus,& est illa quæ nostro idiomate baxigia uulgariter uocat, mirabiliter ualet doloribus rerum ac lapidis existimant quidam ꝙ hæc apud Auice.in.2.can.uocatur alblage. Mes.dicit,quòd zingiber condiatur cum melle & zuccharo. Auic. uero dicit apud nos affertur conditum cum melle,aut cum aqua rizi.Serap.in proprio capitulo de zingibere inquit.Sunt quidam condientes zingiber cum melle, quidam cum rob: idest sapa: moderni uero generaliter condiũt solum cũ zuccharo, & est nobilior modus defertur de Damasco ad nos, & quanto albius tanto melius.

III.

PASTINACE, uulgo Bauciæ conditæ.

Bauciæ conditæ ualent sicut secacul, & eius modus est sicut secacul.i.sigilli sanctæ Mariæ.

COMMEN. MANLII.

Bauciæ.i.pastinacæ, conditum apud Arabes nominatur algingibel.Auic.in.5.can. docet modum condiendi: & dicit: Sumantur de duris clari coloris mũdæ, pastinacam aũt ſm Isido.in cap.de oleribus dicit sic uocatam, quia radix eius præcipuus pastus sit hominis: unde Macer sic ait: Qđ pastum tribuat est pastinaca uocata. est enim odoratu iocũda, cibo delectabilis, reperitur alia species quæ dicit sylue stris,quæ uocatur Daucus apud Auic.in.2.can. quidam crediderunt quod bacia esset chariota,quod nõ credo.Nã Gale.in lib.2.de alimentis facit unum cap.de pastinaca & dauco,& chariota, qđ nõ faceret si essent idem, sed sit quomodocunque,hic uolo declarare,quod chariota est species pastinacæ, cuius radix est citrina bona ad manducandum, & est illa quam Lombardi uulgariter gniffo uocant. Plini. ait: Alterum genus est staphilinos quam pastinacam errati cam uocant.

IIII.

ACCORVS CONDITVS.

Acorus conditus ualet ægritudinibus cerebri & neruorum, & eius modus est sicut secacul conditi.Addãtur tamẽ ad omnem partem eius secacul boni partes duæ.

COMMENTA. MANLII.

Acorus.i. piper apum uel aphrodisia, ut dicit Dios.cõditum.i.præparatum. Hoc apud nos est multum in usu: reperitur etiam una confectio conditi ad ægritudines neruorũ frigidas mirabilis,quam ipse describit in summa quarta de ægritudinibus neruorum,& est cõfectio diacori, quæ etiã in usu est, ut dictum fuit.

V.

ZVCCARVM ROSATVM.

℞.Foliorum rosarum albarum,aut rubearum quantitatem quam uolueris,& expandantur super tabulas in umbra usque dum superfluum humiditatis ipsarũ resoluatur,& sint rosæ habentes medietatem inter complementum & acerbitatem, & terãtur in uase lapideo:deinde proiiciatur super eas zuccharum tabarzeth.i. album triplum ponderis earũ, & reponantur in uase uitreato,& obturetur os eius cum pergameno,& apponatur soli mensibus tribus omni die sæpe agitãdo illud:deinde remoueatur a sole & seruetur, & quidam faciunt illud cum rosis non habentibus aliquid de complemento,& inuenitur magis stypticum,& sunt qui non terunt rosas, sed incidunt cum forficibus & fricant manibus fricatione ultima rosas & zuccharum:deinde exponũt soli.

COMMENTA. MANLII.

Zuccharum rosatum, siue conditum rosatum, siue cõserua rosarum idem est Nicolaus in suo antidotario ait.Rodo zachara.i. zuccharum rosatum, sed nõ sit sicut dicit Mesue. Petrus de Cresentiis in cap.de rosaria,idest rosa habet unã aliam descriptionem,sed non est eadem.Moderni uero generaliter faciunt, ut docet hic Mesue.

VI.

ZVCCHARVM VIOLATVM.

Zuccharum uiolatum eius modus est sicut zucchari rosacei indigent tamẽ uiolæ expansione longiori,et expositione prolixiori soli.

COMMENT. MANLII.

Zuccharum uiolatum,idest conditum uiolatũ, siue conserua uiolarum, quod satis est notum.

VII.

ZVCCHARVM BVGLOSSATVM

Zuccharum buglossatum eius modus est sicut zucchari rosacei.

COMMENTA. MANLII.

Zuccharum buglossatum, siue diabuglossatum dicitur a floribus linguæ bouis,quæ alio nomine buglossa uocatur. Aui.in.2.can.de lingua bouis ca.facit,sed uere credo quod illa qua utuntur moderni non sit illa de qua loquitur Auic. ipse autem Auic. ponit quod sit genus almaru.i.marmacor, ut dicit in cap.de maru Mes.non ponit modum conficiendi zuccharum boraginatũ quod fit ex floribus boraginis quæ est species buglossæ,tamen si diaboraginatum facere uolueris facies illo modo sicut buglossatũ. Christophorus de honestis putauit,sed non recte quod zuccharũ alchilil sit zuccharum de floribus boraginis, quod non est: apparebit infra conditum de buglossa,quod est conserua uel diabuglossatum.

VIII.

ZVCCHARVM Rosmarinatum, uulgo zuccharum Alchilil.

Zuccharũ alchilil stomachum, cerebrum,& cor confortat uẽtositates fugat, & eius opatio ẽ sicut zucchari rosati.

COMMENTA. MANLII.

Zuccharum alchilil.i. zuccharũ ꝙ fit ex floribus rosmarini qui alio nomine corona mnotis uocatur.Christoph.de Honestis dicit:zuccharum alchilil.i. zuccharum factum ex floribus boraginis,sed nõ est uera expositio, ut pater apud Matth. Sylua.in litera Kil Kil,ubi sic ait: Chinchil.i.rosmarinus illud uocabulum ponitur in antidotario Damascæni .i.Mesue septimo quæ incipitzuccharum alchilchil, & post sex qui incipit Zuccharum buglossatum, & sic est quod alchilil, uel alchilchil, flos est rorismarini, sed grana alchilchil, sunt grana sylueſtria.

IX.

CITRI CONDITVM.

℞.Corticum citri.℥.vi. buglossæ.℥.i.s. * marmacor.℥.s. garyophillorum aur.i.ligni aloes aur.s. terantur & proiiciantur super ea uini boni lib.iiij.et dimittãt diebus tribus: dei de proiiciatur super ea zucchari tabarzeth.i. albi. lib.ii. & aromatizetur cum galliæ bonæ.aur.s.croci.℥.i. quarta, masticis.℥.i.musci.℥.i.sexta.

* Melissam uocant.

COMMENTA. MANLII.

Conditum,idest præparatum. Mes.in distinctione de cõditis ponit citra cõdita, & in distinctione de syrupis habet duas descriptiones conditi de citro:sed illæ duæ descriptiones non sunt in usu. Ego uero scripsi secũdam descriptionẽ ut declararem quid sit marmacor.Marmacor secundum intentionem Mes. est melissa,et sic credo esse bene expositũ: quia Serap. in cap. de melissa inquit.Benerangie.i. turungen, & dicitur marmacor.i.melissa Aui.in.2.can.in cap.de maru . De marmacor loquitur, & ibi distinguit in plures species,& ponit linguam bouis.i. buglossam inter species eorum.Stephanus Iudæus affirmabat quod est marrubiũ, quod ignoro . Verum sapientes dixerunt quod marmacor est melissa:& marmacur est marrubium.Gulielmus Placentinus dicit . Marmacora .i.marrubium, siue prasium quod idem est.

X.

BVGLOSSI CONDITVM.

℞.Buglossæ,mentæ siccæ, foliorum rosarum, corticum citri, aut foliorum eius,an.℥.iii.*alfelẽgemisch.℥.i. trium generum cytoniorum, trium generum pomorum,an ℥.i.s.fetæ crudæ incisæ, nucis muscatæ, zedoariæ, galangæ, been utriusque.s.albi & rubei,sandali citrini,croci,an.℥.i.s.ligni aloes,℥.ii.vini,& aquæ, an.℥.vi.mellis lib.viii. aromatizetur cum musci.℥.i.tertia, galliæ.℥.ii.

* Ozimũ garyophyllatum nominant.

COMMENTA. MANLII.

Cõditũ.i.ꝑparatum de buglossa.i.linguæ bouis:cõditum

autem de bugloſſa non eſt zuccharum bugloſſatum, ꝙ fit ex zuccharo & floribus bugloſſæ, vt quidam crediderunt.

Trium generum cytoniorum, vel trium ſpẽrum cytoniorum Græci vero ponunt ipſas in numero malorũ, & genera ipſorum ſunt multa, quorum quædam ſunt dulcia, quædam acria, quædam muza, & ſic de ſingulis: ſed hic ſolum intelligimus tria genera quæ ſunt dulcia, acetoſa, & muza. 1. quòd ſapor ipſius ſit compoſitus ex dulcedine & acetoſitate.

Trium generũ pomorum ſimiliter intelligit de tribus generibus pomorum, & ſunt proprie dulcia acetoſa & muza.

Setæ crudæ & non coctæ, vt dictum fuit. Papias inquit. Bombices dicuntur apud Seres frondium vermes qui ſericum creant ex cuius tinctura bombicinus fit.

Peroratio in ſecundam ſectionem.

Hic ſectio de conditis complementum ſuſcipit ſm d. Meſue, nũc vero aggrediamur ſectionem de ſpeciebus loch ſm eundem. Nobis igitur adſit dator auxilii Deus terrarũ, cœliq; ſator, rerumq; omnium opifex, & comitor.

LVMIN. MAIORIS
SECTIO TERTIA.

ELIGMATA SEV ILLINCTVS,
officinis LOCH, E MESVE.
ac aliis Continens.

Vna cum Manlii Commentariis.

I.

EX PINEIS NVCLEIS,
vulgo Loch de Pino.

† Fuluorũ

Recipe granorũ pini. ʒ. xxx. amygdalarum dulciũ, auellanarum aſſatarum, dragacãti, gũmi arabici, liquiritię & ſucci eius, amyli, capilorũ veneris, radicum lilii cœleſtis, an. ʒ. iiii. carniũ dactylorũ † charion. ʒ. xxxv. amygdalarũ amararum. ʒ. iii. mellis paſſulatorũ, zucchari tabarzeth. i. albi, butyri recẽtis, an. ʒ. iiii. mell. tabarzeth quantum ſufficit, ſumatur ex eo quaſi lambendo.

COMMEN. MANLII.

Loch eſt autem medicina liquida in modum ſyrupi, ſed eſt inſpiſſata valde, aliqualiter viſcoſa, apta vt lãbatur deglutiendo ipſam paulatim: cõtra diſpõnem pectoris ac pulmonis valet. Lafrancus chyrurgicus in cap. de gibboſitate impartiri habet vnum medicamen, & inquit: Fiat loch. i. medicina ſpiſſa ſicut mel liquidum ſeu crudum, mitigans tuſsim: apud nos iſtud loch eſt multum in uſu. Aui. in. 5. can. in trac. 3. de auris dolore habet vnam aliam deſcriptionem, ſed nõ eſt eadem. Ioan. Sera. in ſuo antidotario habet vnam aliam deſcriptionẽ quæ vocatur loch de granis pini, & ibi inquit: Aſtroculibe & ſunt grana pini.

Pinus arbor ſm Iſid. in ca. de propriis nominibus arborum vbi inquit: Pinus arbor picea ab acumine foliorum vocata: pinum. n. antiqui acutum nominabant: pinum aũt aliã pitim, aliam Græci paucem vocant: quam nos piceam dicimus, eo quod deſudet picem, nam in ſpecie ſibi differũt. In Germaniæ autẽ inſulis huius arboris lachryma electrum gignit. hic textus Iſidori non acceptatur. Nam electrum nõ eſt lachryma pini, ſed potius agiros, & eſt gummi dictum charabe, vt patet apud Simonem Ianuen. Auic. in. 2. can. facit vnum cap. de grano pini, & aliud de geloum, & ibi dicit quòd eſt granũ pini maioris. Certe illud nomen de geloum apud Arabes eſt de auellana maiore, quam nos nucellam dicimus, hoc granum ſatis eſt notum.

Auellanæ notæ ſunt: Ioan. Sera. in ſuo antidotario in cõfectione alchechẽgi inquit: Abuſe & ſunt auuellanæ aſſatæ. Pet. de Creſc. ait: Auellanæ ex eis quędã ſunt ſylueſtres quę in memoribus & ſepibus naſcũtur, quædam domeſticæ. Sylueſtres ſunt paruæ, ſaporoſæ, groſſam teſtam habentes. Domeſticæ vero quædam ſunt rotundæ groſſæ, & quædam longæ, ex quibus longæ ſaporoſiores ſunt, & citius maturãtur, & aſſantur auellanæ, vt dictum fuit de cymino.

Liquiritia eſt radix dulcis ſatis nota. Albuch. in tra. 2. docet modũ faciẽdi ſuccũ ipſius. & dicit ꝙ fit de mẽſe Iulii, qa tũc planta eius eſt plena ſucco. Caſsius felix. ca. de glycyrrhiza inquit: Glycyrrhiza Græce ex eo dicta qđ dulcẽ radicem habet glycy. n. Græce dulce dicit. Gal. ait, Maius iuua mẽtũ qđ eſt in liquiritia, eſt in ſucco radicis eius: quidã prae ue ſophiſticant ſuccum ipſius ex puluere ipſius, & melle.

Amylum. i. amidum. Serapi. in capit. de frumento docet duos modos faciendi amylum ſiue amidum. Gale. in lib. ad Partenianũ dicit: Amylum omnibus notum, eſt enim quaſi medulla frumenti.

De melle paſſulato ſeu paſſularum ingrediente compoſitionem huius loch. Contrarietas exiſtit aliqñ inter apothecarios nõ parua. Aliqui. n. male accipientes verba Meſ. apponunt mel & paſſulas pro loch conficiendo, quod minime facere conuenit, quia hæc nõ eſt intentio. d. Meſ. Nam hæc ipſe, nec alii poſt mel vix vnquã medicinas aliquas i ſuis cõpoſitionibus ſubiungũt, ſed per mel paſſularum intelligere debemus cum paſſulis confectum, ſicut etiam conficitur, cũ emblicis & anacar. & aliis rebus. Et modus ipſius eſt qđ accipiantur paſſularum mundatarum a ſordibus eorum. ʒ. iiii. aquæ communis lib. i. coquantur ſimul vſq; ad cõſumptionẽ aquæ, deinde fiat fortis expreſsio cui addatur mellis duplũ ponderis, hoc eſt pro qualibet lib. i. carnium paſſularum addatur lib. ii. mellis bene deſpumati, & iterũ ſimul coquãtur vſq; ad neceſsitatem, deinde deponatur ab igne, & vſui reſerua in vaſe vitreato, & erit mel paſſulatum: ſi etiam mel myrtinum facere volueris de modo ipſius docet Nicolaus in fine diacodion, vt oſtenſum fuit.

II.

DE PAPAVERE, & eſt Diapapauer.

Rx. Papaueris albi. ʒ. xxv. amygdalarum dulcium excortica tarũ, granorũ pini, gũmi arabici, dragacanti, ſucci liquiritię an. ʒ. x. amyli, ʒ. iiii. ſeminis portulacæ, ſeminis lactucæ, ſeminis cytoniorum, ana ʒ. iiii. croci. ʒ. i. penidiorum alborũ. ʒ. iiii. ſyrupi de papauere q. ſ. etiã ſit proprie ſyrupus ex capitibus papaueris albi & nigri, & ſemine lactucæ, & violis.

COMMEN. MANLII.

Loch de papauer ſm intentionẽ Meſ. eſt diapapauer, ſed ſecundum intentionem apothecariorum, aliud eſt loch de papauere, aliud eſt diapapauer, tamẽ vnum pro alio põt dari. Ipſe in ſua practica deſcribit multas deſcriptiones diapapaueris, vt in cap. de tuſsi, & in cap. de fluxu ſanguinis ab aure, ſed non ſunt in vſu. Alia vero deſcriptio quam nos habemus in vſu eſt ex authoritate Nicolai de quo ſupra Auic. in 5. cano. habet vnam deſcriptionẽ loch de papauere, ſed non ſunt, idem, iſta vero eſt nobilior illa.

III.

DE SQVILLA.

Rx. Squillæ, mellis deſpumati partes cõuenientes, decoquãtur in ſubſtantia loch, & accipiatur ſic lambendo.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud loch apud nos eſt multum in vſu, idem Meſue deſcribit aliam deſcriptionem in cap. de tuſsi humida, ſed eadem eſt Auicen. in. 5. cano. habet vnam aliam deſcriptionẽ quæ eadem eſt.

Squilla apud Aui. in. 2. can. eſt cœpe muris, eo qđ interficit mures. Circa inſtans, Squilla alio noie cœpa marina dr illa q̃ ſola reperit niſi ſit plantata, mortifera eſt. Succus aũt ſquillæ iſto modo fit oportet: vt mundet ſquilla cum cultello ligno ex corticibus ſuperioribus, & poſtea inuoluat illa recte i paſta facta ex farina frumẽti vel cherſene. i. illiginis ſm Albuchaſim, & ponant in furno panis tẽperato nõ nimis calido, nec nimis frigido, & ibi dimittatur vſq; ꝙ paſta erit

cocta:

cocta:deinde extrahatur & accipiãtur laminæ ſquillæ ita ca lidæ,& habeas paratũ mortarium lapideum calidũ cum pi ſtello ligneo, & bene contundantur, poſtea cum petia lini ſubtilis exprimãtur fortiter & ſuccus extrahatur.

APPENDIX.

Non abſimile apud Galenum 7. medicamentorum per Loca,eſt Eclegma Anto. Muſæ ex Aſclepiade ad Dyſpnoicos in hunc ſane modum.

Scillæ crudæ ſuccum exprimito,eiq; parem mellis attici menſuram addito,& ad prunas admota coquito.Dato inde ante,& poſt cibum myſtri mẽſuram.

IIII.

EX RADICE BRYONIAE,

vulgo Loch de Alfeſcera.

Loch de alfeſcera valet ſicut loch de ſquilla, & eius modus eſt ſicut in illo,& eſt medicamen expertum.

COMMEN. MANLII.

Iſtud loch de alfeſcera nõ eſt in vſu,ideo nõ eſt neceſſe, vt ipſum deſcribã. Feſcera vero ſm Meſ. eſt vitis alba, quæ alio nomine bryonia vocatur.hæc apud Dioſ. vocatur ampelos leuce, et apud herbaticos cucurbita ſylueſtris dicit.

APPENDIX.

In ſimplicibus Bryonicũ Eclegma. Meſues ca. de Bryonia perbelle exponit,ijs ſane verbis.

Ex ſucco Bryoniæ,ac ſapa,vel melle malumus, vuarũ paſſarũ Eclegma ad tuſsim,aſthma efficax,fili⁹ Zezar cõponit.

V.

SANVM, ET EXPERTVM.

℞.Cinammomi,hyſſopi ſiccæ,liquiritiæ,an.ʒ.s.iuiubę,ſebeſten,an.nume.xxx.paſſularum enucleatarum, ficuum ſiccarum, dactylorũ pingium,ana ʒ.ii.fœnugræci.ʒ.v.capillorũ veneris.ma.i.aniſi,fœniculi,ireos,calamenthi,ſeminis lini, an.ʒ.iiii.hæc oĩa coquantur in lib.4.aquæ vſq; dũ remaneãt lib.ii.& proijciantur ſuper ea penidiorum lib.ii. & coquantur,& impinguẽtur vſq; ad ſpiſsitudinẽ mellis:deinde proiciantur ſuper eum pinearum mundatarum. ʒ. v.amygdalarum mundatarum,liquiritiæ,dragacanti,gummi arab. amyli,ana.ʒ.iii.ireos.ʒ.ii.miſceantur omnia & agitentur vſquedum medicamen maceretur,& album fiat,& reſerua.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud loch apud nos eſt multum in vſu,& eſt ſanum,& expertum ad tuſsim & ad raucedinem vocis.

VI.

AD caliditatem,& aſperitatem pectoris, & ad tuſsim calidam.

℞. Radicis glycyrrhizæ.ʒ.xv.
Cheſmes pingium.ʒ.ii.
Sebeſten,
*ali.ʒ.xv. Iuiubarum, } ana * nume.xxv.

Decoquãtur cum facilitate in.iiii.lib.aquæ,vſq; ad lib.i⁹ & proiiciatur ſuper ipſum caſiæ fiſtulæ. ʒ.i.deinde colentur a ſcoſis,& proiiciantur ſuper illud,
Rob,ʒ.iiii.
Penidiarum,lib.s.

Deinde coquantur donec impinguentur: deinde miſceãtur cum is farinę fabarum ʒ.ii.& lambatur ex eo.

COMMEN. MANLII.

Non eſt in uſu.

Cheſmes ſunt paſſulæ ſine oſsibus, & meliores ex eis ſunt illæ quæ veniunt de oriente,quæ ſatis ſunt notæ.

VII.

ALIVD ex intentione noſtra.

℞. Seminis papaueris.ʒ.x.
Glycyrrhizæ.ʒ.vii.
†Sebeſten officinis. † Mixa.nume.xx.
Piſylii,
Granorum cydoniorum. } ana.ʒ.v.

Coquantur cum.iii.lib.aquæ,vſq; ad lib.i.s.& colentur, & proiiciantur ſuper illud,
Rob.
Penidiarum, } ana.ʒ.iiii.

Et iterum coquatur illud donec impinguetur:deinde miſceatur cum eo,
Gummi,
Papaueris albi, } ana.ʒ.v.
Tragacanti,
Trium granorum, } ana.ʒ.ii.

COMMEN. MANLII.

Hoc non eſt in vſu. Simplicia tamen quæ declarãda ſunt declarabo.

Per tria grana ſecundum quoſdam intelliguntur tria ſemina ex ſeminibus quatuor maioribus frigidis ſ. ſemina melonis,citrulli,& cucumeris,& quãdo reperitur quatuor granorum, vt eſt in tryphera perſica quatuor ſemina: communia maiora frigida intelligũtur.ſ.melonis,citrulli,cucumeris,& cucurbitæ.

VIII.

BONVM, conferens Hecticis,& conſumptis, Phthiſicis.

℞. Papa.albi,ſpodii,ſeminis lini torrefacti,croci, amygdalarum dulcium,ana.ʒ.iii.amyli, dragacanti, gummi, ſeminis,cydoniorum,ſeminis citrulli,an. ʒ.vi. granorum naſturcii,coctorum amygdalarum amararum, fabarum, ana.i.s. penidiorum, ʒ.lx. diſſoluantur penidiæ in aqua fontium & coquatur & conficiantur cum eis cætera.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud loch in vrbe Ticinenſi non eſt valde in vſu, ſed in vrbe Mediolani magis. *Ipſe* Meſ. *in cap.de phthiſi* quaſi in fine habet vnam deſcriptionem ex authoritate Sabor,quòd dicitur loch conferens phthiſicis & conſumptis,ſed nõ ſunt eadem,nec fit ſecundum illam deſcriptionem.

Granis naſturcii, cõtrariũ euenit ei quòd aduenit ligno aloes.Nam iſtud per decoctionem debilitatur: immo extinguitur, illa vero fiunt virtuoſiora. Naſturcium vero apud Dioſ.vocatur cardamus.Gale.in 6.ſimpl.inquit: cardamus .i.crocus hortulanus,& eſt ex herbis ſpinoſis.hic textus Gale.non videt bene ſonare,ſed credo quod fuit error ſcriptoris.Nam ipſemet in 7.inquit:Cardamus .i.naſturtium,& ſic eſt ſm veritatẽ:ſed ſicut dicit cardamum, debet dicere cartamum.i.crocum hortulanum.Meſue inquit,granorum naſturcii coctorũ nõ intelligitur quòd debeãt coqui in aqua: ſed intelligitur quòd ſint bene cocta.i.matura ad ſolem.

IX.

AD ASTHMA BONVM.

℞.Squillæ aſſatæ.ʒ.iiii.radicis lilii cęleſtis.ʒ.ii.hyſſopi,praſſii.an.ʒ.i.myrrhæ,croci,an.ʒ.s.confice cum melle, & fiat.

COMMEN. MANLII.

Iſtud loch apud nos eſt multum in vſu. idem in capit. de aſthmate habet vnam aliam deſcriptionem ex authoritate Ioan.Serap.quę eadem eſt.De modo aſſandi ſquillam,vide ſupra vbi oſtenſum fuit.

X.

DE AMYGDALIS.

℞. Amygdalarum dulcium, & amararum, ſeminis lini torrefacti,granorum pini,aniſi,dragacãti,gummi arabici,ſucci liquiritiæ,& radicis eius,an. ʒ.i.s.zucchari, penidiorũ, ana.ʒ.iii.conficiantur cum melle,& ſucci fœniculi,& ſucci apii prius bullitorum quantitate ſufficienti.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud loch apud nos eſt in vſu. Amygdala ſm Iſidorum apud Græcos idem ſonat quod latine nux longa: hanc alii nuclicam vocant, quaſi minorem nucem. Amygdala etiam pro morbo aliquando accipitur,& ſunt duæ eminentiæ iuxta radicem linguæ in faucibus ſimiles capitibus mamillarũ, & dicuntur branci.

SECVNDVM EVNDEM IN SVA PRACTICA.

XI.

DE ALLEIS, in cap.de tuſsi humida.

℞.Alleorũ mundatorum,lib.s.& elixa ea in aqua decoctionis cicerum & hyſſopi ſiccæ vſque dum ſint bene cocta: de-

tur & terătur allea ſicut medulla,& proiice ſuper ea mellis & butyri,ana ʒ.vi.& decoquantur lento igne uſq; ad termi num loch.& utere bonum eſt.

COMMEN. MANLII.

Iſtud loch apud nos non eſt in uſu.

Allium ſm Iſido.in cap.de oleribus dicit: Allium dictum quod oleat,vlpicum appellatum, quod alij odorem habeat Papias inquit: Allium dictum quod oleat, cuius odorem ue nenata ferre nō ſuſtinent,leo quoq; & pardus fugiunt, cor poribus tamen humanis ſalubre eſt. Nam ſui calore deducit,& interius medicatur doloribus, oculis vero ī cibo cre brius ſumptum caliginem inducit.Auicen.in.5.cano.habet unam aliam deſcriptionem quæ eadem eſt.

XII.

DE CAVLIBVS in eodem cap.

℞. Succi caulium lib.v.lento igne coque auferendo ſpumā eius uſq; dum redeat ad lib. ii. deinde coquatur cum rob. i. muſto cocto, ſiue ſapa & mellis lib.i.uſque dum ingroſſetur.& bonum eſt.

COMMEN. MANLII.

Iſtud loch apud nos eſt multum in uſu.Ioan.Sera. in ſuo breuiario in cap.de phthiſi abſque febre habet unam aliam deſcriptionem,& eſt fere eadem.

Caulis a Græco caulos quod eſt haſta haſtile, & virga vi rilis.ſ.ueretrum.unde caulis eſt tirſus cuiuslibet plantæ.Iſi do.inquit: Caulis eſt generaliter herbarum & olerum me dius frutex qui uulgo tirſus dicitur,quod a terra ſurſum cō ſcendat.Eſt autem generale nomen:omnis enim frutex cau lis dicitur:Caulium autem genera quinque:cumanum, ſcili cet Pompeianum, Arcinum, Sabellicum, Brucium. Apud Dioſco.caulis uocatur braſsica.

XIII.

DE PVLMONE VVLPIS.

in cap.de phthiſi.

℞. Pulmonis uulpis ſicci,ſucci liquiritiæ,capillorum uene ris,ſeminis fœniculi,ana 3.iiii. confice cum zuccharo deco cto cum aqua quantum ſufficit,& quandoq; conficitur cum rob myrtino,& eſt confortatiuum amplius.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud loch apud nos eſt multum in vſu: ſecundū intentio nē Meſ.& eſt medicamē Gal.Aui.decima tertii. in ca.de cu ra ulcerum pectoris, & cura phthiſis habet unam aliam de ſcriptionem quæ eſt eadem:ſed Lumen malelucens inquit: Loch de pulmone uulpis magiſtrale: uidelicet quod non re peritur ab authoribus,ſed falſa eſt opinio ſua Nā uide quod ſua deſcriptio eſt eadem cum iſta.Præterea Nico.Florē. in lib.3.capi.de catarro & coriza ponit ad literam loch de pul mone uulpis,& ibi nec additur uel minuitur aliquid: immo eſt eadem deſcriptio. Pulmonē uulpis antequā adminiſtretur in medicinis oportet primo p̄parari. Et modus eius eſt quod accipias pulmonē uulpis & mundetur optime & inci datur per uenas:poſtea abluatur cum uino albo odorifero parum calido,hoc fiat tantum quod pulmo uulpis efficiatur ſine putredine:poſtea ponatur in olla & exiccetur in furno leuiter calido, & poſt ipſius exiccationem reſeruetur, ſed prius iuuoluatur cū abſinthio,& utere ubi oportet:ait pul mo uulpis cum uino nigro aſthmaticis ſubuenit.

Vulpes eſt animal ſatis notum.Iſido.dicit: Vulpes dicta quaſi uolupes: eſt enim uolubilis pedibus, & nunquam re ctis itineribus,ſed tortuoſis anfractibus currit,fraudulētum animal inſidiisq; deinceps. Nam dum non habuerit eſcam fingit mortem: ſicq; deſcendētes quaſi ad cadauer uolucres rapit & deuorat. hoc apud Arabes uocatur thaleb. Sera. in cap.de amygdalis inquit:& quando uulpes comedit amyg dalam amaram cum aliquo cibo moritur. Meſ.ac Auic. uo lunt quod prædictum loch conficiatur cū zuccharo: ſed ho die generaliter conficitur cum melle:etiā Nico. uult quod conficiatur cum zuccharo.Meſue inquit: Etiam ſi cōficitur cum rob myrtino eſt confortatiuum optimum.

EX SERAPIONE.

XIIII.

DE SEMINE LINI, ad illum qui tuſsit in Antidotario.

℞. Seminis lini torrefacti.ʒ.iiii.

Confice cum melle,& fiat loch.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud loch eſt multum in uſu: tamen ego uidi ipſum fieri ex farina ſeminis lini non torrefacti,& melle, & eſt mirabi le ad tuſsim puerorum.Auic,in.5.can.in tract. 5.de allohoc at ad ſpiritualia habet loch ad tuſsim ſiccam, & eſt idem cum deſcriptione Serap. Linum.ſ.ſemen medicinæ aptum eſt ad multa.Iſido.in ca.de linis inquit:Linum ex terra ſpe cie mittenti oritur:de fluxuq; nomē eius ex Græco eſt. Nā linū Græci linarin dicunt,ſiue quod ſit melle & leue.Petr. de Creſcen.in cap.de canapis dicit:quod eſt de natura lini, torrefit autem ſemen lini,ſicut alia ſemina.

EX AVICENNA.

XV.

ALBOTIN, in.v.cano.

℞. Seminis lini torrefacti,paſſularum mundatarum an. li.i. amygdalarum pini, amygdalarum dulcium, amygdalarum amararum mundatarum,ana ʒ.vi.auellanarum torrefactarū glutinis albotin,radicum lilii cœleſtis,an.ʒ.i.mirrhæ,croci, thuris maſculi,ana ʒ.s.tere & cribellentur & inuoluantur cum lacte aſinino,& conficiatur cū eo,& fiant trochiſci, & exiccētur in vmbra: deinde terātur & conficiaū cū melle.

COMMEN. MANLII.

Iſtud loch apud nos non eſt in uſu.

Albotin uero terebenthina quæ alio nomine largatū dicitur,& granum ipſius ſecundum Aui.in.2.can.uocatur gra nū uiride: ſecundū Circa inſtans trebēthina melior eſt alba nel citrina & clara ſine putredine, per centum annos ſerua tur.Serap.in cap.de terebenthino dicit,quòd ſunt duæ ſpe cies ſ.domeſtica & ſylueſtris. Domeſtica eſt botin ſecun dū ueritatem,& fructus eius eſt granū uiride. Et ſylueſtris eſt lentiſcus,& ambæ habent gummi.Gal.in ſuis ſecretis in ca.de dolore capitis & ſplenis, & multorum aliorū inquit: Cere elchalimbac,ideſt terebenthina uel albotin.

Amygdalæ pini ſunt grana ipſius uel ſemina quæ alio no mine nuclei pinearū dicuntur:Græci uero dicunt ſtrobilia.

EX OFFICINIS.

XVII.

DE FARFARA MAGISTRALE

Recipe,Radicum farfaræ.ʒ.vi.lauentur bene a ſordibus earum:deinde bulliant bene donec ſint bene coctæ: deinde bene piſtentur, prius cum dicta aqua diſſoluantur zucchari lib.i.s.coquantur uſque ad formam electuarii: deinde adda tur pinearum mundatarum ʒ. i.s.paſſularum ʒ. ii. piſtentur in mortario lapideo,& miſce cum ſyrupo ſupraſcripto:de inde adde croci,garyophyllorum,an.ℨ.s.ſucci liquiritiæ.ʒ. .i.gra.xv. cinnamomi, macis,ana.ℨ.i. miſce, & fiat loch in forma bona.

COMMEN. MANLII.

Hoc medicamen in Papia nō eſt in uſu.Immo magis eſt in uſu in partibus Mediolanēſis, ſed deſcriptio ipſius ab au thoribus non reperitur:Farfara uero ſm modernos eſt un gula caballinā, ſiue ut alii dardanam uocant, ſpecies ipſius duæ ſunt:una eſt iā proxime dicta,altera uocata nenuphar: utraq; in aquis naſcitur,una cum flore albo, altera cum flo re rubeo,ut dictum fuit ſupra in electuario de farfara.

Peroratio in tertiam Sectionem.

Perfecimus fauore domino hanc ſectionem de loch:pro ſequamur nunc circa ſectionem ſyruporum iulep: præſtet igitur altiſsimus nobis gratiam, & ſub umbra alarum ſuarū protegat nos.De iulep,ſyrupis ac rob.Secundum.d.Meſue & alios doctores per ordinem,ſi Deus uoluerit deſcribam quæ ſunt in uſu,& quæ non.

LVMIN.

LVMIN. MAIORIS
SECTIO QVARTA.
ZVLAPIA, uel cum officinis IVLEBOS, seu IVLEPOS, E MESVE continens.

I.

ROSATVM ex infusione rosarum, febrium adustioni conferens.

℞. Aquæ infusionis rosarum, lib.v.
Zucchari, lib.iiii.

Coquantur cum facilitate, & administretur cum aqua frigida.

COMMEN. MANLII.

VLEP uel iuleb Arabice est syrup⁹ simplex ẽ sola aqua & zuccharo ueladhibita aliqua parte aquæ rosaceæ, ut inquit Io.Ser.i.7.Gẽt.sup.5.cã.Aui. dicit: Iulep Arabice, iubel Græce ẽ syrupus ex sola aqua rosata uel cõi & zuccharo. Istud iulep apud nos ẽ multũ in usu, sed nõ utimur sub noie iulep: uerũ est q̃ facimus & facere debemus & utimur sub noie syrupi rosati ex infusione rosarũ, & p̃dictã infusionẽ ipse docet inferius: q̃n uero medicus ordinat iulep nõ intelligit̃ de ista descriptiõe, sed illud iulep quo utimur apparebit infra sub nomine iulep aliud rosarũ Nic. ponit syrupũ rosatũ cuius infusio eadẽ est cum illa Mesue, tamen in dosi non concordant.

Infusio rosarum est illa quam docet idem sub nomine: operatio infusionis rosarum, aut uiolarum. hic annexa.

II.

INFVSIO ROSARVM & uiolarum.

℞. Foliorũ rosarũ, aut uiolarũ recẽtium lib.vi. ponantur in uase uitreato terreo stricti orificii et fundãtur sup ea aquę calidæ lib.xv. & stringatur orificium uasis & dimittatur p horas octo, tũc denuo colent, & in uase iterum tãtũdem foliorum rosarũ recẽtium, aut uiolarum imittantur, & denuo eadem aqua calefacta super ea mittatur, & stringatur orifi cium sit̃ per octo horas: deinde coletur, & si conseruare uoluer is, ponatur in uase uitreato stricti orificii, & distilletur oleum in orificio eius, & stringat̃ caput eius, & exponatur soli diebus.xl. & dr̃ illud mucharum rosarum, aut uiola.

COMMEN. MANLII.

Hæc operatio infusionis rosarũ aut uiolarũ ẽ illa de qua fit syrupus rosatus ex infusione rosarum, ẽt illo modo fit infusio uiolarum pro faciendo syrupum violatum ex infusione uiolarum, ut dictum fuit supra, & q̃n prædicta infusio est completa põt cõseruare in uase uitreo et nõ in uase terreo, quia putrefit, & in hac iusione zuccharo dissoluto & cocto secundum artem possunt fieri confectiones, & alia est ut diarhodon descriptione communi, & ita de aliis.

III.

VIOLATVM ex infusione VIOLARVM, conferens ad febrem, & inflãmationem, & asperitatem pectoris, & tussim, & pleuritidem, fit ut IVLEPVM rosatum.

COMMENTA. MANLII.

Iulep, ut dictum fuit, est syrupus simplex ex sola aqua et zuccharo. Et ꝓpter id dominus Mesue dicit iulep uiolatũ quod fit ex infusione uiolarum, & nos facimus & nominamus syrupum uiolatum simplicem siue syrupum uiolatum ex infusione uiolarum Et eius modus est sicut modus syrupi rosati, hoc est quod pro lib.v. infusionis uiolarum addantur lib.iiii. zucchari, & fiat syrupus uiolatus ex infusione, et est ille de quo intelligit̃ quãdo medicus ordinat iulep uiolatum simpliciter. Infra apparebit una alia descriptio quæ uocatur syrupus uiolatus compositus qui etiam in usu est, etiam apparebit aliud iulep rosatum uel uiolatũ, & fit uterque ex aquis distillatis & non per infusionem.

IIII.

ROSATVM e succo rosarum.

℞. Aquæ rosarum lib.iiii.
Zucchari, lib.ii.
Et fiat iulep.

COMMENTA. MANLII.

Istud iulep quod fit ex aqua rosata distillata ab elambico est illud quo utimur pro iulep rosato, & est illud de quo intelligitur quando absolute ponitur, duæ descriptiones iulep positæ fuerunt quæ fiunt ex infusione florum, siue rosarum siue uiolarum, & nominantur suo nomine. Auic.in.5. can. etiam docet facere iulep cum aqua rosata.

V.

VIOLATVM e succo uiolatum.

℞. * Aquæ uiolarum, lib.iii.
Zucchari, lib.ii.
Fiat ut supra.

* Succum alii legũt, uerum nõ ab re aquã substituimus, cũ e succo in usu minime existat quod & in rosatũ adnotatũ uo lumus.

COMMEN. MANLII.

Siue modo iste iulep debet fieri ex aqua uiolarum distillata sicut fit iulep rosatum, quod etiam in usu est, in fundo uasis iulep uiolati uel rosati aliquando inuenitur zuccharũ induratum in fundo uasis, quod uocant moderni candum uiolatum uel rosatum.

VI.

ALCHESMES, in Mesue practica cap. sermo in aqua cicerum &c.

℞. Alchesmes, & decoquatur in aqua, decoctione sufficienti, & recipe huius aquæ partem.i. penidiorum partem.s. de coquantur usque dũ sufficit, secundum eundem modum fiat iulep.

COMMENTA. MANLII.

In usu non est. Alchesmes uel chesmes scriptum ut hic cum litera.s. sunt passulæ sine arillis, sed chermes scriptum cum r, est grana cum qua tinguntur panni & apud Dios. uocatur coccus.

LVMIN. MAIORIS
SECTIO QVINTA.
SERAPIA, uel ut uulgo SYRVPOS ex quam plurimis Authoribus continens.

E MESVE.

I.

DE POMIS SIMPLEX.

ECIPE succi pomorum dulciũ & acetosorũ, an.lib.v. coquatur succus usque ad consũptionẽ medietatis ipsius & dimittatur per dies.ii. usq; dũ clarescat: deinde colet, & cũ lib.iiii. zucchari fiat syrupus, & sunt qui submergunt in succo setã tinctã ex chermes añ succi depurationẽ, usque dũ rubeat & recipeat uirtutem tincturæ, & est excellentior.

COMMEN. MANLII.

Iste syrupus apud nos est multũ in usu, & maxime scd̃m istã descriptionẽ qua dicitur syrupus de succo pomorũ, uel syrupus de pomis simplex ad differentiam alterius, descriptionis quæ uocatur de pomis compositus, de qua infra.

Succus sm Isido. in cap. de potu dictus est quod succo ex primatur ut ptisanæ Pli. in ca. de generibus succorũ et de odore ait: Interim quæ sunt cõia ex pomis omnibus, succis saporũ genera tredecim reperiũtur, dulcis, suauis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, salsus &c.

Mesue inquit q̃ sunt aliqui qui submergunt setam tinctã

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 108 sur 335

ex chermes in iſto ſyrupo, & eſt excellentior, ſed raro apũ apothecarios fit per illum modum.

APPENDIX.

Perſimilem ſane compoſitionem Aegineta li.7. cap. 15. abunde explicat, uerum ex cydoniorum ſucco, quanquam nonnullos in compoſitionis calce, cõſimiliter ex malis dulcibus Hydromalon(ſic nanque compoſitiones ambę inſcribuntur,) componere affirmet,iis nempe uerbis.

Hydromalum ex ſucco Cydoniorum.

Malorum cydoniorum conciſorum,purorum,libræ.v.in aquæ fontis ſextariis decem,tantiſper elixato,dum ſubiuga reddantur,et tabeſcant,& ſublata ab igne,refrigerataq; exime,& expreſſo cremore,mala proiice,aquæ menſuræ, melis quantitatem dimidiam admiſceto, & rurſus aſsidue deſpumando, donec octaua pars euaneſcat,decoque.Sunt uero nõnulli qui Hydromalon ex malis dulcibus cõſimiliter cõpoſuerũt.Mel autem loco ſacchari Paulus habet,cũ antiquiores olim zuccharum latuerit, at ſi hæc Pauli compoſitio ex zuccharo paretur, aptiorem Syrupum inueniemus.

II.

DE PYRIS.

Syrupus de Pyris,fit ut ſyrupus de Pomis.

COMMEN. MANLII.

Non eſt in uſu.

Auic.in.5.can.habet unã aliã deſcriptionem quæ eadem eſt:idẽ in.4.can.in fen.1.in cap. de cura morbilli laudat ipſum ſub nomine ſyrupi de altelea. Nam altelea ut exponitur in ſuis ſynonymis ſunt pyra, & ſyrupus de altelea.i. de pyris, ut exponit etiam Ioan.Arculanus ſuper illo paſſu.

Pyrus uocata vł quòd in ignis ſpeciem ſit formata: Nã hoc genus pomi ab amplo incipit, & in anguſtum finit ſicut ignis:pyrus autem arbor, fructus eius pyra ſunt.

III.

DE CYDONIIS.

Syrupus de cydoniis ualet ſicut ſyrupus de pyris, & eſt idem modus utriuſq;,hoc eſt pro qualibet lib.i.ſucci cydoniorum purificati adde lib.i.s. zucchari, & fiat ſecundum artem, & uocetur ſyrupus de ſucco cydoniorum.

COMMEN. MANLII.

Cydonium uero eſt fructus ſatis notus.Meſ. habet hic ſyrupum de cydoniis qui apud quoſdam eſt miua cydoniorũ, ſimplex:tamen idem iterum ponit deſcriptionem miuæ cydoniorum, quæ poteſt fieri cum ſpeciebus, & ſine ſpeciebus.Auic.in.5.in diſtinctione de ſyrupis habet ſyrupum de cydoniis, & dicit quod eſt miua:quidam ſapientes dixerũt quod ſi neceſsitas fuerit in operando loco ſyrupi de ſucco cydoniorum poteſt dare miua cydoniorum ſine ſpeciebus, tamen differunt inter ſe.

APPENDIX.

Hoc recẽtiores quidam μηλοζουλαπον,atq; πυδωνι ωνγυ λισμα appellitant, Miua cidoniorum ſimplex aliis uocitatur, quanquam inferius e Meſue miua ſine ſpeciebus, & cũ ſpeciebus deſcribatur. Aegineta quoq; hunc Hydromelon inſcribit,ut antea numero.1.annotatum fuit,ubi & compoſitionem ad uerbum conſcripſimus.

IIII.

DE SVCCO ACETOSE.

℞.Succi acetoſæ purificati, lib.iii.
Zucchari, lib.ii.
Fiat ſyrupus ſecundum artem.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt multum in uſu.
Acetoſa uero ẽ herba ſatis nota,cuius hortus eſt in pratis, folia ipſius dum ſunt uiridia manducantur.apud Dioſ.& Sera.uocatur lapacium,ſicut patet ſi legatur utriuſq; ca. de lapacio cum acetoſis apud Aui.Gui.Placen.inquit:Ribes.i. acetoſa uel acetoſella.hic textus Guilie. eſt falſus. Nam ribes non eſt acetoſa,ſicut patet per Serap.ac Auicen.qui de utraque ca.faciunt. uerum ad neceſsitatem unum p. o alio poteſt poni, tamen idem non ſunt.

V.

DE SVCCO CVRCVBITAE.

℞.Curcubitam magnam, & inuoluatur paſta,& decoquatur in furno,et recipe expreſsionis eius lib.v.zucchari albi lib.iii.miſce, & fiat ſyrupus.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus non eſt ualde in uſu. Cucurbita uero communiter ſatis eſt nota: reperitur alia cucurbita dicta ſylueſtris apud herbaticos: & hæc apud Dioſ.uocatur ampelos leucæ.i.bryonia.

VI.

DE GRANATIS ACETOSIS

ualet contra febres cholericas.

℞.Succi granatorum acetoſorum purificatorum li.v. zucchari albi.lib.iii.Fiat ſyrupus ſecundum artem.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus ſecundum plurimum eſt ille qui nobis eſt in uſu: tamen quia idem deſcribit unam aliam de granatis dulcibus ambas deſcribam.

Granatum malum.i.pomum granatum.Sera.ca. de granatis ex authoritate Gal.inquit,quod ſunt ex eis acetoſa et dulcia, & uirtus cuiuſq; eorum eſt ſecundum ſuum ſaporẽ, & ſapor totius granati & granorum ipſius eſt plus ſtypticus quam ſapor ſucci eius,& pluris deſiccationis reperitur aliud granatum cuius ſapor eſt mucus, ſcilicet cuius ſapor eſt mixtus ex dulcedine & acetoſitate.

VII.

DE GRANATIS DVLCIBVS.

℞.Succi granatorum dulcium purificatorum lib. v.zucchari lib.iii.& fiat ut ſupra: ſed ſunt qui immergunt in ſucco ſetam tinctam ex chermes.i. grana cum quibus tinguntur pãni, & eſt excellentior inter has duas deſcriptiones ſyrupi de granatis, ſed ſecundum plures prima eſt nobilior.

COMMENTA. MANLII.

Petrus de Creſcentiis inquit:Mala punica ſunt mala granata quæ nota ſunt, ex quibus quædam ſunt dulcia, quædã acria, ſiue acetoſa, quædam mediocris ſaporis inter dulce & acrum compoſita.

VIII.

DE CORTICIBVS CITRI.

Recipe corticũ pomorũ citri recentium, lib.i. decoque cum lib.v. aquæ fonticum uſq; ad conſumptionem duarum partium, & cum lib.i.zucchari fiat ſyrupus & condiatur.i. aromatizetur cum gra.iiii.muſci, & ſunt qui in iulep proiiciunt ex corticibus citrorum partes cõuenientes,& ꝑprię quando uicinatur complexioni cocturæ eius,eſt delectabilis,& quando ſubmergitur in aqua decoctioni citri ſera tincta ex chermes.i.granis tinctorum, tunc eſt excellentior.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus apud nos eſt in uſu.Citrum uero apud Arabes uocatur hateogi. Ser. in ca.de citro ait ex authoritate Gal.fructus huius arboris nominat in Græco pomũ aquæ. Idem in.7.inquit:Mille medica.i. citrus huius fructus non dũ pomum medicum, ſed citrum ab omnibus nominatum.

IX.

EX ACIDO CITRI SVCCO,

vulgo de acetoſitate citri.

℞.Succi acetoſitatis citri,lib.xii.decoque in uaſe uitreato ſuper prunas cum facilitate uſque dum conſumatur tertia pars ipſius:deinde coleẽ & dimittatur donec clarificetur. Et accipe ex eo quod eſt clarum lib. vii.& funde ſuper ipſum ex iulep claro & depurato li. v.& coquatur donec inſpiſſetur: ſi autem æſtas fuerit,dimittatur in ſole donec eius acetoſitas conſumatur.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus de acetoſitate citri eſt multum in uſu,& debet fieri cum magna diligẽtia, apud nos generaliter faciũt ipſum in hyemali tempore apud feſtum Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia illo tempore citri deferũtur ex Ianua ad nos tunc faciunt ſyrupum.

X.

EX OMPHACIO, officinis de agreſta.

Syrupus de agreſta fit ut ſyrupus de acetoſitate citri,& quidam condiunt cum garyophyllis.

Com-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 109 sur 335

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt in vſu. Auice. in. 5. cañ. habet unam aliam deſcriptionem, & eſt fere eadem. Etiam Franciſcus de Pedemontium in cap. de cura male complexionis ſtomachi cũ materia ſimplicis, & compoſitæ habet vnam aliam deſcriptionem quæ eadem eſt cum illa. d. Auic.

Meſue dicit ꝙ modus operationis eius eſt ſicut ſyrupi de acetoſitate cytri, & ſic eſt ꝙ accipiantur libræ. xii. ſucci vuę acerbæ & decoquantur lento ignę, vel ponantur ad ſolem vſq; ad conſumptionem tertię partis: deinde coletur & dimittatur donec clareſcat, tunc accipe ex eo. ſ. ſucco qñ erit clarus lib. vii. zucch. clarificati ſicut iulep. lib. v. & coquanť ſimul vſque ad perfectam cocturam & ſeruentur.

Vuæ plura ſunt genera, ſed hic intelliguntur illæ, quæ in colore ſunt citrinæ & ruffæ: & dicunt ſapientes quod prædictæ vuæ debent eſſe ex illis ex quibus fit agreſta. Albuchaſim in trac. 2. docet modum extrahendi ſuccum vuæ acerbę. Petrus de Creſ. inquit, Agreſtum ſit duplex liquidũ & ſiccũ agreſtum liquidum fit hoc modo, cum vuæ ſunt acerbæ vſque ad debitum vel quaſi peruenerint ad Auguſtum colliguntur, & piſtantur, & in maſtellum vel tinam vel aliud vas ponuntur ad ſolẽ, & in eis aliquid de ſale ponatur: poſtquã duos dies vel tres ad ſolem ſteterint, accipitur ſuccus & repoſitus vſui reſeruatur: & quidam ſal non ponunt, ſed cũ eo melius reſeruatur &c. ibi etiam docet facere agreſte ſiccũ.

APPENDIX.

Huic affinem ex Omphacio componẽm tum ab Aetio, tum ab Eegineta, tum etiam ab Actuario fuſiſsime habemus, ſicuti iamiam ordinatim oculis ſubijciemus, cum tamen Paulus atq; Aetius mellis ratione inſcriptionem varient.

OMPHACOMELITIS præparatio, ex lib. v. cap. cxxxiii. Aetii.

Botri vuæ acerbæ accipiantur qui iam matureſcere incipiunt: deinde in domo tẽperie moderata ad biduum vel triduum expandantur, & reſiccati exprimantur, & liquor in vaſe vitreo excipiatur, & optimi mellis deſpumati pars vna ad tres ſucci partes admiſceať, & ad dies aliquot ad ſolem exponať hoc pharmacũ donec feruere deſierit, acquierit: deinde in domo ſuperiore ſeruetur ne putreſcat. Hęc auté proportio tibi pro regula ſit in optimo melle, & optimo vuarum acerbarum ſucco. Augebis autem, & minues quantitatem mellis pro tenuitate aut craſsitie ſucci.

OMPHACOMELITIS breuiſsima concinnatio. ex lib. vii. cap. xv. Aeginetæ.

Vuæ immaturæ ſucci ſextarios treis.
Mellis ſextarium.
Mixta per quadraginta dies in ſolem exponito, ſiue igne decoquito.

Ex Actuario.

Succi vuæ acerbæ. libram. i.
Sacchari, lib. ii.

Verum belliſsima eſt Aetij præparatio, quam alijs etiam nobiliorem fatemur, quamq; probe parari poſſe cenſemus, modo zuccharum mellis loco ſubſtituatur, vt Meſue Omphacium prorſus æmuletur.

XI.

DE GRANIS MYRTI.

℞. Succi granorum myrti purificati, lib. vii.
Zucchari albi, lib. v.
Fiat ſyrupus ſecundum artem.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus apud nos eſt in vſu. Myrtus eſt arbor, ſemen vero ipſius dĩ myrtillus ſpẽs eius duæ ſunt. ſ. alba & nigra idem poſſes dicere domeſtica & agreſtis Domeſtica vero eſt myrtus quæ ſemen nigrũ habet. Agreſti eſt cubebæ, quæ alio nomine myrtus alba appellatur, & ambæ ſunt notæ.

APPENDIX.

Hunc belle expreſsit Aegineta lib. vii. cap. xv. ac myrteton appellat, ijs nimirum verbis.

Lyrteti præparatio.

Succi myrtorum ſextarios treis.
Mellis ſextarium.
Ad conſumptionem vſque tertiæ pærtis decoquito,
At ipſe ex melle facit, nam zuccharum neſciebat.

XII.

DE DATILIS, vulgo albelac.

℞. Albelac & enucleentur & cõterantur & coquantur vſque ad conſumptionem duarum partium, & fiat ſyrupus cum zuccaro ſecundum artem.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus apud nos non eſt in vſu. Io. Sera. in ſuo antidotario habet unam aliam deſcriptionem albelac vel belac: ſm opinionem plurium doctorum ſunt dactyli immaturi: alij dicunt ꝙ ſunt anacardi, quod ignoro. Matt. Syl. inquit: Abelac eſt ſpẽs dactylorum, & ſunt dactyli immaturi. i. acetoſi. Nicol. Flor. in lib. 4. in cap. de ſquinantia dicit: Albelac. i. aldela. i. dactyli immaturi: & hæc communis eſt opinio.

XIII.

DE PAPAVER.

℞. Papaueris albi & nigri, & propriæ capitum eorum añ. ℥. lx. & decoquantur in lib. iiii. aquæ pluuialis uſq; dum rediat ad li. i. & ſ. & cum zuccari albi, & penidiorum, añ. ℥. iiii. & fiat ſyrupus.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus ſm intentionem doctorum non eſt ille quo utimur, ſed ille quo utimur eſt ſyrupus de papauere compoſitus, cuius deſcriptionem idem deſcribit, de quo infra. Nic. habet unã deſcriptionẽ, ſed non eſt in uſu. Auic. habet duas in. 5. cañ. ſed nõ concordant cum iſta nec in uſu ſunt. Miror ꝙ illud Lumen uel uerius tenebra apothecariorum poſuerit deſcriptionem ſyrupi de papauere ex authoritate Meſ. ſed non concordat deſcriptio ſua cum illa domini Meſ. Raſis in lib. diuiſionum in cap. medicinarum tuſsis, aſthmatis, & ſaniei habet unam aliam deſcriptionem, ſed non eſt eadẽ.

Papauer quando ſimpliciter reperitur de ſemine papauetis albi intelligitur, Macer inquit:

Dicunt uim gelidam ſiccamq; pauperis eſſe.
Tres illi tribuunt ſpecies, flos unius albus.
Alterius roſeus, rubeus, pauensq; minoris.

Flos eſt, hanc uulgo dicunt agreſte papauer.

Nobilior cunctis eſt ſemen quæ gerit album, & florem, hoc eſt notum.

XIIII.

BIZANTHINVS, uulgo ſyrupus Dinarij hoc eſt, de Bizantijs.

℞. Succi endiuiæ, ſucci appii, añ. lib. ii. ſucci lupuli, ſucci boraginis, aut bugloſſæ, añ. lib. i. bulliant ebullitione una, & deſpumentur & depurentur. Reci. eorum depuratorum li. iiii. zucchari tabarzet. i. albi lib. ii. ſ. & coquatur cum facilitate donec fiet ſyrupus, & qñq; ad omnem partem ſucci depurati ponitur aceti boni albi & clari pars. ſ. & quandoq; bulliãt in ſuccis foliorum roſarum. ℥. ii. liquiritiæ. ℥. ſ. ſpicæ nadi. ℥. ii. aniſi, fœniculi, ſeminis apii, añ. ℥. iii. & eſt mirabilis.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt in uſu, ſub noĩe ſyrupi de bizantiis, non aũt dicit ſyrupus de bizantiis, quod in ipſo blattæ bizantiæ ingrediuntur, ſed poteſt dici de Bizantiis a loco quodã nominato Bizantium in confinio Macedoniæ, ut dicit Gentil. ſuper. ſ. can. Aui. Dioſ. aũt in cap. de purpura marina. i. blattabizantia ait, ꝙ Bizantiũ eſt quidam locus in quo primum inuenta fuit blattabicãtia: & ideo Bizantia a quodam loco põt appellari. Papias etiam dicit: Bizantium eſt urbs Thraciæ a Pauſania rege Sparthanorum condita: poſt a Coſtantino principe in maius aucta, Conſtantinopolis nuncupata, eſt totius caput orientis. Ioan. Tortellius inquit: Bizãtium prima cum y græco, ſequente. z. conſonante penultima cum t, exili. & i, latino ſcribitur, urbs eſt Thraciæ maritima, a Pauſania Sparthanorum rege prius condita, ut teſtatur Iuſtinus lib. ſuo epithomatis. 9. nunc uero Conſtantinopolis a Conſtantino Imperatore qui eam adauxit & exornauit uocatur. Idem etiam notat ſupplementum chronicarum lib. iiii. etiam alio uocabulo poteſt dici ꝙ Bizantium eſt genus denarii uel ducati. unde Guarinus Veronenſis ait: Bizantium uel Bizante olim dicta eſt Conſtantinopolis, inde Bi-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 110 sur 335

zantius Bizantia Bizantium, vel Bizanteus Bizantea Bizanteum.i. Conſtantinopolitanus, hinc etiam adhuc moneta iſtius ciuitatis dicitur hic Bizanteus vel hic Bizantius.& ſic Meſ.vult q̄ per Bizantium intelligamus denarium. & hoc quia iſte ſyrupus apud medicos eſt cariſsimus, & ēt apud infirmos pp vtilitatē quę reperitur in ipſo ſicut Bizantii, vel denarii ſunt chariſsimi apud homines: & iſte ſyrupus poteſt fieri cum aceto & ſine,ſed ſine aceto eſt magis in vſu.

Si aūt ſyrupum de bizantiis cum aceto facere volueris, addatur q̄ qualibet lib.ſyrupi de bizantiis ſiue aceto li.s.aceti boni, & iterū coquatur q̄ tunc appellatur ſyrupus de bizantiis cum aceto,ſed qñ doctor ordinat ſyrupum de bizantiis ſimpliciter de illo qui fit ſine aceto itelligīt,& illos ſuccos qui in ipſo ingrediunt̄,oportet cōſeruare p totū annum ad neceſsitatem trochiſcorum de eupatorio ac aliorum.

XV.

ACETOSVS SIMPLEX.

℞.Zucchari boni albi lib. v. & funde ſuper illud in vaſe lapideo aquæ fontiū dulcis & claræ li.iiii.& decoquat̄ ſemper abiiciendo ſpumā eius, & ſit ignis in quo coquitur prunarū aut tenuis flāmæ ſine fumo & decoque hoc modo donec clarificet̄ & diminuta ſit aqua ſicut medietas eius deide funde ſup ipſum aceti vini albi clari li.ii.i leui & forti li.iiii. & in mediocri li.iii.& da ei poſt illud pfectionē & cocturā.

COMMENT. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt multum in vſu.Meſ.dicit: Sermo in ſyrupo acetoſo dicēs,q̄ iā magnificata eſt iter verificatores virtus ſyrupi acetoſi,& excellētia eius.ſ. in cōitate & poſſe ipſius in materias calidas & frigidas,& ſubtiles & groſſas, & viſcoſas ſiue adhærentes &c. Iſte eſt ſyrupus acetoſus ſimplex.Gale.in lib.ſecreto. habet vnam deſcriptionem ſyrupi acetoſi quo conſeruatur ſanitas corporis, ſed non ſunt idē. Auic.in.5.habet multas deſcriptiones, ſed non ſunt in vſu.

Acetum.i.oxos,oxi vero Græce eſt acutum.Serap.ca.de aceto ex authoritate Dioſ.dicit,quod infrigidat & ſtypticat & eſt bonū ſtomacho,& prouocat appetitum.Petr. de Creſcen.docet qualiter fit acetū & de virtute eſt, Liber qui dicitur Albuchaſis in tract. 2. in cap.de præparatione medicinarum quæ fit ex plantis inquit: Modus diſtillandi aquam ex ſquilla quæ occidit mures & quæ ponit̄ in medicinis, ex qua fit ſyrupus acetoſus:hic intelligitur quòd ex aqua diſtillata ex ſquilla debet fieri ſyrupus acetoſus, ſed iſta non eſt intentio Meſ. ipſe dicit: Aceti vini albi clari, & non dicit aquam factam ex ſquillis, vt vult Albuchaſis Gal. in ſuis ſecretis dicit:Satureli.i. acetum acetoſum, & hoc eſt in cap. de ſtrictura anthelitus & doloris ſtomachi.

APPENDIX.

Ex Galeni oxymelite hanc ſyrupi. acetati ſimplicis imaginē.Meſ.belle ſumpſit,cum in nullo differant, niſi quòd(vt iſtra ſuo loco exponemus)mellis loco,ſaccharū.Meſ.accipit.

XVI.

ACETOSVS cum radicibus.

℞. Aquæ fontium claræ lib. x. & proiice ſuper ipſam radicis fœniculi,apii, endiuiæ, an. ℥.iii. aniſi, ſeminis fœniculi, apii,an.℥. viii.ſeminis endiuiæ.℥. s. coquatur cum facilitate vſque dum veniat ad lib.v. tunc proiice ſuper ipſam zucchari boni lib.iii.& clarificetur ſicut prius: deinde funde ſuper ipſum aceti boni quantitatem ſufficientem iuxta modum ſuperioris doctrinæ,& da vbi oportet.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt in vſu, ſed non vtimur ſub nomine ſyrupi acetoſi cū radicibus generaliter faciūt & facere debēt apothecarii ſub nomine ſyrupi acetoſi cōpoſiti, vel ſub nomine ſyrupi de duabus radicibus,tū Meſ.habet tres radices,quod non eſt conſonū,ſed error hic eſt q̄ radices cōes ſunt ad numerum quinq; videlicet fœniculi, apii,petroſilii, bruſci, & aſparagi.de quarum ex iſtis quinq; niſi duæ ingrediuntur in iſto ſyrupo,& ꝓpter id nominatur ſyrupus de duabus radicibus,endiuia vero non ponitur in numero iſtarum quinque.

XVII.

DE CANNIS.

℞.Succi granorū dulcium lib.iii.aquæ malorū de ſeni, aquæ canarū zucchari,aut penidiorum,an.lib.i. s. & fiat ſyrupus.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus non eſt in vſu.Meſ.habet ſyrupum de cannis ſ.de canna de aqua fit zuccharum, quidam mel cāne vocāt. hæc in Sicilię partibus reperitur. Sicilia inſula eſt ꝓpe Sardiniam,ab orieté cingitur mari Hadriatico,a meridie Africo & ab occidente. forma cānarum zucchari eſt ſicut forma cannarum me illice foris & intus,ſed canna melius dulcem guſtum reddit:canna vero mellicæ habet contrarium.

Malum ſeni,ſiue mororum de ſeni ſunt moroni groſsi de quo fit diamoron.

XVIII.

DE PORTVLACA.

℞.Succi endiuiæ cocti & depurati lib.iiii.ſemin.portulacæ ℥.xii. teraṫur ſemina & fundantur ſuper ea ſuccus & dimittantur in vaſe lapideo per diem & noctem, & coquatur cū facilitate vſq; ad medium,& addas zucchari lib.ii. fiat ſyrupus,& quandoq; additur aceti lib.i. aut ſucci malorum granatorum acetoſorum lib.i.s.& fiat ſyrupus.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus non eſt valde in vſu,& pōt fieri per duos modos,uidelicet ſi accipiatur ſuccus endiuiæ coctus & depuratus & addas zucchārū:tūc eſt ſyrupus de ſucco endiuiæ,ſi autem addas alia, tunc eſt ſyrupus de portulaca.

Portulaca ſecundum Circa inſtans habet maiorem efficaciam viridis quam ſicca.Serap.cap.de portulaca nominatur herba ſtulta & parpitella. Hæc apud Dioſ. vocatur andrachine Macer ait, Andrachnis Græce quæ portulaca latine Dicitur,hæc uulgi pes pullimore uocatur.

XIX.

VIOLATVS, uulgo de Violis compoſitus.

℞.Violarum.℥.ii.	ℨ	
Cydoniorum,	ℨ an.* 3.viii.	* alii. vii.alii ci.i.
Maluæ,	ℨ	
Iuiubarum,	ℨ an.* numero.xx.	† lii. xii
Sebeſten,	ℨ	

Coque cum*† lib.vi.aquæ cucurbitæ, uſq; ad tertiam partem,& cum † lib.i.s.Zucchari fiat ſyrupus.

* Alii libr.7. † alii li.i

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt in uſu, ſub nomine ſyrupi de uiolis cōpoſiti,ſed quādo doctor ſimpliciter ponit, ℞. ſyrupi de uiolis, intelligīt de illo q̄ fit ex infuſione violarū,cuius deſcriptionē uide ſupra.Idē Meſ. in ſua practica in cap. ſermo in aqua cicerū, habet duas deſcriptiones, ſed iſta eſt nobilior illis.

Viola ſm Meſ.eſt medicina temperata conueniens, & fit per eam male qualitatis permutatio & naturæ ſolutio melior eſt quæcunq; eſt ex primis, quam non inuenit calor reſoluens uirtutem,aut pluuia diſſipans.Iſidorus inquit:Viola propter uim odoris nomē accepit,cuius genera ſunt tria, & ſunt hæc,purpurea,leucoe.i.alba,cheiri.i.uiola citrina dicta ſaracenica, & omnes ſunt notæ. Secundum Circa inſtās omni anno uiola debet renouari.

Malua.ſ.ſemen quod ſatis eſt notū.Plin. ait: Maluæ ſatiuæ & ſylueſtris duo ſunt genera, amplitudine foliorū diſcernuntur, maiorem Græci malopen uocant in ſatius, alterā a molliendo uentrem malachen uocant, e ſylueſtribus cuius grande folium & radices albæ: althea uocatur ab excellentia affectus.Serap.ca.de malua dicit:Cubeze.i. malua. Auic. in.2.de cubeze cap.facit & inquit,quòd eſt ſpēs maluæ,& dicūt quòd cubeze eſt ſylueſtris,& maluchia eſt domeſtica,& cubeze quidem eſt ſpecies quædā quæ dicitur maluchia arborea,& ipſa eſt althea & eſt olus iudaicum,& non eſt longum quin ſit ſpecies eius,& eſt melior quæ ſit in ipſa &c.

* Mendoſe prius libras. x. literarū affinitate deceptus nam. 50. librā putauit, cū numeri nota rectius exiſtat.

XX.

DE IVIVBIS.

℞.Iuiubarum nūo*.lx.	Capillorum ueneris.℥.i.
Tragacanthi,	Seminis maluæ,
Cydoniorum,	Violaruu,an.℥.v.
Sem.Papaueris.	Liquiritiæ,
Melonis.	Hordei mundi,an.℥.viii.
Lactucæ,an.℥.iii.	

Decoque in*lib.iiii.aquæ fontium,& cum lib.ii.zuccha
*alii li.vi. ti fiat syrupus.

COMMENTA. MANLII.

Iste syrupus est in usu,& maxime scdm istam descriptio nem. Idem in sua practica in cap. de asthmate habet unam aliam descriptionem ex authoritate Hamech & est fere ea dem, tamen ista est nobilior illa.

Iuiubæ apud Aui. in.6.can. meliores sunt maiores earū Dios.nominat zinzifa,sed de forma ipsius nō loquitur. Auē zoar in ca.de fractura ossis causa doloris: dicit:Iuiube qui Arabice dicuntur aupini habet fructus sicut cornu, ꝙ apud omnes satis, est notum.

Capillus ueneris scdm Mes.dicitur apud quosdā capill⁹ fontium,& dicitur capillus hominis nemoralis,capillus ue neris uero est debilis in qua,& uirtutis eius cito tollitur.

XXI.

DE PAPAVERE.

℞.Papaueris albi & nigri,an.ʒ.l.capillorum ueneris.ʒ.xv. liquiritiæ.ʒ.v.iuiube nūo.xxx.seminis lactucę.ʒ.xl.seminis maluæ,seminis cydoniorū,an.ʒ.vi.coquātur in li.iiii.aq̄ us q; ad duas,& cū zucch.et penidiorū, an.ʒ.viii. fiat syrupus.

COMMENTA. MANLII.

Iste syrupus est ille qui nobilis scdm plurimū usu uenit. Suprapositafuit alia descriptio ex authoritate eiusdē, sed non est ita in usu. Idem in ca.de tussi habet tres descriptio nes sed sunt in usu, nec exdem.

Papauer sicut inuenitur in.7.simpl.apud.Gal.sunt multę spēs. Nam inquit:Micon.i.papauer.s.album,micon ceratitis.i.papauer cornutum,nominatum quidē sic a fructu bre uem cōnexionem habente,sicut fœnugræcum, ut assimilet cornu bouino uocatur: & est aliud quod dr micō heraclea .i.papauer herculeum,uocatur autem & spumosum:qm̄ to tum album est, & spumosum paruum:sm Circa instans se men papaueris & albi & nigri seruatur per decem annos.

XXII.

AQVA MVLSA, uulgo aqua mellis.

℞.Mellis boni & mundi & proprie cuius est color sicut co lor paleæ,& quod est inter tenue & spissum,et quod est bo ni odoris,& quod est modicæ acuitatis, et quod non est an tiquū, & sit eius lib.i.& pone ipsum in uase lapideo aut uitreato, & funde super ipsum aquæ fontis dulcis,& clare li. viii.& coque ipsum cū facilitate,& auferatur spuma eius, & non dimittatur super ipsum multiplicari:immo quam ci to apparet auferatur deinde coletur colatorio denso de pā no, & utere sm ꝙ ipse docet.Et sunt ex hominibus qui aro matizant illam cū speciebus alephangineis,sicut zingiber, croco,cinnamomo,mace,& similibus, & sunt q ui aromati zant cum gallia muscata, ligno aloe, & similibus.

COMMEN. MANLII.

Mesue inquit, ꝙ posuerūt antiqui diuersitatē ī aqua mel lis,qui locuti sunt de ipsa,& scripserunt ei iuuamenta pluri ma,quæ sunt in ea,quia sitim sedat, & multa alia, ut uidetur ibi,hæc apud nos est in usu:quidā existimāt ꝙ sit mell icra tum,quodignoro,quia idē aliud ca.facit de mellicrato, de quo infra etiam hydromel apud Grecos est aquam mellita. Kasis in.9.Almans.in cap.de cholica habet modum faciendi, hydromel,& est quasi idem. Auicē.in.5.can. habet duas descriptiones syrupi de fauis mellis,& idem est cum hydro melle sm descriptionem Io.Serap,& sic si legis utriusq; descriptiones uidebis ꝙ syrupus de fauis mellis apud Aui.cum hydromelle apud Ioan.Serap,sunt idem.

Mel scdm Dios.est ros cœlestis quē apes colligiūt. Isid. in ca.de escis dicit:Mel Græce appellatum est quod ab api bus nomē habere probatur.Nam apis Græce mel esse dici tur &c.Mel scdm intentionē Mes.Melior est quod colorem palex habet, & quod est inter tenue & spissum, & quod est boni odoris: scdm autē Ser. bonum est cuius color tēdit ad rubedinem,neq; est nimis liquidum,& qñ immiscueris in eū digitum adhæret digito & uenit cum eo, & melius quidē mel est mel ueris:deinde mel ætatis,mel uero hyemale est malum. Auic. laudat illud quod est uere dulcedinis, boni odoris declinantis ad acredinem,et ad rubedinem,et quod est ut palea in colore,quod non est subtile,uiscosum, quod non abscinditur, & melius est uernale:deinde æstiuum hye male autem est malum. idem ait Serap.

APPENDIX.

Græcorū quam plurimi,ne dicam omnes, nō ineleganter mulsæ compositionem literis mandarunt: uerū ex Aegine ta tantum, ac Dioscoride rem oculis subiiciemus.

MVLSA hac ratione concinnatur, ex lib.i. cap.xcvi.Aeginetæ.

Aquæ octuplum melli miscetur, & quod nihil amplius spu mæ eiiciat decoquitur, oportet autem spumam e medio si mul atque exoritur, identidem tollere.

Aqua mulsa ex lib.v.cap.x.Dioscoridis.

Fit duabus pluuiæ aquæ ueteris ad unam mellis partem ad ditis, & insolatis.Alii fontanā aquā adiiciunt, & ad tertias parteis decoquūt,& ita recundunt.Nec desunt qui Hydro meli appellāt,ꝙ a melle elutis aqua fauis confici soleat,sed meracius facere conuenit, Aliqui id coquunt.

Aqua Paulo cum Mesue est octupla,Dioscoridi uero du pla, quem Auicenna etiam imitatur.

XXIII.

OXYMELI simplex seu acetum mulsum, uulgo SECANIABIN purum.

℞.mellis boni li.ii.aceti boni lib.i. aquæ fontium claræ & dulcis lib.iiii & qñq; exigit dispō ut addatur ad quantitatē aceti, sicut te scire fecimus in ca.de syrupo acetoso,& ope ratio est ut accipiatur mel & aqua: & abiiciat spuma eius: deinde fundat sup illud acetum & decoquat,& non dimit tatur eleuari,& excrescere super ipsum spuma eius:imo au feratur oi hora & clarescat,& cū coctum fuerit recōde.

COMMENTA. MANLII.

Iste scaniabin uel squingebin est in usu, sed nos utimur sub nomine oxymelis simplicis.Simon Ioan.dixit.Squingi bin Arabicæ est syrupus acetosus siue mellinus, ꝙ est oxi mel:& sic sapientes hodierni faciunt oxymel simplex secun dum istā descriptionem de secaniabin puro,et sic debet fie ri.uide Nicola.in suo antidotario,nam habet scriptum oxy mel simplex,quod idem est.

APPENDIX.

Antiquiores Græcorū,Arabū, ac Latinorū OXYMELI uarie nimirum compositisse, omnibus ex eorum monumentis iā perspectum arbitror, unde nimis longum foret singulorū placita breuibus hic recensere, uerum sat erit ex Principe GALENO. IIII, tuendæ Sanitatis,rem ab uerbum ex plicare, sic inquiens.

OXYMELI ita præparari debebit.

Quū melli optimo super carbones spumā abstuleris,conii cies in ipsum aceti,tm,unde gustāti nec acidum nimis, nec dulce uidebit,ac denuo sup prunas coqs,quo ad plane uni tę amborū qualitates sint,nec appareat gustāti acetū adhuc crudum.hinc ab igni depones, cuūq; uti uoles, aquā ei mi scebis,ita nimirū tēperās ut uinū.Ergo qui bibet, si nec de acore ei⁹ quærit, nec dulcedine, assidue eo utatur,sin alter utro offendit,adiecto ꝙ desideratur,rursus id coques. Neq .n.eos ,pbo,qui sub una quapiam mēsura id conficiunt, qui mihi sitr iis affecti uidentur, qui bibētes oēs similiter aquā uino miscere cēsent,non aduertentes, quihusdā utique qui dilutiori insuescuerunt, caput statim si uel pusillo meracius hauserint,tentari:quibusdam qui meraciore delectātur,sto machum si dilutius biberint,subuerti. Quum igitur in uino tā familiari potione ista incidant,multo sane magis in Oyx melite,ut pote quam uinum tum minus familiari, tum ma gis forti,ipsa sequi par est. Satius ergo sit ex sumenti gustu, nō nostro,Iudicium de modo facere, id esse sumentis natu ræ conuenientissimum Oxymeli ratos,quod utiq; est iucū dissimum,proindeq; etiam utile,contra aduersissimum esse quod iniucundum.Ipsam tamen primam ipsorum mixtio nem quo plurimis conueniat, talem esse oportet.

Vni aceti, parti,mellis a quo de tracta spuma sit,duplum est miscendū:deinde ambo in leni igni coquenda donec eo rum qualitates in unum coierint.ita enim nec acetum am plius crudum apparebit.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 112 sur 335

Cum aqua uero ſtatim ita facies Oxymeli.

Melli quadruplũ optimæ aquæ miſcebis,deincoques modico igni,quoad ſpumare deſinat.Ac malũ quidẽ mel, multam egerit ſpumam, quo ẽt diutius coqui debebit. Optimũ uero,vt breuiſsimo tpe coquitur,ita minimum ſpumę,euomit,vnde nec pari ei coctione eſt opus:plurimũ certe quartam partem eius quod ab initio eſt inditũ,amittit: poſt uero dimidio aceti adiecto,rurſus coquẽdũ, donec qualitatũ omnino ſit unitas, nec acetum crudum etiam appareat.

Conficitur ſane oxymeli, etiam tribus ſtatim ab initio mixtis, ad hunc modum.

Aceti uni parti additur mellis duplum,& aquæ quadruplũ, atque hæc ad tertiam partem coquuntur,uel etiam quartã, ſpuma interim detracta. Quod ſi ualẽtius id facere ſtudes, tantundem iniicies aceti, quantum mellis.

XXIIII.

OXYMELI de radicibus, uulgo SECANIABIN de radicibus.

℞.Corticũ radicis apii,fœniculi,an.ʒ.ii.ſeminis aniſi, fœniculi,apii,an.ʒ.i.mundentur cortices,et conterãtur,& proiiciantur ſup eas in uaſe lapideo aceti boni antiqui & albi lib.x.aquæ lib. xii. & dimittatur per diem ac noctem: deinde coquatur donec eius tertia cõſumatur,poſtea coletur & proiiciatur ſuper ipſum mellis quod ſit medietas eius: coquatur cum facilitate ſicut ſuperius diximus.

COMMENTA. MANLII.

Secaniabin ſicut dictum fuit eſt oxymel, & propter ſecaniabin de radicibus eſt oxymel,et eſt quo moderni pro oxymele compoſito utuntur. Oxymel uero ſecundum Iſidorũ appellatum, quod aceti & mellis permixta conficiatur materia unde & dulcedinem retinet & acorem.Idem in ca.de pleureſi habet unam aliam deſcriptionem ex authoritate Gal. & ibi habet mellis & zucchari ſulemeni,ideſt illius regionis, ſed non ſunt idem nec utimur illa.

APPENDIX.

Belliſsime Actuarius hanc ex radicum Oxymelite cõpõnẽ aduerbum fere cum Meſue expreſsit, in hunc ſane modũ

Mellis, lib.lv.	Croci.ʒ.ii.
Aceti, lib.xv.	Radicum apii.ʒ.ii.
Aniſi. lib.i.	Radicum fœniculi,lib.i.

XXV.

DE MENTA inuentione noſtra.

℞. Succi cydoniorum mucorum, & eſt ſapor compoſitus ex dulci & acetoſo, ſucci cydoniorũ dulciũ, ſucci granatorum acetoſorum, & dulcium & mucorum, an.lib.i.s.proiiciatur ſuper eos mente ſiccæ lib.i.s. foliorum roſarũ.ʒ.ii. & dimittantur per diem & noctem;deinde coquantur cum facilitate uſq; ad medium, & cum mellis uel zucchari lib. ii.fiat ſyrupus & aromatizetur cum gallia muſcata.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt ille qui eſt in uſu. idem habet unam aliã deſcriptionem,ſed iſta eſt excellẽtior priore.Aui.in.5.can. habet unam deſcriptionem, ſed non utimur illa.

Menta apud Dioſ.uocatur Hedyoſmon, mentæ autẽ genera ſunt quinq;.ſ.menta domeſtica quæ proprie hortulana dr uel communis uel odorifera. & eſt alia ſyluatica quæ mentaſtrum ſiue calamenthum fluuiale dicitur: & eſt alia dicta balſamita, ſiue menta aquatica: & hæc iuxta aquas reperitur,& eſt alia cuius folia ſunt nigriora aliis,& hæc dicitur menta Romana uel Saracenica, & eſt alia dicta menta non odorifera, & hoc eſt calamenthũ, & oia iſta quinq; genera debent poni in unguento Marciaton, de quo infra.

XXVI.

DE ABSINTHIO.

℞.Abſinthii Romani lib.s.foliorum roſarum.ʒ.ii.ſpicæ. ʒ.iii.uini albi boni antiqui & odoriferi,ſucci cydoniorum, an.lib.ii.s.& dimittantur per diem & noctẽ in uaſe lapideo deinde coquantur cum facilitate uſque ad medietatẽ,et cũ mellis lib.ii.fiat ſyrupus expertus & nobilis.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt ille quo utimur, idem deſcribit unã aliã deſcriptionem, ſed iſta eſt nobilior.Abſinthium ẽm eũdem Meſue eſt multiplex,ſed illud quod intendimus nunc eſt abſinthium Romanum. Iſidorus ait: Abſinthium Græcum nomen,cuius probabilius eſt quod in Põti regione naſcitur. unde abſinthium ponticum nominatur. Dioſ. abſinthium eſt omnibus notum cuius probabilius eſt Põticum et Cappadocium naſcens in monte.unde nomen accepit,Halyab. in practica uocat ipſum bulengi.

XXVII.

FVMARIE MAIOR, officinis de Fumo terræ maior.

℞.Myrobalanorum citrinorum, chebulorum, an.ʒ.xx. boraginis uel bugloſſæ,uiolarum,abſinthii, cuſcutæ.an.ʒ.i. liquiritiæ, roſarum,an.ʒ.s.epithymi,polypodii,an.ʒ.vii.prunorum numero.c.paſſularum enucleatarum lib.s. tamarindorum. caſiæ fiſtulæ, an.ʒ.ii. hæc omnia bulliant in aquæ lib.x.uſq; dum deueniant ad lib.iii. & cum ſucci fumiterræ cocti & depurati, & zucchari an.lib.iii.fiat ſyrupus.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus de fumoterræ maior eſt ille qui eſt in uſu.& habet maiorẽ efficaciã quã minor.Fumuſterræ ſcdm eundẽ ponitur inter medicinas benedictas,ſed de forma herbæ ipſius nõ loquitur,& hoc eſt,quia credo q̃ ſit nota oĩbus.Circa inſtans dicit: Fumuſterræ dicit quaſi fumus a terra ĩ multa quãtitate emittit,dicitur autẽ fumusterræ, quia generatur a quadam groſſa fumoſitate a terra reſoluta. & quanto uiridior eſt tãto melior, & in ſicco nulla eſt efficacia. Aui. in.2.can.inquit.Fumnsterræ melior eſt ille qui eſt uiridis, recẽs acutus,amarus &c. Meſ.dicit: Boraginis uel bugloſſæ,q.d.pone unũ pro alio ex iſtis duobus quia in uirtute & ſpẽ fere conueniunt,ambæ confortant cor,ſicut eſt notum.

XXVIII.

GLYCYRRHIZE, uulgo de Liquiritia.

℞.Liquiritiæ.ʒ.ii.capillorum ueneris.ʒ.i.hyſſopi ſiccæ.ʒ.s proiice ſuper illud aquæ lib.iiii.& dimittãtur die et nocte:. deinde coquantur uſque ad mediam partẽ: deinde proiice ſuper illud mellis & zucchari,& penidiorũ,an.ʒ.viii. aquæ roſatæ.ʒ.vi fiat ſyrupus & adminiſtretur.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus apud nos eſt multum in uſu.Liquiritia uero apud Dioſ.uocatur glycyrrhiza. Gligoritia uero reperitur in multis libris de Græco translatis, quod eſt dictu dulcis radix, nam glycon dulcis, riza radix. Iſid.inquit. Glycyrrhiza Græce ex eo dicta q̃ dulcem radicem habeat eadem ad ipſos, quia ſitientibus ſitim ſedat, hæc eſt ſatis nota.Gal. in.7.ſimpl.ait:Ghus.i.liquiritia id quod eſt utile de hac plãta eſt ſuccus radicis eius. Meſ.habet in iſto ſyrupo aquæ roſatæ, q̃ ſapientes uolunt intelligi aquam roſatam diſtillatã per alembicum.Quidã uero dixerunt quòd intelligitur de aqua quæ fit ex infuſione roſarum, ſed non eſt credendum.

XXIX.

DE HYSSOPO.

℞.Hyſſopi ſiccæ radicum apii,petroſelini,fœniculi,liquiritiæ.an.ʒ.c.hordei mundi.ʒ.s.ſeminis maluæ,draganti, ſeminis cydoniorum, an.ʒ.iii.capillorum ueneris.ʒ.vi. iuiubarum, ſebſten an.numero.xxx. paſſularum enucleatarum.ʒ. xii. ficuum ſiccarum, & dactylorum pinguium, an. numero.x.albarum penidiarum lib.ii.& fiat.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt in uſu,& maxime ſcdm iſtam deſcriptionem. Idẽ Meſ.in capitulis de tuſsi habet quatuor uel quinque deſcriptiones ſyrupi de hyſſopo, quarũ nulla cum iſta concordat, nec etiam inter ſe.

Hyſſopus ſicca ad differentiam hyſſopi humidæ dicitur, quæ eſt ſordes aggregata ſuper lanam. Iſid. Hyſſopus herba purgandis pulmonibus apta. unde & in ueteri teſtamento per hyſſopi faſciculos aſpergebãtur agni ſanguine, quos mundare uolebant, de ipſo uide ſupra in dia hyſſopo.

XXX.

DE PRASSIO.

℞.Praſii.ʒ.ii.hyſſopi,capillorũ ueneris,an.ʒ.vi.liquiritiæ. calamẽthi,aniſi,radicũ apii,fœniculi,an.ʒ.v.ſemin. maluę. fœnugræci.ireos,an.ʒ.iii.ſemi.lini.ſeminis cydoniorũ,an.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 113 sur 335

ʒ.ii.passularū enucleatarum.ʒ.ii.ficus siccas pingues numero.xv.penidiorum lib.ii.mellis boni despumati li. ii. & fiat.

COMMEN. MANLII.

Iste syrupus est in vsu,& maxime ſm istam descriptionē. Idē in ca. de asthmate habet duas descriptiones ex authoritate Hamech,sed cum ista non concordant,nec in vsu sunt.

Prasium.i.marubium album. Pli.ait:Græci perisos vocāt,alij linostropon,nōnulli philopede,aut philogares. Cir ca instans ait:Marrubium herba est quæ alio noīe prasium dr̄,folia eius medicinę cōpetunt , herba collecta,& in vmbroso loco suspēsa per annum seruari pōt.Et aliud prasium quod vocatur prasiū viride,& hoc secundū intentionē Nicolai est flos æris.Prasion apud Græcos est porrum : prasium vero est marrub.album,& est herba satis nota.

XXXI.

DE CALAMENTO, conferens spleneticis,

℞. Calaminthes Domesticæ, Syluestris, } ana.ʒ.ii.

Ligustici
Dauci, } ana.ʒ.v.
* Squinatū dicunt. * Schœnuanthus ,
Passularum enucleatarum,lib.ʒ.
Mellis.lib.ii.
Fiat syrupus,

COMMEN. MANLII.

Iste syrupus est ille qui cōitr̄ est in vsu , idem habet vnā aliam descriptionem,sed hæc est nobilior illa Gal.in lib. secreto.habet vnam aliam,sed non est eadem, nec est in vsu.

Calamenthum domesticum secundū modernos est vsuale.Circa instans calamenthum inquit,herba est quæ alio nomine nepita dicitur.

Calamenthum montanum melius est,quia est magis siccum,cū flores producit debet colligi.Dio.ait:Calamitham quā pulegiū agreste multi dicunt, & ipsa montuosa est &c. Calamenthum vero agreste ſm intentionem Nicolai est nepita siue herba dicta a vulgo gattaria siue neuida. Nam sine dubio nepita est calamenthi species.vnde Macer:

Herbam quam neptam vulgari sæpe vocamus.
Hanc medici Græco calamenthi nomine dicunt.

XXXII.

DE EVPATORIO

℞. Radicū apij,fœniculi,endiuię,an.ʒ.ii.liquiritiæ,squinā-ti,cuscutæ,absinthij,rosarum,an.ʒ.xvi.capillorum veneris , *bedeguar,†suchaha,florum bugloſſæ aut radicum eius,ani si,fœniculi,eupatorij,an.ʒ.v.rheubarbari, masticis , ana.ʒ. iii.spicæ,asari,folij,an.ʒ.ii.coque in aquæ lib. viii. vsque ad tertiam.& cum lib.iiii. zucchari fiat syrupus addendo succi apij,endiuiæ,quantitatem sufficientem,& vsui reserua.

*i.spine albæ. †.i. spine Arrbicæ.

COMMENTA. MANLII.

Iste syrupus apud nos est multum in vsu , & magnificata est virtus eius,ut docet experientia, sed non solum in oppilationibus hepatis,vt in alijs proprietatibus,sed sunt qui faciunt , & qñ credunt aliqua facere nihil faciunt , & hoc est propter simplicia quæ in ipso ingrediuntur,vt ostendam.

Bedeguar siue bedeguard idē sunt,& est quā Dios. Acanthis leuce vocat:sed apud Sera.est spina alba,de qua ipse Serap.scribit in litera b.bedeguar.& in litera s.scribit spina alba,quæ idē est similiter facit Aui.in.ʒ.can.sed opīo ignorantiū apothecariorū multorū est ꝙ bedeguard sit quædam res similis spōgiæ q̄ nascitur sub quadam plāta quæ apud Dios. vocatur cinosbatus.i.rubus canis, & in ea aliqñ reperiūtur vermes:& sic meo tpe vidi multos eam ponere in isto syrupo loco bedeguard,sed decipiuntur.Nam vide Nico.Flor. in.lib.7.in cap.de cancro qui dicit:Dicunt quidam experimentatores ꝙ fiat puluis ex eriton qui oritur subrubum canis qui a quibusdā,sed nō rectę ponitur pro bedeguard.Moderni generaliter in puluere qui fit contra botium gulæ habet bedeguard,sed litera nō est bona,quia prædictus puluis reperitur apud Rainaldum de Villa noua in ca. de botio gulæ,& ibi dicit.℞.spinæ rosarum,& credo quod sit illa spongia quę falso bedeguard dicit̄.Ille q̄ de nouo scripsit Lumē apothecariorū dicit ,ꝙ bedeguard est radix cardonisbene dicti masculi,quod non est credendum,sed vt veritati apertior sit via,hic volo scribere formam ueri bedeguard,& qđ debet administrari in isto syrupo secūdū Sera.ex authoritate Dios.qui dicit bedeguard.i.spina alba.Dios.nominat acā this leuce,& in Græco est spina alba , & est planta quæ nascitur in montibus Zagial, & habet folia similia cameleūtæ albæ,nisi quia sunt strictiora & albiora, & super ea est simile borræ,& sunt spinosa , & habet stipitem longum duobus brachijs in grositudine digiti pollicis vel plus : color eius est vergens ad albedinē,& super sumitates eius sunt capitella spinosa simili eritio marino , nisi quia sunt minora & oblonga,& flos eius est coloris purpurei,& semen eius est simile grano cartami , sed apud Dios. est ſsimile grano ginco quod idem est,nisi quia est rotundius eo,& id quod administratur ex ipsius planta est radix, uide ergo si bedeguard est illa spongia vt volunt ignorantes.

Suchaha est ēt spēs cardonis & ē propinqua bedeguard. & est quā Dios.vocat acanthim Arabicam. i.spinam Arabicam & est similis supradictæ.i.similis bedeguar,nascitur spinosa & alba. Matt. Syl.vult ꝙ suchaha sit cameleunta alba , qd nō credo Nā Dios.& Sera.de vtraq; faciunt distincta capitula.Et secundū Christophorū de hone.suchaha est bedeguar,quod nō est,& secundū Lumē est radix cardonis bene dicti fœminæ,quod non reperio apud authores,sed sit qūocūq; suchaha apud Dios.est acāthis arabica.& secūdū Sera. est spina arabica. & secundū Rasim est megalē.& idē Sera. ex authoritate Gale.ait:Herba est similis plantæ bedeguar, nisi quia virtus eius deficcat & distipticat plus eo , & fructus & radix eis est fortior. secūdū Paulum suchaha est herba dulcis quæ extēditur super terram, & facit capita grossa prope radicē , & exeunt ex illis capitibus flores sanguinei, & sic est secūdum veritatem ꝙ suchaha est herba spinosa alba expādens se super terram cuius flos est in colore sanguinis,& hæc est proprie suchaha quæ administratur in ipso syrupo:radix eius vsui medicinæ competit.

Postq̄ dixi de bedeguar ac suchaha quæ sunt spēs cardonis.Etiam mea intentio est declarare quasdam alia spēs quę ponuntur in numero cardonum.Nam primo est cameleunta alba & nigra : sed de alba Sera. dicit ꝙ sunt homines qui nominant eam acaciam : & de nigra dicit ꝙ nominant eam hoies cameleuntam propter varietatē florum eius, quia ex eis reperiuntur virides multum,& aliqui ad albedinem declinantes & aliqui ad cœlestem colorem , & quidam ad rubedinē sanguinis secundū diuersitatem locorum in quibus nascunt̄.Et est alius cardus qui alio nomine scolimas vocatur.& iste apud quosdam est cardus dictus arcosos,sed ignoro verum.Serap.in suo cap.ait in fine capituli de cardo comeditur planta ista recens sicut comeduntur asparagi. Ego vero nec nego,nec affirmo ꝙ scolimas sit arcosos. i. artigiocho,sed nomen suum verum est chinera, aut alio nomine dicitur alcorsos,de quo vide Rasim in. ʒ.Almanso.qui virtutem eius describit,sed formam nō:tamen iste cardus est spinosus,cuius capita comeduntur referuntur de Ianua.Auic. in.ʒ.can.dicit.Cheuchezred est gūma alcorsos.Io.Serap.in suo antidotario in fine inquit : Cancarzed.i. gūmi alcorsos. Auer.in.5.col.inquit : Harchaf.i. cardus alchi vult dicere artigiocho,& est alius cardus quo vtuntur homines ad gargellandum pannos & bireta & similia: & iste apud Dios.vocatur dipsacus,& a multis ignorātibus uirga pastoris:& est alius cardus dictus astaraticon, siue centum capita cœlestis coloris,& iste apud nos nascitur iuxta vias,& est alius qui dicitur cētum capita alba,& hæc est iryngus & est alius qui a modernis cardus benedictus appellatur, & iste est quē hodie herbam turcham vocant siue sedum,ut apud Dios.siue eregeron,ut apud Plini.flos bugloſſæ,ut radicum eius: flos vero vt vult Papias dictus est quòd cito fluat,quasi fluor.Isidorus vero inquit : Flores nominantur quòd cito defluant de arboribus,quasi fluores quòd cito soluantur.

Folium.i.malabathrum in hac descriptione loco eius ponitur macis,vt dicit Auic.in.ʒ.cano.cap. de folio,si vero in ipso non ingrederetur spica potest poni,sed quia spica non ingreditur ponitur macis.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 114 sur 335

XXXIII.
DE THYMO.

℞.Extremitatum thymi.℥.ii.calamenthi,mentæ ficcæ, ana 3.v.ſeminum aniſi, fœniculi, apii,dauci, an.3.iiii.paſſularũ enucleatarum.℥.iiii.& cum lib.ii.mellis fiat ſyrupus, & aromatizetur cum.3.ii.galliæ muſcatæ.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt in vſu. Thymus ſecundũ Iſido. appellatũ eſt quòd flos eius odorem refert de quo Virg. Redolentq; thymo fragrãtia mella.Pli.Thymũ flore ſato naſcit, nec durat niſi afflatu maris,pp thymum.n.quod in Attica regione abũdat,mel atticum ſummæ laudis in toto mũdo eſt.Meſ.in ca.de hyſſopo quem vocat haſce inquit:Dicunt quidã quòd eſt hyſſopus hortenſis,& dicunt alij ꝙ eſt una ex ſpẽbus origani,& in fine formæ p̃dictæ plantæ ait:& planta eius ut dicitur eſt mater epithymi,ergo eſt thymus:nã ſine dubio haſce eſt thymus et flos ipſius eſt epithymus: quidam thymũ policariam maiorem vocant alij haſce. Meſue habet hic extremitatem thymi,& eſt melior pars plantæ eius.

XXXIIII.
DE EPITHYMO.

℞.Epithymi boni hortẽſis.3.xx.myrrhæ, citrinorũ indorũ, an.3.xv.cuſcutæ fumiterræ,an.3.x.thymi,bugloſſæ,calamẽthi,emblici,bellerici,liquiritiæ,polypodij,agarici,ſticados an.3.vi.roſarũ,ſeminis fœniculi,aniſi, an.3.ii.s.prunorũ nume.xx.paſſularum enucleatarum. ℥.iiii. tamarindorũ.℥.ii. s.zucchari lib.iii.rob.i.uini cocti lib.ii.& fiat ſyrupus.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt in vſu.Epithymũ uero ſm Meſ.eſt ex herbis ſupra creſcentibus alijs herbis, & eſt ſimile cuſcutæ: ſm Dioſ.epithymum eſt flos thymi ſimilis thymbrę.i.ſaturegiæ.Iſid.inbuit:Epithymam Græce,quod Latine dicit flos thymi,nam flos Græce thymũ uocatur:eſt aũt flos thymbræ ſimilis.Circa inſtans,epithymũ flos, & nõ herba medicinæ competit,& qñ producit flores,colligi debent:Meſ.laudat ſubruffum cretenſe acuti odoris Aui.laudat Cretẽſe & Hierоſolymitanum,& eſt decliue ad rubedinem.

XXXV.
DE STOECHADE, vulgo de Sticados.

℞.Florum ſticados.3.xxx.* haſce,calamenthi,origani, an. 3.x.aniſi,pyrethri,an.3.vii. piperis lõgi.3.iii. zingiberis.3. ii.paſſularum enucleatarum. ℥.iiii. mellis lib.v.cõdias cum cinnamomi,calami aromatici, ſpicæ nardi,croci, zingiberis,piperis nigri & lũgi,an.3.i.s.liga in pãno raro,& ſuſpẽde in ſyrupo,doſis eius eſt.℥.i.cum aqua decoctionis ſpicæ, & florum alchilil.i.chilchil,& eſt flos roris marini.

* Thymũ appellant.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt in vſu,maxime ſecundũ iſtam deſcriptio. idem Meſ.in cap.de ægritudinibus neruorum habet vnam aliam deſcriptionẽ ex authoritate Iudæi,& dicit ꝙ eſt medicina mirabilis conferens oĩbus ægritudinibus neruorũ, ſed nõ eſt eadẽ nec in vſu:tamen ibi habet ziniam qđ eſt iua ſiue chamæpityos, ut dictum fuit in electuario de iua.

Sticados ſecundum Meſue medici laudant Arabicum,& melior pars plantæ eſt flos poſt folia.Dioſc.dicit. Sticados ab inſula Galatiæ quæ ſticados dicitur nomẽ accepit in rei veritate illud ſticados quo moderni vtuntur non eſt verum ſticados de quo intelligunt Meſue & Auic. vt dictum fuit in confectione de ſticados.

XXXVI.
OENOMELI, ideſt unum mulſum,uulgo perperam Melicratum conditum.

℞. Vini boni antiqui lib.x.mellis boni & deſpumati lib.ii. proiice ſuper ea cinnamomi boni & ſubtilis. 3.v.ſpicæ aromaticę.3.i.garyophy. zingiberis, ligni aloes, macis, ana.3. iiii.†heil.3.ii.croci.3.i.s.tere contritione groſſa,& coletur cum colatorio groſſo de pãno, & aromatizetur cum muſci. 3.vnius tertia,ideſt ℈.i.

† Cardamomũ maĩ noĩant.

COMMEN. MANLII.

Melicratũ ſecundũ Dioſc.eſt mulſa & ipſe docet facere, ſed non hoc modo.Melicratum vero ſecundum.Simonẽ eſt vinũ ex melle & aqua factum & vocatur mulſa. ſ. ex tertia parte mellis.& duabus aquæ.differt autẽ.ab hydromelle eo quòd hydromel plus aquæ habeat quaſi ipſa ſit aqua mellita Melicratum uero eſt uinum ex melle,a craſis qđ eſt uinũ,& ipſa eſt mulſa. Iſid. inquit: Melicratũ vinum melle mixtum medius ꝙuaſi melleus, quia ex melle fit ſicut calamitas prõ cadamitas,non eſt aqua mellis,vt quidam crediderunt.Nã ſupra etiam poſita fuit deſcriptio aquæ mellis.

APPENDIX.

Galenus.v.Sanitatis tuendę œnomeli compoſitionem probe edocet,cuius uerba in ſtudioſorum gratiã breuibus hic iamiam ſubnectere non grauabor.

Non vetem etiam nec ijs quæ melle (vina.n.enumerat) condiantur,ſenes v:i.maxime quibus ſuſpicio eſt calculi in renibus gignẽdi.aut podagrę alicuius,articularis ve morbi impetus futuri. Porro vinũ huiuſcemodi cõpõni aptiſsimũ fuerit Sabinũ,aut ſimile aliqđ. Coniiciatur aũt in id petroſelinũ, atq; id ſolũ articularibus ſatisfaciat. Iis qui calculo laborãt,ẽt aliquid betonicæ,& cẽſeri qui Galliis naſcit, eſt immiſcendum, uocant aũt herbam eam ſarxiphagon. Qui vero curioſius id medicamentũ cõponunt, etiam ſpicæ nardi aliquid iniiciunt. Sunt uero & alia quædã,quibus vrinas mouendi uis ineſt.Verum ſimplicem potionem, pleriq; ex vino melleq; conficiunt,adiecto rutæ,piperisq; exiguo.

XXXVII.
CONDITVM ex cydonijs,vulgo Miua. citoniorum ſine ſpeciebus.

℞.Succi cytoniorum acetoſorum lib. xx. vini antiqui boni li.x.coquantur, cum facilitate uſq; dum conſumpta ſit eius tertia pars,ſemper auferendo ſpumam eius:deinde coletur & dimittatur reſidere & clareſcat. poſtea proijce ſup illud mellis boni & deſpumati lib.vi. & iterum bulliant & auferatur ſpuma eius, & coquatur uſq; dum habeat perfectam cocturam & reſeruetur.

COMMEN. MANLII.

Conditum de cytoniis ſecundũ intentio.Meſ.eſt miua: ſed ſm Aui.& Gulie.Placen.eſt ſyrupus de cytoniis tamen Meſ.ponit etiã deſcriptionem ſyrupi de cytoniis qui aliud eſt.hæc.ſ.miua põt fieri cum ſpẽbus & ſine ſpeciebus,& amb æ ſunt in uſu,ſed iſta eſt miua cytoniorum ſine ſpẽbus. Raſis aũt in.9.Almanſo.in ca.de his quæ cõfortant ſtomachũ, & ciborum perficiunt digeſtionem,habet deſcriptionẽ miuæ,& ſyrupi acetoſi de cytonijs. Idẽ in li. diuiſionum in ca. de medicinis ſolutionis uentris:ait Cõfectio miuæ conſtrictiuæ,qui eſt ſyrupus de cytonijs.

Cytonium eſt pomum notum.Petr.de Creſcen.dicit:Coctanum ſiue cytonium eſt arbor nota: & ex eis quædã ſunt quæ faciũt pyra cytonia, & hæ arbores maiores ſunt: & minora hũt folia quędam ſunt arbores minores,& latiores habentes frondes quarum fructus ꝓprie uocãtur coctana. Papias ait Mala cydonia eẽ dicta ab oppido in inſula Cręta.

XXXVIII.
MIVA Cytoniorum cum ſpeciebus.

℞.Succi cytoniorum acetoſorum lib.xx.vini boni antiqui li.x. coquanẽ cũ facilitate uſq; dũ conſumpta ſit eius tertia pars,ſemper auferendo ſpumã eius:deinde coleẽ, & dimittatur reſidere & clareſcat, & proiice ſup illud mellis boni & deſpumati li.vi.& iterũ bulliat & auferatur ſpuma eius, & proiiciantur ſuper illud ſpẽs alephanginæ ligatæ, panno ſuſpenſo ſuper illud medicamen, & ſunt proprie cinnamomi,& heil,an.3.iii.garyophy.3.ii.zingiberis,maſticis,an.3. i.s.croci.3.ii.ligni aloes,macis,an.3.i.s.oĩa ꝑter crocum terantur contritione groſſa, & ſuſpendãtur in panno ſicut diximus omni hora fricando illud ſuper medicamine donec fiat ei ſpiſsitudo: deinde aromatizetur cum. 3. vnius tertia muſci hoc eſt.℈.i.& galliæ muſcatæ.3.ii.& reſeruetur.

COMMENTA. MANLII.

Hæc vero eſt miua cytoniorum cum ſpeciebus, ſiue miua aromatizata.i.ꝙ ſupra miuam cytoniorum ſimplicem addunt quædam aromata.i.quædam redolentia,& ſunt proprie illa q̃ in pãno ligantur,& de prædictis aromatibus aromatizantur,etiam quædam alia condita, ut eſt ſecacul conditum & alia huiuſmodi.

Heil

Heil ſicut dictũ fuit, ex authoritate. Serap. eſt cardamomũ maius: de quo miror ꝙ Aui. in ꝓdicta cõfectione habet. cardamomũ maius & minus & heil. Chriſtoforus de hone. in prædicta cõfectione dixit, ꝙ heil eſt ſpẽs cardamomi quã non habemus hic, ſed loco eius aſſumit cardamomũ maius, quaſi dicat ꝙ heil non eſt cardamomum maius: hoc affert in dubitationem. Guliel. Plãce. eodẽ loco habet cardamomũ maius & minus, & melegetam. etiam textus Gulielmi ẽm opinionem Bartholomæi Montagnanæ eſt falſus. Nam ſi cut dictum fuit ſupra in electuario de aromatibus cardamomum maius eſt melegeta, & ſic hodie gñaliter habetur opinio, quòd heil ſit cardamomũ maius, ſiue melegeta, q̃ alio noĩe grana paradiſi uocantur. etiam Matth. Syl. in ca. de cardamomo errauit dicens ex authoritate Serap. ꝙ heil eſt eardamomum minus. Nam Ser. non dicit quòd heil ſit cardamomum minus: immo dicit quòd eſt maius, & ſic eſt.

XXXIX.

ACETVM Squilliticum, uel rectius Scillinum.

℞. Ex laminis ſquillæ, & proprie quæ ſunt mediæ inter corpus & corticem ipſius, quantitatem quam uolueris, & con ſue eas ſeparatim in filo cum ſtilo ligneo, & dimitte ſiccari in umbra diebus. xl. poſt illud comminue eas in fruſta cum inciſorio ligneo, & pone ad omnem libram eius aceti boni albi lib. viii. & pone in uaſe uitreo ſtricti orificii, & ſtringe caput eius, & dimitte in ſole per alios dies xl. poſt illud cola & adminiſtra ubi oportet.

COMMENTA. MANLII.

Meſue inquit quòd cõcordati ſunt antiqui ſup iuuamẽta aceti ſquillitici ad ægritudines multas, deſcriptionẽ ipſius deſcribit etiam Sera. in ca. de ſquilla. & ſyrupũ de ſquilla, et multa alia. Liber qui dicitur Albuchaſim docet modũ præparandi, & deſiccandi, & de forma caſtrandi ſquillam, & conficiendi acetum ſquilliticum, & diſtillandi aquam ipſius, & de modo albificandi acetum ſquilliticum, & ſic de ſingulis: ſquilla dicitur cæpe muris eo ꝙ interficit mures.

APPENDIX

Græcorũ Dioſcorides. v. ca. 18. Paulus Egineta. 7. c. 11. Actuarius capite de Liquoribus medicatis. Nicolaus Alexandrinus de cõpoſitione Medicamentorum cap. 135. Cõſtantinus Cæſar .Arabum uero Auicennæ. 5. cano. Filius Serapionis Albucaſis Seruitor uocatus. Latinorum inde, Columella. xiii. cap. 34. Palladius in Iulio menſe cap. 8. Plinius. xx. cap. 9. Scyllinum Acetũ iiſdem fere uerbis abũ de omnes exponunt uerum non ab re ſilentio eorum placita inuoluam, ne hæc eadem: ſæpius inculcemus, cum præſertim a Meſue parum, aut nihil differant: ſatis namq; duximus Locos indicaſſe.

XL.

OXYMEL SQVILLITICVM,

deſcrlptione Democriti.

* Thymũ uolunt. † Liguſticũ uocãt.

℞. Origani, hyſſopi ſiccæ* alhaſce, † cheiſim, cordumeni, ſticados, an. 3. v. coquãtur in tribus libris aquæ uſq; dũ deueniat ad lib. i. & ꝓiice ſup ipſum mellis lib. ii. mellis paſſu lati lib. s. ſucci alteſcere. ʒ. v. aceti ſqllitici li. i. s. auferat ſpuma eius omni hora, & coquatur ad perfectã decoctionem.

COMMENTA. MANLII.

Oxymel Græce eſt ſyrupus acetoſus tam cum zuccharo factus quam cum melle: idem habet duas alias deſcriptiones, ſed non ſunt in uſu, ut eſt iſta, & ſunt qui faciunt ipm, ſed decipiuntur ut oſtendam.

Cheiſim. i. leuiſticũ hortulanũ, & eſt aliud cheiſim dictũ cãpeſtre, & iſtud eſt cordumeni, qđ apud ignorantes nõ eſt notũ. ſupra oſtendi ꝙ cordumenum eſt carui agreſte ſiue leuiſticũ: tamen opinio multorum eſt falſa, quia hic Meſue in iſto oxymelle habet cheiſim & cordumenũ: ergo non ſunt idẽ, ſed error eſt horũ qui nõ cognoſcunt ſpẽs leuiſtici, ſed ſecundũ modernorum ſententiã ſunt duæ ſpecies. ſ. hortulanũ & campeſtre hortulanum uero eſt illud quo cõiter utuntur campeſtre uero eſt cordumenum, & eſt leuiſticum campeſtre ſiue montanũ, & eſt ſemen quod reperitur ſub planta quæ dicitur peucedanum, & ſic eſt opinio herbaticorũ; tamen ſcias quando reperitur in confectione aliqua ubi ſolum ingrediatur cordumenũ, intelligitur de hortulano, ſed hic ambæ ſpecies debent poni.

Mel paſſulatum eſt medicamen, qđ fit ex melle & paſſulis expreſsis, ut oſtendi ſupra in confectione loch de pino.

Alfeſcera uel feſcera eſt uitis alba, quæ alio noĩe bryonia uocatur, ſiue ampleos leuce. ut apud Dioſc. Gal. in. 6. ſimpl. inquit: Carinabiat. i. vitis alba, & dicit alfeſire: hãc plantam quidam noĩant bryoniam, & quidam abradentes cutẽ, ſummitates eius comedũt in principio ſui hortus, ſicut mos ẽ.

EX GALENO.

XLI.

OXIMEL IVLIANI, ſecundum Galenum. ii. ad Glauconem in cura podagræ a bilioſo humore factæ.

℞. Foliorum rutæ, origani, ana. ʒ. iiii. radicis mandragoræ, anethi, ana. ʒ. ii. ireos. ʒ. i. agarici. ʒ. ii. tedæ pinguis lib. i. coc cognidii, ʒ. iii. lacteridarũ, alipiados, ana. ʒ. s. polypo. ʒ. ii. folii, coſti, ſpicæ nardi: ana. ʒ. i. rheupontici. ʒ. i. ſquillæ interioris, cimarũ ebuli, ana. ʒ. iii. aſari. ʒ. i. canopi. ʒ. iii. epithymi, elebori, acori, ana. ʒ. ii. hyſſopi, amomi, hyperici, cymini, ana. ʒ. i. aniſi, ʒ. ii. aceti acris, lib. i. mellis lib. ii. cõfice aũt hoc modo Lacterides & coſtum, coccognidium, & ſpicam nardi teres diligenter, cæteras aũt herbas infundes in aceto per dies tres, & poſtea coques donec media pars aceti decoquatur & tunc proiectis herbis mittes, et cum iterum decoctum fuerit ad ſpiſsitudinem mellis, ſupraſcriptas ſpecies tritas miſcebis, & utere ubi oportet.

COMMEN. MANLII.

Iſtud oxymel apud nos non eſt in uſu. Nicolaus in ſuo antidotario habet unam aliam deſcriptionem quæ quaſi eadem eſt. Alexander in cap. de catharticis ad podagram ex phlegmate, habet unam aliam quę eadem eſt, ſimplicia autem quæ declaranda ſunt declarabo.

Teda pinguis, eſt nomen quod apud ruſticos appellatur theia, & eſt lignum pingue pini, uel abietis, & utuntur ipſo ad faciendum lumen pro candelis. Sera. in cap. de pino inquit, ꝙ una eſt ſpecies pini, ex cuius ſudore extrahitur pix & cum ligno ſuo fit lumen ſicut cum cera.

Coccognidium ſicut dictum fuit, eſt ſemen mezereon.

Lacterides Io. Sera. in. 7. ca. de laxatiuis ſimplicibus inquit: Lacterides eſt mendana, & dicit fructus amarus. Hæc eſt quã Aui. in. 2. cañ. uocat mehẽbethene: ergo eſt catapucia minor. Nã uide Sera. in ꝓprio cap. de catapucia minore, qui inquit: Mẽdana. i. catapucia minor, & eſt planta quã multi cõputãt inter ſpecies lacticiniorũ, et hęc planta apud noſtros ruſticos dicitur cagarola, et in hortis abundat.

Alipiados ſcđm Nico. eſt coccognidium uel laureola, ꝙ non uidetur eſſe uerũ. Nam ſi conſideretur bene in prædicto oxymelle ingreditur coccognidium. i. ſemen mezereon. et etiam alipiados, quod non fieret ſi idem eſſet, ſed cõmuniter tenetur quòd alipiados ſit laureola.

Canopis ſecundum Nico. eſt Medianus cortex ſambuci. Similiter ait Gale. quidam crediderunt quòd eſſet canapis, quod non eſt. Nam etiam Alexander inquit: Canopis eſt cortex medianus ſambuci.

EX ANTONIO CERMISONO.

XLII.

ACETVM PASSVLATVM, ſecundum Anto. Cermiſonum in cap. de ægritudinibus capitis.

℞. Acetum uini non multum vinoſi lib. ii. paſſularum. ʒ. ii. bulliant uſque ad conſumptione tertiæ partis aceti: deinde coletur, et fortiter exprimantur paſſulæ: deinde iterum paſſulæ terantur in mortario, et fiat earum expreſsio, et acetum tali uſu reſerua.

COMMEN. MANLII.

Apud nos tale acetum non eſt in uſu.

EX PRACTICA MESVE.

XLIII.

Ad ægritudines Melancholicas in cap. de Soda frigida ab humore melancholico.

℞. Capillorũ ueneris, radicũ bugloſſæ domeſticæ et ſylueſtris, et florũ earũ, polypodii, epithymi, ana. ʒ. i. follicu. ſenę

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 116 sur 335

chamæpityos, ſticados, ana.ʒ.vii. chamædryos, ſquinanti, ellebori nigri, ana.ʒ.iii. fumiterræ.ʒ.viii. eupatorii.ʒ.iiii. ſucci pomorũ dulciũ.ʒ.viii. omnia præter epithymũ, & ſuc cũ pomorum bulliant in lib.iiii. aquę uſque ad lib.ii. deinde bulliat in eo ebullitione una epithymum & coletur, & cũ ſucco pomorum, & lib.i. zucchari fiat ſyrupus.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt precioſus ac digniſsimus contra quartanam, & ſuo nomine ab apothecariis non eſt ſic appellatũ, ſed ad meliorem declarationem feci ſub iſto nomine, quia in Mediolano multi medici ordinant ſyrupum ad quartanam, ſed apud apothecarios ſic ſub nomine ſyrupi de pomis compoſiti & idem eſt Franciſcus de Pedemontium habet unam aliam deſcriptionem ſyrupi ad quartanam, quæ non eſt eadem, nec eſt in uſu, ſicut infra oſtendam.

Bugloſſa eſt lingua bouis, & proprie domeſtica: ſylueſtris uero bugloſſa eſt borago, cuius herba cibo apta et medicinę, flos, & folia, & ſemen, ac radix in iſto ſyrupo debent poni.

Pomum uero ab opimo.i.a copia.i.ubertate eſt dictum: inter alia poma Pariſiana ſunt magis laudata quam alia: poſt hæc eſt pomum dictum redolens.

XLIIII.

DE PSYLLIO, in cap. de phthiſi.

℞.Spodii, ſeminũ portulacæ, ſeminis cyconiorum, papaueris, albi, ana.ʒ.ii. pſyllii mundi.ʒ.v. ſucci arnoglo ſſæ cocti & deſpumati.ʒ.xx. cancrorum fluuialium lotorum ſecundum doctrinam.ʒ.xx. decoquantur in libras.iii. aquæ uſque ad lib.i. & cum lib.i. zucchari fiat ſyrupus.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus apud nos non eſt ualde in uſu. Raynaldus de Villanoua in lib.4. in cap. de hectica, habet unam aliam deſcriptionẽ, ſed nõ eſt eadẽ. Pſylliũ uero eſt ſemen ſimile pulicibus, & laudabile eſt ad conſeruãdum cãphoram, in bladis ac viis abũdat, & uulgari ſermone linoſella dicitur.

Arnogloſſa ſm Papiam in litera a, inquit, q̃ eſt quæ a latinis dicit plantago.i.lingua agni, in litera p, ait: Plantago a Romanis dicta, q̃ planta eius cito terræ adhęreat, herba quam Græci arnogloſſam uocant. Macer:

Herbam quæ noſtra lingua plantago uocatur,
Hanc arnogloſſam Græcus uocat, eſt quia linguæ
Agninæ ſimilis foliis plantaginis, huius
Sunt geminæ ſpecies, ſed maior prima uocatur.
Altera uero minor, quam uulgo lanciolatam

Dicunt & ſic eſt. Plantago uero maior ſecundum opinionem modernorum eſt quam noſtri ruſtici bletam ſylueſtrẽ uocant: minor eſt quam falſi herbatici linguã caninã uocãt, ſed decipiuntur, in pratis ambæ ac viis reperiuntur.

Cancer fluuialis eſt notus. Auicen. in ſecundo canoñ. dicit, Cancer fluuialis notus, eſt aliud cap. facit de cãcro marino, & ibi inquit: Cum dicitur cancer marinus, nolumus intelligere per hoc omnem cancrum maris, immo ſpeciem cancri quę proprie habet omnia membra dura ut lapis.

XLV.

SABOR, in cap. de Mania, & Melancholia ſanguinea.

℞.Succi bugloſſæ domeſticæ, & ſylueſtris, ana.lib.ii. ſucci pomorum dulcium redolentiũ lib.iiii. folliculorũ ſenæ.ʒ.iiii. croci.ʒ.ii zucchari tabarzeth.i.albi, lib.iii. fit aũt ſic. ſenæ poſiciantur in ſuccis per diem & noctem poſt contritionem eius: deinde bulliat ebullitione una aut duabus: deinde cum zuccharo fiat ſyrupus: crocus autem confricetur in panno, & eius decoctione & fiat.

COMMEN. MANLII.

Iſto ſyrupo in partibus Mediolani utuntur apothecarii: quidam crediderunt quòd eſſet ſyrupus de pomis compoſitus, ſed aliud eſt. Ioan. Concoregius in cap. de mania & melancholia inquit: Sabor rex Medorũ qui ab hodiernis practicantibus penitus habetur in uſu, quo ut plurimum utor, & in quo multam inueni utilitatem.

EX FRANCISCO PEDEMONTANO.

XLVI.

DE BERBERIS, in cap. de cura uomitus ſanguinis.

℞.Spodii.ʒ.iiii.
Berberis.ʒ.iiii.
Vuæ acerbæ.ʒ.ii.
Cicoreæ.m.s.
Zucchari lib.ii.

Fiat ſyrupus ſecundum artem.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus non eſt in uſu.

Berberis ẽ fructus rubicũdus ſatis notus apud Aui. in.2. can. uocat amirberis, ſed apud Dioſc. uocatur oxiacanthos & eſt arbor minuta ſpinoſa, habens fructũ rubicundum, & ex eo fructu a modernis conficitur lycium, & arbor ipſius uocatur darſiſahan, ab aliis criſpinus arbor: negant quidam quòd hæc arbor ſit darſiſahan, ſed errant ut dictũ fuit. Petr. de creſcen. inquit: Berberi ſunt fructus cuiuſdã arboris paruæ ualde ſpinoſæ ſicut arbor mali punici, ideſt arbor mali granati domeſtici, & ſunt rotundi rubei, quaſi ſubnigri ſicut fructus ſpinæ albæ aliquantulum oblongi &c.

XLVII.

DE ENDIVIA, in cap. de cura male complexionis hepatis ſimplicis, & compoſitæ.

℞.Endiuiæ utriuſq; añ. m.i. ſeminũ cõium recentium.ʒ.ii. aceti albi.ʒ.ii. zucchari tabarzeth.i. albi lib.i. & ſyrupizẽ cum aqua hordei & aromatizetur, cum ſandali utriuſque, & ſpodii ana.ʒ.i. & uſui reſerua.

COMMENTA. MANLII.

Iſte eſt ſyrupus de endiuia cõpoſitus ad differentiam ſimplicis qui fit ex ſucco & zuccharo ſicut oſtendam infra in tractatu de magiſtralibus. Gentilis ſcripſit unam aliam deſcriptionem, & ſecundum illam generaliter faciunt ſyrupum de endiuia compoſitum ſm Gentilem, cuius infra apparebit deſcriptio ſunt quidam qui faciunt ipſum ſecundũ Franciſcum quod etiam eſt laudabile.

Endiuia ſm Gal. in.8. ſimpl. eſt ſeris Dioſ. uocat ipſam ſeridis, & iſta eſt illa qua cõiter utuntur. Hic Frãciſcus habet endiuiæ utriuſq; quod intelligitur uſualis & cicoreæ quæ flores azurinos habet. Auic. in cap. de endiuia in.2. canõ. ait: quòd magis iuuatiua ex eis hepati eſt illa quę eſt magis amara. Ego exiſtimo quòd ipſa ſit cicorea, quia eſt magis amara & mirabiliter confert hepati.

XLVIII.

DE HEPATICA, in cap. de cura malæ complexionis Hepatis ſimplicis, & compoſitæ.

℞.Hepaticæ.m.i. lenticularum aquæ m.i. florũ cucurbitæ. uiolarum roſ. ana.ʒ.i. cimarum ſquinanti.ʒ.i. zucchari tabarzeth.i. albi lib.i. irroretur cum ſucco granatorum.ʒ.iiii. & aromatizetur cum ſandali & ſpodii, ana.ʒ.i. & fiat.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus non eſt in uſu.

Hepatica uero eſt herba naſcẽs ſup lapides ſemp madidos iuxta flumina et fontes ſup extenſa lapidibus Sera. ca. de hepatica ex authoritate Gal. inquit: naſcit in lapidibus humectatis, & cadit ſup ea ros, & eſt ſiris lenticulæ aquæ: hæc eſt illa quã Dioſc. uocat lichenam. Circa inſtãs ait: Hepaticha herba, eſt & quãto maiora folia habet tãto melior eſt, & dicitur hepatica, quia principaliter eſt iuuatiua hepati Arabes uocant ipſam azezal ſaber. Ruſtici. noſtri frigidariam dicunt.

Lẽticula aq̃ ſm Dioſ. ſup aquã inuenit natans, rotũda eſt ſicut lẽticula, colorẽ uiridẽ habens. Sera. dicit: q̃ ẽ ex ea marina, & ẽ ex ea aq̃ dulcis, ſed illa q̃ eſt dulcis utũr utplurmũ.

XLIX.

DE NENVPHARE, in cap. de cura malæ complexionis Hepatis ſimplicis, & compoſitæ.

℞.Florũ nenupharis.ʒ.ii. ungulæ caballinæ aquaticæ, pſyllii integri, acetoſæ, ana.ʒ.i. ſeminum cõmuniũ.ʒ.ii. ſeminũ frigidorũ.ʒ.s. radicum fœniculi.ʒ.i. bulliãt in aqua ho. dei, & addatur

et addat lib.i.zucchari,aceti albi,et ſucci granatorum.añ.℥ ii.& aromatizetur cum ſandali & ſpodii.añ.3.i. & addatur parum ſpicæ ne frigiditate oppilationem inducat.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus non eſt ualde in uſu. Guliel.Pla.in ſuo tractatu de cõfectionibus hẽt unã aliã deſcriptionẽ, ſed nõ eſt eadem:ipſe Guliel.facit ſuã deſcriptionẽ ex decoctione florũ nenupharis incorporata cum zuccharo & albumine ouorum. & fit ſyrupus ſecundũ artem: iſto modo ut docet Guliel. idem ait: Circa inſtans in cap. de nenuphare

Nenuphar.i. nymphea apud Dioſ. & naſcitur in aquis ſtãtibus ſicut dictum fuit:ſpecies eius ſunt duæ,ſcilicet una quæ in medio floris croceum habet colorẽ, et eſt proprie nenuphar ſiue ungula caballina: alia uero habet florem albũ, & iſta eſt nenuphar uſuale, & ambæ in aquis naſcuntur uide de ipſo in electuario de farfara.

Vngula caballina aquatica ẽ nenuphar ſcdm modernos quæ florem croceũ habet, & eius folia ad ſimilitudinem nenupharis albi, & iſta eſt illa quæ apud herbaticos farfara uocatur,nõ naſcitur aũt in uineis,ut quidã falſo crediderũt: immo hæc duo gña in aquis currentibus & non currẽtibus reperiunt. Hic Franciſcus habet ſemina cõia, ſed nõ ſpecificat ſi debent eſſe ſemina cõia maiora uel minora: ſed ſapientes uolunt q̃ ſint ſemina cõia minora, frigida & ſunt hæc ſcilicet portulacæ, ſcariolæ, lactucæ, & endiuiæ.

Semina frigida ſimpli. intelliguntur ſemina communia maiora frigida quæ ſunt ad numerum quatuor ſcilicet melonis cucumeris,citrulli,& cucurbitæ,& ſic in iſto ſyrupo ſemina minora ac maiora frigida debent poni.

L.

AD QVARTANAM, INVENTIONE Pedemontani, in cap. de medicinis Febrium melancholicarum.

℞.Calendulæ leuẽ,pimpinellæ, lupuli quinq; folii, trifolii linguæ arietis,capillorũ ueneris, endiuiæ cũ radicibus boraginis,fumiterræ, radicũ bugloſſæ utriuſq; & florũ earũ, cicoreæ, hepaticæ, * bedeguar,querculæ maioris & minoris, capparorum recentium,& corticum radicũ eorũ,corticum ſeminis tamariſci,ſcolopendriæ cũ radice añ.m.i.violarum,florũ boraginis,añ.℥.ii.prunorũ,ſebeſten, añ. numero.xxv.ſenæ cuſcutæ, thymi, epythimi,aniſi, fœniculi, añ. ℥.s. liquiritiæ paſſularum,ſtœcados,añ.℥.s.hordei mũdi pugillũ unum,ſeminũ cõium,corticum citri, añ.℥.ii. ſquinanti.3.ii.quinq; radicum cõium reſidẽtium in aceto.℥ ii.prædicta bulliant in aquæ lib.vi.uſq; ad mediũ:deinde colentur, & colaturæ addatur ſucci bugloſſæ ſucci pomorũ dulcium, ana. lib.i.s. & diſſoluantur in eis zucchari lib. ii. & mellis roſati lib. s. aceti prædictarum radicum.℥. iiii. & aromatizetur cum ſandali.3.i. garyophyllorum.ligni aloes, an. 3.s. & fiat ſyrupus ſecundum artem, & uſui reſerua.

* Spinam albam dicunt.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus ſcdm intentionem Franciſci eſt ſyrupus expertus ad quartanam,qui apud nos in uſu non eſt: maxime ſecundum iſtam deſcriptionem,ſed ſupra fuit poſita una deſcriptio huius ſyrupi,quæ confert quartanæ, & ille eſt quo utimur ſub nomine ſyrupi de pomis compoſiti, ſed quia in iſto Franciſci ingrediuntur quędam ſimplicia quæ declarata non ſunt ideo declarabo.

Calendula uel kalendula ſcdm Nico.& Manfredum de monte imperiali eſt herba dicta herba blãca,de qua Matth. Syl.ſpeciale facit ca.ex authoritate Plinii, & uocat ipſam charamos: quidã crediderũt q̃ eſſet primula ueris ſiue herba paralyſis, ſed falſo. Nã ſcdm opinionẽ modernorũ uera chalendula eſt herba dicta apud nos herba blanca, in hortis reperiẽ,cuius folia comedũtur ſicut aliorũ olerũ. Ioan. Anglicus in cap.de paralyſi dicit: Calendula.i. ſolſequium uel primula ueris: Idem in cap.de ſterilitate ait:Et calendula creſcit in hortis,portãs floré rubeum uel croceũ, de quo flore faciũt puellæ coronas, & in mulieribus in q̃bus aliq̃n inflantur mamillæ propter retentionẽ mẽſtruorum, tũc dẽtur flores calendulæ cum ſpica & uino, quia tumorem ſedat & menſtrua prouocat.

Laureola ſcdm Matth.Syl. eſt primula ueris, ſed nõ ſcribit: de forma ipſius, ſed lauẽdula ſcdm modernos eſt plãta ſicut libanotides:cuius folia ſiſia ſunt rori marino,ſed albiora cum flore purpureo paruo, apud nos in hortis reperitur, cum odore iocundo, hunc florem mulieres ponunt in pannis propter odorem ſuum.

Pimpinella eſt herba facta ſicut ſaxifragia, ſed minora folia habet: hęc apud omnes eſt nota.

Trifolium ſcdm Sera.ẽ handachocha, & ſpecies eius sũt plures.Nam eſt trifolium trigonum, uel polyphylon quod latini trifolium odoratum dicunt, & eſt trifolium acutum, & eſt trifolium leporinũ, & eſt alia ſpecies a modernis dicta planta leonis, ſiue herba flaura, & ſic de ſingulis. Iſid. inquit: Trifolium eſt quod Græci triphyllum vocãt, quod ſit foliis trinis per ſingulas annotationes.

Lingua arietis,ſcdm Auic. ẽ duorum generũ.ſ. parua & magna: hęc eſt quam Dioſ.arnogloſſam uocat,ſiue alio nomine plantaginem, ſiue bletam ſylueſtrem, minor dicitur a falſis herbaticis lingua canis, ſed aliud eſt.

Quercula maior ſcdm Simonem Ianu.eſt chamępityos & interpretatur apud Greęcos infima pinus a cami, quod ẽ breue et pitheos qđ ẽ pinus, eo quod omnes ſpecies ipſius odorem pini habeant, hęc a modernis eſt uera iua quam Meſue in cap. de ægritudinibus neruorum laudat ſub nomine ziniam, et idem eſt.

Quercula minor eſt chamędrios, & non eſt chamæpityos,ut dicit Matth.Syl.Guliel. Pla. inquit Quercus terrę uel quercula minor eſt chamędryos, & eſt dicta infima quercus,a cami.i. infima & dris dria Greęce.i. quercus inde chamædryos.i. infima uel parua quercus, quia folia ſunt ſimilia foliis quercuum. In antidotario uniuerſali poſitum eſt triſogum.i. chamædryos. Plin. chamædryos eſt herba quã Latini querculã dicunt,Auic.in 2.cano.in cap. de chamædryos dicitur quod nominatur quercus terræ, & hæc ẽ quam hodie calamandrinam uulgariter uocant.

Quinq; radicum apothecarii generaliter debent ſcire q̃ p quinq; radices cões intelliguntur radices fœniculi, apii, petroſelini,bruſci,& ſparagi, et ſic iſtæ quinq; poni debent in iſto ſyrupo.Radix autem ſecundum Iſidorum appellatur quod quaſi radiis quibuſdam fixa terris in profunda demergatur. Nam phyſici dicunt parem eſſe altitudinem radicũ et arborum, alii radicem a ſimilitudine radiorũ dictam putant uel ſi eradatur non repullulat.

EX NICOLAO.

LI.

DIAMORON, BATV.

℞.† Mororũ celſi lib.s.mororũ bati lib.i.mellis lib.s. ſapæ. ℥ iii.Confice ſic.ſuccum mororum cum melle & ſapa in uaſe æneo ſtãnato ad prunas leues ad perfectam decoctionẽ bullire deſine,cum autẽ ſcire uolueris ſi coctum ſi pone gutã ſup marmor, et inclinato marmore ſi ſe ut mel retinuerit coctum eſt,et tunc cola,et in ſtannato uaſe uſui reſerua.

† Nico.nõ ſic habet ſed hoc pacto legit ſucci mororum bati li.ii.mellis lib.i. ſapę li.s.&c.

COMMEN. MANLII.

Diamorõ ſcdm intẽtionẽ Nicolai dicitur a moris celſi, batinum a moris rubi.Meſue in ſuo antidotario.in digeſtione de loch habet confectionem de moris: et dicit q̃ eſt diamoron et ſic eſt.nã ſua deſcriptio cum iſta Nico.concordat ſed generaliter conficitur ſecundum iſtam deſcriptionem. ipſe Meſue in practica in cap. deſſinantia gutturis habet unam aliam deſcriptionem ex authoritate Alexandri: ſed non eſt in uſu. in eodem cap. habet unam aliam quam dicit diamoron,quam Gal.compoſuit,ſed nõ eſt in uſu. Gal. uero in tractatu ſexto de miemir deſcribit duas deſcriptiones: quarum unam ipſe compoſuit: aliam compoſuit Andromacus, ſed non ſunt uſuales.

Mora celſi ſunt fructus arboris ſic dictæ: et ex foliis huius arboris paſcuntur uermes qui gñant ſericum.Iſid.in ca. de noibus arborũ inquit. Sycomorus ſicut et morus græca nomina sũ:dicta autẽ ſycomorus,eo q̃ ſit foliis ſiſis moro: hanc latini celſam appellãt ab altitudine,quia nõ ẽ breuis. ut morus. ſycomorus uero ſecũdũ ſentẽtiam modernorum

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 118 sur 335

eſt nomen compoſitum: a ficcos græce quod eſt ficus: & mo ro latine, & nocatur ficus fatua, ſiue ficus Pharaonis. Meſ. loco eius habet mororum de ſeni: quod idem eſt.

Morus batus. i. mora. Meſue habet mororum dulcium: & idem ſunt: & eſt rubus ferens mora, eſt aliud rubus canis: qui apud Dioſc. cynosbatus vocatur: & eſt ſpina quæ noſtro idiomate roſagna uocatur, Iſidorus ait: Morus a græcis uocata quã latini rubũ appellant. Gal. in. 6. ſimpl. inquit: Lamich eſt rubus. uel de bato qui dicitur rubus.

Sapa ſecundum compoſitorum eſt uinũ coctum ſiue muſtum coctum uſq; ad conſumptionem duarum partium. Meſue loco eius habet robi. i. carenũ ſiue triplicatũ: & dicitur carenũ: eo q̃ feruendo parte careat tertia. Matth. Syl. inqt: Sapa eſt muſtum coctum ad conſumptionem trium partiũ.

Vas æneũ. i. vas de eramine. Nico. uult q̃ prædictus ſyrupus fiat in uaſe æneo ſtãnato, & hoc eſt quia generaliter apothecarii faciunt ſyrupos in caziis de ære q̃ non ſunt ſtãnatæ, & ibi coquũt, ſed faciunt male, quia ille cibus vel potus qui coquitur & ſtat in illis uaſis: ſi comeditur facit aliqñ incurrere elephantiã: & cancrum, & doloꝛe hepatis: & ſplenis: & malitiã cõplexionis. Iſido. in cap. de uaſis oleariis inquit: Lenticula modicum uas æneum uel argẽteum quadrãgulum lateri aptum, quod & lechitum. eſt. n. vas olei quo reges & ſacerdotes ungebantur a liniendo dictum.

LII.

RHODOMELI, uulgo MEL ROSATVM.

℞. Mellis albi deſpumati lib. x. ſucci roſarum recẽtiũ lib. i. ponãtur in caldario ad ignẽ, & cum bullire inceperit, uiridiũ roſarum cũ forficibus, uel cũ cultello inciſarũ lib. iiii. ad dantur: & tandiu bulliant quouſq; ad ſucci deueniant conſumptionem, & dũ bullierit ſemper agitetur cum ſpatula, & cum coctum fuerit in ſubtili uaſe recondatur.

COMMEN. MANLII.

Mel uerum roſatum ſecũm intentionẽ Nicolai apud græcos appellatur rhodomel quidã geleniabin uocant. Meſ. in antidotario in diſtinctione de conditis habet unam aliã deſcriptionem, ſed iſta Nicolai eſt illa: qua gñaliter utimur, tamẽ inter ipſas eſt parua differẽtia Circa inſtans in cap. de roſis. hẽt unã aliam deſcriptionẽ: & eadẽ eſt. Iſid. inquit: In cap. de potu. rhodomel, dicitur eo quod in ſucco roſæ mel admiſcetur caleniabin: & chaliebinũ reperio in practica Halyabatis p̃ geleniabin: & ſunt roſæ conditæ: hodie uero p̃ geleniabin mel roſatũ intelligũt ſi mel uiolatũ facere uoluꝛeris eodẽ modo fit: ſed nõ eſt tantum in uſu ut eſt roſatum.

LIII.

OXYZACCHAR, uulgo OXYSACCHARA.

℞. Zucchari lib. i. ſucci malorum granatorũ. ℥. viii. aceti. ℥. iiii. ponãtur ſuper ignem in uaſe ſtannato, & tandiu bulliat cum ſpatula ſemp agitãdo donec ad quantitatẽ zucchari ueniat: & in piſside poſsit deportari ad modum electuarii.

COMMENTA. MANLII.

Oxyzacchara ſecũm intẽtionẽ Nicolai dicitur ab oxi, qđ eſt acetum & zuccharo ipſe Nicolaus habet unã deſcriptionẽ quæ dicitur oxi, ſed hæc dicitur ab acetoſo ſucco malorũ granatorum, ſed in uſu non uenit.

Malum granatum eſt pomum granatũ: quod ſatis eſt notũ. Papias inquit: Mala granata. i. punica dicta: qa interius grana habeant olentia quæ comedunt. & ſignificant eccleſiam de multis gentibus congregatam, uel gratias habẽtes.

Acetum q̃ oxos dicit Iſid. in cap. de pou. Nicolaus vult quod oxyzacchara coquat tãtum quod poſsit ferri in piſside ad modũ electuarii, ſed nos gñaliter facimus ipſam ad formã ſyrupi, & nõ ad formã electuarii. Iſido. in cap. de uaſis olearijs iuquit. Piſsides uaſcula unguentaria ex buxo facta. nam quod nos buxum græci pixum uocant.

EX RASI.

LIIII.

DE MYROBALANIS citrinis ſecundum Raſim in tractatu de ægritudinibus iuncturarum, in cap. de medicinis mundificantibus ſanguinem & choleram.

℞. Myrobalanorum citrinorum. ℥. centum, & ablue cũ aqua calida, rheubarbari. ℥. cẽtum, mitte in aquam frigidã, ita q̃ aqua ſuperemineat duobus digitis. poſtea in æſtate pone ad ſolẽ p̃ quatuor dies. deinde aquã abiice iterum, & remaneant myrobalani & iterum mitte in aliã aquam & dimitte tandiu donec amittãt ſaporem ſuum & albeſcant, deinde aggrega primã & ſecundam aquam, & cum. ℥. centum mannæ albæ quæ coque ad ignem, & remoue ſpumã donec fiat ſicut iulep, & ſi uis acue eum cum ſcamonea, ſup qualibet lib. pone. ℥. vnam ſcamoneæ, & ſuper qualibet pone li. ℥. i. aquæ roſæ, & utere quando uulueris.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus non eſt in uſu: credo quod ſit ex cariorib⁹ aliis Myrobalani citrini magis ſunt laudati illi qui in calore ſuo ſunt citrini multæ citrinitates declinãtes ad uiriditatẽ & in pondere ſint graues & groſsi, & cortex ipſorum ſit ſpiſſus denſus completus, oſſa parua. Guliel. Placent. inquit. Myrobalani ſunt quinque ſpecierum, ſed citrini ſunt meliores omnibus aliis.

LV.

DE TVRBITH, ſecundum eundẽ in eodẽ tractatu, in capitulo de medicinis quæ purgant phlegma & crudos humores.

℞. Turbith iib. i. mitte in tribus libris aquæ frigidæ, & moretur una die ad ſolẽ: deinde cola, & deinde ſi ſaporẽ amiſerit proiice, & aquam ſerua: ſin autem appone aliam aquã, & iterum appone ad ſolem donec amittat ſaporem: poſtea aggrega illas duas aquas, & mitte lib. i. zucchari, & coq; donec fiat ſicut iulep: educit multotiens humorem phlegmati cum & ſi uolueris citius facere coque ad ignem, quoniam eſt debilior a principio, ſed poſtea non eſt ita clarus.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus non eſt in uſu.

Turbith ſecũm Meſue eſt radix herbæ cuius folia ſunt ſicut folia ferulæ minora tñ &c. Dioſ. de ipſo cap. facit, ſed non inuenitur ſub noie turbith, ſed ipſe uocat tripoliõ: qa propter miror q̃ Matth. Syl. de tripolion cap. facit, ſed non cognouit quid eſſet, ſed poſtquã ego aggregaui cap. de tripolion apud Dioſc. cuiꝰ cap. de turbith apud Sera. uidi quod idẽ ſunt: ſcias quod flos ipſius mutat colorẽ ſuum ter in die: nã mane eſt albus, et in meridie declinat ad colorẽ purpureum, in ueſperis uero fit rubeus.

EX AVICENNA.

LVI.

DE VVA, IN V. CANO.

℞. ſucci uuæ põticæ ſtipticæ lib. vi. & decoquant uſq; ad tertiã, et fundatur ſup ipſum mellis lib. i. ſumach radicis liquiritiæ, gallarum balauſtiarum et ſuperioris roſarũ oĩum, an. ſextarium unum et eſt. ℥. vi. ſecũm Gẽtilẽ croci. ℥. ii. myrrhæ aluminis iameni, an. ℥. i. decoquatur, et coletur, et potetur.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus apud nos nõ eſt in uſu. Franciſcus de Pedemontium in cap. de ſolutione continuitatis ſtomachi et ulceribus, et ruptura, et eius cura, habet unam aliam deſcriptionem, ſed ex authoritate Auic. et eadem eſt.

Vua põtica ſtyptica. ſ. in ſapore nõ autẽ intelligit ponticam ab illa regione, ſed dr̃ et intelligitur ponticum, quia ponticum. i. fortem habet ſaporem. Petr. de creſcen. docet modum cõſeruationis uuarum, et de uirtutibus, et de apparatu uindemiæ, et de tempore uindemiandi, et ſic de aliis.

LVII.

DE FRVCTIBVS.

℞. Succos cytoniorum, malorum, pirorum, granatorum, muzorum, ſumach, zarur, et decoquãt leui igne donec ingroſsẽtur: ſi autẽ uis dulcorare ipſum proiice ſuper ipſum zucchari quantum uis, et bulli ipſum, et cola, et utere.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus nõ eſt in uſu Idẽ habet unã aliam deſcriptionem inferius, ſed nõ eſt eadẽ. Gal. in lib. ſecretorum habet unam aliam quæ eadem non eſt, nec aliquæ ſunt uſuales.

Fructus. Iſid. in ca. de arboribus ait: q̃ fructus nomẽ accepit ab eminẽte gutturis pte qua ueſcimur, inde et fruges.

Fructus

Fructus autem proprie dicuntur agrorum & arborum quibus utimur: in animalibus uero abusiue & trãslatiue uocari fructum dicimus.

Zarur ſm Auicen. in. 2. cañ. eſt noïatum triangulus latinorũ, & zarur eſt ſpecies quam noïant Græci teleſimon, & ſentabinũ, & quandoq; nominant eam malum ſyueſtre. Zaror vel zarur ſm ſententiam modernorum eſt fructus ſimilis piro in figura ſua, ſed eſt minor: quidã putauerunt q̃ eſſet ſorba, ſed non eſt: uerum eſt q̃ loco zarur ponitur ſorba. Sera. in ca. de ſorba ait: Zaror. i. faciens appetitũ & eſt ſorba, & ibi deſcribit formã ipſius: ſi zarur ſit ſorba aut non, nõ nego, nec affirmo, ſed unũ pro alio poteſt poni. Zaror ſm Matth. Syl. eſt meſpilũ ſiue auzarola uel tricoccum Gal. in 7. ſimpl. inquit: Meſpilũ quod tricoccum noïatur eo q̃ tria habeat oſſula oïa intra ſe. Ioan. Arcu. in cap. de oppilatione hepatis inquit: Zaror. i. ſorba Nicolaus Flor. in lib. 4. de ſquinantia dicit: quòd zarur eſt meſpila.

LVIII.
DE FRVCTIBVS, alius.

℞. Cydonia,
Mala,
Acetoſitatis citri,
Pyra,
Granata,
Agreſta,

Et exprimatur aqua eorum omnium, & infundatur in ea aliquid de,
Sumach,
Zarur,
Alnabach,
Granis myrti,
*Alias Alpirberis. * Ambiberberis,

Et dimittatur die & nocte, & exprimatur & coletur & proiiciatur deſuper mel, & decoquatur donec fiat ei ſpiſſitudo, & adminiſtretur.

COMMEN. MANLII.

Nõ eſt in uſu, ſed quia ibi ingrediunt quædã ſimplicia q̃ nõ ingrediunt in alia deſcriptione: ego ſolũ illa declarabo.

Alnabach. i. nabach ſm eundẽ in 2. cano. eſt fructus arboris dictæ ſardar, & hæc eſt quã Dioſ. agrifoliũ uocat: cuius ſemen eſt ſimile piperi dulcis ſaporis. Idẽ aliud ca. facit de lothos, & dicit q̃ caligarii roſum uocant. Io. Concoregius in cap. de capillis dealbandis & denigrandis inquit. ℞. foliorum rozi de quo præparantur coria, hæc non ſunt agrifolium nec lothos, ut quidam uolunt. Serap. de nabach ſpeciale cap. facit & inquit: Nabach eſt cortex ſimilis corticis mori, & odoris boni, hoc non eſt cap. de uero nabach, ſed eſt cap. de naſcatimon, ſicut patet ſi legis illud cap. de nabach apud eundem cum ca. de naſcatimon apud Dioſc. uidebis q̃ idem ſunt: ſed textus Serap. ibi eſt falſus. Nam ipſe Sera. in cap. de ſadar inquit: Sadar eſt arbor, & fructus eius eſt nabach: ergo eſt agrifolium, & non eſt cortex, & hæc arbor naſcitur in partibus Ianuenſibus, ſemen eſt rubicundum maius pipere comeſtibile, & uocant ipſum herbatici laurum ſylueſtrem.

Ambiberberis ſm eundem in. 2. cañ. eſt azataraſch, & eſt ex eo rotũdum, rubeum, campeſtre, & nigrũ, longum, arenoſum, aut montanũ, & eſt forte hæc arbor quam Dioſ. oxiachantos uocat, & eſt arbor dicta apud herbaticos criſpinus ſiue berberi, & ſatis ſunt nota.

EX ANTONIO GVAINERIO.
LIX.

Sancti Ambroſii ſcd̃m magiſtrũ Antoniũ Guainerium. in cap. 1. de febre tertiana pura interpollata, & eius cura. ℞. Parũ milii a cortice ſuperiori depilati, quod piſtum appellat, & decoqui facies in aqua donec crepetur, quia cito decoquitur deinde de tali bulliẽte brodio accipiant, uerbi gratia ʒ. iiii. & imponantur. ʒ. ii. uini, et ita calidum bibatur, & mirabiliter ſudorem prouocat, & ſedat ſitim.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus ſecundum intentionem dñi magiſtri Antonii, Mediolanenſes tpe magis æſtus utuntur eo, & cõiter appellant ipſum piſtum uini, & ſic adhuc generaliter utunt ipſo, ſicut ex notum apud ipſos.

Milium. ſ. milium quo utimur generaliter Sera. cap. de milio inquit ex authoritate Dioſ. q̃ ſunt duæ ſpecies. una earum eſt aſperum habens granum, & eſt illud quod poteſt teri & a quo auferẽ cortex, ſicut ſit a rizi. & alia ſpecies eſt fortiſſimi & aſperrimi grani, & non poteſt ab eo auferri cortex. Gal. in. 7. ſimpl. inquit: Cenchrum. i. millium. hoc granum eſt de ſpeciebus granorũ, & eſt ſimile panico, quòd notum eſt.

E IOAN. ANGLICO.
LX.

De Pimpinella, ſcd̃m Ioan. Anglicum, quæ alio nomine Roſa Anglica nominatur, in cap. de cura phthiſis.

℞. Pimpinellæ, conſolidæ maioris, conſolidæ minoris, cõſolidæ mediæ, hyſſopi recẽtis, pollitrichi, ceterach, adiantos, ſcariolæ, radicis ungulæ caballinæ aquaticæ. i. farfar. ana. m̃. i. capillorum ueneris. m̃. iii. uiolarũ. 3. ii. foliorum nenupharis, quatuor ſeminum frigidorum mundatorum, liquiritiæ mundæ, ana. 3. i. candi. i. zucchari candi, penidiorũ, medullæ, ſeminis bõbacis, ſeminis cytoniorum, boli ar. ſeminis lactucæ, portulacæ, papaueris albi, myrtillorum, ſucci liquiritiæ, ana. ʒ. s. dragacanti, gummi arab. amyli, foliorum roſarum rubearum, ſpodii, ſanguinis draconis, ana. 3. iii. ſeminis altheæ, ſeminis maluæ, uuæ paſſæ mundatæ ab arillis. i. a granis pinearũ, caricarum. i. ficuũ, ana. 3. ii. hordei mundi lib. 1. zucchari lib. iii. fiat ſyrupus cum aqua pluuiali, & bene clarificetur, & detur mane & ſero.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus nõ eſt in uſu. Pimpinella eſt herba cuius folia ſunt ſimilia ſaxifragiæ: ſed minora hãc generaliter Lombardi in hortis habent. Matth. Syl. inquit: Pimpinella eſt herba multum ſimilis ſaxifragiæ: unde uerſus, Pimpinella pilos, ſaxifragia non habet illos.

Conſolida maior eſt herba q̃ a uulgo anealcho dr̃. Dioſ. de ipſa cap. facit ſub noïe ſymphytum: & ibi deſcribit duas ſpecies: quarũ prima naſcitur iuxta riuos, cuius flos eſt albus, radicem habet ſubnigram, & eſt illa quæ iuuamentum hẽt in medicina. Aui. in. 2. cañ. de ipſa cap. facit ſub noïe ſucutum, ſed in arabico eſt ſymphytum, & ſic apparet manifeſte q̃ illud ca. de ſucutũ apud Aui. cum c. de ſymphyto apud Dioſ. ſunt idẽ, ſed ipſe Aui. non habuit perfectam notitiam quid eſſet, quia dicit eſt ſemperuiua, & dicitur q̃ ẽ ſpecies ſeminis mandragoræ, & dicitur aliud, nec Guliel. Placen. agnouit eam ſicut patet in ca. de anagallo, & in ca. de ſucuto. hanc quidam anagallicum conſolidam uocant.

Cõſolida minor eſt herba habens folia ſimilia arthriticæ ſed nõ ſunt ita nigra ſicut arthriticæ, ſed flos ipſius ẽ purpureus factus in modũ floris ſtœcados hæc herba in pratis ac uiis naſcitur, hãc ruſtici Papiẽſes, ſoda uulgariter uocant.

Cõſolida media, de iſta pauci authores ſermonẽ faciunt, ſed uide de forma ipſius apud Manfredum de Monte Imperiali. ſi uero nõ poteris habere, ponatur loco eius radix conſolidæ maioris in pondere.

Polytricum uel polytrichõ græce dictũ multarum comarum. nam græci trix comã ſeu capillum uocãt. Pli. polytricha diſtãt a gallitrichis: q̃ iũcos habeant albos, & folia plura maiora, quæ frutice quoq; maiora ſunt. Dioſ. inquit: Adianton ſiue gallitrichon, uel polytrichõ, ſed aliud eſt, & ſic ex iſto ſyrupo poſſumus certificari, q̃ adianton non eſt capillus ueneris, nec polytrichon: ut quidam uolunt.

Ceterach ſecundum modernorum ſententiã eſt herba q̃ in muris humidis & in lapidibus naſcitur, & ſecundum intentionem meam eſt ſpecies ſcolopendriæ, uerum moderni diſtinguunt aliter. ualet q̃ ceterach eſt herba dicta apud herbaticos adorata & ſcolopendria lingua ceruina, infra apparebit deſcriptio ſyrupi de ſcolopendria, & ibi melius oſtendam ſi Deus uoluerit.

Adiantũ. Dioſ. inquit: Adiantũ ſiue gallitrichon uel polytrichon, folia habet coriãdro ſimilia ſciſſa, in ſummitate habet ramos ſubtiles duos lõgitudine unius palmi nigros,

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 120 sur 335

& non habet ſtipitem,nec florē,nec ſemen,hoc eſt cap. de capillo veneris ſicut patet ſi legis capitulū de capillo ueneris apud Aui.et Sera.uidebis ꝙ idē ſunt:ſed moderni diſtinguunt ꝓ diuerſas herbas.videlicet ꝙ aliud ē adiāton, aliud eſt capillus veneris,aliud eſt polytrichon, aliud eſt gallitrichon licet tres primæ ſpecies habeant quaſi eādem uirtutē.

Bombax vel bombix ſecundum quoſdam eſt uermis: qui facit ſericum Papias inquit:Bombix græce vermis eſt, penultima producitur.Sera.inquit.Coton.i.bombax. Aui. in 2.cano.vocat ipſum Kotum & ait.quòd eius ſemen eſt calefactiuum lenitiuum.hoc eſt notum.

Althea ſm Gal.in.7.eſt malua ſylueſtris. Macer inquit: Altheam maluæ ſpeciem nullus negat eſſe,Altheamque uocant illam quòd creſcat in altum.Hanc ipſam dicunt euiſcū quòd quaſi uiſco illius radix contrita matre videtur, A multiſq; ſolet agreſtis malua uocari.

LXI.

DE LILIO, in cap. ſuperius citato.

℞. Radicum Enulæ campanæ, ireos,ana.℥.i.hyſſopi,calamēti,adianthos.ana.m̃.i.ſuccorum cauliū, gallitrichi, ana. ʒ.ii.carnium dactylorum,ſucci liquiritiæ.ana.℥.i.mucillaginis,ſeminis lini,& fœnugræci,ana.℥.s.mellis deſpumati li. i.& ſi non abhorreat amara,tūc addatur de praſsio.i.marrubio,& gramine,ana.ʒ.iii. & fiat.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus apud nos nō eſt in vſu,ſm intentionem Io. Anglici ſiue Cōpoſitoris eſt ſyrupus de lilio qui florē purpureum gerit,ſed generaliter habetur opinio,ꝙ quando reperitur ſyrupus de lilio ſimplr, de lilio albo intelligi debeat:tamen hic Ioannes habet ſyrupum de lilio, & ibi non habet niſi ireos quod eſt radix lilii cœleſtis, & propter hoc dico ꝙ iſte eſt ſyrupus lilii purpurei, ſi aliquis uoluerit facere ſyrupū de lilio albo infra apparebit eius deſcriptio.

Enulæ cāpanæ,non aūt eſt enula quæ elenium dicit, ſed potius eſt quædā ſpecies panacis de qua Dioſ. ca. facit ſub nomine panax,chironia dicitur,quia naſcit in mōte pelion folia habet amaraco ſiſia,& florem auroſum & radicem tenuem,hæc apud nos non eſt cognita.

Ireos apud Aui.in.2.cano.eſt radix lilii cœleſtis:vide ergo ꝙ iſte ſyrupus eſt uerus ſyrupus de lilio cœleſti, ſeu purpureo gñaliter: moderni admiranē ꝙ Meſ.in ca.de ireos dixerit,ireos duæ ſunt ſpēs,una quæ florem habet purpureū, & alia quæ habet albū.Electio.habēs florē album melior eſt in omni re,hoc eſt ireos qui florem gerit albū eſt melior q̄ qui gerit purpureū,quod non reperiē eſſe verum. Circa iſtans inquit:Lilium ē domeſticum & ſylueſtre,ſed ſylueſtre album gerit florem, purpureum efficacius eſt, & ſic hodie pro lilio cœleſti,ſiue ireos accipitur radix lilii, quod florē purpureum facit,& non album,ut dicit Meſue.

Gallitrichon ſiue centrum galli eſt planta quam multi moderni uulgari noīe bozomo uocant, eius ſpēs ſunt duæ una q̄ in hortis naſcitur quæ comediē ſicut alia olera, alia naſciē in pratis & hæc eſt ſylueſtris, & eſt illa quam ruſtici noſtri uulgariter ſcarlezā dicunt, & iſta ſecundū plures eſt nobilior in medicina quam hortulana. Circa iſtans dicit: Gallitrichum.i.centrum galli.

LXII.

DIGESTIVVS, in cap.de cura Paralyſis.

℞.Seminis fœniculi,petroſilii,dauci,aniſi,ſaluiæ,origani, lauendulæ,primulæ ueris,betonicæ,ſileris montani,ſtœcados,ſanamundæ,abrotani,iuniperi,ana.m̃.i.zingiberis,pyrethri,coſti,nigellæ,pipis nigri & longi,ozimi, rutæ ſiccæ, baſiliconis,maioranæ,ariſtolochiæ rotundæ, baccarū lauri, ſinapis,gētianæ,ana.ʒ.ii.piſtent & coquant,& colentur, & fiat ſyrupus cū melle quantū ſufficit:uel cum lib. ii. mellis ſi uis,uel cū lib.i.ſi patiens ſit robuſtus & rudis, tū ſi patiens ſit delicatus ponatur minus de abrotano. Et ſi uis adde aceto tum ſquilliticum.Et uoco iſtum ſyrupum de ſanamunda.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus non eſt in uſu,ſm intentionē cōpoſitoris eſt ſyrupus digeſtiuus.Idē inferius i ipſa deſcriptiōe ait. Voco iſtum ſyrupum de ſanamunda.i.garyophillata de quo infra.

Lauendula ſm Matth.Syl.eſt primula veris, ſed non credo,qa in hoc poſſumus certificari ꝙ lauendula non ſit primula ueris,quia in iſto ſyrupo habet lauendulam & primulam ueris,ꝙ ſi eſſent idem,non repeterentur.

Primula ueris ſm Nicolaum eſt herba ſancti Petri, ſiue herba paralyſis,quod idem eſt.Moderni uero ponunt quòd de hac reperiuntur maior & minor, & maior ſecundum ueritatem eſt herba ſancti Petri quæ oībus eſt nota: minor uero eſt illa quæ in pratis ac viis reperitur : cuius folia comeduntur ſicut aliorum olerum. Et iſta a uulgo dicitur herba margarita:ab aliis el primo fiore.

Sanamūda.i.garyophyl.nō eſt pes leporinus, ut quidam ignorantes herbatici uolunt, ſed garyophillata, ſiue ſanamūda,ſiue auātia ē herba ſiſis agrimoniæ: cuius radix odorē hēt garyophil.hæc apud nos naſcitur iuxta hortos & in cāpis,hāc adoleſcentes ſuo tpe euellūt,& portant ipſam in manibus pp odorē, folia ipſius ſunt illa quæ habēt efficaciā in medicina:de qua ait Circa inſtans,garyophyllata uel garyophillatum dicitur proprie quædam confectio ex garyophyllis confecta: unde folia,& nō radices in medicinis ponuntur,& quanto eſt recens tanto melior eſt. Plin.aūt uocat ipſam gethim hic ſyrupus ſecundū intentionem Compoſitoris eſt ſyrupus de ſanamunda.i. garyophyllata.

Ozimū.ſ.ozimū garyophyllatum, quod alio noīe alfelen gemiſch uocāt.Hic Ioā.Angl. in iſto ſyrupo habet ozimū, & inferius habet baſiliconem,quod idem eſt: tamē ſpecies ozimi ſunt plures,& ſic hic pro oximo poſſumus intelligere ſemen ozimi garyophyllati, & pro baſilicone poſſumus intelligere herbam ipſam ozimi,uel quandam ſpeciem ozimi,ut eſt ozimum citratum.i.meliſſa.

LXIII.

DE RAPHANO, in cap.de cura paralyſis.

℞.radicum raphani,lapatii acuti,lilii,pæoniæ,ana partē.i. tēperentur cum uino & aceto per diem & noctem. Tunc ℞.ſaluiæ eupatorii,chamædrios,chamępityos, calamenti, pētaphylli,hyſſopi,aſi.m̃.i.āniſi,marathri.i.fœniculi,carui, pæoniæ,ana.ʒ.i.acori, ſquinanti, ana.ʒ.ii.nucis muſchatæ, cinnamomi,ana.℥.s.foliorū boraginis.℥.i. corticis fraxini, & arboris tremulæ,ana.℥.s.mellis lib.i.decoquantur iſta in aqua extinctionis ferri, & in tpe calido & in ætate iuuētutis poſſet addi ſcolopendria cum herbis prædictis.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus nō eſt in uſu Dioſ.ca.de raphano inquit: Raphanū græci:nos uero radicem uocamus,eo ꝙ tota deorsū mittitur cum reliqua olera magis ſurſum proſiliant &c. infra ponit quòd eſt aliud genus raphani,quod multi aromarachion dicunt:& ſic inuenitur apud Sera.in ca. de ſemine raphani ubi ſic ait:ſed raphanus agreſtis quem Romani uocant aromorachion Gal.in.8. inquit: Raphanus.i.raphani da.Iſid. ait:Raphanum Græci,nos radicem uocamus,eo ꝙ totus deorſum mittitur.

Fraxinus eſt arbor ſatis nota.Pet.de Cre.inqt:Fraxinus eſt arbor ſatis magna, quę in pinguibus & humidis nemoribus delectaē eius lignū ſatis igni cōpetit,& eſt optimum ꝓ circulis uegetū,& tinarū,eius ſemen eſt factū admodū linguæ paſſerum,& propter id apud nos uocatur lingua auis.

Arbor tremula ſm opinionem plurium modernorū, eſt arbor granati ſylueſtris,ſed ſm opin.Bartholo.Montagna. aliud eſt:nā ipſe Bartholomæus in ſuis conſiliis, in conſilio de regimine ardoris urinæ ꝓ medicinalia inqt, ibi adminiſtratio eſt trochiſcorū de carabe, & proprie qui ſcribuntur nono Almanſo.allega.cap.quorū deſcriptio hæc eſt.℞.charabæ,gūmi arboris tremulæ,& eſt populus: ſed in ueritate ille textus eſt falſus.Nam Matth.Syl. in literas inquit: Arbor tremula.i.arbor granati ſylueſtris.Io. Arcula. in ca. de mictu ſanguinis & ſaniei ait:Gūmi tremulæ arboris.i.granati ſylueſtris.Raſis in ſuis ſynonimis in fine ſimiliter ait.

LXIIII.

DE MEZEREON, in cap.de fluxu uentris.

℞.Radicū fœniculi,petroſe.bruſci,radicū pæoniæ, lapatii acuti,ariſtolochiæ ro.añ.ʒ.i.hyſſopi.pulegii, montani, pentaphylli,chamædrios,chamępithyos,chymi, roſarum, ana. m̃.i.

ñ.i.mentæ modicum,ſuccorum boraginis,ſcabioſæ, fumiterre,añ.3.ii.ſeminis pæoniæ,aniſi,marathri,carui,ana.ʒ.i. ameos.3.s.cuſcutæ.3.vi.uiſci quercini,epithymi, ſenæ, foliorũ ſtœcados arabici, añ.ʒ.i.polypodii.3.i.& ſi ſit in eſtate ponat inter herbas ſcolopendriæ,corticum geneſtrę, fraxini,añ.ʒ.i.mexereon boni.ʒ.i.mellis roſati lib.i.s.fiat digeſtiuum ꝙ uocetur ſyrupus mezerinus.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus apud nos non eſt in uſu. Mezereon autem herba ẽ quæ apud Dioſ.uocat chamælæa, & eius ſemen eſt coccognidiũ. Vide ſupra de ipſo in electuario de mezereõ.

LXV.

DE RVBEA tinctorum in cap.de ſterilitate.

℞. Artemiſiæ,rubeæ maioris,ſauinæ,añ.lib.s.tũ ſauina amara eſt,iõ poteſt poni in minori quantitate foliorum mentę, foliorum abſinthii:ſummitatum origani,&calamẽthi,an.3. ii.ſpicę nardi.3.i.ſquinanti 3.ii.calami aromatici.3.iii.aniſi maratri,carui,añ.3.i.ſileris mõtani:ameos.añ.3.ii.pæoniæ, 3.s.mellis ro.lib.ii.fiat ſyrupus quo utatur mane & ſero.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus non eſt in uſu.Rubea autem maxime tinctorum eſt herba cuius radix uſui medicinæ cõpetit. Dioſ. aũt de ipſa duo cap.facit.unũ ſub nomine eritrodanũ aliud ſub nomine rubea,& hæc herba apud ruſticos dicit roſa, & ab aliquibus dicitur vena tinctorũ, ſed uena citrina aliud eſt.

LXVI.

MACEDONICVS, *ibidem*.

℞. Radicũ petroſelini domeſtici,& macedonici,apii, fœniculi,ariſtolochiæ,ireos,lilii,enulæ campanæ, rubeæ maioris,añ.m̃.s.artemiſiæ,pulegii,calamẽti,hyſſopi, paticæ origani,diptami,ſolſequi,añ.m̃.i.cinnamomi,aniſi,carui, pæoniæ,dauci,marathri,ameos,añ.3.i.ſpicæ celti.3.ii.ſpicæ nardi.3.i.caſiæ lignææ,coſti ana 3.s.liquiritiæ.3.ii.mellis quòd ſufficit & fiat.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus apud nos non eſt in uſu.macedonicũ aũt eſt oluſatrũ,& eſt ex ſpeciebus apii,& eſt ꝙ Dioſ. hippoſelinũ uocat:alii apiũ agreſte uocant: ſiue ut latini oluſat melius eſt hortino,& albedius, radix eſt illi groſſa & alba & mollis,folia hñs obrotũda & uirida,in capite plenũ eſt flore,in quo ſemẽ ẽ uiride & oblongũ & uiſcidũ, aromaticũ habens odorẽ,radix eius odorata & alba & eutomaca eſt,naſcit in locis umbroſis humidis & in hortis. hæc herba cibis apta ẽ cruda & cocta comedit ſicut apiũ. Hęc apud modernos Alexandrũ uocat. Nicolaus ẽt dicit. Alexandrũ uel oluſatrũ eſt macedonicũ ſeu petroſelinũ macedonicum quòd idem eſt. Matth.Sylua,de ipſo loquitur in capitulo de apio.

Solſequiũ ſm Simo,Ianuẽ. a multis uocatur intuba. ergo eſt endiuia,nam intuba eſt nomen græcum: ſed a latinis endiuia nuncupatur,Circa inſtans in cap.de ſpõſa ſolis ait: Sponſa ſolis,heliotropia, intuba, cicorea, dyoniſia, ſolſequiũ idẽ ſunt. Mat.Syl.in ca.de cicorea dicit cicorea latine uel ſpõſa ſolis uel ſolſequia,ſm Nicolaum ſolſequiũ eſt mirafol.i.ſpõſa ſolis ſiue cicorea: hic textus Nicolai nõ uidet ſonare bene:qa mirafol.nõ ẽ cicorea, immo eſt pẽtadactylos.hæc uero planta ab aliquibus pentadactylis uocatur & ab aliis heliotropia. Io.uero Angli. ſeu Compoſitor in ca. de paralyſi ait.Kalẽdula.i. ſolſequium uel primula ueris ergo ẽ herba dicta a uulgo herba planca: & hæc uidetur habere plura nõia, nam cicorea põt dici ſolſequiũ: helitropeia idem Kalendula idem:ſed quia intẽtio Cõpoſitoris ẽ quod ſolſequium ſit Kalendula.ergo debemus eam ponere.

LXVII.

DE PVLEGIO, *ibidem*.

℞. Artemiſiæ m̃.iii,ſanamũdæ,calamẽti,caprifolii, origani, pulegii, camomillæ, meliſſæ,coſti, balauſtiarum,ſiſymbrii, radicũ fœniculi,petroſelini,leuiſtici,lapatii,radicũ lilii,capillorũ ueneris recẽciũ,adiãthos,enulæ cãpanæ.añ.m̃.i. marathri,ſeminis,petroſelini,calami,aromatici, utriuſq; ſtœcados anthos,thymi, epithimi, nucis muſ. macis, ſem.baſilicõis,chamædryos,endiuię,paſtinacæ, añ.3.ii. mellis li.ii. zucchari lib.ii.uini albi qr̃.i.s. fiat ſyrupus ſecũdum artem.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus non eſt in uſu, ſecundum uero intentionem Compoſitoris, iſte ſyrupus eſt de mente Albucaſim qui ipſum deſcribit in ſua practica.

Pulegiũ aũt herba eſt ſatis nota.Circa inſtans in ca. de pulegio ait: Pulegiũ in tẽpore florum colligitur, per annũ ſeruat. Dioſ.in ca.de diptamo dicit: Diptamũ multi dicunt pulegiũ agreſte eſſe.ſine dubio pulegiũ eſt ſpẽs diptami ſicut apparet apud Sera.in ca.de origano.Idẽ in cap. de calamento de pulegio loquit. Pli.inquit: Pulegiũ fœmina efficacior, eſt aũt flore purpureo,mas candidũ habet &c. ſylueſtri ea quæ de domeſtico dicta eſt efficacior uis eſt ꝙ ſimile eſt origano minoribus foliis q̃ ſatiuum, & a quibuſdam diptamos uocatur; guſtatum a pecore capriſque balatũ cõcitat.vñ quidã græci literas mutãtes ibeconõ vel bliconon uocauerunt:ſm aũt modernos pulegium regale eſt uſuale:ſed pulegium indum ſeu ceruinum eſt diptamum.

Sanamũda.i.garyophyllata ſeu aſſara baccara agreſtis, ſi ue auantia,ut inquit Compoſitor in cap.de uulneribus recentibus in carne & neruis:& hæc apud herbaticos dicitur pes leporinus ſed non recte.uide in ſyrupo de ſanamunda; quod de ipſa aliquid oſtendam.

Caprifolium ſm Nicolaũ eſt matriſilua,matriſilua aũt apud Dioſ.periclymenon uocatur: & ex foliis ipſius apud quoſdam fit lyciũ:& eſt herba quæ iuxta hortos inuenitur; & eſt illa quam ruſtici uocant cezolo:infra in unguento de matriſilua melius oſtendam,ſi Deus uoluerit.

Adianthos ſeu adiantos ſm Dioſ.adiantũ ſiue gallitrichõ ſiue polytrichon eſt herba quę habet folia ſimilia coriãdro ſciſſa in ſummitate, habet ramos ſubtiles duos in longitudine unius palmi nigros,& nõ hẽt ſtipitẽ,neque florem,neque ſemen,hoc uidetur eſſe capitulum de capillo ueneris. Nã adiãtos ſeu polytrichon ſpecies ſunt capilli ueneris. & ſunt ex hominibus qui ponunt unũ pro alio. Hic Compoſitor in iſto ſyrupo habet adiãtos,quod poteſt dici eſſe florẽ roris marini, uel põt dici adiãthos confectio de floribus roris marini,ſed quia Compoſitor in iſto ſyrupo iterum infert ius habet anthos,ideo idem non ſunt.

Anthos uero apud Græcos ẽ flos.vñ antos,ideſt flos roris marini,& adiãtos eſt ſpẽs capilli ueneris, de qua uide Circa inſtans in ca.de errore marino, qui ſic ait:cũ ãt reperit, Recip.anthos uel roris marini,debẽt poni flores,& ſic eſt.

LXVIII.

COLVMBINVS, *ibidem*.

℞. Radicum fœniculi,petroſilii,hyſſopi recentis,radicũ lilii,radicũ apii,capillorũ ueneris recentiũ,* ceterach,polytrichi,adiantos,radicũ ſcabioſæ,bugloſſæ, ana. m̃. i. herbæ ſancti Chriſtophori,maruſę,pedis columbini, pimpinellę, cõſolidę minoris,utriuſq; lactis corticũ mori celſi, fumiterę,† hipericõ,añ.m̃.s.liquiritię mũdę.3.i.maratri.florũ boraginis,florũ camomillę,ſem.bruſci, ſem.ſparagi.florũ uiolarũ,añ.3.i.zucc.li.ii.fiat ſyrupus quo utatur mane & ſero.

* Aſplenũ uocãt.

† Herba ſanctı Ioãnis vulgo.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus non eſt in uſu, ſecundũ autem intentionem Cõpoſitoris curat omne apoſtema, & omnem inflationem tempore frigido, & a ueneno liberat, dicitur aũt ſyrupus columbinus a pede columbino qui ingreditur.

Pes aũt colũbinus,ſm Sera. eſt amomum, ſed hic alius intelligitur:apud modernos pes columbinus eſt herba, de quo infra in troch.diacoralli de forma ipſius apparebit.

Herba ſancti Chriſtophori,ſm Nicolaũ eſt filius ante patrem uel oculus cõſulis.Secundum uero Mat.Syl.filius ante patrem eſt herba quę ex authoritate Plin.dicitur garyophyllon,& eſt herba faciens florẽ ſicut buphtalmos: cuius ſtipites faciũt ramulos plurimos, ſed ramus poſt natus excedit lõgitudine ante natũ,& ob hoc filius añ patrẽ uocat ſimiliter oculus Chriſti: hęc herba apud nos in pratis inuenit̃,ſed flos eius nõ eſt ita,ut inquit Matth.Sylu. quia eius flos non eſt ſicut buphtalmos: nam buphtalmos habet florẽ citrinũ ſimilẽ flori camęmillę, & oculus cõſulis habet florem nigrũ:ergo nõ cõueniũt,ſed error eſt hic. Nam buphtalmos ſecundum antiquam translationem habebat flores.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 122 sur 335

nigros ſicut habet oculus Chriſti,ſed ſecundum translatio nem noſtram buphtalmos ſiue oculus bouis habet flores ci trinos,& oculus Chriſti ſeu herba ſancti Chriſtophori ha bet flores nigros,ut eſt notum.

Amaruſcus ſeu amaracus,ſecundum Dioſ.& Pli.& Iſid. eſt ſampſucus quæ alio nomine maiorana uocatur. Secundum autem modernorũ opinionẽ amaracus eſt alachoen ſeu uchuen,ut apud Aui.in.2.can.& eſt illa quæ a Dioſ.par theniũ dicitur:& apud Sera.matricaria,& ſic credo quod intentio Compoſitoris ſit quod amaruſcus ſit matricaria, quia in illa materia multum ualet.

EX PETRO TVSSIGNANA.

LXIX.

DE SCOLOPENDRIA, in cap.Icteritia.

℞. Scolopendriæ,linguę ceruinæ,endiuiæ,hepaticæ, abſin thii,cicoreæ,ana.m̃.s.cuſcutæ.3.i.ſeminum communium.ſ. maiorum,florum boraginis,bugloſſæ,ana.m̃. i. capillorum veneris,radicum fœniculi,petroſilii,bruſci,ana. m.s. & cũ zuccharo fiat ſyrupus ſecundum artẽ qui aromatizetur cum iſto puluere.℞ folii,loco eius ponitur macis, ſpicæ nardi, laccæ,caſiæ ligneę,ana.3.ii.ligentur in panno lineo & bulliant in ſyrupo & uſui reſerua.

COMMENTA. MANLII.

Scolopendria ſecundũ Sera.authoritate Dioſ.nominat hoc nomine propter ſimilitudinem cuiuſdam uermis dicti ſcolopendria: & eius expoſitio eſt quatuordecim pedum, habet folia multa egredientia ex una radice, & naſcitur in petris muris ædificiorum,& non habet ſtipitem,nec florẽ, nec ſemen, & folia eius ſunt ſicut folia polypodii & pars eius inferior eſt quaſi rubea,& pars ſuperior uiridis &c. hæc eſt quam Dioſ.aſplenon uocat,& ſic ſi legis bene illud capitulũ de aſplenon apud Dioſ. cũ capitulo de ſcolopendria apud Serap.uidebis qđ idem ſunt, ſed moderni pro aſplenon intelligunt ceterach,ſed ego credo quod in tẽpore antiquo uera ſcolopendria erat ceterach quæ a modernis herba dorata uulgariter uocatur: & ſic in iſto ſyrupo pro ſcolopendria intelligitur ceterach ſiue herba dorata:alia uero ſcolopendria quæ inuenta fuit a modernis uocatur lingua ceruina:& ambæ in iſto ſyrupo ingrediuntur.

Lingua ceruina ſecundum modernorum opinionem eſt uera ſcolopendria quæ folia magna, longa & lata habet ab uno latere rugoſa:& hæc ſecundum herbaticos eſt uera ſcolopendria:alia uero ſpecies non habet cognitionẽ per ſcolopendriam,ſed ſi tu uocas ceterach ſcolopendriam negãt, & falſa eſt opinio,ut oſtenſum fuit.

EX ANTIDOTARIO BARTHO. MONTAGNANA.

LXX.

DE SEBESTEEN.

℞.Sebeſten ʒ.ii.rubeæ tinctorum.ʒ.s.aniſi, cymini,liquiritiæ,ſem.lactucæ,melonis,cucumeris,maluarũ, ana. ʒ.ii. alchechẽgi,fœnugreci,ſtœcados,prafſii,ana.3.iii.ſem. apii, ameos,ſem.petroſelini,radicũ tribuli marini, dauci,fœniculi,meu,ana.3.ii.ſanguinis ericii præparati, ſcordeon añ. 3.v.lapis ſpongiæ,iudaici,corticũ auellanarũ ana. 3.vi.coquantur in lib.ii.aquæ uſque ad cõſumptionẽ medietatis, deinde coleẽ,& colaturæ addat aceti ſquillitici. ʒ.ii.s.zucchari ſecundæ decoctionis lib.ii.s.coquatur lento igne, & fiat ſyrupus.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus apud nos in uſu non eſt. Sebeſten ſicut dictum fuit in electuario de Sebeſten: eſt quidam fructus ſicut granũ oliuæ: hic fructus colligitur & exiccatur donec fiat paſſus,& ſic utimur.

Tribuli ſm Dioſ.grana ſunt duo. ſiccus & humidus: ſed humidus eſt ille quo nos utimur,& gerit ſemen ad modum caſtaneæ:& propter id a multis caſtaneolus dicitur:& dum ſunt recentes comedũtur & dixit Mat.Syl.quod ex ſemine eius fit panis:nã ipſe eſt dulcis & nutrit: & ſic utimur loco panis tritici & apud Auicennam in.2.can. uocatur haſe-

Ericius alius eſt marinus:alius eſt terrenus.Iſido. ait.ericius animal ſpinis coopertum quod exinde dicitur nominatum eo qꝺ ſubrigit ſe qñ ſpinis ſuis cꝛaudit quibus undique prætectum eſt contra inſidias &c.Auic. in 2. can. dicit ericius ſylueſtris eſt notus:& mõtanus eſt alduldul habens ſpinas ſagittales propinquus naturæ ſylueſtris uel terreni.ille uero qui eſt marinus eſt ſpẽs habentiũ oſtraca.Guliel. Pla. dicit:Ericius eſt trium ſpecierum unus qui eſt natus: alius qui habet ſpinas ſagittales, & appellat porcus ſpinoſus. & alius eſt marinus,& eſt ſpẽs piſcium habentiũ oſtracum, ille qui eſt notus eſt ille quẽ intelligere debemus: & de modo præparandi dicunt quidam ſapientes quod modus præparandi eſt ſicut modus ſanguinis hirci.

Iudaicus.ſ.lapis qui dicitur iudaicus, cuius figura eſt ſimilis glandi albus bonæ figuræ multum habens lineas angulatas in longitudine protendentes,& nominantur ſummitates laceratæ, & eſt lapis qui diſſoluitur in aqua & non habet ſaporem,& dicitur iudaicus,quia in partibus iudeorum reperitur.

EX ANTIDOT. GVLIEL. PLACENTINI.

LXXI.

DE CICOREA.

℞.Foliorum cicoreæ.m̃.i.foliorũ boraginis,lactucarũ,uiolarum,ſcariolæ, linguę bouinæ.i.bugloſſæ, acetoſæ, bactiſoſere, & eſt herba cuius flos eſt cœleſtis & eius ſemen eſt ut ſemen ſcariolæ agreſtis,ſed non eſt albũ,neq; nigrum,& naſcit in bladis,ut plurimum credo qꝺ ſit ſcariola agreſtis, ana.m̃.s.rheubarbari.3.ii. piſtenẽ herbæ & coquant in lib. iii.aquæ donec tertia pars conſumpta fuerit & coleẽ, & ad dãtur in illa aqua lib.ii.zucchari:& cũ diſſolutũ fuerit zuccharũ ad ignẽ cũ aqua iterum coleẽ & ponat ad ignẽ cum rheubarbaro puluerizato & ligato in una petia, & ſæpe exprimatur cum manu petia rheubarbari,tandiu permittatur decoqui qꝺ bene ſyrupizatũ fuerit totũ, & tunc ab igne deponatur & reſeruetur.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt ille quo utimur & maxime ſm iſtam deſcriptionem:& ſic adhuc in Mediolano utuntur ipſo: & ſic faciunt in aliis ciuitatibus:ſed collegiũ noſtrorum doctorũ Papienſium magis laudat unam deſcriptionẽ quam deſcribit Nicolaus Florẽtinus,& dicũt,quòd illa Nicolai eſt nobilior iſta Gulielmi & hoc eſt quia ipſe Nicolaus hẽt plura ſimplicia in ſua deſcriptione quã Gulielmus, & ſic de rheu barbaro maiorem quantitatem habet Nicolaus quã Guliel mus.Si autem facere uolueris ſyrupum de cicorea ſecundũ Nicolaum infra apparebit eius deſcriptio.

Cicorea ſecundum quoſdam eſt intuba, alii ſolſequium, ſponſam ſolis uocant. Columella in libro de cultu hortorũ ait Cicorea iam teneris fundens lacticula fibris.

Pli.ait.Intubum erraticũ apud nos quidam ambulam appellãt.In AEgypto cicoriũ uocant &c.Cicorea uero ſecũdum Compoſitorẽ eſt roſtrũ porcinum, & eſt herba cuius flos eſt cœleſtis,& ſic eſt ſecundum ueritatẽ, quod uera cicorea ſecundum ſententiam Modernorũ habet flores azurinos,& eſt ſpẽs endiuiæ,de quibus Guliel. in iſto ſyrupo nõ habet niſi tres ſpecies.ſ.cicoream,endiuiã,& ſcariolam, ſed Nicolaus in ſua deſcriptione habet ſex,de qua infra.

Scariola etiam ẽ ſpecies endiuię uel cicoreę. Mattheus Syl.in cap.de lactuca inquit. qꝺ ſunt eius tres ſpecies: una eſt quæ uocatur agreſtis,quã græci ſarraliam uocãt nam ſine dubio ſarralia ſecundum Iſido. eſt lactuca agreſtis, ut ait in cap.de oleribus,ubi inquit:Lactuca agreſtis, eſt quã ſarraliã nominamus,eo qꝺ dorſum eius in modũ ſerræ eſt, Simon Ianu.dicit Scariola ſm Modernos eſt uelut lactuca agreſtis,niſi quia in dorſo coſtarũ habet ſpinas paruas. pro endiuia ponitur ſecundũ Serap. & Circa inſtans ſcariola eſt endiuia,& ſecundũ Petrum de Creſcentiis. endiuia eſt ſcariola uel lactuca agreſtis, infra in alia deſcriptione de ſpeciebus endiuiæ ſi Deus uoluerit oſtendam.

Bactiſoſere apud noſtros authores non reperio aliquem de ipſo loqui:ſed ſecundum intentionem compoſitoris eſt quædã herba,cuius flos eſt cœleſtis, & eius ſemẽ eſt ut ſe-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 123 sur 335

men ſcariolæ agreſtis,ſed non eſt album neq; nigrum,& na ſcitur in bladis ut plurimum,& credo q̄ ſit ſcariola agreſtis quid autem ſit communiter ignoratur : ſed ſecūdum plures eſt illa herba quæ in bladis reperitur quā nos uulgo mone ghetam uocamus , & ſic meo tempore uidi eā poni in iſto ſyrupo,ſed ſcd̄m plures ſapientes errāt illi apothecarii qui ponunt ipſam.etiam male faciunt medici qui dimittūt ipsā poni,& hoc aduenit: quia nō habent cognitionē quod ſpēs endiuiæ uel ſcariolæ ſint: ſed ſcd̄m modernorum opinionē ſpēs ſcariolæ ſunt. vi. vel vii.de q̄bus tres uel quatuor ſunt quæ faciunt florem cœleſtem : & una de ipſis habet florem ac ſemen : vt dicit Compoſitor : & in bladis reperitur ſicut monegheta. Verum exiſtimauerunt aliqui quod moneghe ta ſit bactiſoſere,eo quod apud tuſcos ita uocetur:ſed error eſt nec eorum ſermo apud ſapientes acceptatur . nā opinio Compoſitoris eſt aperte q̄ ſit ſcariola agreſtis : quæ ſimilis eſt moneghetæ, ut innuere uidetur in præſenti loco. Si ergo Cōpoſitor credit q̄ bactiſoſere ſit ſcariola agreſtis , nos debemus intelligere ſcariolam agreſtem quæ formā habet ut ipſe docet & non moneghetam: quæ non habet odorem nec ſaporē:& pro bactiſoſere, ſiue ſcariola agreſti intelligi tur cicorea agre. ſiue ſcariola agreſtis:quæ florem cœleſtē gerit.Præterea omnes ſpecies endiuiæ uel ſcariolæ uel cicoreæ ſunt laudatæ in iſto ſyrupo .

LXXII.

DE OPPIO.

℞.Opii,pondus gra.iiii.iuſquiami,pōdus gr.viii. corticum mandragoræ gra.i.s. ſeminis apii ℈ iii. ſeminis papaueris , ſeminis lactucarū,an.ʒ.i.s.foliorum lactucarū, endiuiæ,uel cicoreæ,an.m.i. foliorum papaueris , mercurialis , an.m.i. piſtentur groſſo modo,& bulliant in lib.iii.aquæ donec cō ſumatur medietas & coletur & addatur zuccharum & in ſpiſſetur & clarificetur , & reſeruetur .

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus in uſu non eſt.Opium ſecundum Auic. in.2. can. eſt ſuccus papaueris nigri et Egyptii ipſum ſeminant . Macer in cap. de tribus generibus papaueris inquit :

Exuuiis teneris opium faciunt capitellis .
Inciſa leuiter ſumma cute, lacq; quod inde
Defluit, excipiunt cocleis ficcumq; reſeruant .
Antidotis multis aptum uariisq; medelis .
Sunt qui contundunt cum lacte ſuo capitella .
De quibus expreſſum ſiccant in ſole liquorem &c.

E RAYNALDO DE VILLA NOVA.

LXXIII.

DE PLANTAGINE, in lib.ii. cap. de Dyſen teria hepatica & inteſtinorum.

℞.Succi plantaginis depurati.ʒ.iiii.aquæ pluuialis uel roſa rum quòd melius ē lib.i.ſpodii,nucis cypreſſi, balauſtiæ, ſu mach,ſanguinis draconis,gummi arabici,maſticis , thuris , gallarum,hypoqſtidos,lapidis hematitis,raſuræ eboris an. ʒ.ii. terantur omnia in prædicto ſucco & aqua roſ. uſq; ad medietatem coquantur,& addito zuccharo fiat ſyrupus.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus apud nos non eſt in uſu. Plātago uero apud Auic.in.2. can. uocatur lingua arietis , & ſunt ei duæ ſpēs ſcili. maior & minor, maior eſt quam ruſtici noſtri bletam ſyluestrem dicūt , & minor eſt quinq; neruia , quæ alio no mine lanceola uocatur & hæc eſt illa quæ apud falſos her baticos pro lingua canis habetur,ſed errant.Dioſ. ait uoca tur arnogloſſa ſiue eptapleuros.i. ſeptē coſtarū. Serap. ait: Liſé alchamel.i.lingua arietis & dicitur arnogloſſa,& eius expoſitio eſt lingua agni, ideo quod Græci nominant arnō agnū & gloſſam linguā, & dicitur etiam eptapleuron.i.ha bens ſeptem coſtas:nām in folio eius ſunt ſeptem coſtæ : & epta in Græco eſt ſeptem, & pleura.i. coſta

EX NIC. FLOREN.

LXXIIII.

DE IVA ſecundum Nicolum Floren. in lib.iii. in cap. de Paralyſi.

℞.Iuæ.m.ii.ſaluiæ,maioranæ,roriſmarini,polii,origani,ca lamenti, mentaſtri, pulegii,hyſſopi,thymi,rutæ domeſticæ & ſyluestris,betonicæ,ſerpilli an.m.radicū acori , ariſtolo chiæ longæ & rotundæ,peucedani,ualerianæ bryoniæ,gen tianæ,diptami an.ʒ.s.radicum fœniculi,petroſilii, apii,ſpa ragi,bruſci.an.ʒ.i.ſtœcados,aniſi,fœniculi,ſeuiſtici,ameos carui , ſiléris montani ana. ʒ.iii. pyrethri.ʒ.i.s. paſſularum ʒ.ii.aquæ & mellis quantum ſufficit, & aromatizentur cum cinnamomo nucæ muſcatæ , & cubebis , & fiat . Iſte enim ſyrupus in hac materia eſt optimus .

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus non eſt in uſu. Iua uero ut dictum fuit eſt uerum chamæpityos & nō eſt chamædryos : ut quidā credi derunt generaliter tenetur quod iua non ſit chamæpityos , ſed errant. Nā ego uidi apud multos apothecarios in faccu lis chamæpityos,ſed nec in ſapore,nec in odore, nec in for ma nō eſt chamæpityos, de quo loquūtur noſtri authores , ſed loco chamæpityos habent chamædrios: unū p hoc dico ſi aſpexeris illam iuā qua moderni utuntur pro iua muſcata: uidebis q̄ in forma, & in reliquis eſt uerum chamæpityos .

Ioannes Anglicus in cap. de dolore iuncturarum ait : quòd prodeſt guttoſis . unde uerſus .

Si capias iuam guttam tollet tibi uiuam .

Serpillū ſecūdum Plin. a ſerpendo putant dictum quòd in ſyluestri euenit:in petris maxime . Satiuum non ſerpit , ſed ad palmi altitudinem creſcit.Dioſ. ſerpillum ſiue ut alii herpillum: Latini ut cicer erraticum uocāt &c. folia & flo rem ſecundum Circa inſtans medicinæ competunt .

Valeriana ideſt phu .

Bryonia.i. cucurbita agreſtis Papias ait : Ampelos leu cos ſeu bryonia quam Latini albam uitem uocant : uide de ipſa in confectione de alfeſcera .

LXXV.

DE LILIO in lib. v. cap. de Boliſmo.

℞. Flores lilii albi , & decoquantur in aqua non quidē ſoli quia nocent ſtomacho cum proprietate eorum,ſed cū aliis aromatibus corrigentibus malitiam eorum, & fiat ſyrupus cum zuccharo, & decoctio eorum ſecundum artem .

COMMENTA. MANLII.

Iſtius ſyrupi ſicut inquit ibi Nicolus,nō reperitur deſcri ptio apud aliquos authores ſecundum intentionem ipſius poteſt fieri ſicut ipſe docet .

Lilium ſcilicet lilium albū quod florem album gerit.Ro ſa anglica habet unam deſcriptionem ſyrupi de lilio, ſed ibi non habet niſi ireos, ideſt lilium cœleſte,& propter id ille eſt ſyrupus de ireos , ut dictum fuit . Macer ait .

Lilia iure ſequi quæ nec ſpecie nec odore
Credere creduntur, roſeo colata decori .
Nec minus in multis hominum ſunt apta medelis .
Eius radicis bulbus qui lilia profert &c.
Hoc lilium ſatis eſt notum .

LXXVI.

Optimus ad omnem hemorroſagiam undecunque fiat ſe cundum eundem in libro.v. in cap. de præſeruatione a ſputo ſanguinis & cura eius .

℞. Hypocyſtidos, cimolæ , boli armeni, acaciæ , coralli al bi & rubei, mumiæ, pſidiæ, gallæ,mentæ,balauſtiæ,gummi arabi, draganti,ſymphiti, corrigiolæ , ſeminis arnogloſſæ , ſumach,radicum pētaphylli, ſanguinis draconis. an.ʒ.i. de coquantur in aqua pluuiali uſque ad tertiam , & colentur & addantur lib.iii. zucchari, & fiat ſyrupus .

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus apud nos non eſt in uſu. ſed ſecundum inten tionem Nicoli eſt optimus in illa materia .

Chimolea ſecundum Dioſ.eſt gicimolia:cuius alia eſt al ba atq; denſa, alia purpurea. Apud Auic. uocatur Iutū chi molea: uide de ea ſupra, in confectione eſdræ .

Pſidia eſt cortex mali granati:ſed pſigia eſt ſtorax liqda.

Symphytum de ipſo dictū fuit quòd eſt conſolida maior, ſiue anagalicum: uide de ipſo in ſyrupo de pimpinella.

Corrigiola.i. polygonia,ſiue cētū nodia,ſiue uirga paſto ris.Dioſ.hocat ipſam polygonos maſculum:& ibi etiam de ſcribit aliā quæ dicit polygonos fœmina . Petrus de Creſ.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 124 sur 335

inquit. Virga paſtoris eſt cardus ſylueſtris: ille textus non videtur bene ſonare: nam virga paſtoris non eſt cardus, vt ipſe & alij dicunt. Nam ſi legis capitulum de polygonos Dioſ. cũ cap. de virga paſtoris apud Sera. & Auic. videbis quòd idẽ eſt. Et idem Ioã. Sera. in ca. de lapide vocat ipſam dimiriſion, & hæc herba in vis multum reperitur. Matt. Syl uaticus in cap. de dipſaco. i. cardo fullorum dicit: quod eſt virga paſtoris: ſed non recte. Quidam vocant corrigiolam ſanguinariam, ſed ſecundum aliquos ſanguinaria eſt illa herba, quam hodie burſam paſtoris vocamus, ſiue a vulgo herba gugiarolla.

LXXVII.

AROMATICVS, in eodem lib. cap. de Debilitate Digeſtionis.

℞. Cubebarum garyophyllorum, zinziberis, cinnamomi nucis muſcatæ, cardamomi, macis, calami aromatici añ. ʒ. s. ſpicæ, maſticis, aſari, ſquinanti, folij. ana. ʒ. vi. amomi, ameos, colti, cyperi, carpobalſami, xyloaloes ana. ʒ. iiii. ſup piſtata infundãtur in vino albo veteri põderis lib. x. tribus diebus, deinde coquãt ad tertiã partẽ, & cũ frigeſcũt manibus fricent & colent, & cũ lib. iiii. mellis decoquãtur, in vaſe bene obturato reponantur, & cũ muſco aromatizentur.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus non eſt in vſu. dicitur autem aromaticus propter ſpecies odoriferas quæ in eo ingrediũtur. Iſidorus in capitulo de arboribus aromaticis inquit: Aromata ſunt quæque fragantis odoris quæ India & Arabia mittit ſiue aliæ regiones. nomen autem aromata traxiſſe videtur, ſiue quod aris impoſita diuinis inuocationibus apta videantur ſeu quod ipſa aeri inſeri ac miſeri probantur. nam quid eſt odor niſi aer contractus.

LXXVIII.

DE CICOREA, in eodem lib. cap. de oppilatione Hepatis.

℞. Endiuiæ domeſticæ & ſylueſtris, cicoreæ, taraxacon an. m̃. ii. cicerbitæ, hepaticæ, ſcaricolæ, lactucæ, fumiterræ, lupinorũ. an. m̃. i. hordei non excorticati, alchechengi ana. ʒ. i. liquiritiæ, capillorũ veneris, cetherach, polytrichi, adianti, cuſcutæ, ana. ʒ. vi. radicum fœniculi. apij, ſparagi an. ʒ. ii. ferueant in aqua ſufficiẽti, & colẽtur, & cũ zuccharo albo ſoli do fiat ſyrupus, pro cuius, vnaquaq; libra ponatur ad coquendum. ʒ. iiii. rehu. electi, & ℈ iiii. ſpicæ ligatæ in petia rara quæ ſæpe exprimat donec ſyrupus ſit pfecte decoctus doſis ʒ. iii. cũ aqua mulſionis ſeminũ cõmuniũ frigidorum.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus ſecundum colegium noſtrorum doctorum Ticinenſium eſt ille quo vti debemus: aliqui tamen magis laudant deſcriptionẽ Gulielmi Placẽti. & ea vtũtur ſicuti Mediolanẽſes qui diſcriptionẽ Guliel. præparãt. Ioã. Matt. gradi. in cap. de cura malarum diſpoſitionũ hepatis habet vnã aliã deſcriptionẽ: quæ quaſi idẽ eſt cũ illa Nicoli: licet aliqua ſimplicia mutauerit. aliqua omiſerit: nunc vero intendo declarare oẽs ſpecies endiuiæ, cicoreæ vel ſcariolæ

Endiuia nomẽ latinum eſt poſt græcũ intuba, Arabes & poſt græcum vndebe dicunt. In hac uero uolo oſtendere omnes ſpẽs cicoreę uel endiuię, uel ſcariolę: ſed primo uolo oſtẽdere illas ſpẽs: de quibus ipſe Nicolus in proprio libro loquitur. nam in cap. de debilitate hepatis ait ſic. dixit Auic. taraxacõ: quã Gẽtilis dicit eſſe cicerbitã. ſiue roſtrũ porcinũ. & Guli. dixit ipſã eſſe cicoreã, & eſt illa ſpecies quę a multis uocatur. plãta leonis. hic textus Nicoli uideẽ corruptus. nam ipſe Nicolus debeat dicere quod dens leonis quę eſt ſpẽs cicoreę & non planta leonis quæ eſt herba dicta flaura uel herba maura quæ odorem aſphalti habet & hęc eſt ſpẽs trifolij quod eſt conſonum. idem in cap. de oppilatione hepatis dicit. taraxacon eſt ſpẽs ſponſę ſolis, & in ferius in eodem cap. inquit; Roſtrum porcinum eſt cicerbita &c. Habita opinione Nicoli ſequit opinio Ioannis Anglici in ca. diſcraſiæ calidę hepatis quæ eſt ꝙ altaraxacon eſt roſtrũ porcinũ uel cicorea idẽ ſentit in cap. de fiſtula, ulcere, cancro, & ſanie oculorum.

Poſtquam oſtendi uerba Nicoli & Ioannis Anglici de taraxacon & roſto porcino, etiam uolo oſtendere opinionem aliorum: & dico quod ſpecies endiuiæ uel cicoreę ſũt ſeptem ad numerum, de quibus ipſe Nicolus ſex ſpecies in iſto ſyrupo ponit. Gulielmus autem in ſua deſcriptione nõ ponit niſi tres ſcilicet cicoream, ſcariolam, & bactiſoſeram, ut per ordinem oſtendam.

Endiuia domeſtica. i. uſualis eſt herba ſatis nota. ſylueſtris uero poteſt dici quod ſit criſpinus herba cicorea uero ſecundum ſententiam modernorum habet flores azurinos uertentes ſeipſos ad ſolẽ: quare ſponſam ſolis, & ſolſequiũ uocauerũt de qua Circa inſtãs ait: Sponſa ſolis eſt cicorea uel intuba, uel ſolſequium, hęc ẽt ſatis eſt nota. Sera. in ca. de endiuia inquit: undebe ſunt ſpẽs. nam eſt ex ea domeſtica & eſt ſcariola & eſt ex ea ſylueſtris quę eſt taraxacon; & eſt tertia ſpẽs quæ dicit cãdarel & eſt amiron. ẽt ſm Circa inſtans & Petrũ de Creſcen. endiuia ẽ ſcariola. Gale. in. 8. ſimplicium dicit. ſeris ideſt endiuię, inferius dicit.

Condrinæ eſt ſpecies cicoreę, uel lactucę. Aui. in. 2. can. in ca. de indiuia ait. quod eſt ex ea ſylueſtris & hortulana, & eſt duarum ſpecierum, & magis iuuatiua ex eis hepati eſt illa quę eſt magis amara ego credo quod ſit cicorea. idẽ aliud capitulum facit de taraxacon: & dicit quod eſt ſpẽs endiuiæ: etiam iſta nota eſt.

Scariola uero ſecundũ Simo. Ia. eſt uelut lactuca agreſtis, niſi quia in dorſo coſtarũ habet ſpinas paruas, ſe Mattheus Syl. & Iſidorus uolunt quod lactuca agreſtis ſit ſcariola uc dictũ fuit etiã hic dicã herba Iſidori quæ in cap. de oleribus dicit, lactuca agreſtis eſt quam ſarraliam nominamus: eo quod dorſum eius in modu ſerræ eſt. Simon in hac errat. nam in ca. de ſcariola dicit, quod ipſa eſt uelut lactucam agreſtis, & in capitulo de ſarralia inquit. ex authorita te Iſidori, quod ſarralia eſt lactuca agreſtis. & in fine dicit ꝙ eſt ſcariola, & ſic uolunt multi moderni.

Cicerbita uero ſicut dicit Nicolus eſt roſtrum porcinũ, ſecundum Gulielmum eſt cicorea, & eſt herba cuius flos eſt cœleſtis. Etiam reperiũtur duæ aliæ ſpẽs quæ florem cœleſtẽ habẽt, & oẽs in bladis reperiũtur. Et ſic ſi bene cõſideretur uidebis quod ſpecies endiuię uel cicoreę ſunt ſeptẽ: & ſunt iſtę uidelicet endiuia domeſtica. i. uſualis. cicorea quæ ab omnibus nota eſt: roſtrum porcinũ dens leoninus, differũt patũ inter ſe: ſcdm modernorũ opinionẽ in pratis reperiũtur cum flore croceo, niſi ſolum in folijs differunt. Poſt maturationem florem producunt quandam lanuginem albã quæ cum tangitur euolat, & alia eſt dicta criſpinum a uulgo. & hæc apud quoſdam eſt lactuca aſini, quod non credo ſicut patet ſi legis capitulum de anchuſa apud Dioſ. uidebis ꝙ cum. cap. de criſpino non conuenit, & eſt alia ſpecies quæ dicitur cicoriaſtrũ, & ẽ ſcariola quę in bladis reperitur, & omnes iſte ſpẽs uocantur endiuia uel cicorea uel ſcariola. Et hę notę ſunt apud ſapientes.

Alchechengi ſeu chechengi eſt ſtrignus agreſtis, ſecundum Dioſ. & eſt herba proferens granum rubicundũ ſimile ceraſo in ueſica incluſum, citrina in colore, quę a multis ueſicaria dicitur, ſed apud Lombardos fiacco nominatur, & in uijs reperitur. Aduertendum eſt in deſcriptione præſentis ſyrupi quod in omnibus codicibus Nicoli quos uidi deficit doſis hordei & alchechengi ingredientium dictã deſcriptionem, quod credo accidiſſe errore ſcriptoris potius quam alia cauſa, ſed ut haberetur modus doſandi prædicta duo ſimplicia, uolui conferre hanc deſcriptionẽ cũ illa quã ponit Io. Matthe. gradi, qui etiam prædictum ſyrupũ deſcribit: & inueni eas in ordine põdere, & in omnibus alijs concordare, & ipm doſare prædicta duo ſimplica hoc modo: ſumit. n. hordei non excorticati. ʒ. ii. Alchechingi, capil. uenerís &c. ſcdm ordinẽ Nicoli ana. ʒ. vi. ideo & nos debemus ẽt proculdubio eo modo doſare illa duo, uidelicet hordei nõ excorticati. ʒ. ii. alchechingi. ʒ vi. quanuis præter noſtrã uoluntatem appoſuerint impreſſores æquale pondus eorum. Nam ſi ſumeremus. ʒ. ii. chechingi excederet debitũ pondus, nec bene proportionaretur alius.

Ceterach, ſicut dictum fuit in ſyrupo de ſcolopendria eſt herba quæ a modernis herba dorata dicitur.

Polytrichon eſt herba quæ in puteis & in locis humidis reperitur, vt dictum eſt ſupra in ſyrupo de pimpinella.

LXXIX.

DE FICVBVS, in eodem lib. in cap. de cura colice ex fœce.

Recipe ficum albarum .ʒ.i. aquæ ʒ.x. coquantur ad lentum ignem vſquequo venerint ad ſtatum iulep de quo accipiatur omni die ʒ.iii.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus apud nos non eſt in vſu. Ficus.i. carica. Serap. *in* cap. de ficu ex authoritate Gal. inquit: quod ſunt ex eis domeſticæ & ſylueſtres & montanæ, & ex domeſticis quædã ſunt recẽtes, & quædã ſiccæ, virtus recentiũ eſt debilis, quia admiſceẽ eis de humilitate, ſiccæ ſunt meliores maxime carnoſæ: ſylueſtris vero ficus ſm quoſdã vocaẽ caprificus: & dicit Pli. q̃ huius fructus nunquam matureſcunt.

LXXX.

DE ARTEMISIA in lib. vi. in ca. de retentione menſtruorum præter naturam.

℞. Artemiſiæ .m̃.ii. pulegij, calamenti, mẽtaſtri, origani, meliſſæ, perſicariæ, ſauinæ, ſanſuci, chamædryos, pforatæ, chamæpityos, matricariæ, cum flore, centaureæ minoris rutæ, betonicæ, meliſſæ. ana .m̃.i. radicũ fœniculi, apij, petroſilij ſparagi, bruſci, ſaxifragiæ, enulæ, diptami, ciperi, rubeę, tinctorum, ireos, pæoniæ añ. ʒ.i. ſeminis iuniperi, leuiſtici, petroſellij, apij, aniſi, nigellæ, carpobalſami, coſti, aſari, pyrethri, caſiæ ligneæ, cordumeni, calami aromatici phu. añ. ʒ.s. conquaſſentur & infundanẽ in aqua pluuiali ſufficienti p diem & noctem. Poſtea decoquantur ad medietatis aquæ conſumptionẽ, tunc deponatur ab igne, & dimittaẽ donec aqua tepuerit: tunc manibus in ipſa aqua poſitis fricentur poſtea colentur, & in colatura addatur mellis vel zucchari quantum ſufficit, & fiat ſyrupus, & ſi humor fuerit viſcoſus acetoſetur cum aceto acuto vel ſquillitico & fiat ſyrupus aromatizatus cũ cinnamomo & nardo, cuius doſis ſit. ʒ.ii.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus apud Modernos in vſu non eſt: & maxime ſm iſtam deſcriptionem, ſed illa deſcriptio qua vtimur eſt magiſtralis quam Moderni practicantes, maxime Papienſes multum laudãt, & multũ valet ad ea quæ dicit Nicoſaus Ioan. Matt. Gradi in ca. de prouocatione menſtruorum habet vnam aliam deſcriptionem quæ ab hac non differt.

Artemiſia ſm Circa inſtans eſt mater herbarum: cuius folia magis competunt vſui medicinæ quam radix, Dioſ. in cap. de Artemiſia dicit: Artemiſia tria ſunt genera: vnum eſt quod vocatur artemiſia monoclonos. i. mater herbarũ, quæ eſt fructuoſa, & ſimilis abſinthio: folia pinguiora & maiora hñs, & haſtas longas: naſcitur in maritimis locis lapidoſis & ſabuloſis: Altera artemiſia tagetes cominatur quæ tenera eſt ſemen habẽs minutũ, & vnã haſtam folijs plenam, & nos lingua latina vocamus thanaſiam, vel ſecundũ quoſdam athanaſiam. Eſt & tertia arthemiſia quæ leptafilos diciẽ: n ſcitur circa foſſas & agros, floſculum eius ſi contrieris ſanſuci odorẽ habet. Gal. in. 6. ſim. ait: Berengeſif. i. artemiſia, ſed textus Auic. in 2. can. non videtur multum cõſonus, quia ponit quod eſt abrotanum q̃ communiter non creditur niſi ſumpſiſſet abrotanum pro artemiſia.

Meliſſa ſm modernorum ſententiam eſt ozimum citratũ cuius folia odorem citri habent, etiam citraria dicitur: miror quod Nicolaus in iſto ſyrupo habeat. & meliſſæ: & inferius iterum replicat eandẽ, credo q̃ ſit error ſcriptoris, vt oſtendam in alia litera.

Perſicaria, ideſt herba ſanctæ Mariæ: & eſt herba quæ habet folia ſimilia perſicis ſignata: apud nos iuxta hortos reperitur exiſtimant quidam quod hæc ſit zingiber caninum, vt videtur ſentire Auic. in. 2. cano. etiam putauerunt quidam q̃ ipſa ſit piper aquæ.

Perforata. i. herba ſancti Ioannis ſiue fugadæmonum, ſiue hypericon, & diciẽ pforata, quia folia eius habẽt foramina parua, in locis domeſticis reperitur. Auerrois in v. col. ait. Heufericon. i. hypericon, nelifricon: & quidam appellãt hanc herbam cordialem, eo q̃ aſſimilatur cordi.

Matricaria etiam eſt artemiſia: & eſt illa quam Dioſ. vocat leptaphyllos, ſed Auic. in. 2. can. vocat ipſam vchuen aliquando alacoen, & hæc eſt quam Lombardi criſpulam dicunt, de ipſa melius oſtendam infra in cap. de trochiſcis alindaracaron, ſi Deus voluerit.

Meliſſa vt dictum fuit, eſt ozimum citratũ, miror q̃ Nicolaus in iſto ſyrupo habet ſuperius meliſſam, & inferius iterum habet meliſſam, ſed exiſtimo quod ſit errore ſcriptoris. Nam Ioan. Matth. Gradi loco eius habet abugilliſſam. i. lactucam aſini, ſicut patet apud Auic. in. 2. can. in proprio cap. de abugilliſſe, & idem de ipſa quatuor cap. dicit, vnũ ſub noie abugilliſſe, aliud ſub nomine heatſelli, aliud ſub noie lactucæ aſini, aliud ſub noie ſciniar, & hæc apud Dioſ. vocatur ancuſa. Sapientes vero exiſtimant quod Nicolaus volebat dicere abugilliſſe: vt dicit Ioan. Matth. & dicunt quod loco eius poteſt poni lactuca vſualis.

Leuiſticum apud Auic. vocaẽ cheiſim: & eſt ſemen ſatis notum, ſed eius genera ſunt duo. ſ. hortulanũ & campeſtre, hortulanum vero eſt proprium illud quod notum eſt, campeſtre ſm modernorum opinionem eſt cordumenum, ſiue carui agreſte, & ambę in iſto ſyrupo ingrediuntur.

Cordumenũ ſm Sera. eſt carui agreſte, Ioan. Arculanus in cap. de epilepſia in electuario q̃ valet ad omnem epilepſiam inquit q̃ cordumenum eſt cardamomũ, ſed mihi non placet liber qui diciẽ Albuchaſis in tracta. 2. in ca. de forma ſtypticandi oleum ad faciendum oleum de lilio ait: Carui agreſte & eſt cordumenũ. ſimiliter ait, Guliel. Placen. in diſtinctione de theriaca vt dictum fuit, & hic pro cordumeno intelligiẽ ſemẽ leuiſtici cãpeſtris, & hoc eſt ſemẽ q̃ reperitur ſub planta peucedani & hoc eſt ex ſecretis ſimpliciũ.

EX GENTILE DE FVLGINEO.

LXXXI.

DE ENDIVIA, inuentione Gentilis de Fulgineo.

℞ Succi endiuiæ, ſucci hepaticæ añ. lib. iii. clarificẽtur prædicti ſucci ad ignem vt expedit, roſarum violarũ, lenticulæ aquæ florum nenupharis, polytrichi añ. ʒ.s. capillorũ veneris, hordei mundi, ſeminum communium maiorũ frigidorum añ. ʒ.i. fiat ſyrupus cum zuccharo quantum ſufficit, ſecundum artem, & aromatizetur cum ſandalis albis & rube. & berberis, ſeminum cytoniorum, ligni aloes, cinnamo. corticum citri. añ. ℈.i. & vſui reſeruetur.

COMMENTA. MANLII.

Iſte ſyrupus ſecundum plurimum eſt ille quo vtimur q̃ ſyrupo de endiuia compoſito: tamen ſunt qui faciunt ipſum ſm deſcriptionem quã ſuperius poſui ex authoritate Franciſci de Pedemontium: & ſic ambæ habent efficatiam. Hepatica eſt herba ſatis nota. Dioſ. vocat ipſam lichenam, vt dictum fuit in ſyrupo de hepatica.

DE OFFICINIS, vulgo MAGISTRALIS.

LXXXII.

AD MATRICEM.

℞ Matricariæ, carpobalſami, calami aromatici, xylobalſami, ſileris montani, caſiæ ligneæ ana. ʒ.iiii. aniſi, fœniculi, ſeminis carui, pulegij, origani, calamenti, roriſmarini, ſerpillii añ. m̃.i. ligni aloes doronici, cinnamomi. añ. ʒ.ii. ſeminis agni caſti, cuſcutę añ. ʒ.iiii. radicum mãdragoręę, iuſquiami. añ. ʒ.s. mellis deſpumati quãtũ ſufficit. fiat ſyrupus ſm artem dentur mulieribus habentibus malum ſtomachum frigidum, & ad paſſionem matricis mirabiliter valet.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus ſm iſtam deſcriptionem eſt in vſu in partibus Mediolanenſibus, & debet fieri decoctio cum aqua ferrata ad põdus lib. viii. & lib. i. vini albi odoriferi & oĩa coquantur vſq; ad cõſumptionem medietatis Mattheus Syl. de ipſa loquitur in litera ferugo. matricaria eſt artemiſia, & eſt illa quam Dioſ. vocat parthenion: ſed Auic. vocat ipſam vchuẽ aliquando alacoen: quod idem eſt. & hæc eſt herba quam Lombardi criſpulam vocant.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 126 sur 335

Agnus caſtus.ſ.ſemen notum eſt. Dioſ.inquit: Agnus ſi ue aligos latine alexandrina appellata Serap. de ipſo duo cap. facit. vnum de arbore quod dicit agnus caſtus. aliud de piperella q̄ ẽ ſemẽ eius infra apparebit deſcriptio troc. de agno caſto: & ibi melius oſtendã ſi domino placuerit.

LXXXIII.
DE ARTEMISIA.

℞.Florum Artemiſieæ m̃ ii.calamẽti,ſolij,ſaturegiæ, origani,thymi,tamariſci, ſtœcados ana m̃ i. florum camæmillæ, florũ melliloti,ſanſuci,anthos, ana ʒ.i.blactæ bizantiæ, calami aromatici,añ ʒ.iii.ſpicæ celticæ.ʒ i.chamædryos, matricariæ minoris,bethonicæ: abrotani,ana m̃ s. acori,praſſii, foliorũ rubeæ maiorũ,ſileris montani añ.ʒ.i. aſſari,ſquinanti,aniſi marathri,ameos,apij,añ ʒ. vi. fiat decoctio ex iſtis & cum melle quantum ſufficit fiat ſyrupus.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſyrupus eſt ille qui generaliter in vſu eſt: tamen hodie inueni vnam aliã deſcriptionẽ q̃ deſcribit Nico. Florentinus: quæ etiam eſt laudata apud noſtros doctores, de qua vide ſupra: tñ vide vtranq; & elige quã volueris.

Artemiſia.i.altilia berengeſif. Papias ait: Artemiſia ab inuentore dicta vt Plinio placet herba a Gẽtilibus Dianæ conſecrata,nam græce arthemis Diana dicitur. Macer inquit in principio libelli ſui.

Herbarum quaſdam dicturus carmine vires.
Herbarum matri dedit Artemiſia nomen.
Cui græcus ſermo iuſtum puto ponere primo.
ALCADICON,in cap.de Polypo qui fit in naribus.

℞.Calcis nõ extictæ,arsenici citrini,aã.ʒ.ii. colcothar, floris æris,aluminis,aã.ʒ.i.gallarũ,chichiæ,balaustiæ aã.ʒ.s. tere ea in mortario ẽneo.i.æraminis cum aceto forti,cõtrita vltima vsq; ad quinq; dies, deinde fiant ex eis troch. & conseruentur in vase uitreo in loco frigido.

COMMENTA. MANLII.

Isti trochis.apud nos nõ sunt in vsu.Ioan Sera.in cap.de alcola dicit.calidicon sunt troch.facti cum arsenico,&secũdum Almansorẽ dicũtur achali,quod recipit.tamen Mesuæ in sua descriptione nõ habet chali.verum est q; per vnã descriptionẽ quæ reperitur apud Dinum Florentinũ ingredi tur chali. de quo infra declarabo quip sit, si Deus voluerit.

Calcis scđm Auic.in.2.can.per calcem significatur cinereitas corporũ lapidosorũ & ostracorum natura: illa quidẽ quam non tetigit aqua & illa quã aqua tetigit:cum remanet extincta duobus diebus aut tribus, tunc non aduritimmo calefacit.tamen abluta quidem est sicca &c.

Arsenicum scđm Dios. nascitur in metallis vbi & sandaraca.verum optimũ est latiores laminas habẽs, & aureum colorem & venas separabiles a se, ut separari uideat mundum sine sordicie.tale in Helespõto nascitur, cuius genera sunt duo. vnũ est æquales supradicto, & aliud fuscũ: apud Auic.sunt tria genera.s. album,citrinum & rubeũ. Album secundum modernorum opinionem est arsenicum crystallinum: rubeum est regazala ..citrinum est auripigmentum vsuale, & omnia tria nota sunt.

Colcotar apud Aui.in.2.cano.in ca. de atramẽto est vi-

triolũ citrinũ: & ibi ponit q̃ ſpecies uitrioli ſunt quatuor. ſ. colcotar. i. citrinũ calcadis. i. albũ, calcantum. i. uiride, alſurit. i. rubeũ. Ioannes Arculanus in cap. de febel dicit. colcotar vſtũ. i. vitriolum romanum, & hoc eſt notum.

Flos æris ſcd̃m intentionem Simonis nõ eſt uiride æris ſed moderni generaliter loco floris eris ponũt uiride æris. Serap. in cap. de ziniar inquit. Ziniar. i. ærugo æris ſiue uiride æs, quod idem eſt in capitulo uero de ære, & quæ ex eo fiunt. docet modum faciendi florem æris: de quo infra in emplaſtro apoſtolicon erit ſermo.

Cachiæ credo qd̃ uult dicere acaciæ nam Dinus & alij loco eius habent acaciæ, nam et ſcd̃m Modernorum ſententiam eſt ſuccus prunellorum ſylueſtrium, ut eſt notum.

XXVIII.

OROBI, in cap. de Vulneribus, & vlceribus gingiuarum.

℞. Farinæ Orobi quantum uolueris & miſce cum ea tantum mellis ut confici poſſit ex eis ſicut paſta dura, & fac troch. & pone ſuper laterem, & mitte in furnum uſq; dum maturantur, bonam faciunt naſci carnem.

COMMENTA. MANLII.

Iſti trochiſci apud nos nõ ſunt in uſu. Raſis in octauo Almanſoris. in cap. de morſibus uiperarũ habet unam deſcriptionẽ troch. de eruo. i. de orobo, ſed eadem non eſt de qua infra, orobus. i. eruũ ſiue herba iudaica. de ipſo uide ſupra in electuario de orobo. Raſis in lib. de experimentis, in ca. de medicinis quæ ornant faciem, dicit. q̃ robus dicitur carthena. Bulchaſis docet modum faciendi amydũ ex orobo.

XXIX.

DE GARIOPHYLLIS, in cap. de fœtore Oris.

℞. Garyophyllorũ, corticũ citri, cyperi, ſpicæ, nucis muſ. ſuchelemeſe. xyloaloes, cinnamomi, macis, heil, cubebæ, aã. 3. i. muſci chirat. i. fac ex eis trochiſcos, cum aqua malorum, & teneat in ore ſuo ſuper cibum.

COMMENTA. MANLII.

Iſti trochiſci non ſunt in uſu. Ani. in. 3. cap. de cura fœtoris oris habet deſcriptionem pilularum de garyophyll. de quibus infra. Garyophyllus uel charyllus eſt ſatis notus.

Suchelemeſe. i. galliæ muſcatæ: ſicut reperit apud Serap. in proprio cap. de gallia. Liber qui dicitur Bulchaſis in tractatu. 2. inquit, modus faciendi trochiſ. de gallia, ſed ſi uis facere trochiſ. alios de ſuch. i. gallia & ſic arabes dicunt qd̃ ſuch eſt confectio ex qua fit gallia, uel ipſa gallia, græcus uocat ſocum.

Chirat eſt põdus granorũ. iiii. hordei: ut dictũ fuit ſupra.

XXX.

DE VIOLIS, in cap. de Aſthmate.

℞. Foliorum uiolarum mediocriũ in exiccatione & humectatione. 3. vi. turbith boni harundinei. 3. iiii. ſucci liquiritiæ, tereniabĩ. i. mãnæ. aã. 3. ii. ſcamoneæ. 3. ii. & fiãt troch.

COMMENTA. MANLII.

Iſti troc. ſunt in uſu, maxime ſcd̃m iſtam deſcriptionem. ſunt uero ex hoĩbus qui faciunt troc. de uiolis ſecundum unam deſcriptionem, quam idẽ in cap. de turbith ponit ex authoritate Hamech: ſed iſti ſunt nobiliores Raſ. in lib. Diuiſionum ca. de medicinis colicæ, habet duas deſcriptiones ſed non ſunt eædem, nec in uſu ſunt.

EX PETRO DE EBANO.

XXXI.

DE AGARICO, in cap. de Vomitu.

℞. Agarici boni uigorati. 3. v. zingiberis. 3. i. ſaliſgẽmæ. 3. i. s. maſticis. 3. i. calami aro. 3. i. s. turbith. 3. ii. aniſi. i. aceti. 3. ii fiant ex eis trochiſci. da cum aqua calida.

COMMEN. MANLII.

Iſti troch. apud nos nõ ſunt in uſu: maxime ſcd̃m iſtã deſcriptionẽ. illa uero deſcriptio q̃ eſt magis uſualis eſt una deſcriptio quã deſcribit Meſue in lib. de Cõſolatione medicinarũ in proprio cap. de agarico. qui ſic inquit. & Gal. dixit fiant troc. ex eo. ſ. agarico cũ uino infuſionis zingiberis, in quo puluis ipſius ſæpe ſubmergat, & fiet opatio eius cõpleta, & ex rebus ſibi additis uigorantibus ipm eſt ſpica, & aqua caſei, & pprie ſumpta ex capris. Gal. non ponit in ipſis ſalgẽma, ſed gñaliter moderni addunt cũ infuſione zingiberis parũ ſaliſgẽmæ, & fiunt inde trochiſci, et ad minus debent fieri tribus uicibus. & ſi prædicti troc. fiunt cum agar. prauo, tunc illi trochiſ. in colore efficiuntur nigri, & quando fiunt cum agarico albo, leui. & frangibili, & dulci in primo guſtu, tunc in colore ſunt albi, & etiam ſunt meliores. Dicunt quidam differentiam eſſe inter troch. de agarico, & agaricum trochiſcatum, ſed medicorũ modernorũ opinio eſt uera, q̃ inter agaricum trochiſcatum & troch. de agarico nulla ſit differentia: maxime ſi fiant ſecundum deſcriptionem quam dixi de mente Gal. Scias etiam ſi loco infuſionis zingiberis addas oxymel, & facias inde trochiſcos, ſicut priores: tunc uocatur agaricum trochiſcatum cum oxymelle: cuius etiam eſt magnificata operatio. Democritus autem dicit q̃ agaricus eſt medicina familiæ, qa ad ſingulas partes corporis cõmoditatem affert.

EX FRANCISCO DE PEDEMONTE.

XXXII.

DE SPICA, in cap. de medicinis apoſtematum ſtomachi.

℞. Florum ſquinanti, tapſiæ, ligni aloes, cinnamomi, rheubarbari aã. 3. iii. croci, myrrhæ, apij, aniſi, piperis, coſti aã. 3. i. ſeminis calami aromatici, ſpicæ nardi, aã. 3. iii. bdellii, ſubalbidi. 3. ii. maſticis, ſtoracis liquidæ aã. 3. i. armoniaci. 3. s. fiant trochiſ. in pondere. 3. i.

COMMENTA. MANLII.

Iſti troch. non ſunt in uſu. Raſis in. 9. Almanſ. in cap. de dolore & apoſtemate ſtomachi: habet unam aliam deſcriptionem, & fere eadem eſt.

Spica. ſ. ſpica nardi, ſiue ſpica aromatica, ſiue ſpica auiũ, ut dicit Auic. Macer inquit:

Eſſe gradu primo calidam ſiccamq; periti
Teſtantur ſpicam quæ dicitur indica nardus.

Iſidorus: Nardus eſt herba ſpicoſa, unde a Græcis nardos tacos appellata: quarum alia Indica, alia Siriaca uocatur non q̃ in Siria naſcatur, ſed qd̃ mõs inuenitur alio late rere Indiam ſpectat alio Siriã. Gal. in. 8. ſimpl. inquit: Nardoſtochis. i. nardus ſpicatus, ſiue ſpica nardus celtica ſimilis aliquantulum eſt ſecundum genus in uirtute prædictis. Nardus ora quæ in thilaricis & piricis nominatur, generatur quidem in Sicilia &c.

Tapſia dicitur quia primo in Tapſo inſula inuenta fuit: Arabes corruptæ dicunt teſſiſiæ, ut apud Auic. in. 2. can. & exponit quod eſt gũmi rutæ agreſtis: & ſcd̃m Compoſitorẽ eſt ſetaragi, ut dicit in cap. de cura oppilationis ſplenis.

Setaragi uero, ut dictũ eſt in triphera Saracenica eſt hiberidos. i. naſturtiũ agreſte ſiue ſenatiõ. Raſis loco eius ibi dẽ hẽt xylocaſſiæ. i. caſſiæ lignea. Tu uero conſidera q̃ opinio Franc. eſt q̃ tapſia ſit ſeitaragi, & opĩo Gentillis ẽ q̃ ſit caſſia lignea. Credo qd̃ de ipſa nõ inueniat certitudo qd̃ ſit ſed hodie ſunt qui loco eius ponunt caſſiam ligneã, quidã ſenation, quidam rutã agreſtẽ, ut dictũ fuit ſupra in confectione anacardina conferrẽs ad ægritudines neruorum.

Seminis calami puto qd̃ uult dicere calami aromatici: nam loco eius habet calami aromatici.

XXXIII.

DE SILIQVIS, in cap. de teneſmo.

℞. Gallarum, ſiliquarũ nabati, fructus tamariſci, turris, balauſtiæ aã. 3. i. gũmi arabici, opij aã. 3. s. fiant troc. cũ aqua pluuiali ponderis. 3. ii. s. & uſui reſeruentur.

COMMENTA. MANLII.

Iſti trochiſci nõ ſunt in uſu. Siliqua nabatia. i. ſeptentrionali pte ſiue regione, & eſt fructus lõgus ad ſimilitudinẽ fabæ magnæ, ſed magis ſunt lõgiores & groſſiores, intus hũt ſemẽ ad modũ caſſiæ fiſtulæ, & hic fructus deferẽ de Ianua ad nos, & uocamus ipm carobas: quidem uocant bazianas marinas, & eius arbor eſt ſpẽs darſiſahan. Iſid. inquit. Silicon quã latini corrupte ſiliquã uocãt ideo a Græcis tale nomen accepit, eo q̃ ligni eius fructus dulcis eſt: Sera. uocat ipſam xylocaractã. Dioſ. ſiliqã. Gal. in. 7. ſimpl. inqt: Ceratonia. i. arbor xylocaracte. Siliqua etiã eſt põdus & ponde-

rat uigesimaquarta pars solidi.

XXXIIII.

DE ALVMINE, ibidem.

℞.Gallarum,alluminis, acaciæ, balaustiarum,corticis granatorum,succi hypoquistidos añ. partes æquales, terrantur & clysterizentur cum decoctione mediani corticis glandium,balaustiarum,& rosarum , & fiant inde troch.

COMEN. MANLII.

Isti trochis. non sunt in usu . Rasis in libro diuisionum in ca. de medicinis solutionis uentris habet unam aliam descriptionem quæ eadem est.

Aluminis ſm Dioſco. ſpecies ſunt multæ : ſed medicinæ tres ſunt neceſſariæ.ſ.rotundũ,ſciſſum, & liquidum: rotundum dicitur propter ſimilitudinẽ zucchari:ſciſſum.i. iamenum dictum a vulgo de pluma , liquidum. i. de roccha vel lypparinũ: quando vero ſimplr reperitur alumen , de ſciſſo intelligitur,vt dicit Matt.Syl.in cap.de alumine, & per alumen ſciſſum intelligitur alumen dictũ de pluma , qđ apud quoſdam dicitur fiore de preda : & quando ipſum ponitur in oleo facit lumen ſicut bombix,& non conſumitur .

XXXV.

DE DACTYLIS, in cap. de cura hecticæ febris .

℞.Dactylorum immaturorũ.ʒ. ii. ſpodii armeni , aur.,iiii. roſarum.ʒ.vi.portulacæ, citrulli , cucurbitæ , charabæ añ. ʒ.iiii.fiant ex eis trochiſci.

COMEN. MANLII.

Iſti trochiſci apud nos non ſunt in vſu.*Dactyli* ſecundum Auic.& Petr.de Creſcent.ſunt *fructus palmarum*.Circa in ſtans ait : *Oxyphenicia. i. phœnicon Indi vel dactyli* : dactylus apud medicos *Venetos* ſignificat vnum bolũ caſsiæ .

EX NICOLAO.

XXXVI.

DIARHODON.

℞ Croci.* ℈ ii.gra.vii. camphoræ † gra. xii. roſarum viridium * ʒ.iiii.ſpodii †.ʒ.ii.ſandali rubei *.ʒ.i.s.gr.vii.ſandali albi † ʒ *i*. gran. xii. conficiantur ſic in marmorea pila recentes roſæ ſine intermiſsione terantur: deinde cæterarum ſubtiliſsimus puluis ſpecierum ſuperponatur , & cum ſufficienti rhodomaſte conficiantur , ad vltimum adhibeatur camphora:deinde troc. informẽtur, & ad vmbram exiccentur,& vſui reſeruentur.

* al.ʒ.iiii.
† al.ʒ.i.
* al.ʒ.xx.
† al.ʒ.x.
* al.ʒ.viii.
† al.ʒ.vi.

COMMEN. MANLII.

Trochiſcus ſm intentionem Nicolai eſt rotunda confectio,vt dictum fuit.Iſti trochiſ. reperiuntur etiã in antidotario Meſuæ,ſed non ſunt idem,& propter id ambæ deſcriptiones debent fieri.Nam iſta deſcriptio Nicolai nõ debet adminiſtrari,niſi ſolum in ſuis receptis, vt eſt in diamargariton,& in diarhodon:deſcriptio Meſue non debet adminiſtrari niſi *in* receptis ſuis.ſed ſunt quidam qui faciunt vnam pro alia : & non faciunt differentiam ponere troc. diarhodon deſcriptione Nicolai in receptis Meſuæ,& deſcriptione Meſuæ in receptis Nicolai,ſed recte non faciunt.

Rhodoſtoma ſecundum Cõpoſitorem eſt aqua roſ.quidã dixerunt quòd eſt mel roſatum,ſed non credo,quia idem in deſcriptione pilularum de *cinoglosſa inquit*:Temperentur cum rhodoſtomate.i.cum aqua roſ.& ſic eſt.

XXXVII.

DIAION, e violis,vulgo DIANI. ſeu DIAVI.

℞.Florũ violarum,albarum viridiũ.*.ʒ.v. amyli †. ʒ. iii. ſeminis papaueris albi *.ʒ .ii.&.℈. i. balſami †.℈. i. rheubarbari *.℈. *i*. ſeminis plantaginis †. ʒ. *i*. rhodomoſtomatis. *i*. aquæ roſæ quòd ſufficit,confice ad modum præcedentium.

*al.ʒ.xv.
† al.ʒ. iii.
*al.ʒ. vii.
† al.ʒ.i.
*al.ʒ. xv.
† al.ʒ.iii.

COMMEN. MANLII.

Iſti trochiſci ſecundũ intentionẽ Nicolai dicunt a violis albis quæ *ibi ingrediuntur*, & ſic debent fieri de violis albis,& debẽt poni *in* diamargariton , & pdictæ violæ apud Dioſ.vocantur *leucis*.nam *leucos* album interpretatur .

XXXVIII.

HEDYCROI, vulgo IDIOCRI.

℞.Amonij * ʒ.i.cinnamomi,croci,*folij*,myrrhę, caſsiæ lig. añ.† ʒ.s.ſpicę nardi *.℈ i ¡opobalſami , coſti , ſquinãti,calami aromatici,xylobalſami,aſſari, phu, ana. † gr. xv. maratri,maſticis ana.*.gr.x.tamariſci † gr.vi.vini aſcalonis quòd ſufficit.hæc omnia tere cum vino albo , trochiſcos in forma,& cum fumo ſtoracis ſicca.

*al ʒ.ii
† al.ʒ.i. s.
* al.ʒ.i.
† al.ʒ.s.

COMEN. MANLII.

Iſti trochiſci ſunt in vſu,ſed nõ multũ ingrediuntur in rubea trochiſcata & in ſotira. Gilib. de Angl. in cap. de cura arthritice ſecundum magiſtros habet vnam aliam deſcriptionem quæ eadem eſt, & dicuntur idiocria Compoſitore qui idiocritus dicebatur. Gul. Placentinus habet vnam aliam deſcriptionem quæ eadem eſt.

Vinum aſcalonis ſecundũ Compoſitorem eſt vinũ optimum tendens parum ad rubedinem. Gilibertus eodẽ loco habet alcaloni.Gul.autem ait cõficiantur cum vino in quo diſſoluta eſt ſtorax ſicca.i.calamita.

XXXIX.

CROCOMAGMATIS, vulgo corrupte CROCIMAGNETIS.

℞.Croci.ʒ.iii.roſarum,ameos,myrrhę,añ.ʒ.i.s.xyloaloes ℈.ii.informentur cum aqua roſ.

COMMENTA. MANLII.

Iſti trochiſci ſunt in vſu,quia ingrediunt in rubea trochiſcata & dicunt a croco qui ibi ingreditur.Iſid.inquit: Crocũ magna expreſſus aromatibus crocini vnguẽti atq; informato ſedimine *in* pãnuſculos fit,& ideo ſic appellat . Auic. *in.*2.*can.inquit*:crocoma eſt fex olei de croco.reperit etiã vna deſcriptio troc.croci magna,ſed non eſt eadẽ,& ambæ debent fieri,ſed vna ingredit *in rubea* trochiſcata , alia ingreditur in confectione *diahyrundinis* , vt oſtenſum fuit .

XL.

DIACORALLIVS, vulgo DIACORALLI.

℞.Coralli rubei,cinnamomi, myrrhæ , amomi , papaueris ana.ʒ.iij.ſquinanti,croci,ana. ʒ. ii.calami aro.xylobalſami, caſsiæ,folij,maſticis,phu,polii mõtani,aſari,pedis columbini ana.ʒ.i.de illis oĩbus facto puluere cũ vino tempera , & troc.pẽſantes ſolidos ſingulos in forma,& in vmbra ſicca .

COMMEN. MANLII.

Iſti trochiſci ſunt vſuales apud illos qui facere volũt theriacã quæ fit de mẽte Gal.Andromacus loco troc.diacoralli hẽt troc.alindaracaron ipſe Gal.*in* tra.7.*meimir*.in ca.de expuitione ſanguinis habet vnã aliam deſcriptionẽ : ſed nõ eſt eadem,nec in theriaca *illa* deſcriptio debet poni

Amomũ ſemen eſt minutum,nigrũ , quod ab oriente defertur.Sera.in cap.de amomo dicit.aneuie.i. pes columbi, & eſt amomum.miror verbis Sera. nam in iſtis troc.ingredit amomũ & pes columbinus.ergo non ſunt idem.Verum eſt quòd pedis columbini ſunt ſpecies quatuor , de quarum vna illarum poteſt dici quòd ſit amomum .

Pes vero colũbinus ſm Serap.eſt amomũ. ſecundum vero Modernorum opinionẽ eſt herba habens folia rotunda, parua , diuiſa in magnis & paruis *inciſuris* , ſtipites ipſius ſunt ſubtilis coloris,ſubrubei,habẽtes nodos raros in qbus ſunt duplicia folia,& ſemina tria vel quatuor vel quinque cõiuncta *in* medio eorũ ſicut acus . Hæc apud nos naſcitur in viis ac pratis.auerrois *in.*5.col.dicit: Elnegat.i.pes colũbinus ẽ quatuor ſpecierũ et parũ diuerſificanẽ vna ab alia .

Solidus *eſt* pondus ſecundum Compoſitorem drachmæ vnius cum dimidia,etiam exagium eſt idem.vnde exagium a ſolido differt in nomine ſolo.

XLI.

DE TYRO.

Inuenias tyros longitudine vnius palmi,oculos rubeos habentes,& linguã mobilẽ,& cornua in modum grani frumẽti,caput & caudã tribus digitis mẽſuratis abſcinde mediũ,qđ remanet excoria,& inteſtinis ,piectis optime dulci aqua laua,& ſic coquæ donec ſpinæ a cornibus ſeparentur, & ſpinis ,piectis caro in marmoreo mortario terat & commiſceatur tantundẽ de farina orobi,vel panis aſsi,& cũ iure ipſorũ tẽpera,& fac trochiſcos pẽſantes ſolidos ſingulos & diligentur ſiccentur in vmbra,& vſui reſeruentur.

COMMENTA. MANLII.

Hos trochiſcos apud nos habemus in vſu.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 136 sur 335

Tyrus autem eſt aial,cuius forma eſt, vt dicit Nicolaus: eius ſpẽs ſunt tres.i.tyrus,vipa,& idria.Andronicus inuentor iſtius aialis ſcripſit etiã de forma ipſius, & ait. ꝙ theriaca non dr̃ niſi a tyro ſerpente.Auic.in.5.cano. ponit troch. de viperis,& ibi deſcribit formã viperę,& idem eſt,de quo infra.Iſi.in cap.de ſerpentibus dicit: Vipera dicta quod vi pariat:nam cũ venter eius ad partũ intumuerit catuli non expectantes naturã naturæ ſolutionem, corroſis eius lateribus vi erũpunt cũ matris interitu. Lucanus. Viperei coeũt abrupto corpore nati.Fertur aũt quod maſculus ore inſerto viperæ ſemen expuat.Ex vipera aũt fiunt paſtilli qui theriaci vocanẽ a græcis. Nicolaus dicit. admiſceaẽ cum tyro panis aſſus Andromacus & Aui. habent tortellas .i. tortellas de ſceni:de cuius modo infra apparebit.

EX RASI.

XLII.

DE ERVO, in.8.Almanſo.cap.de morſibus viperarum.

℞.Seminis andachochæ,ariſtolochiæ rotundæ, pigami, farinæ añ.partes æquales:ex iſtis tritis,& cum aceto commixtis fiant trochiſci,de quibus pondus vnius aurei cum vncia vini veteris in potu tribuatur.

COMMEN. MANLII.

Iſti troch.non ſunt in vſu:ſuprapoſita fuit una deſcriptio trochiſcorũ de orobo.i.erui,ſed eadẽ non eſt.Eruum apud Auic.eſt herba Iudaica,ſed apud Dioſ. eruum eſt orobum.

Andachoche vel andachocha,vt apud Auic.& Serap.eſt trifolium: cuius alia eſt ſylueſtris, & alia domeſtica, & alia eſt ægyptiaca,& fit ex ſeminæ eius panis.

Ariſtolochia rotunda dicit̃, ꝙ radicem rotundã habeat. Iſid.inquit: Ariſtolochia dicitur ꝙ mulieribus fœtis optima ſit:nam ſuper ſeſſa poſt partum matricem beneficio vaporis expurgat,& ſunt duæ ſpecies: vna eſt rotunda dicta propter quòd rotundam radicem habeat:altera longa,quia longam radicem habeat. Dioſcorides habet tertiã ſpeciem quæ dicitur dermaticis.

Peganon,ſeu pigamum ſm Gal. in.8.ſimpl. eſt ruta ſylueſtris.Macer in cap.de ruta, quaſi in fine ait. Peganon in græca noſtra.quia ruta uocatur,ſine dubio pigamum eſt ruta.Nam Græci peganon rutam dicunt. Item Circainſtans in cap.de ruta ait:Rutæ duplex eſt maneries ſcilicet domeſtica & ſylueſtris quæ pigamum dicitur, & cum inuenitur. ℞.pigami folia ſylueſtris ponuntur cum ſemi. pigami ſemina collecta per quinque annos ſeruatur.

XLIII.

MVSCATI, in cap.de tremore cordis.

℞.Maſticis, ſpicæ, nardi xyloaloes, cinnamomi, garyophyllorum,galliæ muſcatæ,nucis muſcatæ, cubebæ, cardamomi maioris, & ibelohe, corticis citri,oĩum añ. pondus vnius aurei,muſci ſextam.3.i.ex iſtis omnibus cum vino redolente conſperſis fiant trochiſci.

COMMENTA. MANLII.

Hos trochiſcos nõ habemus in vſu:ſupra habita eſt cõfectio galliæ muſcatæ Meſuæ,et confectio galliæ muſcatæ Nicolai,& ſecundum illas deſcriptiones facimus.

Ibelohe vel ibeleuche eſt cacula,vel cardamomũ minus, & eſt illa qua nos pro cardamomo magiſtraliter vtimur.

XLIIII.

DE OLIBANO, in.9.Almanſo.cap. de paſſione cholerica.

℞.Boli coraſceni.i.critenſis inſulæ thuris ana.3.x.cucubæ, cardamomi ana.3.ii.s.camphoræ, galliæ, garyophyllorum ana.ſextam 3.i.fiant trochiſci pondere aurei vnius.

COMMEN. MANLII.

Hos trochiſcos nõ habemus ĩ uſu.Raſis uero inquit: trochiſ.de olibano,ſed nõ hẽt olibanũ:verũ loco eius hẽt thus, quod idẽ eſt:tũ quidã admirantur dicẽtes:ſi trochiſci de olibano & trochiſci de thure ſunt idẽ:quare idem ponit etiam troc. & de thure. Vnde ad hoc dico quòd ſi doctor ordinat trochiſcos de olibano nõ debent intelligi trochiſ.de thure: ſiſi modo eſt dria inter pilulas de raued, & pilulas de rheubarbaro,ſed moderni non habent cognitionem veram.

XLV.

DE AGNO CASTO, in cap.de dolore ſplenis.

℞.Seminis agni caſti,ſeminis tamariſci ana.3.x. ſeminis endiuiæ,ſeminis portulacę.ana.3.v.ex his fiant trochiſ.de quibus quotidie detur vnus cum ſyrupo acetoſo de zuccharo cuius pondus ſit.3.iij.

COMMEN. MANLII.

Iſti troch. ſunt in vſu multum apud nos. Franc. de Pede mõtium in ca. de cura oppilationis ſpenis habet uuã aliam deſcriptionem quæ eſt eadem.

Agnus caſtus ſm Sera. ex authoritate Dioſ. ſunt ei duæ ſpecies,& dicit̃ chriſtos,eo ꝙ religioſi ſternunt hanc plantã ſub lectis ad refrenãdam libidinem, & noĩatur login ,ppter duritiem virgarum eius, & eſt planta in magnitudine arborũ:naſcitur prope aquas,et in locis aqueſtribus Gal. ait: Id quod adminiſtratur ex hac arbore in medicina ſunt folia & ſemen eſt factum ad modũ piperis, & propter id vocatur piperella. Auer.in.5.coll.inquit:Pentaſuer dicitur a perſis arbor Habraam,& in Latino dicitur agnus caſtus.

XLVI.

DE BALAVSTIIS, in cap.de fluxu ventris.

℞.Gallarũ,ſiliquarũ nabati,ſeminis tamariſci, olibani, balauſtiæ,oĩum ana.partes æquales, opii,gũmi arab. amborũ ana.partẽ mediam,informentur troch.pondere.3.ii.

COMMEN. MANLII.

Hos trochiſcos non habemus in vſu.Aui.in.5.can.habet vnã aliam deſcriptionẽ,ſed non eſt eadem. Idem deſcribit Alexander in cap.de troch.ad dyſenteriam & dyſenteria.

Balauſtia vero apud Auic.in ca.2. cañ. eſt flos mali granati ſylueſtris Perſici aut Aegyptii. Aliud de ipſis capitulũ facit ĩ litera haſceh.Dio.in ca.de malo granato dicit: Agreſtũ aũt malorũ flores græci balauſtiõ vocauerunt, ſed Gal. in.7.ſimpl.dicit cõtra in ca.de iulinar,qui ſic inquit: Iulinar eſt flos mali granati ſylueſtis, ſicut balauſtia eſt flos mali granati domeſtici:nã iulinar apud Arabes eſt Balauſtia.Ha lyabbas aũt gñaliter ſcribit: ſine dubio balauſtia qua apothecarii vtunt̃,& flos mali granati domeſtici ſeu vſuali.

Siliqua nabathia.i.illius regionis, & eſt faba marina vel bazianæ maritimæ,vel charobiæ, vel charub, vel xylocarącta quæ idem ſunt.Supra de ipſis dictũ fuit diffuſe.

XLVII.

DE THVRE, in cap.de ſingultu.

Rec.Thuris.3.s.enulæ.3.iii.mentaſtri,foliorum rutæ ſiccæ, amyli,ana.3.ii.ſeminis nemẽ.3.iii.s. informentur ex his trochiſci ponderis vnius aurei.

COMMENTA. MANLII.

Hos troch.nõ habemus in vſu.Dioſc. in ca.de thure inquit:Thus eſt lachrimũ arboris,qđ Græce libanus dicit̃:qđ aũt de Arabia deferẽ candidũ eſt: quod vero de India ſubrufum,ſed vtrunq; maſculũ dicitur:eſt & tertiũ genus minutũ valde & rufum: de quo mannis maxime fit: ergo optimũ thus quod maſculũ dicitur ſubalbidũ & rotundum.Iſidorus thus maſculum appellatur, eo quòd ſi natura rotundum in modum teſticulorum generaliter. habetur opinio quòd olibanum & thus idem ſint,& ſic eſt uerum.

Nemen ſecundum Sera.in ca.de ſerpillo dicit. quòd nemẽ eſt ſerpillũ:ſed Aui.vel trãslator ipſius errauit ĩ hoc in. 2.cano.vbi capitulũ facit de nemen,& exponit quòd eſt ſyſymbriũ,quod falſum eſt.Nam Ioan.Arculanus in ca. de cura cephaleæ tam calidæ quam frigidæ dicit.quod nemen eſt ſerpillum & non eſt ſyſymbrium.

XLVIII.

DE MYRRHA, in cap.de prouocatione menſtruorum.

Recip.Myrrhæ.3.iii.lupinorũ optime tritorũ. 3.v. foliorũ rutæ,mẽtaſtri,pulegii,cimini,rubeæ,aſſæ, ſerapini, opopanacis añ.3.ii.informent troc. põderãtes.3.ii.ex quibus det̃ vnus in die cum aqua in qua ſemen iuniperi coctum fuerit.

COMMEN. MANLII.

Hos trochiſcos habemus multũ in vſu.Gul.Plac. in ſuo tractatu de confectionibus hẽt unam aliam deſcriptionem quæ eadem eſt Bartholomæus Montagnana in ſuo anti-

dotario habet unã descriptionem troc. optimorum ad prouocandum menstrua, & est eadẽ. Nico. Florentinus in sermone.6.in ca.de retentione menstruorum præternaturam inquit dixit.Alman.troch. de myrrha, & ibi describit eius descriptionem, quæ est eadem, nisi in una re, de qua infra etiam Alman.in libro diuisionum in ca. medicinarum menstruorum. & hæmorrhoidarum habet unam aliam descriptionem,sed prima est nobilior.

Myrrha latinum est, græcus smyrna dicit. scdm Auicen. myrrha est gumma currens super arborem in iameni quæ dimittitur donec congeletur.deinde coiligitur sicut galbanũ:& eius quidem alia est pura & alia adulterata. Melior est illa quæ ad albedinem declinat & rubedinem: non commixta ligno,& cuius arbor est boni odoris.

Lupinus ẽm Sera.ex lupinis sunt quidam qui dicuntur regales & quidã sunt domestici.& domestici comedũtur post eorum elixationẽ,& infunduntur in aqua pluribus diebus.

Rubea.s.rubea tinctorũ: ita hñt alij doctores radix eius herbæ est id qđ est iuuatiuũ in medicina.Pli. ait.Erithrodanis quã aliqui erenthodanũ nocãt.nos rubeã qua tinguntur lanæ pellesq; perficiuntur in medicina vrinam ciet.

Assæ.s.assæ fœtidę nã Bartholomeus loco eius habet assæ fœtidæ quod idẽ est: In hac descriptione codices Nico. Floren.deprauati esse cernuntur.nam vbi debẽt dicere assæ.s.fœtidæ scribitur assę,quod est thymus,sed hic error manifeste comprehendi potest esse scriptoris male intelligentis.debemus aũt ponere assam fœtidã,& non thymum. Rasis non ponit cum quo liquore debeant fieri. Bartho. dicit ꝙ debent fieri cum decoctione sauinæ secundum artem. & sic apud nos generaliter fit ex illa decoctione, etiam sunt q̃ faciunt ipsos cum aqua decoctionis rubeæ tinctorum uel iuniperi,sed prima est nobilior.

XLIX.

DE TAMARISCO, vulgo de Alcarmescit, in lib diuisionum,cap.medicinarum splenis.

℞. Seminis alfagradi,seminis tamarischi,seminis endiuiæ aã.ʒ iij.scolopendriæ quartam vnius.s.drachmæ. fiant trochisci.aure.ii.sumatur cum syrupo acetoso.

COMMEN. MANLII.

Hos trochis.non habemus in vsu.Rasis noiat, troc.alcarmescit,sed ibi alcarmescit non ingredit,sed loco eius habet semẽ tamarisci,ꝙ idẽ est.Aui. in.2. cañ.inquit: Carmezi K est fructus tamarisci etiã Sera.in ca.de tamarisco idẽ dicit, vnde trochisci de carmescit.i.de tamarisco.

Alfagradi vel alfagadi est semen agni casti sicut reperit apud Galenũ in sexto de simplici medicina in proprio cap. de agno casto,& credo esse bene expositũ, nam agnus castus in ista materia multum valet.

EX AVICENNA.

L.

ALINDARACARON, vel Alindaracon, in.5.cañ.aureos passim habet Auicenna.

℞.Corticũ radicis darsisahã.ʒ.vi.supioris squinãti.ʒ.xii.cardami aromatici,costi,xylobalsami.i. assari, myrrhæ,amomi mi,polii montani oium,ana,ʒ.xxiiii.masticis, meruchil,& est alacoẽ alba,phu,ana.ʒ.vi.aristolochiæ rotũdæ.ʒ.xx.rheu barbari,xylocassiæ,cinamomi ana.ʒ.x.spicæ indæ, folii,aã. ʒ.xvi.croci.ʒ.xii.teratur totũ & cribellẽt p se, & cõficiant cũ uino odorifero antiquo declinante ad dulcedinẽ,& fiant trochisc. & exiccentur in umbra, & conseruentur sicut fit in trochis.de viperis.

COMMENTA. MANLII.

Hos trochis.habemus in usu maxime quãdo facere volumus theriacã quæ est de mente Andromachi. Aui.ibi habet duas alias descriptiones,sed hæc ẽ prima: & ẽ nobilior aliis nã Io.Sera.Rasis,Guliel.Pla. isti omnes habẽt primam descriptionẽ,sed Lumẽ apothecariorum vel verius tenebra, scripsit tertia descriptionẽ istius trochis. qui in vsu non est.

Galenus aũt loco troc.alindaracaron.i.Andromachi habet troc.diacoralli.supra in theriaca Aui. posui authores q̃ scribũt istam theriacam,& in quo ca.describũt Darsisahan, est cortex radicis arboris mali granati syluestris, sed nec Aui.nec Gẽtilis cognouerũt certitudinaliter qđ esset darsisahan.Ipse aũt Aui.in.2.cañ. ponit loco darsisahan fructus alienbuc.i.xylocaractæ,sed p illa uerba non cognouit quid esset,& Gentilis credidit ꝙ p darsisahan intelligeret darseni.i.cinnamomũ,quod non est.nã Guliel.Pla.in pdictis trochiscis inquit,& intellige per darsisahan arborẽ habentem spinas magnas quæ appellatur spinum album. Præterea Sera.in ca.de darsisahan dicit ibi.quòd est arbor granati syluestris,& habet spinas. in fine cap.dicit, ingreditur in trochiscis theriacæ, & nominant eum in Barbaria aldai. Lumen malelucẽs inquit,quòd darsisahan est arbor cornuta vel nespilli,quod est falsum,hæc arbor apud modernos dicitur crispinus siue amiberberis.i.spina acuta.

EmeruKit ẽm intẽtionẽ Auic.est alacoẽ alba.Andromachus habet amaracũ.Ras.habet cotillam albam.Io.Sera.habet coen rubeã.Gul.Pla.habet flores cotillæ albæ,& dicit ꝙ appellatur anatellũ fœtidũ.Gal.hẽt amaracũ.Auic.in se cũda descriptione habet alacoẽ, in tertia habet amaracon, & dicit,quòd est alacoẽ alba:hic possumus uidere si Andromachus cõpositor & Auic. uolũt quòd ipsa sit alacoen, siue uchuen,ut apud ipm Auic.in.2.cano. quid autem sit cõiter ignorat.Lumen malelucẽs hẽt amaracũ, & dicit ꝙ est maiorana,sed est falsum.Gentilis in tracta. de febribus dicit. Amaracũ esse maioranã quę dicitur uchuen,sed non est maiorana quæ dr̃ sanfucus.Matt.Syl.dicit:Alacoen.i.pes coruinus,quod est falsum:nã pes coruinus est solutiuus, & alacoen non:nec est camomilla ut quidã putauerunt, sed ueritas ẽ ꝙ alacoen,siue uchuen, siue partemõ, ut apud Dio. siue matricaria idẽ sunt: & qui mihi non credit uideat bene ca.de uchuen apud Aui.cũ cap.de partemõ apud Diosc. & cap.de matricaria apud Sera.& uidebit ꝙ idẽ sunt: præterea uide ꝙ Nicolaus Floren.in lib.7.in ca.de apostematibus emunctoriorum siue de bubonibus dicit:alacoen.i.matricaria,& sic est:& hæc est illa quæ a Lombardis crispula uocatur,& sic ista in prædictis troch.debet poni.

LI.

SQVILLAE.

Oportet ut eligãt de squillis humidis illa quæ est grauis, & non est magna,& non linias ipsam cũ luto, qm̃ illud facit eam rancidam,& corrũpit ipsam. immo linias eam cum fermento,& assa eam in olla,donec coquatur, aut in furno iam calefacto,& extracto cinere eius, aut in patella de terra,super quam coquetur panis eius: cum ergo extrahetur inde,tunc sumatur interius eius leue,& teratur optime, & misceat cũ eo farina orobi recẽs secundũ uirtutem squillæ, & exitus eius. Andromachus uero miscebat cũ parte una squillæ duas partes farinæ orobi, & alii æqualẽ mensuram cum ergo mixta est squilla cum farina orobi:tunc fac ex ea troc.subtiles,& unge manus tuas,& facias ex ea troch.cum oleo rosato,& exicca eos, & conserua eos sicut dicta inferius in descriptione de uiperis.

COMMENTA. MANLII.

Isti troch.sunt in usu apud illos qui faciũt tyriacã Squillã aũt ẽm Aui.est cæpe muris:eo quòd interficit mures. Rasis noiat prædictos trochis.trochis. squilliticos, & uult ꝙ sumatur squilla tpe messium,& oportet ꝙ squilla non sit minima neq; paruissima.Ras.ac Gulielmus uolunt quòd squillæ sit pars una, & farinæ media.etiã Aui. dicit quòd medici sui tpis accipiunt squillæ partes. ii. & farinæ orobi partem unam:sed Andromachus dicit contrarium. hoc est,ꝙ squillæ addere debemus duplum farinæ orobi,& sic fit.

LII.

DE VIPERIS.

Accipiant uiperæ cũ est finis ueris,& incipit æstas,& si fuerit uer hyemale,& dimittant usq; quo cõsequatur æstas, & uiperæ quidẽ sunt serpentes capita habẽtes plana, quę sunt lata ꝓprie apud ꝓpinquitatẽ colli minuti subtilis ualde, quorũ caudæ sunt curtæ strepitũ facientes,& sonitũ in incessu,& istis quidẽ trochiscis non conueniunt oẽs uiperæ: immo flauæ,& de flauis fęminæ, & earũ signũ est quòd masculi in omni latere habent unũ dentem,& fœminæ plures

vno, & oportet vt alienentur cornutæ & variæ, & aſpides declines ad albedinẽ, & non capiant̃ ex piſcinis & littoribus fluuiorum & aquarum, & neq; petroſæ: qñ in eis ſunt quercinæ faciẽtes ſitim: imo capiant̃ in loco longinquo ab humoroſitate, et non capiant̃ illæ q̃ ſunt debilis motus: immo eligant̃ illæ quæ ſunt uelocis motus habentes caput eleuatum, & oportet ut non moreꝫ cum capiuntur ſi poſe eſt, & abiiciantur a parte capitis eius quatuor digiti, & ſiſt a parte caudæ ipſius, & ani eius: ꝙ ſi cucurrerit ex ea ſanguis plurimus, & fuerit motus eius in illa diſpõne plurimus, & mors ipſius tarda, tũc erit electa. Et ſi fuerit parui motus, & pauci ſanguinis, velocis mortis, tunc erit mala, & de ſignis eius iterũ eſt, vt ſit motus eius velox & aſpectus eius aſpectus audaciæ & p̃ſumptionis, & ſit egreſsio fęcis eius ex poſtremo caudæ eius, cũq; mortua ẽ extrahant̃ uiſcera eius, & ꝓprie fel ipſius, & abluaꝫ cũ aqua & ſale ablutione exquiſitiſsime facta, deinde decoquantur i aqua & ſale. Et ſi cũ ea fuerit anethũ non erit malũ in eo decoctione diſcoquẽte cũ qua leuis fiat collectio carnis eius ab oſſe ipſius, mundificetur ergo caro ipſius ab oſſe, & ꝓiiciatur in mortario, & teraꝫ bene, & ꝓcipiaꝫ illi qui facit illud ut odoret oleum balſami & ſiſt inungat ipſum ſuper digitos: cũ ergo cõtrita ẽ miſceaꝫ cũ tortellis ſm deſcriptiones diuerſas & nõ eligaꝫ ſupra deſcriptionẽ Andromachi. deinde fiãt ex ea trochi. minuti ſubtiles, & exiccent̃ in umbra: & reponantur in repoſitorio, & oportet ut non cadat ſuper eos radius ſol. s oĩno, neq; ante exiccationem, neq; poſt ipſam, ſol nanq; deſtruit, et expoliat eos a uirtute appropriata carnibus uiperarum interficiente uenena quæ ſunt ex morſione, & ebibita.

COMMEN. MANLII.

Iſti troch. ſunt de uipera. i. de tyro: & ſic ꝓpter iſtam deſcriptionẽ iſtius troch. tyriaca deriuaꝫ ab eis: quidã credide runt qđ trochiſci de uiperis nõ eẽnt troc. de tyro, ſed errãt. Nam Andromachus vult ꝙ uipera ſit hmõi: & vult ꝙ troc. de viperis ſint troch. de tyro: eiuſdẽ opinionis eſt. Haly. qui dicit ꝙ tyria debet eſſe in ætate adoleſcens ſexu fœmina nõ maſculus, vide etiã ſupra ubi poſita fuit deſcriptio trochi. de tyro quòd ſunt idem. Andromachus & Raſis melius oſtẽdunt de forma viperæ, quã Auic. Raſis in tractãtu tyriacæ inquit: ſumantur uiperæ fœminæ quæ in hoc diſcernunt̃, ꝙ plures duobus habent dẽtes: maſculi vero ſexus duos tantũ hñt dẽtes, ex quibus eligant̃ illæ tantũ quæ rufo uicinantur colori, & ſunt cito mobiles caput frequẽter agitãtes, et quę ſunt bonæ habitudinis, & pingues, oculos habẽtes rubeos & capita lata: quarũ anus iuxta caudã inueniẽ: quę i tẽpore veris colligant̃ in eius. ſ. medio ille tñ quæ in littoribus maris morant̃, aut in lacubus, vel in locis q̃ aquæ ſalſæ vicina exiſtunt: nequaquã accipiantur. ſiſt ait Andromachus. Nicolus Flo. in lib. 4. in cap. de ſpeciebus ſerpentũ inquit: ex eis eſt ſerpens paruus dictus tyrus uel tyria: cuius eſt quædam ſpẽs, quæ etiã tactu occidit. unde Gal. de theriaca ad Cæſarẽ ait: dictũ eſt regina AEgypti q̃ interficit ſeipſam p impoſitionẽ manus ſup tyriã, q̃ ipſa hora appoſitionis mortua, eſt & hoc uolũtarie fecit, qa rex qui inuaſerat regnũ mittebat eã capere, & dicit Gal. ego vidi hãc tyriã in Alexandria & interficere feci eã ſine mora, & poſtea iterũ ait: De viperis ẽt malis reperiunt̃ aliquæ apud nos, & ex iſtis ſunt q̃dã curtæ, & groſſæ dictæ noſtro idiomate ſcorzoni uel ſcurtii. Sias ꝙ prædicti tyri ſpẽs ſunt tres. quarũ una uulgari noĩe dicit̃ uipera, alia dr̃ tyrus, alia hydria, in noſtris partibus bonæ raro reperiuntur, immo hodie reperitur ſerpens dictus ſcurtius q ꝓ tyro habetur, ſed credo ꝙ hodie ſint eſt hominibus qui faciunt theriacã abſq; tyro, uerum tpe quo p̃dicti tyri non reperiebantur collegiũ medicorũ venetorũ ordinauit unã deſcriptionem trochiſcorum qui poſſunt poni in theriaca loco troc. de tyro, ſed melius ẽ ſi poſe eẽt ponere de tyro ſed ad minus malũ eſt ponere illos trochiſcos, quorũ modus iſte eſt ℞. tortellarũ de ſeni. i. panis aſsi. ʒ. iiii. ſ. farinę orobi ʒ. xxii. ſ. tormentillæ, diptami, ana ʒ. iiii. fiant trochiſci ex eis cũ uino in quo infuſum ſit gummi arab. & ſiccentur & reſeruentur. Auic. dicit: Miſceatur cũ tortellis ſm deſcriptiones diuerſas. Nicolaus loco eius habet panem aſſum. Gul. Pla. habet ibi tortellas, & dicit. Per tortellas intelligas panem de frumento coctum, ut poſsit conteri, & in quo nõ ſit multũ fermenti: immo vicinetur pani azimo, ita quòd nõ habeat aliquid acetoſitatis in ſe: immo ſit perfectæ exiccationis, teratur ille panis, vt alchool. i. ſubtiliter & reſeruetur. moderni non faciunt ipſum ſm illum modũ: verum eſt quòd oportet quòd ipſe ſit panis azimus, ſed ſit cũ decoctione maſticis ac paſſularum, ſicut oſtendam infra in emplaſtro diaphœniconis, ſi Deus uoluerit.

LIII.

COCHION, adminiſtrati in mithridato.

℞. Paſſularum rubearum enucleatarum ʒ. iii. glutinis albotin. ʒ. iiii. ſquinãti, myrrhæ. an. ʒ. xii. cinnamomi, bdellii ſub albidi, blactæ bizantiæ, ſpicæ romanæ, caſsiæ, melliloti, cyperi, baccarum lauri ana. ʒ. iii. calami aromatici. ʒ. ix. croci. ʒ. i. bituminis iudaici. ʒ. ii. ſ.

COMMENTA. MANLII.

Hæc deſcriptio eſt ſabor filii ſehel in qua eſt additũ bytumen iudaicũ, & in deſcriptione alia eſt additũ bytumen iudaicum, & in deſcriptione alia eſt additum dariſahan: pondus. ʒ. ii. ſ. & in deſcriptione alia ſunt additæ aſſari. ʒ. ii. ſ.

Iſti troch. de cochion ſunt in uſu, apud illos q̃ facere uolunt mithridatum ſm deſcriptionem cõem. Raſis. & Gulielmus loco eius habent theriacã diffuſio. & idẽ eſt Auicẽ. uero inquit: ꝙ hæc deſcriptio eſt ſapor filii ſehel, in qua eſt additum bitumen iudaicũ: & in deſcriptione alia dariſahã. & in diſcriptione alia aſſarũ. iſta uero duo ſimplicia Raſis & Guliel. non habent. Auic. non ponit modũ ipſos conficiendi: ſed Raſis & Gul. dicunt. conficiant̃ ſic. ea quæ mollificari poſſunt iu uino ueteri poſita reſoluãtur donec liquida fiant. alia aũt oĩa trita & cribellata cum eis iungantur, & cũ melle deſpumato confecta & mixta reponantur. Gulielmus dicit: Medicinæ eius confectionis præter mel & uinũ ſunt xiiij. hoc enim electuarium. ſ. mithridatum ſic confectum ponitur in omni re loco aureæ Alexandrinæ & Hadriani quæ ambæ in antidotario Nicolai ponuntur.

Bitumen iudaicum. i. aſphaltum. nã alij habent loco eius aſphaltũ: quod idem eſt. Dioſ. autem inquit aſphaltum. i. bitumen iudaicum, aliud aridum, aliud liquidum.

LIIII.

DE MEZEREON.

℞. Aniſi, ſeminis apii, calamenti hortulani, mentæ, petroſelini, ameos ana. ʒ. vi. opii, caſtorei, piperis albi, macropiperis, ſiſymbrii, myrrhæ, abſinthij ana. ʒ. iiij. corticum caſsię. ʒ. xii. conficiantur cum melle, & fiant trochiſci.

COMMENTA. MANLII.

Iſti trochiſci non ſunt in uſu, ipſe Auic. habet unam aliã deſcriptionẽ, ſed hæc eſt nobilior. Sed dubitatur cur iſti trochiſci dicantur de mezereon cũ illorum deſcriptionẽ mezereon nõ ingrediatur? Ad hoc poteſt dici ut quidã quòd ẽ nomen equi cum forſan. n. ſignificat nomen cõponentis. Raſis aũt in. 9. Almanſoris in cap. de hydropiſi habet unam aliam deſcriptionem, & ipſe habet mezereon.

LV.

DE RVBEA.

℞. Rubeæ. ʒ. xii. corticum radicum, capparis, ariſtolochiæ longæ, radicum liquiritiæ, ana. ʒ. i. conficiantur cum ſyrupo acetoſo, & informentur trochiſ. ponderis. ʒ. i.

COMMENTA. MANLII.

Hos trochiſ. non habemus in uſu.

Rubea. ſ. rubea tinctorũ quidam uocant uenam tinctorũ, & dr̃ rubea, quia radix eius eſt rubea vnde & in colorando lanas adhibetur, Gal. in. 6. ſimplicium. dicit ſalma. i. rubea hæc medicina eſt rubea qua utuntur tinctores. in ſeptimo dicit coccus baphicas. i. rubea tinctorũ. hæc medicina apud Lombardos dicitur roxani uel roxa.

LVI.

DE CVSCVTA.

℞. Seminis citrulli, ſemi. portula. ſemi. alcheſabran, añ. ʒ. iii. ſuchaha. i. achãtis, arabicæ, bedoardi. i. ſpinæ albæ, fumiterrę añ. ʒ. iiii. dragãti, amyli, gũmi añ. ʒ. i. s. ſpodii, turbit, ſemi. cuſcutæ, añ. ʒ. iiii. tereniabin. ʒ. xxx. zuccha. alhuſar. ʒ. xxx.

croci

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 139 sur 335

croci.ʒ.iii.cõficiãt cũ aq̃ & melle & fiãt.tro.et administrẽt.

COMMEN. MANLII.

Hos trochiscos nos habemus in usu.

Cuscute uero ẽ herba quæ inuoluit.Circa alias herbas, ficut Circa linum,& ꝓpter id a multis podagra lini dr̃. Serap.in cap.de cuscute dicit, ꝙ in latino uocat̃ thima. apud nos dicitur a uulgo grengo.eius forma est sicut epythimi,

Alscechefabram uel sechefabram.idem Aui.in.2.can.habet ca.in litera o,quod dicit oalmarã, sed nõ declarat quid sit.Gẽtilis sup isto uerbo dicit. quòd est herba similis parietariæ:neq; p id credo quòd Gẽtilis cognouerit quid sit,sed uerum sefabran est ozimum carmenũ, sicut reperitur apud Sera.in proprio ca.de ozimo carmeno, de quo supra est dictum in electuario quod dicitur lætificans.

Zuccharum alhusar apud eundem in.2. can. habet quòd est manna cadens super alhusar,& est sicut frusta salis, & in ipso quidem est cum abstersione & resolutione pŏticitas & amaritudo,& de ipso aliud est iamenum album, & aliud est agizium ad nigredinem declinans. aliud cap.facit de hausu rũ,& dicit quòd ẽ arbor arabica armena, & est unum de la cticiniis,& quidam dixerũt quòd desurum est quædam species interficiens sedentẽ in umbra eius, & hæc arbor uidet habere similitudinem cuiusdam plantæ quæ apud Dios.uocatur taxus: sub cuius umbra siquis dormierit aut sederit statim superuenit periculum uitæ, sicut dicit Auic. Sera.in cap. de zuccharo describit formam zucchari alhusar.

LVII.

STELLAE.

℞.Myrrhæ,castorei,spicæ nardi,cassiæ lignea, terræ sigillatæ, corticũ mãdragoræ an.ʒ.iiii.opii,croci,costi,stellæ terræ an.ʒ.v.papaueris albi.ʒ.vi.dauci,anisi,siseleos, seminis iusquiami albi,storacis liquidæ sentinis apii an.ʒ.viii.infunde gummas in uino odorifero,& tere medicinas,& cõfice cũ eo,& fac troch.ponderantes.ʒ.s. & exicẽtur in umbra.

COMMENTA. MANLII.

Hos troch.habemus in usu,sed non multum.Io.Sera.in suo antidotario habet unam aliã descriptionem quę eadem est. Etiam Bartho. Montagnana in suo antidotario habet unam aliam descriptionẽ quæ eadem est, sed sua descriptio in uno loco est falsa:credo tamẽ ꝙ hic fuerit error scriptoris, & infra ostendam errorem ubi sit.Rasis in lib. Diuisio. in cap. medicinarum stomachi, ponit hanc eandem descriptionem.Dominus Mesue in cap.de tussi humida ait:Gale. trochisci cognominati assemus,& sunt trochisci stellæ,conferunt tussi uuamentum sublime.Matth.Syl.in litera t,ait. Trochisci stellæ, & antiqui medici nominauerunt eos aluirola caneæ huiusmodi non permittunt uitam recedere.

Stella terræ apud ipsum in.2.can.uocat̃ lutum samiũ, & ibi inquit ex authoritate Gal.nos utimur eo ex hoc qđ nominatur stella samia. Ego aũt dico ꝙ hoibus uĩ ꝙ illud sit talk: uerum de talk iam dixerũt ueridici ꝙ ipsum inuenit in terra Grecorum,in insula Cypri in.ʒ.can.in cap.de cura sputi sanguinis: iterũ ait lutum samium, & existimauerunt quidam ꝙ nominat̃ Græce stella terræ, & nominibus noiatur pluribus, & vĩ ꝙ sit nomen altalk, & hæc est q̃ Dios. uocat gissamiam, & eligenda est alba ualde.& leuis, ligne adhærens leuis,& aspergens se super chartã,& fragilis qualis est quã multi colerio dicũt:Duo sunt genera eius unum quod ꝑdictũ est, & alterum quod dicit ãster placodes quod est laminosum: ambo ueræ uirtutis sunt: ãster uero placodes est dicta stella lata uel plana.Io.Sera.ibidem habet stellam terræ, sed Bartho.dicit troch.stellæ,sed nõ debet sic dicere:imo debet dicere stella terræ, & hanc terrã multi moderni dicũt esse speciem gypsi, eius similitudo est ut alumẽ scariola, & hæc terra a multis a uulgo in Lombardia talcho uocatur, & sic trochisci de stella terræ sunt trochi. de talcho.idem Auer.in.5.coll.dicit: Terra stellæ.i.talch.

LVIII.

DE croco,lib.iii fen.i.ca.de cura sodæ absq; materia aut adustione solis,& reliquis ex ma calida,aut sanguinea.

℞:Croci aur.vii.myrrhæ aur.ii.expressionis agrestæ,calcadis an.au.i.s.aluminis iameni.i.scissi siue de pluma au.viii. colcothar.aur.v.medicinæ istæ bene puluerizatæ cum uino ponticõ temperentur, & ex eis troch.informentur.

COMMENTA. MANLII.

Hos troch. non habemus in usu. Alia descriptio reperit etiam in antidotario; Bartholomæi de Mõtagnana quæ eadem non est. Idem dñs Mes.in sua practica in ca.de hemicrania calida inquit.Alexã.cõfectio troc. quibus fit linimẽtum ad hemicraniã idem sunt,nisi in una re.& hoc est quod Aui.nõ habet gũmi ara.Mes. uero habet, in reliquis rebus idem sunt.Sed.insurgit dubitatio ex eo ꝙ dñs Mes.dicit in prac. sua in cura sodæ frigidæ hęc uerba formalia:eodẽ mõ trochisci de croco dicti in antido. & tamen in antidotario nusquã reperio illorũ descriptionẽ:tu igitur cõsidera. Matth.Syl.in.ca.de chalcitis dicit.Io. Mes. in troch. de croco. ponit colcothar & calcadis.Gẽtilis in tractatu de febribus ait: Tro. de croco.i.sief de croco nõ inuenitur propria descriptio,sed nescio cur hæc uerba protulerit.

Crocus.i.zafaran.Isid. inquit: Crocum dictum ab oppido Ciliciæ quod uocatur coritium, quanquam & alibi nascatur, sed non tantum uel tale quale in Cilicia: unde & a potiori parte nomen accepit.

Agrestũ aũt fit ex uuis imaturis,et pŏt appellari omphacium Dios. inquit: Omphacium est succus uuarum albarũ imaturarum q̃ uuæ ante dies caniculares colligendæ sunt: Omphacium aũt pŏt capi multis modis:nã pŏt dici ꝙ omphacium est oleum quod fit ex oliuis imaturis, ẽt pŏt dici ꝙ omphacium est succus expressus. uel liquor amarus et acerbus. unde Gal.in li.dinamidiarũ dicit: Omphaciũ sic fit acinis uuæ agrestis expressis:carnes ipsarũ et nucleos in sole siccatos tũdæ,et fac puluerẽ,et erit omphatiũ,ẽt fit ex fructu uitis immaturæ:exprimit enim eius fructus antequã matura sit,et succus inde factus inspissatur et reconditur.

Calcadis apud ipsum in.2.can.in ca. de atramento est uitriolum album, quidam crediderunt calcadis et colcothar idem esse,sed non recte,nam in istis troch.possumus certificari, ꝙ idem non sunt:uerum unum pro alio potest poni. Io.Sera. in cap.de eruptione sanguinis ex matrice inquit, ꝙ calcadis est chalcanthũ:cuius color est uiridis, et quãdo antiquatur calcadis fit colcothar.Io.Arculanus in ca.de ungula ait:Quatuor sunt species uitrioli .s. colcothar quod ẽ citrinum chalcanthum uiride,calcadis quod est album, alsurit rubeum: similiter ait in cap.de atramento.

Colcothar.i.uitriolum citrinum apud ipsum in capi.de atramento.Et idem dicit Nicolaus.Io.Arculanus in ca.de febel dicit,quòd colcothar est uitriolum Romanum.

Vinum ponticum.i.forte uel acutum,non autem dicitur ponticũ a ponto insula, sed hic dicitur ponticum in sapore et idem dominus Mesue loco eius habet uinum forte aut acetum, quod tantum ualet.

LIX.

DE ELLEBORO, in.iii.tertii cap.de cura opilationis accidentis in aure.

℞.Ellebori albi,aur.iii.nitri,aur.xvi.croci aur.iii.constringantur, et terantur cum aceto, et fiant inde troch.

COMMENTA. MANLII.

Hos trochiscos non habemus in usu.

Elleborus ſm Mes.ẽ barba alfugi, et eius duæ sunt spẽs. nam alius est albus,alius niger,et niger incolumior est albo.Gal.in lib.ad Partenianum dicit.veratrum.i.elleborus Auer.in.5.col.dicit.condisi.i.elleborus,ꝙ nõ uidetur uerũ sicut patet per Dios.& Aui.qui de utroq; faciunt capitula. elleborus uero apud teutonicos uocatur velax. si detur in potu de radice ipsius gallinis interficit ipsas.de qua uide Sera.in ca.de elleboro nigro in fine ait.Mesarugie.elleborus albus est fortioris operationis quã niger,& timor ẽ ne ille qui sumit elleborũ incurrat spasmũ,& ipse occidit colũbos qñ infunduntur fabæ aut frumẽtum in aqua in qua infundi tur elleborus,& datur columbis aut pullis ad comedendũ.

LX.

DE BDELLIO, lib.iij.fen.xiiij.in cap.de cura apostematum durorum.

℞.Tritarũ rosarũ.ʒ.x.spice aromaticæ.ʒ.ii.myrrhæ.ʒ.i.co

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 140 sur 335

ſti.ʒ.i.s. maſtici s.ʒ.i.amygdalarum amararum.ʒ.i. s.bdellii .ʒ.iii.terãtur medicinæ & diſſoluatur bdellium cum ſino, & conficiantur cum eo medicinæ, & fiant inde trochiſci.

COMMENTA. MANLII.

Hos trochiſcos nõ habemus iu uſu.Raſ.in li.Diuiſionum in cap.de ægritudinibus hepatis habet unã aliã deſcriptionem quæ eadem eſt.Bdellium uero eſt gũmi, quod ſatis notum eſt.Gal.in.6.ſimp.inquit mochol.i.bdellium, duæ ſunt eius ſpẽs unum eſt ſethelina · & eſt magna & mollior altera,& eius uirtus ẽ mollificatiua.altera uero ſpẽs ẽ arabica.

LXI.

DE CARTA combuſta,lib.iii.fen.xvi.cap.de cura excoriationis inteſtinorum,et ulcerum.

℞.Arſenici aduſti.ʒ.x.corticis æris,aluminis iameni, galla rum,calcis quæ non eſt extincta,an.ʒ.xii.fiant ex eis trochiſci cum ſucco arnogroſſæ.i.plantaginis,quarum unuſquiſq; ponderet.ʒ.iiii.et parum ex eis adminiſtretur.

COMMENTA. MANLII.

Hos trochi.non habemus in uſu, dicuntur aũt trochiſci charta,licet illorum deſcriptionẽ charta non ingrediat.idẽ uero in.ii.cã.de charta ca.facit. idem in cap. de papyro ait. ꝙ ex ipſa quidem fiunt chartæ, et ipſa quidem eſt in potentia charta, et ꝙ ex ea aduſtum eſt.eſt uehementioris exiccationis.Dioſ.inquit.Papyrus.unde charta Alexãdrina fit, utilis eſt:Sera.in ca.de burchdi eſt notũ,et ex eo fiũt chartæ, et utuntur eo medici qũ uolunt dilatare orificia fiſtularum.idem Sera. ait.et Kirtas quidem cõbuſtum eſt fortioris operationis quã burchdi cõbuſtũ. Etiã dicit Gale. hæc herba nõ adminiſtrat in medicina ſola.idem Sera.infra ait. Burdi vis.i. iuncus.hæc uero planta eſt quædam ſpẽs iunci in aquis naſcẽtis, nõ autẽ intelligitur de charta in qua ſcribimus quę ex pãnis lineis fit,ſed ſapiẽtes credunt ꝙ hęc ſit quædam herba in qua Arabes faciunt ſextariola in quibus inuoluũt ſpecies, & quæ eſt quædam herba uiſcoſa naſcens in paluſtribus. unde Auic.prima quarti.trac.ii.cap.x.de curationibus febrium acutarum, ſic inquit:Et ſi domus eſt ꝓximi tẽporis ex quo linita fuerit luto, et ꝓprie illo in quo ponitur loco paleæ cottum, papyri tunc eſt melius.

Aes apud ipſum Aui.in.ii.can.aliud eſt rubeũ ad citrinitatẽ declinãs,& eſt alcabruſi, quod eſt melius, & aliud eſt rubeum clarum,& alium rubeum ad nigredinem declinãs, & eſt genus æris ꝙ dicit talacon.Dioſ. Aes uſtum ꝙ ali calcucecumenon uocant.Serap.inquit. in cap. de ære. Dicit Pbs quidam faciunt ex ære uaſa ad comedendum & bibẽdum in eis, & nocent eis ualde, & hoc notum eſt.

Troch.de cineribus.deſcriptio hoꝝ ab autoribus non reperitur, ſed noſtri medici clariſſimi faciũt ipſos cõponere cũ ſpẽbus electuarii de cineribus,quorũ deſcriptio eſt poſita ex authoritate Aui.& ſic ordinant.℞.ſpẽrum completarum electuarii de cineribus.ʒ.i.cum uino albo odorifero q̃ tum ſufficit, fiant trochiſci & ſiccentur: & uſui reſerua.

EX DINO FLORENTINO.

LXII.

ALCADICON, in ſuo tract.de compoſitionibus.

℞.Calcis uiuæ.ʒ.i.arſenici rubei,& citrin.chali,acaciæ an. ʒ.s.omnia hæc trita cõficiantur cum aqua quæ uocatur prima & in uſu reſerua.

COMMEN. MANLII.

Hos trochiſcos non habemus in uſu.ipſe Dinus inferius deſcribit unã aliam deſcriptionem, ſed eadẽ nõ eſt cadicõ ut dictum fuit ex authoritate Ioan.Sera.ſunt troch.facti ex arſenico: & ſm Almanſorem dicuntur a chali quod recipit Nicolus Flor.in lib.7.in cap.de medicina diminutiua, carnis,ſiue corroſiua eius.habet unam aliam deſcriptionẽ que eſt ex authori.Gale. quæ eadem eſt.

Arſenicũ rubeũ.i.arſinagal. Nicolus loco eius habet auripigmentum rubeum,credo ꝙ idem eſt, & per arſenicum citrinũ intelligitur auripigmentũ citrinũ,ſeu uſuale:et per arſenicum rubeum intelligitur arſenicum dictũ arſinagal.

Kali. uel alkali, ut habet Nicolus eſt quedã planta quæ in litoribus maris naſcit ſimilis uermiculari.i. ſemperuiuæ minori,pinguis & ſalſa,& de cinere ipſius fit uitrum.Sera. in cap.de uſnen inquit:Vſnen eſt herba chali.Aui.in.ii.can. de uſnen cap.facit & dicit. quod eſt plurium ſpecierum, & ſubtilior earum eſt alba,& nominatur ſtercus paſſerum,nõ eſt uſneæ, ut quidam crediderunt. nam uſneæ eſt res collecta ſuper arbores glandium, & alias arbores.

Acacia ſm Aui.eſt ſuccus alchariſti exiccatus,deinde in troch.mutatus, & melior ex ea eſt quæ eſt melioris odoris uiridis declinans ad nigredinem,põderoſior & durior.Me ſue loco eius habet chachie,quod idem eſt.

Aqua prima ſecũdum intentionem Compoſitoris ſic fit. ℞.Calcem uiuam & chali.i.herbã uſnẽ an.partes æquales, & terantur,& ſeptulum præcedẽs ipſorum ex aqua eius admiſceatur, & ſepultũ præcedens ibi moretur quotidie agitando,& poſtea coletur & ex ea conficiantur.& fiãt troch. & reſeruentur.Nicolus loco eius habet capitellũ cõmune, quod fit ex cenere fabarum.& ſtipitibus eius, & calcis uiuæ, & coletur ad modum lixiuii.

EX ANTID. BARTH. MONTAGNANA.

LXIII.

DE CHELIDONIA, pro ruptorio leui,eſt bonum.

℞.Succi radicũ chelidoniæ,urinæ pueri an.ʒ.iiii. calcis uiuæ.ʒ.iii.arſenici citrini.ʒ.i.ruptorii de capitello, bulliant ſimul ſuccus, et urina:deinde ſuper addatur calx, & coquat ad ignem lignorum, uſque ad conſumptionem ſucci & urinæ, et reliqua addantur cum calce, & fiant trochiſci.

COMMEN. MANLII.

Hos trochiſcos nõ habemus in uſu.idem inferius deſcribit unam aliam deſcriptionem quam uocat trochiſcos de chelidonia cauterizatiuos,ſed idem non ſunt nec in uſu.

Chelidoniæ uero ſm Sera. in cap. de curcuma duæ ſunt ſpecies.ſ.maior & minor,& dicit ꝙ nominantur hoc nomine eo ꝙ incipit apparere ante aduentum hyrundinũ,& deſiccatur quando recedunt: putant aliqui etiam ꝙ ſic nominetur,propterea ꝙ quando excæcantur pulli hyrundinum, defert eis mater hanc herbam, & dat eam illis in cibum,& redit uiſus hyrundinibus:de qua etiam Io. Anglicus in ca. de ſterilitate inquit: Et eſt hic notãdum ꝙ chelidonia dicitur quaſi cœli donum,quia ipſa aufert maculam oculorum: et ideo hyrundo quærit eam quando pulli eius non uident, et matricẽ mũdificat,cõceptionẽ ſparata, hictericiã curat, et ſcabiẽ ſuccus eius ſuppoſitus curat et aufert.unde uerſus

Hictericos per ſe ſanat chelidonia ſuccus.
Iniectus oculis maculas diſrumpit eorum.
Aufert, et cancros qualiſcunque capiatur.

Maior uero chelidonia eſt nota, minor eſt illa q̃ apud Arabes memitẽ apud memite dicitur. Leonar. de prædapalea in cap.de formica ait:Foliorum domini Dei.i.chelidoniæ.

Capitellum uero apud nos uocatur aqua forris ſaponariorum,lixiuium eſt de quo fit ſapo, et eius cõpõ eſt diuerſa,ſed illum capitellũ quod ibi ingreditur fit hoc modo. ℞. aquæ primæ ſaponis lib.ii.bulliant longa ebullitione uſque ad cõſumptionem tertiæ partis: deinde addatur calcis uiuę ʒ.i.opii.ʒ.s.et decoquantur:deinde addatur auripigmentũ. ʒ.s. et reſerua, et de hac facias trochiſcos de chelidonia.

EX ANTID. GVLIELMI PLACEN.

LXIIII.

DE CALAMENTO.

℞. Eris uſti.uitrioli de quo fit encauſtrum ana.ʒ.vi. floris æris.ʒ.ii.ſalis armoniaci,baurach.i.ſalis rubei, ſeu aphroniti,arſenici ſublimati an.ʒ.i.s.terantur et dimittantur ſic ꝓ hebdomadam et fiant ex eis trochiſci cum ſucco rutæ.

COMMEN. MANLII.

Hos trochi.in uſu nõ habemus.Guliel.noĩat iſtos trochiſcos de calamẽto.i.calcãtho ꝙ eſt uitriolum, de quo fit encauſtrũ,ſed nõ rectæ:nã hæc cõfectio eſt ſief de chalcanto ſicut apparebit infra ex authoritate Raſ. & uidebis ꝙ idẽ ẽ.

Flos æris non eſt uiride æris ſecundum Simonem Ianuẽſem:uerum multi moderni loco eius ponunt uiride æs.Raſis loco eius habet ziniar.i.uiride æs, ſed opinio Gulielmi eſt quòd flos æris & ziniar idem ſunt,

Arſenicum ſublimatum ſecundum quoſdam eſt argentũ ſublimatum.

ſublimatum. Liber qui dicitur Bulchaſis in lib. i. docet modum ſublimandi arſenicum uide ibi.

EX NICO. FLORENTINO.

LXV.

DE SCOLOPENDRIA, in. v. can. de oppilatione ſplenis.

℞. Scolopendriæ, hyſſopi, praſii, fructus, tamariſci, corticũ radicum capparis an. ℥. ſ. ſemin. agni caſti, ſeminis rutæ, gẽtianæ, ariſtolochiæ rotundæ, florum geneſtræ ana. ʒ. ii. ſ. armoniaci diſſoluti in aceto ʒ. i. ſ. cum quo reliqua componãtur, & fiant trochiſci.

COMMEN. MANLII.

Iſti troch. in uſu nõ ſunt. Ioan. Serap. in ſuo antidotario habet unam aliam deſcriptionem, ſed eadem non eſt.

Scolopendria ut pluries dictum eſt: eſt lingua ceruina.

Geneſtra eſt frutex oĩbus nota. exiſtimant quidã q̃ hæc apud Dioſ. dicitur ſpartus. eius ſemen affertur in folliculis ſicut faſeolus. Gal. in. 8. ſimpl. ait: Spargamum. i. geneſtra: infra de ipſa apparebit melius in unguento geneſtrato.

Armoniacũ gũmi eſt ſatis notum. Gal. in. 8. ſimpl. inquit: Armoniacum eſt gũmi daltalæ, quod eſt unum ex gummis arboris, idem in lib. ad Parthemianum ait: Armoniacum ẽ quaſi lachrymum herbæ, quæ Græce aſilius appellatur.

LXVI.

DE CICADIS, in v. cap. de cura lapidis. per potionem.

℞. Milii ſolis, pentaphylonis, ſeminis urticæ, nucleorum ceraſorum, ſeminis naſturtii, petroſelini, Alexãdri. i. macedonici tartari uini albi an. ʒ. ſ. ſanguis hirci, cicadarũ an. ʒ. iii. galãgæ. ℥. i. olei mucellini, & nardini. i. de ſpica nardi, et balſami ana. ʒ. i. ſ. ſucci ſaxifragiæ. ʒ. iii. miſce, & fiãt trochiſci, & ſiccentur in umbra.

COMMENTA. MANLII.

Hos trochiſcos non habemus in uſu. Cicadæ ſunt quædã animalia de quibus ſupra dixi: ex intentione Iſidori ac aliorum. Hic uero uolo dicere de mente Pli. q̃ cicadæ non naſcuntur in raritate arborum, idcirco nõ ſunt Cirenis circa oppidum, nec in cãpis, nec in frigidis, aut umbroſis nemoribus, Eſt quædam & his locorum differentia in Mileſia regione paucis ſunt locis, ſed in Cefalenia nimis: quidã penuriam earum, & copiam dirimit: at in regio agro ſilent oẽs: ultra flumen in locis canunt pennarum illis natura quæ apibus, ſed pro corpore ampliores.

Vrtica eſt herba ſatis nota. Dioſ. dicit: Acalyphen ſiue ut alii ignida latine dicitur. Vrtica eius altera maior quæ & uſualis eſt, & ſimplex cũ tenui ſemine ac foliis minutis aſperis: altera agreſtis eſt denſioribus foliis atque latioribus nigrioribus. Etiam Auic. in. 2. can. ait: Calife. i. urticæ: eſt etiã alia urtica dicta mortua: & hæc apud modernos dicit Angelica ſeu archangelica. & eſt alia dicta urtica mora: cuius folia magna ac nigriora ſunt, & hæc dicitur milemorbia ſiue herba ficaria, ſed a latinis dicitur ſcrofularia.

Tartarum generatur in uino in fundo: & lateribus vegetis: & eſt fæx vini uel aceti. Concoregius in cap. de ſurditate in ſpeciali, inquit: Tartari quod adheret in parietibus vegetis intrinſecis: hoc notum eſt.

Sanguis hirci, de ipſo dictum fuit: Nicolus nõ dicit hic ſi debet eſſe p̃paratus aut non: ſed in hoc eſt regula q̃ ipſũ nõ oportet adminiſtrari in aliquibus medicinis ſi p̃paratus non fuerit, & modus eius eſt multiplex: ſupra dixi de ipſo i electuario de cineribus ſm intentionẽ plurium doctorũ, ẽt hic iterũ uolo oſtẽdere de modo ipſius ex authoritate Io. Sera. in ca. de illis in quibus generatur lapis, & magnificaẽ. qui ſic inquit: Medicamẽ cum ſanguine hyrci ad dolorẽ renum & lapidem & non eſt ei ſimile, & eſt mirabile, & modus eius iſte eſt: qñ incipit vua denigrari ſumaẽ olla noua a figulo, & fundatur in ea aqua, & ferueat donec auferaẽ ab ea terreſtreitas, deinde decolletur hyrcus, & accipiatur ex medio ſanguis qui currit ex eo in ollam, & nõ accipiaẽ primus ſanguis neq; poſtremus eius, & dimittamus ipſum donec coagulẽ, deinde incidamus ipſum in paruas partes eo exiſtẽte in concauitate ollæ, & cooperiamus ipſum cũ reti ſtricto, aut cum pãno ſubtili raro, & dimittamus ipſum ſub cœlo donec recipiat radios ſolis & lunæ, & dimittamus ipſum donec exiccẽ bene, & caue ne ueniat ei humectatio ex rore, deinde teratur multum, & feruetur, & detur ex eo coclearium unum cum decoctione dulcis aquæ. Idem Ioã. Serap. ait: Et ſm illud quod dixit Filagrius in. 1. ſermonum ſuorum neceſſe eſt ut ſit hyrcus iuuenis in ætate ſua ex eis quibus aduenerũt quaſi quatuor anni, & piiciamus in hoc medicamine folium indum, & amomum, & ſpicam, & quę ſunt illis ſimilia donec aromatizetur odor eius.

Oleũ muſcellinum a muſco dictũ eſt, deſcriptio uero ipſius ſm quoſdam ſapientes reperitur in antidotario Gal. qđ apud nos non eſt, tamen deſcriptio infra apparebit. quidã modernorum crediderũt: quòd oleum balaninum. i. de granis de been eſſet oleum muſcellinum, ſed non rectè.

LXVII.

PHODILLORVM, in. vii. cap. de medicina diminutiua carnis, ſiue corroſiua eius.

℞. Succi radicũ aſphodillorum. ℥. ſ. calcis uiuæ. ʒ. ii. auripigmenti. ʒ. i. conficiaẽ & exicentur ad ſolẽ in mẽſe Auguſti.

COMMEN. MANLII.

Hos trochiſcos in uſu non habemus. dñs Magiſter Pet. Argilla. in cap. de medicinis corroſiuis habet unam aliã deſcriptionem, & idẽ eſt Aphodillus. Circainſtans phodillus eſt centum capita, cuius radix competit uſui medicinę, idẽ dicit Pet. de Creſ. ſed uterq; falſum dicũt dicẽtes q̃ aphodillus ſit centum capita. nam ſi uis uidere certitudinẽ uide in antidotario Gal. in quodam antidoto, quod incipit. Antidotum quod facit epilepticis. & ibi habet cẽtum capita & aphodillos, quod nõ eſſent ſi eſſent idem. ueritas autem eſt, aphodillus eſt herba dicta apud nos porrago propter ſimilitudinẽ foliorũ, & ſecũdũ Papiam aphodillus herba: quam latini albuciam vocant, & centum capita eſt una ſpecies iringi: ſicut patet apud Serap. in ſuo cap. de irringo.

LXVIII.

DE CALCE, ibidem.

℞. Calcem uiuam puluerizatam, & commiſce cum melle & commixta in olla noua, pone in clybano, & dimitte donec comburatur, & uſui reſeruetur.

COMMEN. MANLII.

Hos trochiſcos non habemus in uſu. Petrus Argillata in capitulo de medicinis corroſiuis, habet unam aliam deſcriptionem quæ eadem eſt.

Calx ſcđm Gulielmum Placen. per calcem ſignificamus cinereitatem corporum lapidoſorum, & oſtracorum extinctam: & non extinctam. Auer. in ſ. colliget. inquit: Almura ideſt calx uiua, & eſt calx lapis decoctus.

Peroratio in. viii. ſectionem.

Superno numine ducti cõpleuimus ſermonẽ in ſectionẽ trochiſcorum prolixam aliquantiſper uerum cõpendioſam ſupra modum. Erit uero nunc ſermo noſter circa diſtinctionem. Sief ſecundum mentem diui Ioan. Meſue, & Raſis.

LVMIN. MAIORIS
SECTIO NONA.

ARIDA COLLIRIA, uulgo SIEF, continens. EX MESVE.

I.

CITRINVM, in Practica, cap. de Ophthalmia.

RECIPE Climiæ lotæ, deinde aduſtæ & extinctæ in lacte mulieris. ʒ. viii. ceruſæ lotæ. ʒ. xvi. cro. ʒ. iiii. opii. ʒ. i. dragachanti. ʒ. ii. aquæ pluuialis: quod ſufficit, utere cum albumine oui.

COMMEN. MANLII.

Sief uero apud nos eſt cõfectio ocularis formata ad modũ nuclei dactyli quę fricaẽ ſuper cotem cũ aliquo liquore conuenienti. hanc medicinam quidam collyrium uocant. Clinia ſeu cadmia, ut apud Dioſ. dicit q̃ bona eſt cyprya

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 142 sur 335

& botyriades, & quæ ſpiſſa fuerit Serap.cap. de climia inquit. Quod eius ſpecies ſũt duæ, ẽ lapis repertus in cypro in curſibus aquarum, & eſt petroſa, & melior aliis ſpeciebus climiæ, & alia generatur in fornacibus, & aggregatur in recto fornacis qñ purgatur æs, & generatur ex ære quando ponitur in fornace, & liquefit: nam reſoluitur fumus ab eo, & adhæret parietibus fornacis in tecto eius &c. ſecũdũ modernorum opinionẽ climia eſt fuligo, uel fumus qui adhæret ſuperioribus partibus fornacis in purificatione auri uel argenti, uel aliorum. unde dicitur climia auri uel argenti, de qua uide in. 2. can. Aui. qui cap. de utraque facit. ille lapis quem dicit Sera. credo quòd ſit lapis dictus a uulgo calamina, ſeu calaminaris, de quo tingitur æs.

Modus aũt lauandi climiam. & adurẽdi habetur in libro qui dr̃ Bulchaſis in lib. 1. in cap. de modo præparandi Katiamiam. i. thutiam. nam climia eſt ſpecies thutiæ, & ꝓparatur ſicut thutia: etiam Serap. in cap. de thutia habet modum lauandi thutiam, & dicit. Abluitur ſic climia, lauatur etiã thutia ſimiliter, & in iſta materia lauatur ipſa cum aqua roſa.

Ceruſſa. i. biaccha quæ ſatis eſt nota. de modo abluendi docet Seruitor in ſuo li. & eius modus iſte eſt. tere ceruſſã in aqua ſæpe, & proiice ſupra aquam ſæpe, & fiat hoc ſæpe tandiu ꝙ non appareat ſuper aquam aliquid putredinis. deinde collige, ſicca & reſerua, & bona ceruſſa eſt, quæ multũ eſt candida, & partes eius ſunt de ſe clare, & quando tangis eam digito inuenies partes eius leues ſine aſperitate.

II.

ROSATVM, ibidem.

℞. foliorum roſarum rubearum. ʒ. xv. croci. ʒ. viii. opii. ʒ. ii. ſpicæ indæ. ʒ. ii. gummi arab. ʒ. viii. aquæ pluuialis quãtum ſufficit.

EX RASI.

III.

ALBVM, in. 9. Alman. cap. de ophthalmia.

℞. Ceruſæ ablutæ. ʒ. x. ſarcocollæ groſſæ. ʒ. iii. draganti. ʒ. i. opii. ʒ. s. fiant ex eis formæ lenti ſimiles.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud ſief apud nos non eſt multum in uſu: & eius modus eſt duplex, uidelicet ꝙ ipſum poſſumus facere cum opio & ſine opio, ſi cũ opio facere uoluerimus addaẽ de opio in põdere, ut dicit Compoſitor: ſin aũt ſine opio facere uolueris non ponit̃ aliquid opii. Meſue in cap. de ophthalmia habet multas deſcriptiones: quarum una eſt deſcriptio filii Zachariæ quæ eadem eſt niſi in una re & hoc eſt quòd Meſue habet amylum. Raſis uero non: in reliquis ſunt idem.

Sarcocolla ſm Auic. eſt gummi arboris ſpinoſæ, & in ipſa eſt amaritudo: & melior ex ea eſt illa quæ ad citrinitatẽ declinat & eſt ſimilis olibano. i. thuri: medici noſtri dixerũt ꝙ hanc medicinã in collyriis non opportet ponere ſi nutrita non fuerit in lacte aſinæ. Et eius modus iſte eſt. Accipe de ſarcocolla bona alba groſſa, & pone eam in uaſe uitreo amplioris orificii, & mulge ſuper eam lac aſininũ in quãtitate pauca ne infundatur in ea, & liquefiat, ſed remanet ſic, & pone ſubito in ſole, ut citò deſiccetur, & quando erit ſicca, oportet ut iterum mulgeas ſecundum quantitatẽ prioris, & ſemper caueas ne coperias eã lacte, ne acceſcat lac antequam deſiccetur & deſtruatur, et fac ita quater: & cũ hoc feceris ſicca bene, & cõſerua: et ſi nutrire uolueris in lacte mulieris eadem formã & modo facias

IIII.

DE THVRE, in. 9. Almanſo. cap. de ulceribus oculorum.

℞. Armoniaci, ſarcocollæ. an. ʒ. s. thuris. ʒ. x. croci. ʒ. ii. cõficiantur cum mucillagine fœnugræci & fiant ex eis ſief.

COMMEN. MANLII.

Iſtud ſief non eſt ualde in uſu. Meſue in cap. de uulneribus & ulceribus oculorum habet unam aliam deſcriptionem quæ eadem eſt.

Thus uero eſt olibanũ de quo ſupra in troc. de olibano.

V.

DE PLVMBO, ibidem.

℞. Plũbi aduſti, antimonii, thutiæ ablutæ, calcucecumenõ, gummi arabi. draganti an. ʒ. viii. opii. ʒ. s. terantur & cum panno ſericino. i. de ſerico qui ſit ſubtiliſsimus cribellẽtur & conſpergantur ex aqua pluuiali, & fiant ex eis ſief.

COMMEN. MANLII.

Iſtud ſief in uſu non eſt. Meſue in cap. de uulneribus & ulceribus oculorum habet unam aliam ex authoritate filii Zachariæ. i. Raſis quæ eadem eſt.

Plumbum ſpecies eſt antimonii. Plini. uocat plumbum quandam ægritudinem oculi quæ curatur cum quadã herba quæ Græce dicit̃ molẽdina: quod eſt dictu plũbago. Aui. in. 2. dicit, Alaunoch & alahabar utrumq; eſt plumbum nigrum: in quo eſt ſubſtantia aquoſa multa: quam congelauit frigus. Modum autem aduſtionis eius docet Bulchaſis in li. 1. qui eſt iſte. ℞. Laminas plumbeas, & pone in olla fictili, et proiice ſuper eas parũ ſulphuris radendo ipſum ſulphur ſuper eas: deinde accipe alias laminas plumbi, & pone ſup primas, & iterum radas ſuper eas de ſulphure: & iterũ alias laminas ſuper pone, & ſulphur rade: & fac ita quouſq; olla ſit plena: deinde accende ſuper eas ignem: & quando uideris plumbum inflammari oportet ꝙ commiſceas cum uirga ferrea donec plumbum cõuertatur in cinerem: ita ꝙ nihil remaneat de ſubſtantia plumbi quin ſit totum in cinerẽ conuerſum: & quando erit ita aufer ab igne, & dimitte in frigidari, & oportet quòd ille qui hoc facit cooperiat faciẽ ſuam, nam odor multum nocet, & ſic utere.

Antimonium uena eſt terræ ſimilis plumbo, ſed antimonium teritur & non funditur: plumbum uero funditur & non teritur. Dio. uocat ipſum ſtibium, & inquit. Stibius formoſus eſt & lucidus, & qui radioſus apparet cum fractus fuerit, & guſtu ſalſus, & fragilis nihil habens teroſum aut ſordidum: hunc multi ophtalmon nominant. Hæc eſt medicina ocularis, quæ ſatis eſt nota.

Thutiæ uero nomen cadit ſuper tres res. primo ſuper id de quo Aui. in. 2. can. proprium cap. facit ſub nomine thutiæ. & Dioſ. ſub nomine pompholix, cui ſunt duæ ſpẽs: una quarum dicitur pompholix a Dioſco. alia ſpodium: quæ ab Auic. dicitur ſuccudus, & ambæ ſunt fuligo ex fumo eleuato in fornace in qua fit auricalcum, & eleuatur ille fumus a lapide calaminari: quo æs tingitur, & fit auricalcum. Moderni generaliter loco ſpodii utuntur oſſe elephantis combuſto. Gal. in. 8. ſimpl. dicit: Cadmia. i. thutia, de modo: ipſam abluendi uide Albuchaſin in lib. primo.

Chalcucecamenon. i. æs uſtum: & eſt nomen compoſitũ a chalcos: quod eſt æs cecamenon incẽſum. Dioſ. in cap. de ære dicit: Es uſtum quod alii chalcucecamenõ uocant. Circa inſtans, æs uſtum. i. chalcecumenon. Auerr. in. 5. col. ait: Chalcecumenon. i. æs uſtum. idem ait Leonard. de predapalea in ca. de ulceribus putridis: & ſic eſt ſecundum ueritatem: modum aduſtionis eius docet Dioſ. in proprio cap. de ære: & idem facit Sera.

VI.

RVBEVM, in. 9. Almanſ. cap. de ſcabie, & ſebel.

℞. Hæmatitis, colcotar combuſti. i. uitrioli citrini an. ʒ. iii. æris uſti. ʒ. ii. myrrhæ, croci, ana. ʒ. i. piperis lon. ʒ. s. cõſpergantur ex uino ueteri, & fiant ex eis ſief.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud ſief in uſu nõ eſt, & dr̃ rubeum a colore ipſius propter lapidem hæmatitem. i. ſanguinarium qui ibi ingredit̃. Meſue in cap. de ſcabie oculorum habet unam aliam deſcriptionem, & loco hæmatitis habet ſedenegi. quod idem eſt.

VII.

VIRIDE, in. 9. Almanſ. cap. de ungula.

℞. Ziniar. ʒ. iii. colcotar uſti. ʒ. vi. arſenici rubei, baurach, ſpumæ maris an. ʒ. i. ſalis armoniaci. ʒ. s. armonia. ſ. gummi. ʒ. ii. armoniacum in ſucco rutæ diſſoluatur: & ſpecies ex eo conſpergantur, & fiant ex eis ſief. eſt enim mirabile.

COMMEN. MANLII.

Iſtud ſief apud nos nõ eſt in uſu. Meſue in cap. de ſcabie oculorum habet unam deſcriptionem, & eadem eſt.

Ziniar. i. erugo æris Liber ꝙ dicit̃ Bulchaſis in lib. i. docet modũ faciẽdi ipſum, & abluendi, & colligendi ex eo ꝙ eſt bonum. Auic. in. 2. can. de ziniar ca. facit, & dicit ſpẽs faciendi

ciēdi ziniar ſunt cum exaſperatione æris in fæce aceti,& ro ratione lĩmaturę eius cum aceto,& ſepultura ipſius in loco humoroſo,& inclinatur uas æreum ſuper uas in quo eſt ace tū,& dimittatur quouſq; in ipſo fiat ziniar. Auer.in.5.coll. dicit:Ziniar.i.uiride ęs,& ſic eſt ſecundum ueritatem.Meſ. loco eius habet florem æris,& idem non eſt:ut dicit Simon Ianuenſis.nerum hodie unum pro alio ponitur.

Spumæ maris ſm Auic.& Sera.ſunt quinq; ſpēs.Idem di cit Dioſ.q ipſam uocant Alcioniū,ſecundum Pli.qui,ſimili ter uocat.Quatuor ſpecies tātum deſcribit.Gal. in tract.1. de meimir.in cap.deſcriptis in alopecia &c. ait adarcham, & in medio eorum eſt uocata ſpuma maris.Dinus Flo.in li. 2.in cap.de cura ſcrofularum dicit:Pumicis.i.ſpumæ maris ſed non mihi placet.nam uera ſpuma maris eſt ſpiſſa,ſolida, grauis,habens odorem piſcium putridorum,ſimilis ſpōgię, & inuenitur in litoribus maris.

VIII.

DE CALCANTO. ibidem.

℞.Aeris uſti,chalcanthi an.3.s.ziniar.3.ii.ſalis armoniaci, baurach,arſenici ſublimati a.3.i.terant̃,& per hebdomadā unā dimittant̃,deide fiāt ex eis ſief,& fricet ungula cū eis.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud ſief in uſu non eſt.Gulielmus Lombardus(ut dictū fuit)deſcribit trochi.de calāmentho.i.de calcanto,& idem ſunt cum ſief de calcanto,ſed non recte. Nam aliud eſt ſief, aliud eſt trochiſcus,ut oſtenſum fuit.

Chalcanthum apud Aui. in ca. de atramento eſt uitriolū uiride.Idem facit aliud capitulum de chalcātho.Ioā.Arcu. in ca.de ungula dicit:Chalcanthum.i.uitriolū uiride. idem dicit Gal.in.8.ſimp.& idem Gal.dicit.calcantos.i.æris flos & eſt nomē cōpoſitū a chalchas græce quod eſt æs, anthos uero flos,unde calcathos.i.æris flos, ſed calcanthum eſt uitriolum uiride de quo fit encauſtrum.

IX.

DE FELLIBVS, in.9.Almanſ. cap. de aqua deſcendente in oculum.

℞.Fellis gruis,fellis ſaboth,fellis hyrcinis,,fellis accipitris, fellis aquilę,fellis perdicis omnium ſiccorum unum aut plu ra,ſumantur quoq; pro omnibus.3.x. iſtorum ſiccorum eu phorbii,colloquintidę,ſerapini omnium an.i.trita aggregē tur ex ſucco fœniculi teneri,& mittantur in oculos,

COMMEN. MANLII.

Iſtud ſief non eſt ualde in uſu,& hoc uenit quia ſimplicia quæ in eo ingrediuntur difficilia ſunt inueniri tempore de bito,aliter magis in uſu eſſet. Meſ.in ca.de debilitate uiſus ait.inquit.Gale.fella omnia abſtergunt oculum, & clarifi cant uiſum,& eligantur ex animalibus.ibi dominus Meſ. al legat quædam ſimplicia, quæ etiam in iſto ſief ingrediūtur, dequibus infra.

Grus eſt auis uolatilis,cuius forma omnibus nota eſt.

Saboth ē piſcis,nā Meſ.dicit,& ex piſcibus eſt fel ſaboth quid ſit generaliter ignorat̃.Bartho.Montagnana in ſuis cō ſiliis in conſilio de medicinis cōis iuuamenti ad nocumēta ſtomachi uiſus & auditus, in quodam collyrio bono habet fellis ſaboth.& inquit.quod eſt piſcis nominatus lucius,idē in conſilio ad malam complexionem frigidam & humidam ſtomachi &c.dicit fellis piſcis ſaboth,& eſt lucius uel uaro lus.iſta uerba non conueniunt eſſe idem, nā aliud eſt lucius aliud eſt uarolus,uerum autem eſt q ipſe eſt uarolus, & eſt piſcis nominatus labrax, & habet plura nomina ſecundum prouincias nam ſaboth apud Romanos uocatur ſpinula, a Venetis uariolus,& ab alius louacius.

Accipiter auis eſt q̃ nos in manu portamus in ciuitatib. ac aliis locis. Iſid.ait: Accipiter dicit accipitris a capiendo ē.n.auis rapiēs alias, auis auida.ideoq; uocat̃ accipiter hoc eſt raptor.quia rapit.ſiquis accipit ipſum,fertur aūt accipi tres circa pullos ſuos impios eſſe. nā dū uiderint eos poſſe tentare uolatus nulla eis p̃bent eſcas ſed uerberant pennis: & a nido præcipitant:atq; teneris compellunt ad prędam: ne forte adulti pigreſcant.unde hæc auis ſatis nota eſt.

Aquila eſt auis ex uolatilibus, q̃ dñi Italici pro ſigno uictoriæ portant.Meſue idem laudat,hæc uero auis reperitur in partibus Indiæ,& iuxta litora oceani. etiā inuenit̃ apud nos,tamē raro.Sera. facit capitulum de lapide aquilæ & in quit,q eſt lapis indus qui quando agitatur auditur intra ip ſum lapillus alius, & minera eius eſt in montibus Indiæ in ter chinoas& ſaradin,& græci nominant eum antarront,& expoſitio eius eſt alleuians partum.

Perdix auis eſt quæ genere eius conturnix nūcupatur.ē enim auis q̃ ſatis nota eſt.hæc apud Aui.in 2.can. vocat̃ cu bugi.Gētilis ſuper 3.can.in cap.de cura lubricitatis ſtoma chi ait:Cubugi.i.pdix. Simō Ianuē.ait: Cubugi dī perdix & algel.Itē Matt.Sylua.in litera c.ait:Cubugi.i.perdix Io. Anglicus in cap.de debilitate viſus, & cæcitate accidētali inquit.℞.fellis galli,aut perdicis, aut faſiani q vocatur alcu bugi a Meſ.& q cubugi ſit capo ſeu gallus, & ex hoc colli gi videtur.nam Aui.in 2.can.in cap.de harmel allegās ver ba Dioſ.dixit q ipſa trita cū melle & vino, & felle alcubu gi & gallinarum,ſed patere pōt legenti q Dioſ. in loco al legato non habet fel alcubugi,ſed caponis Serap.vero etiā eodē loco ex verbo Dioſ.habet fellis galli.Item Dioſ.in c. de felle laudat fel cubugi.Serap.eodem loco auc.Dioſ. lau dat fel galli ex quibus poſſumus comprehendere intentio tionem Aui.fuiſſe q cubugi ſit capo,& Serap. q ſit gallus, ſed intellexit vt opinor de gallo ſylueſtri, qui faſianus ap pellatur,quem aliqui dicunt eſſe cubugi, licet velit Simon q non ſit capo,& Meſue quod nō ſit gallus,nec perdix. Nā Meſue in capi.allegato ſcripſit cubugi,& galli,& perdicis, ex quo apparet quod ſecundum eum idem non ſunt. tamen intentio Arabum eſt quòd cubugi,eſt algel aut perdix.

X.

MEMITHE, in Synonymis.

Fit hoc modo.exprimitur ſuccus memithe, & in ſole de ſiccatur,& ex eis informantur pilulæ in modum nuclei da ctylorum,uel informantur magdaleones parui.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud ſief non eſt in vſu: tamen eius compō in alijs colly rijs multum operatur,Memithe vero ſcd̃m Sera.ex autho ritate Dioſ. eſt ſuccus herbæ eiuſdem nominis quæ eſt ſimi lis in foliis ſuis herbæ ſpei papaueris dicti ceratides.i. cor nuti, niſi quia eſt in ea humiditas adhærens manui, & poſt propinqua terræ:& habet grauem odorem,& habet multū ſuccum & color ſucci eius eſt ſimilis colori croci.hæc apud Dioſ.ſub iſto nomine non reperitur. verum eſt q Dioſ. de ipſa facit cap.ſub nomine glaucium; quod idē eſt:quid autē ſit cōmuniter ignoratur,ſed ſcd̃m eſtimationem moderno rū eſt ſpecies chelidoniæ,& ſine dubio hoc ſonat.Nam Se rap.in cap.de curcuma.i.chelidonia inquit: Minor chilido mon,& eſt memithe.Nicolus.Floren.in lib.5.in cap.de hy dropiſi in ſpeciali dicit memithe.i.volubilis minor, ſed nō bene ſonat hic textus.nam idem in 7.libr.in cap. de apoſte matibus emunctoriorum ſiue de bubonibus ait. Memithe. i.chelidonia,quod recte dicit Io.Arculanus in cap. de cu ra cephaleæ,tam calidæ quam frigidæ dicit: Sief memithe. ſuccus memithe,per decoctionē inſpiſſatus uel ad ſolem,& eſt herba ſimilis papaueri dicta glaucium,& eſt ſpecies che lidoniæ.Ille autem ſuccus ſic inſpiſſatus dicitur ſief,videli cet ſief memithe,& eſt medicina ocularis.Itē Ioan. Angli cus in cap.de ſurditate & debilitate auditus ait:Succus me mithe, ideſt chelidoniæ agreſtis.

Guliel.Placen.ait: Memithe eſt ſimile glādibus coloris citrini, & eſt fructus cuiuſdam herbæ quæ naſcitur in litori bus aquarum.Idem dicit Aui.in 2.can.bulchaſis in li. 2.do cet modum exprimendi ſuccum ex memithe, & ignorat de ipſa inuenire veritatē quid eſſet. Moderni vero hñt ipſā p cognitionē uerā,nā vt dictum fuit de mente Sera. ipſe vult q ſit chelidonia minor, & ſic hodie gñaliter habet opinio q̃uis aliqui cōtradicāt dicentis q memithe non eſt chelido nia:nā chelidonia eſt calidę cōplexionis,memithe,vero fri gidæ,quibus reſpōdetur, quòd & ſi chelidonia ſit calidæ cō plexionis ,ppter hoc tñ non tollitur quin memithe ſit ſpēs chelidoniæ uidelicet chelidonia minor.nā qui dicūt q che lidonia eſt calidæ complexionis forte intelligunt de chel-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 144 sur 335

donia maiori,uel de eius succo uel radice, sed hoc nullã in cludit repugnantiam, ꝙ chelidonia minor non sit frigidæ uirtutis:non.n. repugnat in eadẽ spẽ esse indiuidua seu simplicia diuersæ complexionis: & hæc apud Lombardum reperitur in hortis hac locis aquosis, & est quam angelicam siue archangelam uulgo uocamus.Et sic si legis bene illa capi.uidebis ꝙ angelica est memithe in foliis,in colore,in radice,& in reliquis.Præterea in foliis multũ similatur chelidoniæ maiori.

Peroratio in.ix.sectionem.

Habita sectione de sief cõsequenter elucubrabimus sectionem de pilulis secundum mentem diui Mesue & aliorũ doctorũ clarissimorũ. Si modo tenues uires nostras pauulum refocillauerit ipse Deus bonorum omnium largitor sine cuius nutu quæ fiunt omnia cassa atque irrita extant. Is igitur adiutor ac protector noster adsit.

LVMIN. MAIORIS
SECTIO DECIMA.

CATAPOTIA, SEV PILVLAS CONTINENS.

EX MESVE.

I.

ALEPHANGINAE, quarum interpretatio est de Aromatibus.

℞ECIPE cinnamo.cubebæ,ligni aloes, calami aromati.macis, nucis muscatæ, cardamomi garyophyll.asari,masticis, squinãti, spicæ,carpobalsami, añ.3.i.absinthii,succi, rosarũ, añ.3.v.terant cõtritione grossa,& fundãtur super ea quæ li. xii. & coquantur usq; ad consumptionem duarũ partium: deinde fricentur manib,& colãtur,et exprimatur aquositas eius. Et recipe aloes succotrini boni * lib.i.& lauetur in scutella lapidea uitreata cum aqua pluuiali lauationibus † pluribus: deinde exiccetur & fundatur super ipsum expressionis prædictæ circiter lib.ii, & terantur in sole:deinde admisceantur cum aloe, myrrhe, masticis añ.3.v.croci.3.iii.tere contritione bona: deinde p dictæ expressionis residuum super ea fundatur, & conterãtur usque dum siccentur, & fiant ex eis pilulæ in modum ciceris, & da ex eis añ.3.ii.usque ad aur.ii.

* aliis potius augẽda'quã minuenda videt aloe.
† Multi nunc aloẽ lauãt cum aqua in qua rheũ herbarum longo tẽpore maduerit, aliꝰ cũ brassicæ succo

COMMENTA. MANLII.

Istæ pilulæ apud medicos nostros sunt nobiles, & ipsis utuntur multum sub nomine pilularum alephanginearum, & de aromatibus quod idem est. Pilula autem a rotũditate dicitur:nã eius forma est ut pila qua luditur,etiam põt dici ꝙ dicũtur pilulæ a pistando: nam ipse fiunt cum pistello in mortario cum multo labore:in aliquibus libris inuenit pilula ꝓ cataputia.Papias catapodia dicta,eo ꝙ modica potetur uel inglutiatur:& est pila.in libris de Græco translatis reperitur sæpe catapodia ꝓ cataputia. Sunt ex hoĩbus qui fortasse quæritabũt,quare inoleuit usus ꝙ pilulæ dentur in numero impari laxatiuæ.Ad hoc rñdet Conciliator differẽtia.49.circa medium dñę dicens,ꝙ illæ pilulæ debent agere. actionis aũt ratio sumitur a forma tanquam ab eo quod ipsius est principium sustentatiuũ & non a materia. Impar uero habet rationem formæ,& multa alia dicit q̃ uideas.

Aloes succotrinus ſm ipsum Mesſ. est nobilior aliis speciebus aloes, & dicit succotrinũ, quia fit in Succutri prouincia, et hæc plaga apud Arabes uocatur zambaera. Isid.in ca. de herbis aro. ait.aloe herba amarissimi succi panacæ. Papias,aloe spẽs aromatica amarissimi succi herba resistẽs uermibꝰ,& putredini,si abluere uis aloem,qui ibi ingredit fac ſm formam, quam tradit Mesue ibi. ſm quosdam prædictus aloes lotus debet poni in hiera.Gal.ac in aliis locis. sed supra ostendi per aliam uiam in hiera.Gal.ut docet Bulchasis in tractatu 2.qui inferius in cap.allega. inquit,& utere in medicinis laxatiuis, & in speciebus hieræ, & in aliis medicinis,in quibus aloes ingreditur.

II.

STOMACHICHAE, vulgo Stomaticæ.

℞.Hieræ picræ.ſ.hieræ simplicis Gal.3.viii.triũ myro. an. 3.iii.agari.3.ii.turbith boni.3.x.epithymi cretẽsis,3.3.ii s. salis indi.3.ii.absinthij,scammoneæ a.3.iii. penidiarũ.3.iij. & fac pilulas cum succo scariolarum.dosis eius est.3.ii.

COMMEN. MANLII.

Istæ pilulæ ſm quosdam sunt illæ quibus utimur.Mesſ.autem ĩ distinctione de pilulis habet multa descriptiones sub nomine pilularum stomachicarum,& omnes differũt inter se.uerum omnes stomachum mundificant,& propter id sũt qui faciunt unam descriptionem pro alia. Moderni uero doctores laudant primam descriptionem & penultimam, ex his quæ in hac distinctione ponuntur.& sic infra apparebit alia descriptio.Mesue habet trium myrobalanorum qui sunt isti.ſ.citrini,chebuli, & indi.nam bellerici & emblici non computantur inter species myrobalanorum.quare idẽ & Serap. de illis tribus in uno capitulo loquuntur & de aliis separata faciunt capitula.

Scariola de ipsa dictum fuit in syrupo de cicorea.

III.

AGGREGATIVAE, ex inuentione nostra.

℞.Myrobalano.citrinoꝝ,rauedſeni.añ.3.iiii. succi eupatorii,succi absinthii añ.3.ii.scamoneæ anthio.coctæ in pomo. 3.v.chebulorũ,indorũ,agarici,colloquitidæ,polypodii,añ. 3.ii.turbith boni,aloes añ.3.vi.masticis, rosarum,salis gemmæ,epithymi,anisi,zinzib.ana.3.i. electuarii rosati. q. ſ. ad aggregationem,fiant pilulæ grossæ,da 3.i.uel aur.vnum.

COMMENTA. MANLII.

Istæ pilulæ sunt ex inuẽtione Mesſ.& sic ſm istam descriptionem sunt apud quosdam in usu,sed medici moderni laudant magis aliã descriptionem quæ dr descriptio pilularum aggregatiuarum maiorũ,& sic describam ipsas. Auic.in.5. can.habet unam descriptionem,& dicuntur pilulæ aggregatiuæ filii Hilgeben,sed idem non sunt:nec sunt in usu.

Scamonea anthiochena.i.illius prouinciæ.idem in c. de scamonea magis laudat Anthiochenam & Armenam, & laudat illam quæ est in colore clara sicut gummi subalbida, & si tangatur cum aqua uel saliua fiat sicut lac: & sit tenera ad frangendum & puluerizandum, & in pondere sit leuis. & sit in odore bona non grauis.remota uero ab his proprietatibus non est bona.Cõseruatur quoq; per annos. xx.uerũ quanto antiquior,tanto nobilior.

IIII.

AGGREGATIVAE MAIORES.

℞.Bdellii,myrobala. nigrorũ,belliricorũ,emblicorũ an. 3.iiii.turbith boni & electi.3.xiii.seminis apii,fœnic.anisi, carui,ameos,origani,rosarũ,seitaragi idi,harmel,hermodactili,salis indi,mastichis,armon.spicæ,acori,añ.3.i.zingibe. cinnamomi,cardamo.croci,colloquitidæ.3.iii. casię añ.3. s.serapini.3.iiii.penidiarũ al.3.iiii. aloes succotrini. 3.xv. cõfice cũ suc.cauliũ,et inunge manꝰ tuas cũ oleo sãbucino.

COMMEN. MANLII.

Istæ pilulæ apud nostros physicos sunt usuales. dicuntur autem maiores ad differentiam minorum, eo ꝙ plura simplicia ingrediãtur.Suprapositа fuit alia descriptio pilularũ ex inuentione sua,quæ etiam sunt laudatæ.

Seitaragi indũ.uide de ipso in cõfectione trypheræ sarracenicæ.Hæc est quã Dios.lepidum uocat,& ſm Paulum est hyberidos,secundũ Plinii hybederidã,q̃q̃ ficto nomine inuentioni eiꝰ assignato carmine.nascitur maxime circa uetera monumenta parietesq;,& occulta iterum flores semper folio nasturcii, caulæ cubitali, semine tamen paruo ut uix aspici possit,radici odor nasturtii,usus æstate efficacior. et recenti tantũ. Hæc est quam Lombardi crisonem uocant.

Harmel.i.tertium genus rutæ, ſm Matthæum Sylu.harmel scriptum cum h. est semen cicutæ,& armel scriptum sine h.

ne h.eſt genus rutæ, eandem habet opiõnem Lumen tenebrosũ,quod harmel ſic cicuta,ſed falſum eſt. ſed harmel cũ h.& ſine h.eſt tertium genus rutæ.nam Dioſ.in cap.de ruta quaſi in fine ait. Alterũ genus rutæ quod naſcitur in Macedonia & Galatia: quam molyn ciues appellant. Idem in fine ait.rutã multi armolam uocant, Sirij beſaſa, naſcitur locis cultis.Aui.in.2.can.inquit:ruta ſylueſtris uehemẽtioris eſt nigredinis quã alharmel cũ h. itẽ lege capitulum de harmel ſcriptum cum litera h. apud eundem eſt idem cum cap. de armola apud Dioſc.idem.in.4.can.in capi. de curatione morſus uiperarum cum eo quod eſt ſicut Canon ait. ruta ſylueſtris, & non eſt alharmel ſm quod exiſtimauerunt q̃dam: immo eſt ſpecies rutæ ipſius, & ſic eſt ſine dubio, ſed Auer.in.5.col.ait: Alharmel.i. cicuta, quod falſum eſt nam ſm plures ſapientes creditur quod harmel cum h. & ſine h. idem ſit. & poſsibile non eſt quod harmel cum h.ſit cicuta. nam Sera.de hermel cum h.capitulũ facit, cuius formã hic uolo deſcribere.ut magis appareat ueritas. & hæc eſt. harmel ſm Serap. nominatur moli,& nominant eam multi ru tam ſylueſtrem & eſt planta quæ egreditur ex una radice cum multis ramiculis,& habet folia longiora foliis rutæ alterius & meliora habentia grauem odorem, & habet florẽ album,& capitella maiora ſatis quã capitella rutæ domeſticæ diuiſa tribus diuiſionibus,in quibus eſt ſemen amarum: cuius color eſt ad rubedinẽ decliuis.habet tres angulos, & eſt id quod de planta uenit in uſum medicinę, & ipſum maturat & colligitur in autummo, & ſic eſt ſi aggregaueris ru tam ſylueſtrem, quia utuntur moderni eadem eſt cum illa.

Sambac ſiue zambac.i. ieſeminum, & fit oleum ex eius floribus,ſicut infra oſtendam, ſi Deus uoluerit.

V.

DE EVPATORIO MAIORE.

℞.Myroba.citrinorũ,ſucci eupatorii, ſucci abſintii ana.3.iii.rauedſeni.3.iii.s.maſticis.3.i. croci.3.s. aloes boni.3.v. confice cum ſucco endiuiæ:doſis eius.3.ii.cum aqua caſei.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas apud nos nõ habemus in uſu: maxime ſcd̃m iſtam deſcriptionem:idem deſcribit unam aliam deſcriptionem pilularum minorum,ſed in uſu non ſunt.Aui.in.5.can. habet unam aliam deſcriptionem, ſed eadem non eſt.

Eupatorium.i.gafit.Plin. eupatorium regiam habet authoritatem caulis lignoſi nigricantis:hirſuti cubitalis:aliq̃ & amplioribus foliis per interualla quinq; ut canapis per margines inciſis nigris,et ipſis plumoſis radice ſuperuacua.

VI.

DE RHEVBARBARO.

℞.Rauedſeni.3.iii.ſucci liquiritiæ, ſucci abſinthii, maſticis ana 3.i.myrob.citrinorũ.3.iii.s.ſeminis fœniculi,apii ana. 3.s.troc.diarhodon.3.iii.s.hieræ picræ.3.x.confice cũ aqua fœniculi, & da.3.ii. cum aqua caſei calida in ſero.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu. Meſue inquit quod ſunt pilulæ de rheubarbaro,ſed loco rheubarbari habet rauedſeni, quod idem eſt.Ergo poſſumus dicere qd̃ pilulæ de rheubarbaro, & pilulæ de raued idem ſunt. Et ſic meo tpe uidi apothecarios dare pilulas de rheubarbaro pro pilulis de raued, ſed errant multum. nam ſi uides bene Meſ.in hac diſtinctione de pilulis habet deſcriptionem pilularum de rheubarbaro quæ cõferunt ad febres antiquas: & pilularũ de rauedſeni quæ cõferunt ad oppilationes ſplenis,quæ nec in uirtute nec in aliis cõcordant,& ſic apothecarii, & etiam medicus debẽt ſcire differentias quæ ſunt ipſis, & ſic in multis aliis.

Rheubarbarum ſecundum Iſido. eſt rheuponticum, ſed non rectẽ, uide de eo in confectione de rauedſeni.

VII.

DE HALICACABO, uulgo de Alchechengi, ex inuentione noſtra.

℞.Abſinthii & ſucci eius,& ſucci eupatorii,aloes,myroba la.citrinorum,maſticis,croci,rauedſeni,laccæ ablutæ,aniſi, aſari,caſiæ fiſtulæ,ſeminis fumiterræ ana.3.ii.hieræ picræ. 3.iii.confice cum aqua ſolatri, & ſi eſt tuſsis cum febre pone uenarum liquiritiæ, ſunt enim ſanæ & expertæ.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu, ſed non multum. Occurrit hic dubitatio ſimilis ei quæ occurrit in diacurcuma in quã licet dicatur curcuma,non tamẽ ingreditur curcuma, ſic & in his pilulis licet non ingrediatur alchechengi: dicũtur tamen pilulæ de alchechengi, ſed ſcd̃m quoſdã poſſunt dici a Compoſitore,uel quod uitio ſcriptorum deſcriptio non eſt integra,uel potius quia cõficiuntur cum aqua ſolatri, quod eſt ſpecies alchechengi.

VIII.

INDE HALY.

℞.Miroba.nigrorum,ellebori nigri,polypodii, ana.dra.v. epithymi,ſtœcados ana.dra.vi.agarici,lapidis lazuli,loti.i. abluti,colloquintidæ,ſalis indi ana.dra.iiii.ſucci eupatorii, ſpicæ ana.3.ii. gariophy.3.i.hieræ picræ.3.xii. fiant pilulæ cum ſucco apii,doſis eius eſt ana.3.ii. uſque ad aur.ii.

COMMEN. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu: dixerunt quidam quod dicuntur,indæ,quia in partibus Indiæ ſunt magis in uſu quam in partibus aliis:Alii dixerunt quod dicuntur indæ propter ſal indum quod recipiũt, & per ſal indum intelligitur ſal nigrum:ſed cũ caremus eo,ſapiẽtes uolũt quòd loco eius ponamus ſal rubeum quidam ponunt zuccharum candidum, ſed non eſt ei proximum vt eſt ſal rubeum.

IX.

DE SARCOCOLLA, albæ ſunt.

℞.Sarcocollæ.3.iii.turbith,3.iiii.colloquintidæ, 3.i.s.zingiberis,3.i.s.ſalis gemmę, 3.i.s. diſſolue ſarcocollã in aqua roſ. & confice alia cum ea, & fiant pilulæ, ſunt enim, ſanæ & expertæ, doſis.3.i.

COMMEN. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu.ipſe Meſ.in cap. de ſarcocol la habet unam aliam deſcriptionem ex authoritate Haliſenis, & idem ſunt. Sarcocolla eſt gummi arboris quæ eſt ſicut frutex & eſt ſpinoſa: cuius rami ſunt nodoſi: & colligitur ex ea gummi: & eſt eius aliud album ſicut thus et aliud ſubcitrinum.Electio,fortius eſt ſubcitrinum albo, & quod eſt amarius melius. Et modus nutriendi ipſam eſt quod infundatur in lacte aſinæ per quatuor uel quinq; dies, & ſemper infundendo lac ſuper eam: & hoc facias in ſcutella lapidea ſupra de hoc in quodam fief melius oſtendi.

Sal gẽma.i.ſal Cappadocũ.Meſ.in cap.de ſpẽbus ſalis dicit:qd̃ ſal gẽma eſt ſicut cryſtallus ſcindibilis. Idẽ dicit Aui. in.2. can.in cap. de ſale. quidam dixerunt quod ſal gemma dicit: quia eſt clarũ ut gemma,& eſt uena terræ,& habet effectum ſalis armoniaci:de quo.Circa inſtans ait: Sal gẽma dicitur, quia gemmæ aſsimilatur, uel quia clarum eſt ut gẽma, & de eo fiunt ſuppoſitoria, ut eſt notum omnibus.

X.

FOETIDAE MAIORES.

℞.Serapini,armoniaci,opopanacis,bdellii,colloquintidę, harmel, aloes,epithymi ana.3.v.hermodactylo℞,alſcebran ana.3.ii.ſcamoneæ.3.iii.cinna.ſpicæ, croci, caſtorei an.3.i. turbith.3.iiii. zingi.3.i.s. euphorbii.3.i. partes.ii. diſſoluatur gummi in aqua porri, & fiant pilulæ.da.3.ii.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu. Fœtidæ aũt dicuntur, quia fœtidos & corruptos humores educunt uel dicũt fœtidæ, quia ingrediũtur quędã fœtida.Idẽ.in ca.de ægritudinibus neruo℞ habet quatuor deſcriptiones:quarum una eſt maiorum, & hæc eſt ex authoritate Gal. alia eſt minorũ, & credo qd̃ non ſit ex authoritate eiuſdẽ: poſtea aliæ duæ deſcriptiones ſunt ex authoritate filii Zachariæ ſiue Raſis, & ſic ſine dubio Raſis in.9 Alman.in ca.de paralyſi poſuit pilulas fœtidas quas ipſe compoſuit,ſed non ſunt in uſu.Idẽ in lib. diuiſio.habet unam aliam deſcriptionem.Auic.in.5.can.habet quatuor deſcriptiones quæ in uſu non ſunt.

Alſcebran.i.ſcebran.Aui.in.2.can.dicit: Sebran quidem oritur in hortis hñs cannam ſubtilem æqualem & habet pilos & folia ſunt ſicut tarcon ſm q̃ exiſtimo, & habet lac, ſine dubio ſcebram habet lac,& eſt ſpẽs lacticiniorũ,ſed non computatur inter ſeptem ſpẽs tithymalorum quæ a Dioſc.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 146 sur 335

& Sera.deſcribuntur.Meſ.ait: Alſebram eſt ſpēs lacticinio rum & ē ſolutiuum ruſticorū, & eius aliud eſt magnum habens radices rotundas & groſſas, & aliud eſt paruum habēs radices ſubtiles,& eſt tenuis corticis: magnum eſt malum, paruum uero eſt illud quod eligitur, & melior pars plantæ ē cortex radicis eius, & lac eius eſt acutius & fortius. Hæc eſt quam nos eſulā uocamus. nam Arabes uocant ipſam xebram.nos uero eſulam. hæc apud nos in pratis ac aliis locis inuenitur.ē ſimilis linariæ,ſed ipſa nō habet lac. unde dicit. Eſula lacteſcit,ſine lacte linaria creſcit.Et eſt medicina ruſticorum:ut ſupra dixi.Differentia autem eſt inter ſcebram et ſceſcebram. Nam ſcebram eſt eſula, & ſceſcebram eſt ozimum carmenum, de quo uide ſupra in dianaſturtio.

XI.

SAGAPENI, uulgo de SERAPINO.

℞.Serapini,armoniaci,bdellii,opopanaci,aloes, caſtorei, harmel ana.ʒ.ii.colloquintidæ.ʒ.iii. fiant pilulæ cum aqua porri.

COMMENTA. MANLII.

Hæ pilulæ raro habentur in uſu. illa uero deſcriptio quæ eſt magis in uſu.eſt una alia quā idē inferius deſcribit. Aui. in.5.can.habet unā aliam deſcriptionem,ſed non eſt in uſu.

Serapinum apud Dioſ.uocatur ſagapenum,& eſt lachrymum ferulæ naſcens in India. Eligendum eſt limpidum foris ruſum intus album.odorem ſilphii.i. aſſæ fœtidæ & galbani habens guſtum uiſcidum.Meſue autem ait: Serapinū eſt gummi aleſcehundeg.& eſt arbor ſimilis oleandro.i. nereon montano, & melius eſt cuius intra ſubrubreum & ſub albidum,& quod habet odorem porrorum, & quod eſt facile reſolubile in aqua, et quod eſt clarum. ibi Meſue docet de modo præparandi ipſum duobus modis.

XII.

DE EVPHORBIO.

℞.Euphorbii,colloquintidæ,agarici,bdellii,ſerapini an.ʒ.ii. aloes, ſuccotrini.ʒ.v.fiant pilulæ cum aqua porri, potio eſt ana.ʒ.s. uſque ad.i.

COMMEN. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu, maxime ſm iſtā deſcriptioptionem.Auic.in.5. can. habet unam quæ eadem eſt in ſimplicibus,ſed differt in uno uidelicet quia Meſue uult q̄ conficiantur cum aqua porri Auic. uero cum aqua caulium.

Euphorbium ſecundum Meſue eſt gummi excedens omnia genera gummi in calefaciēdo,& ſubtiliando, & melius ex eo eſt leue frangibile habens colorem palearem et clarum, & quod eſt uehementis acredinis & odoris ualde acuti,& quod ē recens,ſuper quòd iam præteriit annus.recens uero anni fui eſt ſicut uenenum & ignis.

XIII.

DE RAVEDSENI.

℞.Rauedſeni.ʒ.vii.armoniaci,ſerapini,bdellii ana.ʒ.x. laccæ.ʒ.viii.opopanaci.ʒ.iiii.mezereon,gummi ara. an.ʒ.iiii. turbith.ʒ.x. ſpicæ nardi, polii montani, aloes ana.v.maſticis.ʒ.ii.myrobala.citrinorum.ʒ.x. diſſolue in uino gūmas, & fac pilulas, doſis eius eſt.ʒ.ii.cum aqua caſei.

COMMENTA. MANLII.

Iſtæ pilulæ ab apothecariis tenentur confectæ: & ſunt in uſu,ſub noie pilularum de rauedſeni.non aūt iſta deſcriptio debet dari pro pilulis de rheubarbaro, quia licet rauedſeni ſit rheubarbarū, tamen pilulæ de rheubarbaro non ſunt eędem ut dictum fuit ſupra. Raſis in.9. Almanſ. habet unam deſcriptionem. in cap.de hydropiſi.ſed non eſt in uſu.

XIIII.

EX THYMELEA, uulgo de MEZEREON.

℞.Fol.meze.infuſorum in aceto & exiccato.ʒ.v. myro.citrinorum.ʒ.iiii.chebulorum.ʒ.iii.cōfice cum tereniabin.i. manna, & tamarindis diſſolutis in aqua endiuiæ.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu.dicuntur autē de mezereon, quia ibi magis ingreditur mezereon quam aliud ſimplex. Chriſtophorus de honeſtis inquit:Pilulæ de mezereō.i. de laureola,ſed falſum eſt. nam mezereon ut dictum fuit in cōfectione almezereon non eſt laureola.

XV.

LVCIS MAIORES.

℞.Roſarum,uiolarum,abſinthii, colloquintidę,turbith, cubebæ,calami aro.nucis muſcatæ,ſpicæ,epithymi,carpobalſami, ſileris,ſeminis rutæ,ſquināti,aſari,maſticis, garyoph. cinnamomi, aniſi,fœniculi,apii,caſsiæ,croci, macis ana.ii. myrob.citrinorum,chebulorum indorum,emblicorum,bellericorum,rauedſeni,an.ʒ.iiii.agarici,ſenæ,an.ʒ.v.euphragiæ.*.ʒ.vii.aloes ſuccotrenſis,ad pondus omnium, confice cum ſucco fœniculi, doſis eius eſt ana.ʒ.ii.uſque ad.iii.

COMEN. MANLII.

Iſtæ pilulæ apud nos ſunt in uſu.dicuntur aūt lucis, quia ualent ad oculos medēdos,uel dicuntur lucis: quia obſcuritatem oculorum ,put ſol noctem remouent,& de ipſis reperiuntur ibi maiores & minores, ſed maiores ſunt illæ quas noſtri medici laudant. uerum ſunt ex hominibus qui faciūt unam deſcriptionem pro alia,eo quòd in minoribus pauciores res ingrediuntur, & propter id ambas deſcribam.

Euphragia eſt herba quæ apud nos in pratis reperitur,et eſt minuta herba mirabiliter medetur ægritudinibus oculorum,& propter id Meſue in ſua practica in cap.allegato,uocat ipſam herbam adhil:fœniculus ſimiliter ualet in illa materia. unde uerſus.

Fœniculus,uerbena, roſa,chelidonia,ruta.
Ex iſtis ſit aqua quæ lumina reddit acuta.

Et non eſt completus uerſus niſi addatur capillus ueneris euphragia & betonica.

XVI.

LVCIS MINORES, in intentione maiorum.

℞.Xylobalſami,carpobalſami ana.ʒ.i. chelidoniæ.ʒ.v.roſarum, uiolarum,abſinthii,euphragiæ ana.ʒ.iii.ſenæ, epithymi,myrobal.citrinorum, chebulorum indorum, bellericorum,emblicorum,agarici,colloquintidæ,ſquinanti,licii, lapidis lazuli ana.†.ʒ.ii.s.aloes boni ad pondus omnium confice cum ſucco fœniculi aut chelidoniæ. †.ʒ.i.s. prius.

COMMEN. MANLII.

Chelidonia ſm Plinium genera ſunt duo. Maior frutico ſo caule folio paſtinacę erraticæ amplior ipſa altitudine duorū cubitorū,color albus,flos luteus,minor folia hederæ rotundiora,minus candida,ſuccus utriuſque croceus,mordax,ſemen purpureum.florem aduentu hyrundinum diſceſſu marceſcunt.

Licium.Dioſ.eſt eligēdum intus colore rufo, & deforis nigro, quod diuiſum brunum habet, ſtypticum eſt & coloris rufi & crocei apparet cum guſtu amaro ſicut eſt indicū quod et melius arbor: undē fit eſt lithios appellata, ſiue exacanton folia buxo ſimilia atq; ſpinoſa generans: naſcitur in dumoſis locis cuius folia & grana, & radix in unum contunduntur, & ex aqua dulci coquuntur uſq; ad craſsitudinem.Apud Sera.uero ſunt folia ſpinoſa.& habet ramos lōgitudine duorum brachiorum.Pli.autem ait:Fit ex arbore ſpinoſa fructu ſimile piperi p̄cipue amaritudinis foliis paruis.Auic.in.2.can.de ipſo duo facit cap.unum quod incipit ſeluzeari:aliud quod incipit licium. Io.Sera.in antidotario in cap.de epithematibus ait:Licium.i.feilneragi.Liber qui dicit Bulchaſis in tract.2.ait. Sūt qui faciūt licium ex radice arboris quę dicitur curtan. & ſpecies eius licii nominat cohaculem: & eſt quoddam quod affertur ex aliemem, & ſunt qui faciūt licium ſm hunc modum,ut ibi docet, neque per id cognoui quid ſit. Gentilis ſuper quintum Aui.in fine inquit: Bel eſt herba de qua fit licium, in uno alio loco ſuper quodam paſſu quarti ait: Licium fit ex arbore ſpinoſa quæ uocatur azaraſch ſiue oxiacantos,quod eſt notum. Gulielmus Placen.ait:licium eſt ſuccus granorum cabroſię uel cornaſtrelli. Nicolaus dicit:Liciū eſt ſuccus de floribus caprifolii uel oculi lucidi.Idē in litera o, ait: Oculus lucidus .i.caprifolium uel matris ſylua. uide ergo ſi bene conſideretur capitulum Dioſ.de licio quod eius arbor eſt exacāthos, & ſm Gentilem eſt azaraſch, ſiue oxiacanthos.i.ſpina acuta:ergo licium fit ex arbore ſpinoſa,quæ apud nos berberis uocatur: nam ſine dubio eſt conſonum, quia ut dictum fuit Gentilis in uno loco allegato dicit quod bel eſt herba, ſed

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 147 sur 335

debet dicere arbor de qua fit licium. Bel uero apud Sera.ẽ arbor granati ſyluestris quod idem ẽ.& ſic meo tempore ui di facere licium ex fructu arboris granati ſyueſtris quæ pro prie eſt berberis,quod apud Dioſc.oxiacanthos dicitur, & hoc licium eſt optimum:uerum ſunt ex hominibus qui faciunt licium,ut dicit Nicolaus de quadã herba quę mater ſyluarum uocatur, & hæc apud nos iuxta hortos naſcitur: cuius folia ſunt ex uno latere ſubalbida,& ab altero uiridia ſe adhærens,& inuoluens ſæpius ſuper alias plantas: & hæc a noſtris ruſticis dicitur ſcizo,ſed eſt debilius priore:etiam ſunt ex hominibus qui faciunt licium ex fructu nigro cuiuſ dam arbuſti:quod quidam luſtragũ uocant: cuius folia ſunt ſimilia folijs buxi, ramuli recti quibus caueæ auricularum fiunt ſucco granorum expreſſo,& cocto: in quo etiam inue nitur idonea efficacia,ut habet licium primum &c.

XVII.

STOMACHICAE NOSTRAE, ſtomachum, & caput mundificant,& accipiuntur omni tempore.

℞. Turbith.ʒ.x.
Maſtiches.ʒ.iiii. Roſarum.ʒ.iii.
Aloes optimi ad pondus oĩum, confice cũ ſucco abſinthii.

COMMEN. MANLII.

Iſtæ pilulæ cum alia deſcriptione ſuprapoſita ſunt illę q; bus utimur.

XVIII.

EX TROCHISCIS COLOCYNTHIDOS vulgo pilulæ ALANDAHAL.

℞.Troch.alandahal.ʒ.x.
Salis gemmæ.ʒ.i.
Ladani.ʒ.xii.
Olei roſati,quantum ſufficit,& ſunt expertæ.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu ſub nomine pilularum alãda hal ſiue Hermetis,& non debemus uti ſub nomine pilularũ alandahal,ut quidã credunt:nam uide quod Meſue in ſua di ſtinctione de pilulis habet pilulas alandahal Hermetis: & pilulas alandahal ſiue Hermetis.ergo differunt inter ipſas, & per trochi.alandahal intelligũtur trochi.de colloquintida:quorum deſcriptio ſuperius eſt poſita.

XIX.

DE AGARICO.

℞.Agarici, Hierę picre.ʒ.iiii.
*Maſticis,ana.ʒ.iii. Colocynthidos,
Radicis lilii cœleſtis, Sarcocollæ,ana.ʒ.ii.
Praſsii,ana.dra.i. Myrrhę.ʒ.i.
Turbith dra.v.
Confice cum robub,& eſt muſtum coctum.

*Apud nõ nullos mſſ. expoſito res non ſine menda deſiderãt.

COMMEN. MANLII.

Iſtæ pilulæ ſunt multum in uſu.Idem Meſ.in ca. de aſthmate habet unam aliam deſcriptionem quę eadem eſt.Aui. in.ʒ.can.in fen.10.in c.de cura aſthmatis habet unam aliam deſcriptionem,quæ eadem eſt.

Agarici autem uirtus eſt magnificata ut docet experien tia:non ſolum in euacuando phlegma quòd a prædominio euacuat:uerum etiã alios humores pharmaco educibiles.

Lilium cœleſte apud Aui.eſt ireos.Meſue in alia deſcri ptione habet ireos,quod idem eſt.

XX.

DE TVRBITH, & dicuntur AVREAE.

℞.Turbith boni.ʒ.xvi.aloes.ʒ̃.i.s.maſticis, roſarum,ana.ʒ. vii.myrobalanorum citrinorum.ʒ.x.croci.ʒ.iii.cõfice cum ſucco abſinthii.

COMMEN. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu ſub nomine pilularum tur bitharum,etiam ſunt in uſu ſub nomine pilularum aurearũ Meſue:tamen quando medicus ordinat pilulas aureas intel ligitur ſecundum deſcriptionem quę eſt de mente Nicolai. Ioannes Serap.in antidotario ait:Pilulæ albeen, & dicun tur pilulæ auri,ſed non ſunt in uſu.

XXI.

DE LAPIDE LAZVLI.

℞.Lapidis lazuli abluti.ʒ.vi.epithymi,polypodii ana.ʒ. viii.ſcamoneę,ellebori nigri,ſalis indi ana.ʒ.ii.s.agarici.ʒ. viii.garyophyllorum,aniſi,ana.ʒ.iiii.hieræ picræ.ʒ.xv.con fice cum ſucco endiuiæ.

COMMEN. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu. Lapis lazuli ſecundum Sera.oportet quod eligatur color cuius eſt cœleſtis multũ, et eſt lenis ſine aſperitate & ſine mixtione alterius lapidis, & qui non frangitur facile:& cuius fruſta ſunt magna. Meſue de ipſo loquitur in cap.de lapide ſtellato Modus autẽ abluẽ di eum dictus eſt ſupra,& ſicut abluitur lapis lazuli: ſit etiã abluitur lapis armenus.

XXII.

DE LAPIDE ARMENO.

℞.Lapidis armeni loti & præparati, hieræ picræ ana. ʒ. v. epithymi,polypodii ana. ʒ.viii. * ſcamoneæ coctæ in citonio.ʒ.iii.garyophyllorum.ʒ.ii.ſalis indi. ʒ. i.s.confice cum ſucco ſolatri,ideſt herbæ moræ uel morellæ.

*Diagrydion uocant.

COMMEN. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu,ſed raro. Idem Meſue in capitulo de ſoda frigida ab humore melãcholico habet unam aliam deſcriptionem quæ eſt ex authoritate Alexandri: ſed non idem eſt.

Lapis armenus ſm Meſuæ:melior eſt habens colorẽ medium inter uiridem & obſcurum terreum & indum: & habet macularum diſtõnes uirides & nigras.Aui.ait: In ipſo eſt aliquantulum azuli coloris,& non tamen eſt in colore azuli,& non eſt in eius ſoliditate.modus abluẽdi ipſum eſt ſicut abluitur lapis lazuli,cuius modus ſupra fuit poſitus.

APPENDIX.

Catapotia ex armeniaco lapide.Actuarius,nihil fere eua rians & ſi pro polypodio agaricum habeat, ac pondera aliquantulum immutet,iis verbis pulcherrime pingit.
Hieræ amare.ʒ̃.s.
Epithymi.ʒ̃.s.
Agarici.ʒ̃.iiii.
Armeniaci lapidis.ʒ̃.s.
Scammonii.ʒ̃.i.
Garyophyllorum.gra.viii.
Trita excipiuntur citriorum ſucco, aut roſaceo melle, vel rhodomelle,modus eſt ſicilliquus.

XXIII.

AD OMNES MORBOS catarrhi,coryzæ, & tuſsis catarrhalis.

℞.Myrrhę purę.ʒ.vi.olibani.ʒ.v.opii,iuſquiami an.ʒ.iiii. croci.ʒ.i.s.radicum linguæ canis.ʒ.iiii.s.fiant pilulæ & adminiſtrentur.

COMMEN. MANLII.

Iſte pilulæ apud nobiles medicos ſunt multum in uſu ſub nomine pilularum ad omnes morbos catarrhales. etiã ſunt in uſu ſub nomine pilularum de cynogloſſa, ſed hoc eſt ex ſecretis medicinæ, & a multis cognitæ non ſunt. Nicolaus habet unam aliam deſcriptionem,ſed ſuę proprie uocantur pilulæ de cynogloſſa:ſed non ſunt in uſu,tamen infra appa rebit earum deſcriptio.Etiam infra apparebit una alia de ſcriptio pilularum quæ dicuntur pilulæ de alchaiber. i. de cynogloſſa,ſed non tenentur confectę.

Lingua canis.i.cynogloſſa, & componit a cynos quod ẽ canis,& gloſſa q; eſt lingua ĩde cynogloſſa.i. lingua canis: Ioan.Angli.in ca.de ſciſſuris labiorum inquit cynogloſſa.i. lingua canis.Meſ.nõ ponit cum quo liquore debeant fieri, ſed uidi ipſas confici ex ſucco radicis ipſius cynogloſſæ.

XXIIII.

EX SAGAPENO, vulgo de SERAPINO.

℞.Serapini,armoniaci,opopanaci,bdellii an.ʒ.ii.s. ſeminis apii,ameos,† armel,aniſi ana.ʒ.i.acori,* ſcitaragi indi cala menti,folii,centaureç,polii,coſti, ſalis gemmæ ana.drac.s. aloes,drach.vi.colloquintidæ drach.v. fiant pilulæ & admi niſtrentur.

† Rutã ſyl ueſtrẽ uocant.
* Lepidiũ appellant.

COMMEN. MANLII.

Iſtæ pilulæ ſunt illæ quas noſtri doctores laudant.ſupra poſita fuit una alia deſcriptio ex authoritate eiuſdem: ſed non ſunt ita laudatæ.

Armel uero ſcriptum ſine litera h. ſm Matthæum Sylu. eſt tertiũ genus rutæ,ſed harmel cum h.eſt cicuta, ſed falſo. nam harmel tam cum h. quam ſine h. idem importat ut dictum fuit ſupra,de forma ipſius in confectione pilularũ aggregati.maiorum apparebit.

Folium.i.malabathrum,loco eius a modernis multis maeis ponitur,aut ſpica nardi.

Centaurea.ſ.centaurea minor.ſunt enim duæ ſpecies ſm Meſue,maior.ſ.& minor,inter quas diſtinguunt proprietates notæ.Electio minor melior eſt in omni re , cuius flores & crura colorẽ habent citrinũ palearẽ,& melior pars plantę ſunt flores & ſemina ipſius, & melius tempus collectionis ipſius eſt primum ætatis.

XXV.

DE BDELLIO MAIORE.

℞.Bdellii.3.xii.ameos.3.iii.chebulorum indorũ, belle.embli.venarum aduſtarũ,charabæ ana.3. ii.s. infundatur bdellium in ſucco porri,& fac pilulas in modum ciceris.

COMMEN. MANLII.

Iſtæ pilulæ ſunt illæ quibus communiter utimur . dicuntur autem maiores ad differentiam minorum, eo quod plura ſimplicia ingrediantur. idem habet unam aliam deſcriptionem,& ſunt ex inuẽtione ſua,& hæc ſunt apud quoſdã in uſu.Io. Serap. i ſuo antidotario habet tres deſcriptiões, ſed non ſunt in uſu.Raſis in.9. Alman.in cap.de hæmorrhoidibus & fiſtulis & rhagadiis quæ in ano fiunt , habet unam deſcriptionem,ſed idem non eſt.

Bdellium ſm Pli.in Britania naſcitur,cuius arbor eſt nigra magnitudiue oleæ foliis arboris &c.Dioſ. autem in Armenia illud naſci dicit . & laudat illud quod lucidum eſt & ſubalbidũ, lene,æqualiter cereũ,& quod facile molliẽ etc. Aui.diſtinguit,in iudaicum & mechium, & dicit quod ambo ſunt ex palmis ſylueſtribus. laudat autem illam ſpeciem quæ eſt clara & amari ſaporis,& eſt munda a lignis , & eſt facilis reſolutionis,boni odoris,cuius fumus , habet odorẽ picis , & cum antiquaẽ bdellium iudaicum egreditur a lenificatione ad exiccationem.Dinus Floren.in li.2.in ca.de cura ſcrofularum ait:Almugath.i.bdelliũ, quod falſum eſt , nam almugath ſiue mugath eſt radix granati ſylueſtris de qua Auic.in.2.can.ſpeciale facit cap.& redarguit, ſed male eos qui dicunt ꝙ eſt radix granati ſylueſtris.

Venarum aduſtarum notandum quod uena per uarias intentiones accipitur,de qua Gentilis in.3.can.ſuper cap.de canonibus generalibus curationis ægritudinum oculorum inquit.quod uena aliqñ accipitur pro uena tinctorum. i.rubea tinctorum,aliqñ pro uena chelidoniæ,aliquãdo pro mineralibus terræ,aliqñ ſumitur uena pro uermibus terreſtribus,alii uero per uenas itelligũt radices fœniculi et petroſſelini &c. ſed in iſto loco per uenam aliud intelligitur:eſt enim litera corrupta.nam debet dicere auellanarum aduſtarum:ſicut teſtatur Matth.Syl.in litera uena . vbi ſic ait.uena eſt radix plantarum:vel uena corporis uerum eſt quod in antidotario Damaſceni.i.Meſue in receptione pilularũ de bdellio,ponitur uenarum aduſtarum:quod contingit ex errore ſcriptoris: quia debet dicere auellanarum aduſtarũ quæ omnibus notæ ſunt. Lumen apothecariorum dicit ꝙ debet dicere ueneriarum aduſtarum.i.radicum acori , ſed hoc falſum eſt ut patet ex ſententia Matthæi Syl. qui alterius eſt authoritatis quam iſtud fuſcum. Lumen,uel adhuc uerius tenebra.

XXVI.

DE BDELLIO, ex inuentione noſtra.

℞.Myrobalanorum nigrorum,emblicorum, bellericorum ana.3.v.bdelli.3.x.ſcoriæ ferri,ſeminis porri ana. 3. iii.coralli aduſti,charabæ,conculæ aduſtæ ana. 3. i.s. margaritarum.3.s.confice cum aqua porri .

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu ſed non tantum ut maiores. Corallus ſm Dioſ.arbor eſt quæ in fundo maris naſcitur,qñ autem ſimpliciter reperitur corallus de rubeo intelligitur. Modus autem aduſtionis ipſius talis eſt:oportet quod terãtur groſſo modo,& ponantur in olla terrea, & ponantur in furno per noctem:ſi bene comburitur bene eſt:ſi non iterũ: ponantur donec comburantur , & melior corallus eſt qui eſt ueræ rubedinis,& qui nulla aut pauca foramina habet.

XXVII.

EX COLOCYNTHIDE, vulgo de colloquintida.

℞.Colloquintidæ.3.vi.myrobala. nigrorum , citrinorum , ſerapini bdellii,ſarcocolæ ana.3.v.aloes.3.vii. nigellæ , cymini carmen origani perſici,naſturtii albi,ſalis gẽmæ , * uiſci Romani ana.3.i.infunde gũmas in aqua porri, & fac cũ cæteris pilulas. * Abſithii Romani.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu,ſed non multum Colloquintida ſm intentionem Meſue eſt fel terræ,ſm uero intentionem Iſid.fel terræ proprie eſt centaurea.Idem ſentit Simõ Ianuen.Circa inſtans autem ait:Colloquintida pomum eſt cuiuſdam fructus in tranſmarinis partibus naſcẽtis circa regionem Hieruſalem,& cucurbita Alexandrina dicitur , & nota quod tam pomum quã fructus dicitur colloquintida.

Naſturtium album.i. naſturtium babylonicum. Auic.in 5.can.in mithridato inquit:Alſeis.i. naſturtium Babylonicum:& ſcẽm Matthęum eſt naſturtium orientale: de eo dictum fuit ſupra in confectione mithridati .

Viſcum Romanum.i.glutem Romanum, & glutem Romanum apud Sera.eſt maſtix. Aui. maſtix alius eſt Romanus albus:& alius ennabati ad nigredinem declinans:& melior eſt ille qui eſt albus mundus & magnus.

XXVIII.

EX OPOPANACE, vulgo de opopanaco.

℞.Opopanaci,hermodactyli,ſerapini,bdellii, armoniaci, coloquintidæ an.3.v.croci,caſtorei,myrrhæ,zingiberis,piperis,macropiperis,caſsiæ,myrobal.citrinorum,indorum, bellericorum,emblicorum ana.3.i.ſcamoneæ.3.ii. turbith, drac.iiii.aloes.3.xii.infundantur gummi in aqua caulium, & fiant ex eis pilulæ.

COMMENT. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu : maxime ſcẽm iſtam deſcriptionẽ:ipſe in c.de paralyſi habet aliam deſcriptionem,ſed non eſt eadem,& Auic.in.5.can.habet aliam:& eſt eadem.

Opopanacum ſm Meſ.eſt gummi plantæ cuiuſdam ſimilis ferulæ:cuius ſtipites eleuantur ſuper terram circiter cubitum uel duos:& melius ex eo eſt quod eſt citrinũ extra, et ſubalbidum intus:& quod eſt amarũ. Aui.ait, opopanax ẽ arbor quæ non eleuatur a terra,& ſimilantur ipſius folia foliis ficus idem in ca.de chemeſcir ait:quod eſt in diſpoſitionibus alieuſir i.opopanacis,& aliquando uocatur alſoſir .

XXIX.

DE HERMODACTYLIS MAIOR.

℞.Hermodactylorum,aloes,myro.citrinorũ,turbith , colloquintidę,bdellii,ſerapini ana.3.vi.caſtorei,ſarcocollę,euphorbii,opopanacis,harmel,apii,ana.3.iii.croci.3.i.s.cõfice cum ſucco caulium & fac pilulas.

COMMENTA. MANLII.

Iſtæ pilulæ ſunt illæ quibus utimur : dicuntur maiores ad differentiam minorum:eo quod plura ſimplicia ingrediuntur pilulas maiores quam minores: & ambæ ſunt in uſu . & ex inuentione ſua ſunt in uſu.Raſis in.9.Almanſ. habet unã aliam deſcriptionem:ſed apud nos non eſt in uſu:tamen infra deſcriptio ſua apparebit.

Hermodactylus ſecundum Meſue eſt radix herbæ montanæ & eius alius eſt longus ſicut digitus:& alius rotũdus eſt.ille de quo ipſe intelligit eſt alius albus:alius rubeus,& alius niger melior ex eis ẽ ille qui habet proprietates tres bonas . ſ. qui eſt albus & ueræ albedinis intra & extra : & qui eſt groſſus & qui eſt duritiei mediocris.Aui. in. 2. can. duo facit capi.unum de flore qui dicitur digitus Hermetis, aliud de hermodactyl. hæc apud nos in locis aquoſis naſcitur:ſed non eſt ualde utile.ille uero qui in montibus reperitur eſt nobilior . hæc radix utilis eſt quidem ægritudinibus iuncturarum.Gale.autem in cap. de medicinis Zenonis in ſuis experimentis in electuario de centaurea pro hermodactylo ſcripſit zurugen,quod idem eſt.

DE

XXX.

DE HERMODACTYLIS MINOR.

℞.Hermodactilorum.3.v.ſcamoneæ.3.ii.ſ. myrobalanorum citrinorum.3.iii.roſarum.3.ii.aloes.3.x. confice cũ cathartico roſato.

COMMENTA. MANLII.

Iſtæ pilule ſm iſtam deſcriptionem non ſunt in uſu. poteſt autem dici ꝙ dicuntur minores,eo ꝙ pauciora ſimplicia ingrediantur ad differentiam maiorum,uel dicuntur minores quia habent minorem efficaciam.

Catharticum uero apud Græcos eſt purgatiuum.& ideo hic Meſ.docet conficere prædictas pilulas cũ cathartico roſato.i.cum purgatiuo facto cum ſucco roſarũ,quod uocatur electuarium roſarum ex authoritate ipſius,ſed electuarium de ſucco roſarum eſt ex authoritate.Nicolai,ſed hic de illo quòd fit de mẽte Meſue debet intelligi & poni,& nõ aliud.

XXXI.

DE HERMODACTYLIS ex inuentione ſua.

℞.Hermodactylorum,aloes ana.3.v.myrobala. citrinorũ, turbith an.3.iiii.zingiberis.3.ii.fac pilulas cum electuario roſato,da 3.ii.

COMMENTA. MANLII.

Iſtæ pilulæ quæ ſunt ex iuuẽtione Meſ. apud noſtros medicos ſunt multũ in uſu:ſunt.n.expertę ad ea quę dicit Meſ. & ſic etiam maiores ſunt expertæ, ſed minores non tãtum.

XXXII.

SEBELLIAE.

℞.Spicæ indæ.3.v.ſpicæ Romanæ.3.ii.raued,agarici, epithymi ana.3.iii.croci.3.ii.myrrhæ,cinnamomi, garyophyllorum,ſquinanti ana.3.i.aloes.3.x.fiant pilulæ cum uino antiquo,& da.3.ii.cum vino permixto.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas habemus aliquando in uſu: ſecundum quoſdam dicuntur ſebeliæ a Compoſitore.

Spica Romana apud Aui.eſt ſpica celtica idẽ ait Sera.in cap.de ſpica.vide de ipſa in confectione de ſpica Romana.

EX PRACTICA MESVE.

XXXIII.

BECHICAE, vulgo BICHICHIAE.

in cap.de tuſsi ſicca.

℞.Succi liquiritiæ,zucchari tabarzet,an. aur. vi. ſiue. 3. ix. amyli,dragacanti,amygdalarum dulcium ana.3.iiii.confice cum mucillagine pſyllii uel cydoniorum.

COMMEN. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu,maxime ſecundum hanc deſcriptionem.idem in cap.de raucedine uocis habet unã aliã deſcriptionem ſed non eſt in uſu.Raſis in nono Almanſoris in cap.de tuſsi habet unam aliam deſcriptionem, & eadem eſt.Aui.in.3.can.in fen.x.in cap.de cura tuſsis & ſputo ſanguinis,habet unam aliam deſcriptionem.ſed nõ eſt eadem. Lumen maleluces deſcribit unam deſcriptionem ex authoritate Meſue,ſed falſa eſt deſcriptio ſua in pondere, & non debent fieri.

Pilulæ autem bichichiæ uel bechias eſt compoſitio ad tuſsim,& earum forma eſt ut lupinus aut trochiſcus, & tenentur ſub lingua lambendo.

XXXIIII.

DE CROCO, in cap.de Raucedine uocis.

Rec.Croci.3.iii.cubebæ dra.i.ſ.ſucci liquiritę, olibani, an. 3.i.fac pilulas cum rob.i.uino cocto & ſint pilulæ magnæ, & teneat patiens unam ſub lingua, & glutiat ſaliuam eius, & ſunt expertæ.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas non habemus in uſu.Crocus.ſ.orientalis qui uulgo dicitur zaffaram. Ioan.Sera.in ſuo breuiario in cap. de ægritudinibus quæ generantur in auribus ait: Zaffaram .i.crocus orientalis.idem dicunt Arabes.

XXXV.

Cõferentes ad omnes rheumaticas paſsiones, & ſunt de lib.Alexandri Medici,& eas deſcribit Meſue in ca.de cura catarrhi,quarum hæc eſt permixtio.

℞.Myrrhæ.3.iii.thuris maſculi.3.ii.ſ.opii, iuſquiami, radicum,alcalchar ſiccę ana.drach.ii. confice cum ſucco alchazaber humidæ.da ex eis a tribus uſq; ad.v.in ſero,ſunt enim mirabiles.

COMMENTA. MANLII.

Iſtæ pilulæ ſcđm intentionem Meſue ſunt ex authoritate Alexandri medici,& ſic credo,quia idem in cap.de tuſsi ait Alexander.confectio pilularum ad tuſsim catarrhalem:et ẽ ex medicinis benedictis,& eſt ex ſecretis artis,& conferũt ad omnes ægritudines catarrhales, & uocantur pilulæ alchaiber:& dictæ ſunt in cap.de catarrho. & ſic eſt quòd hęc eſt deſcriptio pilularum de alchaiber, & quid ſit alchaiber generaliter ignoratur.Io.Arculanus in ca.de catarrho ait: Pilulæ alchaiber ſm deſcriptionem Alexandri medici apud Meſue in fine cap.de catarrho ſunt præſtantiſsimæ. Et per alchaiber intelligitur cynogloſſa ſiue lingua canis:et ſic eſt ſecundum ueritatem.quod hæc eſt deſcriptio pilularum de cynogloſſa:ſed apud nos nõ ſunt in uſu. illa uero deſcriptio qua utimur eſt illa quam ſuperius ſcripſi ſub nomine pilularum ad omnes morbos catarrhi.

Alcalcachar ſiue calcachar eſt lingua canis ſiue cynogloſſa & componitur a cynos græce quod eſt canis. & gloſſa quod eſt lingua.Et nota quod meo tẽpore uidi multos herbaticos uendentes ignorantibus apothecariis quinquerniã ſententiæ plãtaginem minorem pro lingua canis, ſed aliud eſt.hic uero per alcalcachar ſiccam intelligitur radix ipſius puluerizata ac contrita.

Alchazaber humida.i.recens, & eſt lingua canis ſeu cynogloſſa,ſed generaliter dubitant aliqui an alcalcachar & aleazaber ſint idem, ſed ſine dubio idem ſunt, uerum eſt ꝙ per alcalcachar intelligitur radix ipſius, & per alchazaber intelligitur ſuccus ipſius.ſimiliter i antidotario Nicolai in confectione pilularum de elaterio.Nicolaus dicit de elaterio quantum de puluеribus hoc eſt de puluere radicum elaterii:& eſt radix cucumeris aſinini:poſtea ait:Confice cum ſucco ficydis.i.cum ſucco cucumeris aſinini, tamen idem debet intelligi.

XXXVI.

DE STORACE, in ca.de tuſsi.

℞.Storacis liquidæ albæ,olibani,myrrhæ, ſucci liquiritię, opii,an.3.iiii.fiant pilulæ ſicut cicer.doſis eius eſt.ii.aut.iij.

COMMEN. MANLII.

Has pilulas non habemus in uſu Raſis. 9. Almanſ. in ca. de tuſsi, habet unam aliam deſcriptionem quæ eadem eſt. idem in lib.Diuiſionum in ca.medicinarum tuſsis, aſthmatis:& ſaniei,habet unam aliam deſcriptionem.

Storax liquida eſt ſatis nota.

XXXVII.

DE HIERA ſimplici Galeni.

℞.Specierum hierę picrę:Gale.ʒ.i.conficiantur cum melle dicto geleniabin quantum ſufficit,& fiat magdaleon.

COMMENTA. MANLII.

Iſtæ pilulæ ſunt multum in uſu: deſcriptionem uero ſpecierum uide ſupra in tractatu de electuariis,in loco ubi eſt hiera picra ſicut dictum fuit de ſpeciebus hierę picrę,fit cõfectio hierę picrę cum melle ſecundũ artem, & hæc dicitur a doctoribus hierapicra Gal.& quandoq; de prædictis ſpeciebus completis cum geleniabin fit paſta bona: & tunc a doctoribus uocantur pilulæ de hiera Gale.ſeu de hiera ſimplici,& de iſtis debet intelligi quando ſimpliciter medicus ordinat hieram,infra apparebit una alia deſcriptio pilularũ de hiera compoſita,quæ etiam ſunt in uſu.

EX PETRO DE EBANO CONCILIATORE.

XXXVIII.

MASTICHINAE, in cap. de indigeſtione ſtomachi.

℞.Maſtiches.3.iiii.
Aloes electi.3.x.
Agarici,* 3.iii.
Confice cum ſucco altillæ,& fiant.

*Mendoſe prius. iiii. legebatur.

COMMENTA. MANLII.

Iſtæ pilulæ ſunt illæ quas noſtri doctores laudauerunt in multis proprietatibus.Franciſ.de Pedemontium in cap.de medicinis appetitus corrupti,ponit hãc eandẽ deſcriptio-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 150 sur 335

nẽ. Idẽ Franciſcus i cap. de nocumentis digeſtionis, ex qui bꝰ eſt debilitas deſtructio & corruptio, & cura eiꝰ hẽt aliã, Meſue i ſuo grabadin in ca. de caputpurgiis conferentibus ſodæ frigidæ, habet unam aliam deſcriptionem, & dicit ꝙ mundificant ſtomachum, & caput, & accipiuntur oi tempore, & dicuntur pilulæ de maſtice, ſed non ſunt in uſu.

Altillia aut altimilia idẽ eſt. O quãta differẽtia reperitur i hac maxime ab ignorãtibꝰ apothecariis ac medicis ut eſt Lumen male lucens nam ipſe dicit ꝙ altile eſt uinum uel ſapa uel rob: ꝙ falſum eſt. uerum ſi Conciliator diceret: conficiantur cum tile eſſet uinũ coctũ, ſed ait cũ ſucco altillię, ideſt artemiſiæ. nã iſtud uocabulum (ſicut dictum fuit mihi) eſt quaſi uulgare qa i partibus Hyſpaniæ dicunt altimilia. i. artemiſia. Præterea Auic. in. 5. can. in tyriaca Eſdræ inquit: Succi altiliæ & eſt albelengeſif, & dicitu r abrotanum ſylueſtre. ergo eſt artemiſia: nam belengeſif apud Gal. in. 6. ſimpli. eſt artemiſia. Præterea Conciliator ſeu Petrus de Ebano dicit quod cõpoſitio harum pilularum eſt medicina matricis uitioſæ & uiſcerum interiorum Artemiſia ad idẽ mirabiliter ualet, & ſic eſt ꝙ altillia eſt mater herbarum ſiue artemia, loco eius poteſt poni ſyrupus de ſtœchados.

EX FRANCISCO DE PEDEMON.
XXXIX.

De quatuor rebus, in cap. de dolore inteſtinorum & medicinæ eius, & ſunt expertiſsimæ.

℞. * Colloquintidæ,
Sagapeni,
Salis gemmæ,
Diagridii cocti, } ana. 3. ii.

*Trochiſcos alãdahal, eius loco paſſim ſubſtituendos ſtudioſi nõ ignorantur.

Terantur & conficiantur cum ſucco porri.

COMMENTA. MANLII.

Iſtæ pilulæ non ſunt in uſu apud nos. dicuntur autem de quatuor rebus a quatuor ſimplicibus quæ in ipſis ingrediuntur ſine liquore.

XL.
DE BENEDICTA.

℞. Specierum benedictæ ſimplicis compterarum. 3. vi. Fiant ex eis pilulæ cum geleniabin. i. melle roſato.

XLI.
DE SPICA, in cap. de hydropiſi.

℞. Spicæ. 3. iiii.
Agarici,
Amomi,
†Raued,
Epithymi,
Maſticis,
Coſti,
Chamædrios, } ana. 3. iii.
Myrrhæ,
Cinnami,
Squinanti,
Garyophyllorum,
Aloes. 3. viii. } ana. 3. i.
Fiant pilulæ,

†Rhabarbarum uocant.

COMEN. MANLII.

Iſtæ pilulę non ſunt in uſu. Spica. ſ. ſpica nardi. Dioſc. nardus herba eſt ſpinoſa: nam a Græcis nardoſtachios appellatur, eius genera ſunt duo: unum Indicum, & aliud Syriacũ, & non quia in Syria inuenitur: ideo nomẽ accepit, ſed quia mons ubi naſcitur, pars eius in Indiam porrigitur &c.

EX NICOLAO.
XLII.

Sine quibus eſſe nolo.

℞. Aloes optimi abluti & odoriferi. 3. xiiii. quinque myrobalanorum, rheubarbari maſticis, abſinthii, roſæ, uiolarum, ſenæ, agarici, cuſcutæ, ana. 3. i. temperentur cum ſucco fœniculi, in quo ſint, ſcamoneę bene tritę. 3. vi. s. admiſceantur ita tamen quod puluis ſcamoneæ per pannum in ipſo ſucco ſit expreſſus, & ſit tantum ſucci quod ſufficiat ad confectionem pilularum ad modum ciceris informentur manibus cũ oleo uiolato unctis, uel oleo communi abluto ſecundum doctrinam, & uſui reſerua.

COMMENTA. MANLII.

Pilulæ a rotunditate dicuntur: ſine quibus eſſe nolo propter magnam efficaciam & uirtutem quam habent ad purgandos humores: etiam ualet ad obſcuritatem oculorum. Giliber. de Anglia in cap. de ſcotomia & uertigine, habet unam aliam deſcriptionem quæ eſt conformis huic. Quinq; myrobalani ſunt proprie citrini, chebuli nigri. i. indi, emblici, bellerici, & ſic iſte quinq; ſpẽs debent intelligi per quinque myrobalanos: ſm enim quoſdam ſapientes ſpecies myrobalanorum ſunt tantum tres. ſ. citrini, chebuli, & indi: nã alias duas ſpecies non computant inter myrobalanos. quare Meſue ſeparata de ipſis facit capitula. Moderni uero addiderunt bellericos & emblicos, & ſic per quinque myrobalanos, & de iſtis quinque intelligitur. unde uerſus.
Myrobalanorum ſpecies dic quinque bonorum,
Citrinus, chebulus, bellericus, emblicus indus.

Scamonea eſt ſolutiuum nngnum antonomaſice. ſm intẽtionẽ Nicolai in iſtis pilulis debet eſſe bene trita, ſed ſm opinionem aliquorum doctorum debet eſſe groſſa, dum ponitur in pilulis ac electuariis, & inquiũt ꝙ rario hæc eſt, primo quod ſcamonea eſt uenenoſa & eſt ualde nociua ſtomacho & furioſa. unde ſi bene triturareẽ intraret poroſitates ſtomachi & longo tempore ibi maneret: apothecarii uero moderni ſic faciunt, ſed loco eius ponunt diagrydium. i. ſcamoneam præparatam coctam in pomo cytonio. Antiqui dicebant diagrydium uel acrydium: moderni diagredium.

XLIII.
AVREAE.

℞. Aloes, } ana. 3. v.
Diagrydii, } alias. 3. x.
Roſarum, } ana. 3. ii. s.
Seminis apii, } alias. 3. v.
Fœniculi,
Aniſi, } ana. 3. i. s.
*Maſtiches, } alias. s. iii.
Croci, } ana. 3. i.
Colloquintidæ interioris, } alias. 3. iii.

* Apud Nic. nõ habetur.

Informentur ad modum ciceris cum aqua infuſionis tragacanthæ.

COMMEN. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu. dicuntur aũt aureæ, quia ſicut aurum inter omnia metalla pcioſius eſt, ſic iſtæ pilulæ, inter omnes alias pcioſæ habentur. Giliber. de Anglia. in c. de ſcotomia, & uertigine, habet unam aliam deſcriptionẽ quæ eadem eſt. ſuprapoſita fuit una deſcriptio ſub nomine pilularum de turbith, & ſunt de mente Meſue quæ dicit ꝙ ſunt pilulæ aureæ, ſed non ſunt tantæ digoitatis ut iſtæ.

XLIIII.
DE CASTOREO.

℞. Caſtorei, pyrethri, opii, croci, zingiberis, euphorbii, elaterii, mabatematicon, leucopiperis, nigellæ, ſaxifragiæ, epithymi, ſpicæ nardi, ellebori albi, ana. 3. i. confice cum ſucco bletæ, in forma ad modum piperis.

COMMEN. MANLII.

Iſtę pilulæ non ſunt in uſu. Caſtoreum autem eſt animal ꝙ apud Serap. caſtor uocatur. Auic. autem ait: Caſtoreum eſt teſticulus animalis marini ꝙ ſubmergitur, & inuenitur par ſuſpenſum ex radice una ſicut duo folla uaccina exiccata: & habet corticem ſubtilem qui quolibet tactu frãgitur. Electum ex eo eſt quod duo teſticuli ſunt ſimul adherentes partes: illud enim non adulteratum eſt, et eius quidem adulteratio fit ex opopanaco, & gummi confectis cum oleo & pauco caſtoreo, & deſiccatur in ueſica.

Elaterium eſt ſuccus cucumeris aſinini ſecundum Compoſitorem. idem dicit Dioſc. infra in pilulis de elaterio melius oſtendam.

Mabatematicon. i. ſuccus cauliculi agreſtis ſm Nicolaũ caulis uero agreſtis ſm Dioſ. naſcitur in locis maritimis et deſertis, albidior & longior domeſtico: & amarus quidam putant, ſed non recte ipſum eſſe condiſi ſeu ſtructium, de quo Circainſtans ſtructium eſt cauliculus agreſtis, ſed falſum

sum dicit idem ibi ait ubi inuenitur. ℞. mabatematicon succus ponitur qui sic appellatur, veritas tamen est quod mabathematicon est succus cauliculi agrestis, sed non est structium ideſt condisi.

XLV.

HEPTAMERAE, vulgo quam corruptissime OPTOMERAE.

℞. Aloes, } ana.ʒ.ii.
Diagrydij, } alias.ʒ.iiii.
Colloquintidæ interioris, }
Epithymi cretici, }
Agarici, } ana.ʒ.i.
*Chebuli, } alias.ʒ.ii.
Masticbes, }
Absinthij, }

*Nic. non hēt. uerū hoc quam mendose addiderunt, ut sū copositionē barbarę inscriptioni facilius aptarent.

Temperentur cum succho strychni, & in modum ciceris informentur.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas non habemus in usu. dicuntur autem optomeræ ideſt de octo rebus.

Strychnus secundum Dios. species habet quatuor. quarū prima est hortulana, odoris iocundi, hæc comeditur, & hæc est quam nos solatrum vocamus, aut morellam uulgo. Macer Herbam quam græci strychnum dixere, latini Maureolam dicunt, secundum Sera. solatrum est uua uulpis. secundū uero Mesue uua uulpis aliud est ut apparet apud ipsum in cap. de alfescera, sed maior pars sapientum tenet hanc opinionem quòd uua vulpis siue uua canina sit strychnum seu solatrum.

XLVI.

STYPTICAE, ualent contra fluxum uentris.

℞. Myrtillorum, balaustiæ, psidiæ, symphyti, sanguinis draconis, boli ar. acaciæ, rosarum, tartari, hypoquistidos, sumach, croci, galliæ muscatæ, galangæ, cinnamomi, spodii, macis, gummi ara. ana.ʒ.i. opii thebaici.ʒ.s. temperentur cum succo cimarum myrtæ, uel lentisci, vel plantaginis, & fac pilulas in modum ciceris.

COMMENTA. MANLII.

Non sunt tamen in usu apud nos. Psidia.i. cortex granati, psigia vero est storax liquida.

Symphytum.i. consolida maior, seu anagallicum. Auic. in.2. canon scribit succutum, sed & symphytum, dicit quod est semperuiua. & dicit quod est species seminis mandragoræ idem in.3.ca. in fen.x. in ca. de cura sputi sanguinis ait succutum & est semperuiua & dixit: Vir in quibusdam quæ aggregauit quod est species calamenti nascens inter lapides quæ teritur & commeditur cum sale, & nominatur nimusi albure sylueſtre, & in hoc est consideratio: neque per id Auicenna cognouit quid esset.

Lentiscus arbor est nota. Isid. in cap. de proprijs nominibus arborū ait: Lentiscus dicitur quod cuspis ipsius lētus sit & mollis nam lentū dicimus quicquid flexibile est. vnde & lentum uimen & uites. Virgilius & lente uites. i. flexibiles, cuius fructus oleum desudat cortex resinam quæ mastis appellatur. cuius plurima, & melior in Chio insula gignitur.

XLVII.

De quinque generibus myrobalanorum.

℞. Omnium mirobalanorū, agarici, diagrydii, colloquintidæ, sennæ, ana ʒ.i.s. epithymi, turbith, anisi, marathri, masticis lapidis lazuli ana. ʒ.ii.s. gra. v. aloes.ʒ.i. conficiantur cum succo absinthij.

COMMEN. MANLII.

Has pilulas non habemus in usu. Bartho. Monta. in suo antidotario habet unam aliam descriptionem & eadem est. Nicolaus dicit quod sunt pilulæ de quinq; generibus myrobalanorum, postea ait. ℞. omnium myrobalanorum quod non est sic dicendum nam per quinq; myrobalanos intelliguntur citrini, chebuli, indi, emblici, & bel i ici, & per omnes myrobalano. intelliguntur sex. nam Serap. ponit seni quod non reperitur apud Mesue. uerum hodie per omnes myrobalanos quinque myrobala. intelligi volunt. s. citri chebu. indos, bellerici, & embli.

XLVIII.

ARTRTIICE, valent contra arthriticam, & podagram.

℞. Hermodactylorum, turbith, agarici, an.ʒ.iiii. casię, spicæ garyophy. xylobalsami, carpobalsami, zingibe. masticis, fœniculi, anisi, saxifragiæ, seminis sparagi, brusci, rosæ, granorum solis, salis gemmæ an.ʒ.s. aloes ad pondus omnium conficiantur cum succo fœniculi, vel iuæ.

COMMEN. MANLII.

Has pilulas habemus in usu. dicūtur autē arthriticæ, quia ualent ad arthriticam pasionē. i. ad pasionē iuncturarum, non aūt dicuntur arthriticæ ab herba quæ arthritica dicitur cuius forma est sicut cōsolida minor cum floſculo cœlesti, iuxta uias hęc nascitur. Gilib. de Ang. in ca. de cura arthriticæ secundum magistros ait: Pilulæ arthriticæ magistrorum Salernitanorum, & idem sunt. Nicolus Flo. in lib.7. in cap. de præseruatione a doloribus iuncturarum ait: Pilulæ Salernitanorum quæ uocantur pilulæ arthriticæ, & idem sunt. Iua. i. ziniam. Mes. laudat ipsam in cap. de ægritudinibus neruorū, generaliter apothecarii faciūt ipsas pilulas cū suc co fœniculi, sed Gilibertus ac Nicolus laudāt magis succū iuæ, & est chamæpityos, sed hæc a multis cognita non est.

XLIX.

Ante cibum, & post.

℞. Masticis, granorum solis, croci, spicæ nardi, nucis muscatæ, garyophyllorum, macis, zingiberis, galangæ, iuniperi, api, petrosel. fœniculi, sparagi, brusci, cyperi, carui, cubebæ, xylobalsami, chamædryos, chamæpityos, thymi, epithymi sennæ, costi, saxifragiæ, lapidis lyncis, pulegii, sileris montani, turbith, ameos, amomi. seminis anethi, portulacæ, lactucæ, zedoariæ an.ϑ.i. rheubarbari ad pondus omnium, aloes ad pondus rheubarbari, & omnium aliorum, conficiuntur cum vino veteri rubeo.

COMMEN. MANLII.

Istæ pilulæ apud nos non sunt in usu, sed secundum intentionem Luminis tenebrosi sunt in usu sub nomine pilularū imperalium, sed non rectæ: nam istæ nō sunt pilulæ imperiales quibus generaliter vtimur, vt est notum doctoribus ac apothecariis: illam uero descriptionem pilularum imperialium quibus utimur inferius subiungam.

L.

EXELATERIO, ideſt, ex succo cucumeris sylueſtris, uulgo quam mendose de electuario, seu elacterio.

℞. Aloes.ʒ.ii. masticis.ʒ.i. elaterij quantū de pulueribus.ſ.ʒ. iii. confice cū succo ficydis, vel cum succo actis uel chamæactis, & da.ʒ.iii. vel.v. suauiter enim soluunt, & principaliter melancholiā & phlegma purgant, secundario cholerā.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas habemus in usu: tñ non multū sub nomine pilularum de cucumere asinino, nā elaterium est succus cucumeris asinini sicut apparet apud Dios. in proprio ca de elaterio. Præterea Sera. cap. de cucumere asinino ait: Elaterium fit ex fructu cucumeris amari in hūc modum. Accipe de cucumeribus istis anteq̄ veniant ad plenam maturitatem & coacerua eos, & dimitte sic nocte una: postea in meridie pone coram te uas, & pone super cribrum non spissum & resupina super ipsum cultellū & fac sicut docet ibi Sera. & melius elaterium est illud quod uergit ad colorem albū leue, amarum, humidum, & quando appropinquatur lumini accēditur. Petrus de Cre. ait: Cucumer agrestis est herba nota: ex cuius succo fit elaterium. idem ait Circainstans, lacterides autem aliud est, ut apparet apud Dios. & est cataputia.

Sicydis. i. cucumeris Asinini, & hic intelligitur de radice ignorantes apothecarii mirantur quod elaterium sit succus cucumeris Asinini, & sicydis sit radis ipsius, & dicunt quod possibile non est quod in istis pilulis ingrediatur succus fructus cucumeris & radix ipsius, sed tales ignorant: nam experientia reperitur eadem in pilulis alchaiber. i. de cynoglossa: ut dictum fuit supra.

Actis. i. sambucus: chamæactis. i. ebulus quasi infima seu humilis actis ac chame ϙ est infimū, q aūt dicit: Ebulus est

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 152 sur 335

actis ſambucus eſt chamæactis non dicit ueritatem, & hæc apud noſtros ruſticos lorex dicitur.

LI.

CYNOGLOTTICE, uulgo de cynogloſſa.

Nō ſic iacet hęc cō poſi. apud Rheginū Nic. interpretem cū garyo. cinnamo. cozum præſertim omittat.

℞. Cynogloſſæ, opii, eminis, iuſquiami, ana.3.iiij. myrrhæ, trogloditicę.3.vi. olibani.3.v. gario.3.ii. cinnamomū, cozū bri an.3.ii. cōfice cum rhodoſtomate. i. cum aqua roſata, & formentur inde pilulæ admodum piperis, ex quibus .v. aut vii. eunti dormitum exhibeantur.

COMMENTA. MANLII.

Iſtæ pilulæ apud nos ſunt ī uſu, ſed nō utimur ipſis ſcd̄m iſtam deſcriptionē: illa uero deſcriptio qua utimur fuit poſita ſupra ſub noīe pilu. ad omnes morbos catharrales: etiā ſupra habita eſt una alia deſcriptio de mente Alexandri ut ſupra oſtenſum fuit. Gilibertus de Anglia in cap. de cauſis tuſsis, habet unam aliam deſcriptionem & eadem eſt.

Cynogloſſa eſt herba dicta lingua canis ſimilis cynogloſſæ. i. plantagini maiori, niſi quia non ſunt ei coſtæ apparentes in foliis eius, ſed ſunt leuia ſatis. hæc apud nos in pratis ac iuxta uias naſcitur cum flore purpureo, tendente aliquantulum ad rubedinem. falſi autem herbatici ignorantibus apothecariis uendunt pro lingua canis quinque neruiā ſeu lanceolam, ſed ignorantia eſt in utriſq;

Cozumbri. i. fæx ſtoracis liquidæ. ſecundum Compoſitorē eſt ſtorax rubea, ſeu timiama, ſeu thus Iudæorum in medio ſtoracis calamitæ, aliquando cozumbrum inuenitur ei adhærens.

Myrra trodytica. i. myrrha troclites, ſiue ſimira, ſiue myrrha rotunda minuta optima ac odorifera. Circa inſtans ait: Myrrha gūmi eſt cui uſdam arboris: cuius eligenda eſt clara & citrina, uel ſubrufſa, interius aliquantulum lucida et groſſa, & alia eſt myrrha minuta, alia eſt craſſa: et illa myrrha troclitem dicitur uel a loco, ut quidam dicunt dicitur myrrha troclidem, poteſt ſeruari per centum annos.

LII.

ARABICE.

℞. aloes.ʒ.v. brioniæ, quinq; myrob. maſticis, diagrydij, aſari, roſarum ana.3. viii. confice cum ſucco caulium, uel abſinthij addendo croci.3.i. caſtorei.3.iii.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu. Gilib. de Angl. in ca. de cura arthritice: ſcd̄m magiſtros habet unā aliam deſcriptionē, & eadem eſt: illa uero deſcriptio quā ſcribit Lumē malelucens non eſt fienda, quia deficit crocus in pondere.

Briōnia. i. cucurbita agreſtis hæc apud Dioſ. uocatur ampelos leuce, uide de ipſa in confectione de alfeſcera.

LIII.

DE HIERA MAGNA.

℞. Specierum hieræ picræ magnæ.3.iiij. cum mellæ roſato fiant pilulæ aut cum ſucco abſinthij.

COMMEN. MANLII.

Iſtæ pilulæ ſunt in uſu ſub noīe pilularum de hiera magna: quidā uocant ipſas de hiera cōpoſita: cuius deſcriptio fuit ſupius poſita ſub noīe hieræ picræ magnæ, & iſtæ omnes pilulæ ſupradictæ ſunt de mente Nicolai.

EX ANTIDO. IOAN. SERAPIONIS.

LIIII.

AD febrem quartanam.

℞. Coſti amari, ſpicæ, aromaticæ, chamedreos, cinnamomi, croci, aſari, cimarum, ſquināti, carpobalſami, amomi, ſcordeon, folii, ariſtolochiæ rotundæ, polii, maſticis, garyophylorū, gentianæ, ellebori nigri ana.3.s. epithymi cretenſis, agarici, polypodij. myrrhæ, an.3.iii. aloes abluti.3.ix. terantur & conficiantur.

CMMENTA. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu: & ualēt mirabiliter contra quartanā. idem Io. Sera. habet unā aliam deſcriptionē ſed hæc eſt nobilior dixerunt quidā experimentatores, ſi accipiātur cū uino albo quatuor folia pentaphyllonis pulueriʒati, iuuāt & deſtruunt quartanam in matutinis tribus aut quatuor. Et ſi dentur de ipſis foliis tria ualent tertianariis. infra apparebit una alia deſcriptio harum pilularum, quæ etiam ſunt optimæ.

EX RASI.

LV.

COMMVNES, in.4. Almanſ. cap. de peſtilentia, & eius cautela.

℞. Aloes.3.iiii.
Croci,
Myrrhæ, } an.3.ii.

Dentur ex eis in principio peſtilentię.

COMMEN. MANLII.

Iſtæ pilulæ apud nos ſunt in uſu ſub noīe pilularum cōiū. etiam ſunt in uſu ſub noīe pilularū ſine cuſtodia. Aui. in lib. 4. in cap. de præſeruatione a peſtilentia habet unam aliam deſcriptionem, ſed ipſe non ponit doſim ſpecierum. Franciſcus de Pedemontium in cap. de cura paſsionum cordis ex aere peſtilentiali habet unam aliam deſcriptionem ſic doſando. ℞. aloes, croci, an.3.ii. myrrhæ.3.i.s. moderni generaliter faciunt ipſas ut docet Raſis, & debent confici cū uino albo claro ſubtili & odorifero Franciſcus autem uult quod conficiantur cum aceto.

LVI.

CEPHALICE, uulgo COCHIE. in.9. Alman. cap. de cephalęa, & hemicrania.

℞. Pulueris Picræ.3.x.
Colloquintidæ.3.iij. & tertiam.
ſcamoneæ.3.ii.s.
Turbith,
Stœcados } an.3.v.

Miſce, & fiant pilulæ. & ſunt doſes decem.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu maxime ſcd̄m iſtā deſcriptionem, dicuntur aūt cochię. i. capitales cochos græce ꝙ eſt caput eo, quod mundificāt caput. apud Haliabatem pilulę cōcā ſunt pilulæ cochiæ. Meſue in ſuo grabadin in cap. de caput purgijs conferentibus ſode frigidę habet unā aliā deſcriptionem quæ ſunt ex authoritate filii Zachariæ, & eſt eadem in ſimplicibus, ſed in pōdere nō ipſe Meſue adiūgit pōdus ſtœcados & turbith. idē in ca. de ſoda ex aggregatione choleræ, & phlegmatis habet unā aliā deſcriptionem: quę eſt ex authoritate Gal. ſed eadē nō eſt. Nicolaus habet unā aliam deſcriptionem quæ eſt de mente Raſis quæ in ſimplicibus eadem eſt, ſed in pōdere aiungit ut Meſue. idē habet unam aliam quæ eſt de mente Gal. ſed non eſt in uſu. ſi uero intentio medicorū eſt quod ipſe debeant fieri ſcd̄m intētionē Raſis. nō oportet addere nec minuere doſim ſpecierum, ſi uero intentio eorū ſit aliter facias ut præcipiunt.

Picra. i. amara. o quanta diuerſitas opiōnū inuenitur in hac puluere picrę uidelicet quia eſt illæ puluis picre quē intelligit Raſis gn̄aliter habetur opinio quod ipſe ſit puluis ſpecierū hierę ſimplicis Gal. & ſic uult Lumen malelucens ſed non recte: quia Raſis in.9. Alman. in cap. de dolore & apoſtemate ſtomachi habet unā deſcriptionem pulueris picrę, & hic eſt qui adminiſtrari debet in iſtis pilulis, & deſcriptio hęc eſt ℞. pulueris roſarū rubearū, ſpicæ, maſticis, xylobalſami, carpobalſami, cinnamomi, xylocaſsię, aſari, an.3.i.s. aloes ſuccotrenſis ad duplū ponderis oīum, quod bene tritū cum alijs miſceatur medicinis tritis, & hic eſt puluis de quo intelligitur. uerū eſt ꝙ ipſę deſcriptiones nō differunt niſi in una re. uidelicet quòd Raſis habet roſas. Gal. non, Ga. habet crocum. Raſis nō in reliquis cōcordāt.

Colloquintida. i. cucurbita deſerti. Meſue loco eius habet trochiſcos alandahal.3.viii. Scamonea eſt ſuccus cuiuſdam ſpeciei uolubilis. Raſis aūt ſcamoneam. Meſ. habet ſcamoneam antiochenam coctam in cytonio. ergo eſt diagrydion, & prædictæ pilulæ ſecundum plurimum debent fieri cum ſucco abſinthij, aut cum uino albo.

LVII.

DE HERMODACTYLIS, in.9. Alman. cap. de podagra, & ſciatica.

℞. Hermodactylorum, ſatyrion, meizara ana.3.v. hierę picrę

picræ.3.x.colloquintidæ,cétaureæ minoris,an.3.v.euphorbii.3.ii.turbith.3.x.ſeiteragi indi.zingiberis, ſinapis, piperis caſtorei, ana.3.i. informentur ex eis pilulæ ex quibus a duabus.3.&.s. ad tres ſumantur.

COMMENTA. MANLII.

Iſtæ pilulæ apud nos nō ſunt in uſu, ſm iſtam deſcriptionem.idem ih libro diuiſionum circa fiuē habet unam aliam deſcriptionem quæ quaſi eadē. eſt illa uero deſcriptio qua utimur eſt de mente Meſuæ ut oſtenſum fuit.Hermodactylus græce eſt dictus Hermetis digitus. Dioſ. de ipſo uidet loqui ſub noie coltico ſicut apparet apud Serapio. cap. de hermodactylo. Satyrion eſt radix dicta ab Auic. teſticulus uulpis Pli.ait Satyrionis duo ſunt gña unū longioribus foliis oleæ, caule quatuor digitorum, flore purpureo, radice gemina ad formam hominis teſticulorum alterum uide apud eundem, de quo etiam dictum eſt in diaſatyrion.

Mizaran.i.meizarā,& dicunt quidam quod eſt tapſia, ab aliquibus dicit eſſe mezereon, quod etiam uī uoluiſſe Raſnā in deſcriptione pilularū de hermodactylis in ſiue libri diuiſionū loco meizahara poſuit mezereon.Aui.in.2. can. uocat ipſam mehezerengi, & dicit. eſt arbor ſicut arbor ſcebrā.i.eſulæ uerum tñ eſt lōgior, in cuius colore eſt cinereitas ad citrinitatem declinans, quidam uero hoies numerauerunt ipſam inter lacticinia.Sera.de hac dicit quod confert doloribus iuncturarum & articulorū, & addit: & dixerunt quidam quod uiderunt in foliis huius plantæ id qđ dixi in arbore agie.& hoc eſt quòd qñ ponitur in fluuiis inebriat piſces,neque per id cognoui quid ſit.Io.Arculanus in cap.de podagra dicit.Meizara.i.ſenæ quod Deus ſcit.

Sataragi indū.i. agricardamum agreſte. Raſis in lib. diuiſionū, ubi ut diximus ſcribit aliā deſcriptionem pilularū de hermodactylis,loco ſeitaragi indi,poſuit tapſiā indā: ex quo apparet ipſum uelle quòd ſeitaragi indū ſit tapſia inda. eandem opinionem habuit Franciſ.de Pedemontiū in deſcriptione trochiſcorum de ſpica,ut oſtenſum fuit ſupra.

EX AVICENNA.

LVIII.

DE TAPSIA, in.5.can.

℞.Serapini,armoniaci,euphorbii,bdellii, opopanacis ana. 3.i.aloes,epithymi,agarici ana.3.i.s.ariſtolochiæ rotundæ. centaureæ minoris,caſtorei,an .3.ii. macropiperis, zingiberis,cymini,ameos,ſeminis aniſi,apii,mirrhæ, croci, ana. 3.i.myroba.citrinorum, hermodactylorum, almeheizahēgi.an.3.ii.s.ſinapis,tapſiæ, puluerisꝰ colloquintidæ, ligni aloes,acori,ſalis indi.an.3.i.confice cum aqua alchechengi. i.ſolatri minoris, & fiant inde pilulæ.

COMMEN. MANLII.

Has pilulas non habemus in uſu: dicuntur de tapſia maiores ad differentiam minorū; eo quod plura ſimplicia ingrediuntur:tapſia aūt eſt ſeitaragi, & eſt quam Dioſc. lepidium uocat & ſcđm Gal.eſt genus erucæ, & eſt agricardamum agreſte.i.naſturtium aquaticum ſeu ſenation,ut oſtenſum fuit ſupra in triphera ſaracenica.

LIX.

DE DENDE, ibidem.

℞.Cinnamomi excorticati acortice ſuo ſuperiore: de quo proijciantur linguæ repertæ inter duo fruſta granorū:dein de ſucci liquiritiæ,agarici,albi,alcheiati, & herbæ eupatorii, abſinthii, aloes, an.partes æquales: tere & confice cū aqua apii, & informentur pilulæ paruæ,& ille qui de eis facit pilulas inungat manum ſuam oleo balſami odorifero.

COMMEN. MANLII.

Has pilulas non habemus in uſu. Fran.de Pedemon. in cap.de doſi habet unā aliam deſcriptionem,quæ eadem eſt. Dende uel denden.ſcđm Auic.in.2.can.eſt quæ eſt ſceni.ex ea eſt ſicut fiſtici, alſcetriæ eſt fiſis alcherua rubea habens puncta nigra.& inda eſt minor alſceni, & maior alſcetriæ, eius medulla eſt cineritia declinans ad citrinitatē.idem ait Serap.ſed dicit: Aliud eſt ſceni, & aliud non quidā amicus fideliter dixit mihi qđ hiſtud granū reperitur in Hyſpania ſuper arbore dicta ſcortanū, & ipſo ligno utūtur tinctores ad tingendum pannos:tamen Deus ſcit, ſcđm Frāciſcū eſt. ſpecies graminis uel cataputia quod ignoro: uerum aliqñ reperit:deinde ꝑ cataputia.i.cherua. Alcheiati alias cheiati. Franciſcus loco eius hēt alchechēgi: ergo eſt ſolatrū minus,ſed Gētilus ſup hoc canone dicit: Alcheiati.i.galbana.

LX.

DE GARYOPHYLLIS, in.3.fen.vi. cap. de cura fœtoris oris.

℞.Garyophyllorum galangæ an.3.s. muſci camphoræ ana danic.i.pyretri.3.i.aloes.3.iii.ſinapis.3.i. fiant pilulæ cum uino.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas non habemus in uſu.Meſue in eodē cap. habet troch.de garyophyllis Nico.Flo.in lib.3.in cap.de fœtore oris habet unam aliam deſcriptionem, & eadem eſt huic. Danic eſt pondus octo granorum hordei.

LXI.

DE SANDARACHA, in.3.fen.xvii.cap. de liquidis quæ ponuntur ſuper eas,& quibus embrochantur.

℞.Sandarachæ,corticis ouorum,fumiterræ, ſeminis porri an.3.iiii.ſalis armoniaci.3.ii.ſcoriæ ferri.3.iiii. fiant ex eis pilulæ ſicut nabac.

COMMEN. MANLII.

Has pilulas non habemus in uſu.Franciſcus de Pedemō. in cap. de hæmorrhoidibus & medicinis eius habet unam aliam deſcriptionem quæ eſt ſimilis huic. Sandaracha uero ſecundum modernorum opinionem eſt uernix: non eſt autem auripigmentum rubeum ut dixerunt quidam,& arbor ferens uernicem iuniperus uocatur.

LXII.

EFVMARIA, uulgo de FVMOTERAE. in.4.fen.7.cap.de cura ſcabiei,& pruritus.

℞.Myrobal.Citrinorum, Chebulorum, Nigrorum, } ana.3.v.
Aloes ſuccotrenſis.3.vii.
Scamoneæ.3.v.

Sine ceſſatione conficiantur cum aqua fumiterræ,& dimittantur donec exicentur, & imbibantur uice altera, & dimittantur donec exicentur, & fiat illud tribus uicibus, et in omni uice fiat ſicut ſorbitio: deinde dimittatur donec inſpiſſetur. & compactum fiat & fiant inde pilulæ.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas habēmus in uſu.Nicolaus in ſuo antidotario habet unam aliam deſcriptionem quæ uidetur quaſi eſſe eadem,ſed hæc eſt qua utimur. Fumuterræ eſt herba quæ habet folia ſimilia dauco, niſi quia ſunt magis minuta & amariora, & habet radicem: cuius color uergit ad albedinem, hæc apud nos in uiis ac pratis & in rupibus inuenitur.Gal. in.6.ſimpl.dicit:Xeitarig.i. fumuſterræ ſicut in ſapore xeiterig Arabes uocant ipſum ſcetheterig.

EX PETRO TVSSIGNANA.

LXIII.

DE OPIO, in cap. de phreneſi.

℞.Opii, Croci, Caſiæ lignea, } ana.3.iiii.

Fiant pilulæ cum uino albo.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas non habemus in uſu.Opiū eſt ſuccus ſatis notum.Sera.in cap.de papauere ait:Gūmi uero papaueris nigri eſt opium.Liber qui dicitur Bulchaſis docet modum ipſius:& dicit quod fit ex lacte papaueris nigri. Opium uero ab opos quòd eſt lachrimum nomen extrahit.

EX BARTH. MONTAGNA.

LXIIII.

DE RHEVPONTICO. in Ant.

℞. Succi cucumeris aſinini, arthanite an.3.i.s. rheuponti. 3.ii.aloes ſuccotrini.3.i.diagridii.ℑ.i.orobi,ſiſeleos.ſpicæ, ligni aloes ana.ℑ.s.fiant pilulæ cum ſucco apii.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 154 sur 335

COMMENTA. MANLII.

Iſte pillulæ apud nos non ſunt in uſu. Rheuponticũ uero eſt barba firiſta, & eſt radix ſimilis rheubarbaro, & propter id multi mercatores ignorantibus apothecariis uendunt mixtum unum, cũ alio, ſed poteſt cognoſci: quia rheu barbarum optimum quando maſticatur cauſat ſaliuam rubeam ſimilem tinctũræ croci. rheuponticum uero habet cõtrarium dicitur autem rheuponticum a rheu, quod eſt radix, & ponticum, quia in pontico inſula reperitur. Dioſ. aũt ait: Rheuponticum naſcitur in Boſphoro, & eſt radix ſimilis centaureæ maiori. Sera. nec de rheupontico, nec rheubarbaro facit ca. uerum facit cap. de rheu. & dicit raued. i. rheu. & dicit idem quod dicit Dioſc. de rheupontico, ſed moderni per raued nõ intelligunt rheupõticũ, immo rheubarbarum, de quo uide Meſue in ca. proprio de rheubarbaro. Credo quod antiqui utebantur pro raued rheupontico.

Arthanita ideſt panis porcinus de quo infra in unguento de arthanita.

LV.

DE DIAMVSCO.

℞. Muſci, myrrhæ an. ℈. iiii. ſtœcados, rubeæ tinctorum, pulegii, corticis citri, piperis longi, corticum caſſiæ lignææ, corticum caſſiæ interioris, granorum pæoniæ, calami aro. an. ʒ. vi. ſpicæ. ʒ. s. fiant pilulæ cum ſucco artemiſiæ. ideſt matris herbarum uel altiliæ.

COMMENT. MANLII.

Has pilulas non habemus in uſu. idem in ſuis conſiliis in conſilio de præfocatione matricis ex nocumento ipſius habet unam aliam deſcriptionem, ſed differt ab hac mater herbarum adoptata herba quæ anteptemis uocatur.

LVI.

ASSAIARET.

℞. Hieræ picræ. ℥. i.
Maſtiches,
Myrobal. citrinorum, } ana. ʒ. iiii.
Aloes hepatici, * ℥. ii.
Fiant pilulæ cum ſyrupo de ſtœcade.

* Alii. ʒ. ii. mẽdoſe corrigunt.

COMMENTA. MANLII.

Has pilulas habemus in uſu, & ſunt ex autho. Auic. ſicut reperitur in. 3. can. in fen. i. in ca. de canonibus utilibus curationis. nam ibi inquit. ſolutiua uero facilia ad purgandũ caput uel aſceiaret ſunt. ex quibus ſumatur pilula magna ut parũm pondus operationem efficiat ſufficiẽtem cum mora, & nõ noceat propter paruitatẽ ſuam iteratio, & dormiatur ſuper ipſa ne deſtruant motus & uigiliæ eius operationẽ, & canon quidẽ in eis eſt aloes & hiera, deinde cadit in eis maſtix ad confortandũ ſtomachũ, & recipiuntur in eis myrobalani ut prohibeant uaporẽ acutum &c. ipſe Aui. nõ ponit doſim ipſarũ rerũ, ſed Gentilis loco allegato ponit doſim ipſarum rerũ, & eſt ſicut eſt doſis Bartholomæi, & ſic generaliter ſecundum iſtam deſcriptionem conficiuntur.

LVII.

DE HIERA compoſita.

℞. Aloes hepatici. ʒ. xiii. cinnamomi. ſpicæ nardi, coſti, ſquinanti, xylobalſa, xylocaſſiæ, maſticis, aſari, roſarum, cinnamomi, abſinthii an. ʒ. i. agarici, colloquintidæ, turbith, bdelli mollis an. ʒ. i. fiant pilulæ cum ſyrupo de ſtœchade.

COMMENTA. MANLII.

Iſtæ pilulæ ſunt in uſu, tamẽ non ualde. Quidã apothecariorum dant pilulas de hiera magna pro pilulis de hiera cõpoſita, ſed non ſunt idem ſecundum intentionẽ Bartholomæi: ut patet ſi legis iſtã deſcriptionem de hiera compoſita cum deſcriptione de hiera magna quæ ſuperius poſita eſt.

Cinnamomi. i. cannella fina ſubtilis & electa: ut eſt notũ Hic Bartholomæus in iſta deſcriptione pilularum de hiera compoſita ponit bis cinnamomum, cuius cãm ignoro, ſed ſecundũ quoſdam debet dicere cinnamum. i. cinnamomum groſſum, aut poteſt dicere amomum, ut uolunt multi.

EX OFFICINIS, uulgo MAGISTRALES.

LVIII.

IMPERIALES.

℞. Cinnamomi, amomi, aniſi, maſticis, cardamomi, zingiberis, zedoariæ, macis, nucis muſcatæ, garyophylorum, croci, cubebæ, ligni aloes, turbith, tereniabin. i. mannæ puræ, agarici, folliculorum ſenæ, ſpicæ nardi, quinq; myrobalanorum. an. ℈. i. rheubarbari ad pondus omnium, aloes ſuccotrini ad pondus ſupraſcriptarum receptarum, conficiantur cum ſyrupo roſato & uiolato quantum ſufficit.

COMMENTA. MANLII.

Iſtas pilulas apud nos habemus in uſu, maxime ſecundũ iſtam deſcriptionẽ, ſecundum quoſdã dicuntur imperiales quia inuentæ fuerunt a quodã imperatore, uel dicuntur imperiales, quia ſunt in uſu multũ, apud reges tamen eius deſcriptionẽ ab authoribus non reppeti. uerũ ſecundũ quoſdã iſtæ pilulæ dicuntur deſcribi a Rainaldo de uillanoua, ſed ego in practica Rainaldi qua utimur non repperi. Chriſtophorus aũt de honeſtis poſuit pilulas magiſtrales pro regibus inuentas, nec reperitur a quo authore ſint deſcriptæ, tamen ibi deſcribit ſuam deſcriptionẽ, & eſt eadem cum iſta niſi ſolum in una re, & illa eſt ſpica nardi. ſecundũ aũt Lumen malelucens, pilulæ imperiales inueniuntur in Nico. ſub nomine pilulæ, aliæ ante cibũ & poſt cibũ, ſed uidetur eẽ falſus textus. nã illæ pilulæ quas deſcribit. Nicolaus ſub nomine pilulæ, aliæ ante cibũ & poſt cibũ non ſint pilulæ imperiales quibus utuntur medici, Et ſi tu legis deſcriptionẽ pilularum imperialiũ uel pilularũ ante cibum, apud Lumen apothecariorum non ſunt pilulæ imperiales, pilulę ante cibum, nec poſt cibum, ſed iſtam deſcriptionem aggregaui cum multis aliis deſcriptionibus, & inueni eam optimã. Et ſic ſecundum iſtam confici uolunt noſtri medici.

LIX.

AD QVARTANAM.

℞. Sagapeni bene gummoſi, colloquintidæ. an. ʒ. ii. diagrydii. ʒ. ii. ſalis gemmæ. ʒ. i. fiant pilulæ cum uino albo ad modum ciceris, capiat unam ſingulo die ad uiginti dies, ſaluo ꝙ non capiatur illa die qua febris uentura eſt.

COMMENTA. MANLII.

Iſtæ pilulæ ualent multum ad quartanam: uerum eius deſcriptiones ſunt diuerſæ & differunt inter ſe. Suprapoſita fuit una alia deſcriptio quæ eſt de mente Ioan. Sera. ſed ille non ſunt ualde in uſu Ioan. Mattheus gradi in ſua practica habet unam aliam deſcriptionem, ſed non eſt eadem.

Peroratio in. x. ſectionem.

Aggregauimus in hac diſtinctione diuerſarum deſcriptionum pilulas ex illuſtrium medicorum libris excerptas quæ deſeruire poſſunt intentioni cuiuslibet practicantis. Tranſibimus nunc ad ſectionem de ſuffuf & pulueribus ſi nos direxerit ille qui cœli condidit ornamenta.

LVMIN. MAIORIS.

SECTIO VNDECIMA.

PVLVERES, uulgo SVFFVF continens.

EX ANTIDOTARIO MESVE.

I.

DE LIGNO ALOES.

Ecipe ligni aloes. ʒ. iiii. cardamomi, mentæ ſiccæ, ſpicæ, marmacur, cyperi, corticis citri, ana. ʒ. ii. galliæ, ſquinanti, an. ʒ. i. maſticis, aniſi, apii, an. drach. ii. zucchari ad pondus omnium, da cum miua.

COMEN. MANLII.

Suffuf autem iſtud in uſu non eſt: ualet autem tantum dicere ſuffuf quantum puluis ſubtiliſſimus ſicut alcohol.

Marmacur apud Auic. uocatur maru, & ibi diſtinguit in plures ſpecies, & ſecũdũ, opinionẽ Iudei eſt marubiũ, ſed ſi diceret

diceret marmacor esset melliſſa ſiue citraria.

II.

AROMATICVM.

℞.Aniſi aur.xii.ſeminis fœniculi au.iiii.liquiritiæ,zingiberis an.aur.iii.garyophyllorum, macis, cinnamomi,galangæ an.aur.ii.gallæ muſcatæ aur.i.ligni aloes,corticis citri an.aur.i.s.muſci boni.ʒ.i.quartam,zucchari tabarzeth.i.albi ad pondus omnium,zucchari nabet,ideſt zucchari candi di medium pondus omnium.

COMMEN. MANLII.

Non eſt in uſu.

III.

IMPINGVATIVVM BONVM.

℞.Farinæ cicerum infuſorum in lacte dulci & exiccatorũ, & iterum infuſorum in lacte & exiccatorum, & ſic fiat terſio:deinde coctorum ℥.vi.rizi abluti multotiens ℥.ii.tritici, & hordei excoriatorum & ablutorum multotiens exiccatorũ,& multotiens infuſorum in lacte & exiccatorũ an.℥.iii. amygdalarum dulcium.℥.v.papaueris tortellarum de ſemi. i.panis aſſi.an.℥.iiii.zucchari tabarzeth.lib.i.terantur & da ut ſorbeat omni die mane.℥.iiii. poſtquam decoquitur cum lacte,aut cum aqua ciceris.

COMMEN. MANLII.

Rizum ſemen eſt notum.Græci uocant ipſum oriza granum.Auic.in 2.cano.uocat rizon. idem in 4.can. in Fen.6. inquit:cum alicui datur in potu cortex rizi : ſecundũ quod dixerũt quidã primorũ accidit ſtatim dolor in ore & in lingua,& apoſtematur lingua eius : deinde extenditur dolor in umbilico & ſtomacho & inteſtinis eius & inflãmatur totũ corpus eius,& nominat eũ in uenenis,de cura uide ibi.

Triticum.i. frumentum. Iſid.ait: Triticum uel a rritura dictum ꝙ puriſſimum horreo condatur, uel quia grannm eius commolitur & teritur.

IIII.

DE GRANIS MYRTI.

℞.Granorum myrti,granorum granatorum acetoſorũ toſtorũ,an.ʒ.xx.cymini carmeni infuſi die ac nocte in aceto, & exiccati,& coriandri ſicci ſimiliter infuſi & exiccati, & torrefacti,& ſauich,anabac,charub de ſpinis, ſumach,glandium an.ʒ.x.curt,& tarathit an.ʒ.v.confice & da.

COMMENTA. MANLII.

Cyminum carmenum; ſecundum Serap. ex authoritate Raſis eſt cyminum agreſte: & ſecundum Auic. eſt nigrum: & ſecundum Martheum Syl eſt ſiſeleos, ſed non recte: uerum hodie loco ſiſeleos ponitur.

Sauich.i.hordeum,& ſecundum Raſim eſt hordeum uel triticum fractum in parua fruſta.Aui.in 2.inquit: Sauich iã dictum eſt in cap.tritici & hordei,in ca.uero de hordeo dicit.Aqua hordei eſt nutribilior ſauich.Auer.in 6.coll. frumentum fractum poſt lotionem in aqua infuſum:deinde coctum ſauich uocatur.hæc eſt polenta. Nã ubicunq; in Dioſ. habetur polenta.Serap.eodẽ loco ex uerbo Dioſ. habet ſauich,& hoc nomẽ cadit ſup multas res : nã põt fieri ſauich ex ſiligine & ex cucurbita.Vnde Circa inſtans in capitulo de hordeo narrat.ex hordeo multa fiunt quę cõpetunt uſui medicinæ ſcilicet polenta,far,& farina, & aqua polentæ fit ex farina & aqua,& ſic de ſingulis.Moderni per ſauich ſimpliciter uolunt intelligi hordeum immaturum.

Anabac ſiue nabach eſt fructus arboris dictæ apud Dio. agrifolium,& apud Auic.eſt fructus arboris dictæ ſadar, & hic fructus plura nomina habet:nam Dioſ.uocat ipſum agrifolium & lotos. Plin.lotos ſiue fabam græcam.Iſidor.ait: Mella quam Græci loton appellant quæ uulgo propter formam & colorem faba Syriaca dicitur, quidam uocant ipſum granum aneſcem,& eſt fructus rubicundus quem noſtri barbatici laurum ſylueſtrem uocant quidam uocant iuiubas,ſylueſtres,ſed prima expoſitio eſt melior.uide de ipſo in ſyrupo de fructibus.

Charub apud Arabes dicitur xylocaracta:ergo eſt ſiliqua ſiue baziana q̃ in maritimis partibus inuenit.Aui. in trochi ſcis alindaracaron.i. andromaci putauit,ſed nõ recte ipſum eſſe darſiſahan:& poſuit xylocaractam ibi loco darſiſahan, ꝙ eſt cortex buzee quod non creditur.

Curt.i.gummi arabicum, & eius arbor ſecundum Sera. eſt arbor acaciæ.Gentilis ſuper tertio canonis in cura lubricitatis ſtomachi dicit.Alchott.i. acatia.uerum moderni eo carentes ueram acaciam faciunt ex fructu prunellorum ſylueſtrum,& inuenitur idoneę uirtutis.

Tarathit eſt ſimilis fungo quæ in radice plantæ dictæ barba hircina ſeu roſa canina naſcitur: & fit ex eo hypoquiſtidos.apud Auic.uocatur henſiſtides. Ioan.Sera. in ſuo breuiario in cap.de ęgritudinibus quæ accidunt in naſo dicit ꝙ hypoquiſtidos eſt barba hircina.

EX ANTID. BART. MONTA.

V.

CAPITALIS.

℞.Pulegii,calamenti,corticis citri,moioranæ, ſtœcados, betonicæ,ſandaracæ,garyoph.an.ʒ.ii.miſce & fiat puluis,et ponatur ſuper caput in loco commiſſurę ægrotantis.

COMMENTA. MANLII.

Sandarax ſiue ſandaraca ſecundum Moder. eſt uernix ſcriptorum,ut inquit Serap.

VI.

PRO OCVLIS.

℞.Siſeleos,euphragiæ,fœnicoli,cubebarum,an.ʒ.s. granorum paradiſi,macis,an.ʒ.i.cinnamomi cimini,an.ʒ.ii. foliorum roriſmarini.℥.s.aniſi.℥.s.miſce & fiat puluis ſubtilis.

COMMEN. MANLII.

Grana paradiſi eſt nux ſarta, quę alio nomine melegeta uocatur,& eſt quam Auic.in 2.can.uocat cobzbague,& dicitur melegeta,eo ꝙ habet grana ad ſimilitunem grani melicę hęc apud modernos uocatur heil & eſt cardamomum maius,ut oſtenſum fuit ſupra in electuario de gemmis.

EX RAINALDO DE VILLA NOVA.

VII.

PRO BOTIO, in lib. 2.cap.de botio gulę.

℞.Spongiæ marinę,paleæ marinę,oſſis ſæpiæ,piperis longi,& nigri,zingiberis,cinnamomi, ſalis gemmæ, pyrethri boni,gallarum,ſpinę roſarum an. omnium ℥.ii.hæc omnia puluerizentur excepta ſpongia marina, & palea quæ debẽt comburi,& cinis ex eis factus cum prædictis debet admiſceri,& omnia debent cribrari, & da hoc puluere pluries in die teneat in ore,& in nocte.

COMMENTA. MANLII.

Iſte puluis debet ſeruari in piſside ligni, uel in ſaccullo decorio,& debet cooperiri ne uirtutem eius amittat.

Iſte puluis per me fuit expertus mirabiliter in illa materia ualere,& egomet de ipſo feci plura experimenta. Verum iſte puluis inuenitur etiam in antidotario Bartholomęi de Montagnana,ſed non ualet tantum. idem inuenitur in antidotario Dini Florentini qui minus ualet.

Palea marina ſecundũ modernorũ opinionẽ eſt balla marina cuius forma eſt rotunda prout balla,& eius ſimilitudo eſt ſicut borra.& hæc inuenitur in partibus Ianuæ citra mare,& inuenitur ſuper quadã planta quæ folia habet longa ſicut corrigia & in fundo ipſius plantæ inuenitur quædã tuberoſitas groſſa facta in modum fungi,& hæc apud multos mercatores ſpuma maris vocatur,& ſupra hãc plantã naſcitur quidam globus in modũ pilæ rotundæ factus in colore ſupradicto,& hæc eſt palea marina ſeu balla marina: & eſt id quod de illa planta adminiſtratur,hãc quidã mercatores Ianuenſes algam uocant,& hæc eſt quã Dioſ. aloſathne inſidens uocat,& modus aduſtionis ipſius eſt iſte, incide eam minutim cum manibus in quantitate quã uolueris: deinde pone ipſam in olla terrea & ponatur in furno panis ꝑ duos dies & totidem noctes tantum quod in colore efficiatur nigra uerę nigredinis,poſtea depone & uſui reſerua, & eodẽ modo fit de ſpongia, uerum ſpongia non efficietur tam nigra in colore, immo parum ad rubedinem declinans.

Os ſepiæ eſt os ꝙ inuenitur in corpore cuiuſdã piſcis ſic

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 156 sur 335

uocati. Isid. in cap. de piscibus inquit sepia dicitur, quia sepibus intercluſa facilius capitur. in cocundo obscenum genus. ore enim concipit sicut uipera. Circa instans ait: os sepiæ inuenitur in uentre sepiæ.

Spina roſarum, secundum modernorum opinionem est quædã res similis ſpongiæ quæ nascitur circa hortos ſuper quadam planta quæ apud Dioſ. uocatur cynosbatus, & hæc eſt ſpongia quã utuntur aliquando in ecclesijs ad aſpergendum aquam & eſt illa quæ a multis bedeguard uocatur, ſed non recte. Dinus Florentinus loco eius habet bedeguard, quod credit eſſe idem ſed non recte, etiam multi medicorum putant quod bedeguard ſit illa ſpongia, ſed errant ut oſtenſum fuit in ſyrupo de eupatorio.

EX NIC. FLORENTINO.

VIII.

CORDIALIS, confortans cor. in. iiii. capit. de ſyncopi.

℞. Lapidum pretioſorum iam pluries dictorum. ana. ʒ. ſ. amborum corallorum an. ʒ. ii. oſsis de corde cerui, ſpodii, limaturæ auri & argenti, charabæ, ana ʒ. ii. croci, xyloaloes ana. ʒ. i. cinnamomi electi drac. iii. & ſunt qui addunt cryſtalli & ambræ ana. dra. ſ.

COMMEN. MANLII.

Iſte puluis ſecundum intentionem Nicoli eſt expertus ad confortandum cor. Hodiernis tamen temporibus diuerſimode fit iſte puluis ſecundum diuerſitatem regionum & deſcriptionem, per lapides uero prætioſos intelligẽ fragmẽta quinque lapidum pretioſorum poſitorum a diuo Meſue in electuario de gemmis.

EX OFFICINIS, uulgo magiſtralis.

IX.

ADPROVOCANDVM.

℞. Seminum paſtinacæ, ſeminis napi, ſeminis raphani, ſeminis aniſi, fœniculi, apij, anethi, an. ʒ. ii. rutæ farinæ cicerum, cinnamomi, ſinapis, albæ, ana. ʒ. i. cryſtalli. ʒ. iiii. ſalis gẽmæ. ʒ. iii. zucchari. ʒ. i. puluerizentur hæc omnia ſubtiliter, & utatur ſæpius cum brodio cicerum, & eſt expertus.

COMMEN. MANLII.

Paſtinaca alio nomine baucio uocatur, eius ſemen uſui medicinæ competit. Macer eſt paſtinace uirtus in ſemine tantum & radice ſua.

Napus ſcilicet napus domeſticus qui alio nomine nauoni dicuntur. Pli. naporum duas differẽtias in medicina græci ſeruant anguloſis foliorum caulibus florentes & quod bumon uocant. Dioſco. autem in cap. de bumas inquit. bumas ideſt napicium & eſt ut rapæ radix quæ elixa comeditur ut eſt notum apud omnes ſecundum Bartholomæum Montagnanam in ſuo antidotario.

X.

SACCVLVS temperatus pro corde calido.

℞. Sandalorum amborum, roſarum, corallorum amborũ, ſpodii, camphoræ, foliorum myrti, boraginis ana. ʒ. i. been albi & ru. corticum citri, nucis muſcatæ, ſetæ, combuſtæ, ſpicæ, oſsis de corde cerui, granæ tinctorum, foliorum lauri, garyophyl. zedoariæ, ligni aloes, ozimi, roriſmarini, cubebarum, meliſſæ ana. ℈. i. muſci gra. iiii. ambræ, croci, ana gra. iii. contundantur, & fiat ſacculus.

COMMEN. MANLII.

Iſte ſacculus apud nos non eſt in uſu, tamen noſtri doct. laudant ipſum: nam ſcias quod ſacculorum fiunt plura genera ſecundum diuerſitatem infirmitatum, & propter id generaliter medici ordinant eos ſecundum ſuam uoluntatem, dicitur autem ſacculus, quia illę res in uno ſacculo ponuntur, & ſuper dolorem apponuntur.

Grana tinctorũ ſunt grana dicta chermes, & ſunt grana quibus utuntur tinctores ad tingendũ ſcarlattum, & hoc eſt quod apud Dioſc. coccus infectiuus uocatur. inde de Domino dicitur q̃ habebat ueſtem coccineam. i. de ſcarlatto.

XI.

Sacculus frigidus pro corde.

℞. Roſarum, bugloſſæ, florum boraginis ana. ʒ. ii. ſ. corticũ citri, fol. myrti, corallorum amborũ, coriandri præparati an. ʒ. i. ſ. camphoræ ℈. ii. ſandalorum, utriuſque ana. ʒ. i. ſ. miſce, & fiat ſacculus.

XII.

Sacculus carminatiuus pro ſtomacho,

℞. Seminis apij, aniſi, ſiſeleos, fœnicoli, apii macedonici, rutæ. ſ. ſeminis ipſius ana. m. ſ. origani, calamenti an. m. i. ſ. hyſſopi, pulegii, ſtœcados, rutæ, ſiccæ, chamædryos, chamæpityos an. m. i. abſinthii. m. ii. calami aromatici, cinnamomi, fruſtorum garyophyllorum ana. ʒ. ii. macis ʒ. iii. contundantur omnia & fiat ſacculus.

XIII.

Sacculus pro ſtomacho frigido.

℞. Pulueris mentæ, abſinthii lambruſce, calamẽti, pulegij, an. ʒ. ii. garyophyllorum. ℈. iiii. nucis muſcatæ, maſticis, macis an. ℈. ii. galangæ. ʒ. ſ. roſarum rubearum. coriandrorum præparatorum ana. ℈. ii. galliæ muſcatæ. ʒ. i. miſce.

COMMEN. MANLII.

Menta eſt herba ſatis nota; maxime hortulana ſiue cõis. Pli. ait. Menta planta uel ſi nondum germinat ſpongia minus hæc humido gaudet, æſtate uiret, hyeme flaueſcit, genus eius ſylueſtre mentaſtrum eſt mẽtæ nomen ſuauis odoris apud græcos mutauit: cum alioquin minta uocaretur.

XIIII.

Sacculus pro ſtomacho.

℞. Ligni aloes, abſinthii, calamenti betonicæ, maſticis, thuris, cyperi, coſti, cymini, fœnicoli, roſarum uiticellæ an. ʒ. i. cubebarum, maſticis, cinnamomi, garyophyllorum, ſpicæ, nucis muſcatæ, piperis albi & longi ana. ʒ. ſ. calami aromat. caſſiæ ligneæ corallorum rubeorum an. ℈. ii. ex his puluerizatis fiat ſacculus in forma ſcuti.

COMMEN. MANLII.

Viticella ſecundum Matth. Syl. eſt feſcera ſiue feſire; ergo eſt bryonia quæ apud Dioſ. Ampelos leuce uocatur; ſed ſecundum Simonem Ianuen. eſt feſireſin. i. uitis nigra, ſiue ampelos melana; ut apud Dioſ. in hac diſcordia neſcio quid dicam, quia ſecundum intentionem Matth. Syl. eſt bryonia ſiue uitis alba: & ſecundum Simonem eſt uitis nigra; non igitur concordant: uerum ſecundum plures uiticella eſt uitis nigra, & eſt planta quæ iuxta hortos naſcitur; & eſt quã Lombardi. Tanero uulgari nomine dicunt.

XV.

Sacculus ad fluxum uentris, ſuper quo infirmus ſedere debet.

℞. Origani, ſumach, myrtillorum, coriãdri, camemillæ. i. bonigi. an. m. i. ſ. balauſtiarum, corticum granatorum, hypoquiſtidos, ſeminis roſarum, ana. m. i. radicum taſſi barbaſſi, cardonis, corticis & radicis mori, an. m. ii. cõtundantur cõtundenda & reliqua incidantur, & bulliant in uino nigro; deinde depone in ſacculo, & fac ipſum ſedere ſuperius.

COMMENT. MANLII.

Taſſus barbaſſus eſt planta omnibus nota hæc apud Dio. uocatur phoſmos, ſed apud Auic. in 2. cano. uocatur buſiri. Iſidorus phoſmos, quam Latini herbam lucernarem uocant ab eo quod ad lycinia proficiat. hæc planta apud nos naſcitur ſuper muros & in campis, & uocant eam ruſtici Auidon ſiue Auion.

Cardo. ſ. cardus qui apud Dio. uocaẽ dipſacus: cuius frutex eſt ſpinoſa, & iſte frutex gerit quandã rẽ qua utũtur. fullones ad garzandũ pannos & biretas. Gal. etiam in. 6. ſimpl. pharmacorũ dicit: Dipſacus. i. cardo Pet. de cre. inquit. Virga paſtoris. i. cardus, ſed falſum dicit, quia uirga paſtoris eſt herba quæ uocatur corrigiola & differt multum, ſicut patet apud Dio. ca. de dipſaco, & apud Ser. ca. de uirga paſtoris.

XVI.

Pomum ex Laudano ſecundum Ioan. Concoregium, in cap. de Catarrho.

℞. Laudani ʒ. i. ligni aloes, ſtoracis, calamitæ, coſti, ſpicæ, olibani, an. ʒ. ſ. nucis muſcatæ, nucis cypreſſi, ſandaracæ, an. ʒ. i. nigellæ, cinnamomi, garyophyllorum, an. ʒ. ii. galliæ muſcatæ, myrrhæ, an. ʒ. ſ. ambræ. ℈. i. muſci gra. iii. uel. iiii. puluerizentur puluerizanda, & cum aqua roſata & uino odorifero, & modico ceræ fiat pomum.

COM-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 157 sur 335

COMMEN. MANLII.

Iſtud pomum eſt in uſu,ſed non ualde,Laudanum autem ſecundum Serap.colligitur ex una ſpecie cuſſus.i. hæderæ, & inquit;ex hac quidem ſpē accipitur laudanum, quoniam quando capræ paſcuntur ea,adhæret humiditas eius pilis earum,quia eſt ſicut uiſcus, quare apparet in coſſis earū & in barbis & ideo ſunt homines qui colligunt illā humiditatem,mundificant eā, & faciunt trochiſcos & reponunt,& ſunt homines qui accipiunt funes & trahunt ſuper plantam iſtam,& quod adhæret eis de illa humiditate emungunt a fune & colligunt & faciunt trochiſcos,& fortius ex laudano eſt illud quod eſt boni odoris coloris uergētis ad uirorē ſub molli tactu,& quandoq; malaxatur adhæret manibus,& nō ē in eo ſabulū, & non aſſimilatur reſinæ pini, & cyprenſe ē huiuſmodi;& qđ fit in terris Arabū & alibi eſt groſſus &c. Gale.autem in libro ſecretorum in cap.ad omnes ægritudines inquit,Glutinis pilorum barbæ hirci.i.laudani, hæc herba in cypro inuenitur & uocant eam Ladam.

XVII.

Pomum odoriferum contra peſtem ſecundum Bartho.Montagnana in ſuo antidotario.

℞.Storacis calamitæ,ſtorum bugloſſæ,an.℈.ii.garyophyllorum ʒ.i.ben albi & rubei,an.℈.i.ligni aloes.℈.ii.myrrhæ,calami aromatici.nucis muſcatæ,ſpicæ,thuris,uernicis,maſticis,an.℈. i.ambræ,muſci,an.℈.s.charabæ,croci,an.ʒ.s. acedulæ.ʒ.iii.camphoræ.℈.ii.triaſandalorum an.ʒ.i. roſ.rubearum.ʒ.iii.ſuc portulacæ,ſucci arancij,an.ʒ.iiii. nenupharis, coriandri torrefacti,an.ʒ.ii.corallorum rubeorum, ſpodii, an.ʒ.s.ſyrupi de citro,boli armeni.an.ʒ.iiii. terræ ſigillatæ ʒ.ii.miſce omnia quæ puluerizanda ſunt præter ambram & muſcū quæ duo de per ſe puluerizentur,& poſtea admiſceātur deinde recipe laudani infuſi in aqua roſa. & aceti.ʒ.iiii. terebintinæ lotæ cum aqua roſa.quantum ſufficit ad continuationem et mollificationē ad omnia iſta,& fiat pomum.

COMMEN. MANLII.

Iſtud pomum eſt optimum contra peſtem & eſt in uſu Meſue in cap.de cura catarrhi deſcribit tres deſcriptiones pomorum quæ cum prædicta non cōueniunt. Verum ibi habet quædam ſimplicia quæ difficilia ſunt inueniri, ſed quædam hic declarabo.Primo in prima deſcriptione habet faſel,quod eſt auellana inda.& ſandali mahazari qui ſunt ſandali citrini.In ſecūda deſcriptione habet ſandaracē quæ eſt uernix ſcriptorum,& habet bucur.i.ziſenide, & ſecundum plures iſta eſt alipta muſcata. In tertia deſcriptione habet bucur ſeden,quod ſunt plures eſt idem, tamē nō rectē,quia ibi dominus Meſuæ inquit.Bucur ſeden an.partes viii.ergo ſunt duæ res,quarum bucur eſt alipta, & ſeden eſt ſaduram ſiue algalia habens bonum odorem,tamen Deus ſcit.

Acedulæ uero nomen multis herbis attributum eſt in diuerſis regionibus,nam acetoſa acedula poteſt dici,idem trifolium acetoſum,ſiue panis cuculi,ſiue aleluia idem.Macer autem de acedula ſpeciale capitulum facit,inquit.Diximus acedulam quam Græcus dicit aizoon.ergo eſt ſemperuiua. Nam aizoon apud Dioſ.eſt ſemperuiua, & componitur ab ai quod eſt ſemper & zon quod eſt uiua.uerum ſecundum modernos acedula eſt acetoſa,aut eſt idem in uirtute.

XVIII.

Trazea confortans ſtomachum ſecundum Franciſcum de Pedemontium in capitulo de cura paſſionum cordis per compaſſionem ad ſtomachum.

℞.Coriādri præparati.ʒ.ii.ſem.meliſſæ.ʒ.s.cinnamomi electi.ʒ.i.zucch.tabarzet.ʒ.iiii.puluerizētur & miſceātur. doſis coclear unū poſt cibū nō ſequēte potu,& ē ſana & experta.

COMMEN. MANLII.

Trazea autem ſunt plures facti ex uariis rebus,ut eſt notum apud apothecarios.Hæc apud apothecarios Papienſes nō eſt i uſu, ſed in partibus Mediolanenſibus ea utuntur,& ualet mirabiliter ad cōfortandum ſtomachum,infrā apparebit una alia deſcriptio quæ ualet contra ardorem urinæ.

Coriandrum ſiue coliandrum eſt ſemē ſatis notum . Eius autem præparatio fit cum uino cytoniorum & aceto, ut oſtenſum fuit ſupra.

Meliſſa eſt herba quæ alio nomine citraria uocatur,eo q; folia ipſius odorem citri habent. hæc apud Dioſc. uocatur melliſophyllos:quidam uocant eam bederangiam, & ab aliquibus ozimum citratum uocatur.

XIX.

Trazea ualens ardori urinæ,ſecūdum Nicolum Florē. in libro.5 .in cap.de ardore urinæ.

℞.Seminis cucumeris,cucurbitæ,citrulli,mellonis, portulacæ,maluæ,papaueris albi an.ʒ.i.draganti,gummi arabici uiolarum,amidi,ſpodii,boli armeni an.ʒ.6.zucchari ad pōdus omnium.

COMMEN. MANLII.

Trazea eſt confectio reducta in puluere,& hæc eſt in uſu apud illos qui patiūtur ardorem urinæ,ſupra eſt poſita una alia deſcriptio:quę ualet ad confortandum ſtomachum, & utraque ſunt uſuales.

XX.

Medicamen de turbith,ſecundum Auic.in lib.4.in fen.i. in cap.de cura phlegmaticæ.

℞.Zingiberis,maſticis,amborum an.ʒ.x.turbit, ſicut alcohol ideſt ſubtiliter triti.ʒ. x.zucchari tabarzet, ideſt, albi, quantum omnia & fiat.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud medicamen eſt in uſu,maxime ſecundum iſtam deſcriptionem Meſue in ca.de turbit inquit:Filius Zezar medicamen bonum de turbith,& eſt idem in ſimplicibus.Nicolus aūt Florentinus in lib.2.in ca.de cura febris phlegmaticæ puræ per potionē habet unā aliā deſcriptionē, ſed nō eſt eadē tamen parū differt & differunt ſolum.quia Auic.habet maſticem.Nicolus aūt nō habet,idē Nicolus deſcribit unā aliam deſcriptionem quę eſt fortior altera,ſed nō eſt in uſu.

XXI.

Puluis contra dolores poſt partum, magiſtralis.

℞.Corticum caſſiæ fi.& caſſiæ ligneę,cinnamomi, capillorum ueneris an.ʒ.ii.ſeminis aniſi,paſſularum an.ʒ.iiii. terātur ſubtiliter,& detur cum uino albo;& eſt optimus.

XXII.

Puluis pro fluxu ſpermatis,expertus magiſtralis.

℞.Mentæ ficcæ.ʒ.iii.ſeminis agni caſti, radicū ireos an.ʒ.ii.ſeminis rutæ.ʒ.i. ſeminis lactucæ.ʒ.ii.s.zucchari albi ad pondus omnium,fiat puluis ſubtilis, de quo ſumat cum uino albo coclear medium ante cibum per duas horas.

XXIII.

Puluis expertus ad epilepſiam puerorum.

℞.Coriandrorum præparatorum cum aceto & uino cytoniorum.ʒ.ii.ſeminis peoniæ,ſeminis portulacæ an.ʒ.i. ungularum aſini uſtarum.ʒ.iiii.miſce & fiat puluis,& detur parum cum aqua rutæ.

COMMEN. MANLII.

Vngula aſini in illa materia multū ualet, & modus aduſtionis ipſius eſt,quod ponatur in olla, & ponatur in furno panis,& dimittatur tātū quod eius aſſatio ſit cōpleta. Sera. in c.de ungula ait,quidā uero exiſtimantes hoc accipiūt ungulā aſini & adurunt,& curant cum ea epilepſiā magnam.

XXIIII.

Puluis ad frangendum lapidem in ueſica expertus.

℞.Millii ſolis,ſaxifragiæ,cinnamomi,capillorum ueneris, ſeminis aniſi an.ʒ.s.liquiritiæ raſæ.ʒ.i.s.lapidis lyncis,lapidis iudaici an.℈.i.ſeminis ſpargorum,ſeminis mellonis an. ʒ.i.miſce & fiat puluis capiat cū modico uini albi odoriferi

XXV.

Puluis pro exitu inteſtini.

℞.Maſticis,thuris,nucis,cupreſſi,antimonii,corticum granatorum,balauſtiarum,glandium an.ʒ.ii.miſce & fiat puluis & utere,& eſt bonus.

XXVI.

Puluis pro ſtomacho.

℞.Cinnamomi electi.ʒ.i.s.zingiberis, piperis, liquiritiæ. an.ʒ.s.piperis lōgi,garyophyllorū,galāgæ,macis, cardamomi melegetæ,nucis muſcatæ.an.ʒ.i. ſpicæ.ʒ.s.miſce & fiat puluis addēdo in hyeme.ʒ.i. zucch.albi pro qualibet.ʒ.i.s. ſpecierum,& in eſtate adde.ʒ.i.zucchari pro.ʒ.i.ſpecierū.

XXVII.

Puluis dulcis ordinatus per illustrissimum dominum Robertum Sanseuerinatem.

℞. Cinnamomi, garyophyllorum, corticum interiorum, cinnamomi, amomi, melegetæ, triũ piperum, zingiberis, folii, ligni aloes, macis, an. ʒ.s. cardamomi, cubebæ an. ʒ.i. spicæ nardi. ℈ s. musci gra. iiii. nucis musc. ʒ. s. zucch. albi boni. ʒ. vi. foliorum lauri numero vi. misce, & fiat puluis subtilis.

XXVIII.

Puluis Galatinæ.

℞. Piperis lib. i. zingiberis fini lib. ii. cinnamomi. ʒ. ix. fusti garyophyllorum. ʒ. iiii. nucis muscatę. ʒ. iiii. misce. & fiat puluis subtilis: Iste uero fit ex speciebus aromaticis, ut est notus omnibus. inuenitur autem gelatina piscium quæ fit quãdo pisces coquuntur in aceto: & postea congelatur acetum cum quo coquuntur, & eodem modo fit cum carnibus.

XXIX.

Puluis piperatus communis.

℞. Piperis lib. i. s. zingiberis fini lib. iii. croci. infusi in uino rubeo per noctem. ʒ. i. & ʒ. i. misce, & fiat secundum artem.

XXX.

EPITHEMA pro corde, ex Antidotario Barthnlomei Montagnanæ.

℞. Aquarum bugloſſæ, acetoſæ, an. ʒ. iii. aquarum florum salicis, rosarum, absinthii, graminis, melissæ, lãbruscæ, an. ʒ. ii. spẽrum cordialium temperatarum, credo ꝙ sit puluis cordialis aut fragmentorum cordia, ʒ. i. s. croci gra. viii. myrrhę, diptami, gentianę, ligni aloes, sandalorum citranorum, semi. alfelel gemisch, beẽ albi & rubei, hyacinthi, smaragdi, an. ℈. s. succi lymonum: ʒ. iii. aceti. ʒ. i. uini maluatici. ʒ. v. misce. & fiat epithema.

COMMENTA. MANLII.

Epithema autem apud Græcos est superpositio siue emplastrum molle uel aquosum: apud nos epithema est medicamentum aquosum: quod stomacho cordi ac hepati supraponitur cum panno tincto ex chermes scilicet scarlatto, & eius modus est diuersus secũdũ diuersa loca ac infirmitates.

LVMIN. MAIORIS

SECTIO DVODECIMA.

CEROTA, uulgo CERATOS continens.

EXANTID. MESVAE.

I.

OESYPATVM, uulgo HYSSOPI.

descriptione Galeni.

℞. Ceræ citrinæ,* ʒ. iii. Olei, Chamæmeli. Irini, an. ʒ. vi. Mastiches. ʒ. i. Spicæ. ʒ. ii. s. Croci, ℈. ʒ. i. s. Terebenthinæ ʒ. i. Resinæ. ʒ. s. Hyssopi humidæ,* ʒ. x. Fiat cerotum.

*Prius nõ habebantur.

† Antea mendose. ʒ. i.

* Alij ʒ. lxxx.

COMMEN. MANLII.

Stvd cerotum apud nos nõ est in usu: illa uero descriptio qua nos utimur est descriptio philagrii, de qua infra.

Ceræ citrinæ. i. usualis. Sera. laudat ex ea quæ est grossa mũda a sorde: & in cuius odorem est parum odoris mellis, & in colore eius est parum rubedinis, & illa quæ est alba per cocturam & pinguis est post ipsam. Reperitur etiam alia cera dicta propolis, & hæc est fex aluearis apum, quæ apud Arabes muz uocatur.

Oleum proprie sumpto uocabulo est omne oleum cuiuscunq; sit rei, ut oliuarum ac aliarum rerum descriptio olei camæmillæ infra apparebit. etiam descriptio olei irini subiungetur & est oleum de ireos, quod flore purpureũ gignit.

Resina ſ. resina pituina. i. pini. Pli. resinæ summæ spẽs sunt duæ, sicca & liquida, sicca e pino & picea fit liquida terebinto, larice, lentisco, cupresso. nam & hæc nascũtur in Asia & Asiria falluntur qui eãdem putant esse e picea atq; larice: picea enim pingue & tirso modo succosam fundit: larix gracilem & mellei liquoris uirus redolentẽ: medici liquida raro utuntur. Moderni pro pice liquida chitran accipiunt, & est gũmi quod egreditur ex arbore dicta ſerbin seu cedrus.

II.

Oesypus ut extrahatur, uel operatio Hyssopi humidæ.

℞. Lanarum ouium succidarum circiter lib. lx. & funde super eas aquæ fontium calidæ quantum sufficit ad infundendum, & dimitte per horas. viii. deinde bulliat ebullitione una, exprimatur aqua lanarũ & coletur aqua, & coquat cũ facilitate in uase stãnato agitãdo semper fundum uasis cum ligno amplo ne recipiat de uestigio adustionis aliquid, & coquatur usque dum fiat sicut mel currens, & seruetur.

COMMENTA. MANLII.

Hæc est operatio hyssopi humidæ ad diffentiam hyssopi siccę, quæ est herba. de utraque Auic. in 2. can. facit ca. dicẽs ꝙ hyssopus humida est sordes aggregata super lamam ouiũ in Armenia, & sternitur super herbas tithymallorũ, & accipit uirtutes & lac earum, & fortasse est currens, ergo coquitur & præparatur ibi. Dios. autem hyssopi cerotum est quasi sordes ex succo lanarum succidarum, ut docet ipse ibi Plin. Hyssopum est sordes pecudum: sudorq; femorum, & aliarũ adhærens lanis hyssopum uocant melior maritis omnibus genitus sit pluribus modis, sed probatissimũ lana ab his partibus recenti capta, aut quibuscunque sordibus succidis &c. Melior autem est quæ non habet odorem astaros, & sit mollis quando tangitur sine asperitate: habens odorẽ lana succida & quando dissoluitur in coclea munda nõ apparebit ibi aliqua grossities, sicut apparet quando est adulteratum cũ cera, aut seuo dissoluto cum oleo: ut faciunt multi herbatici maligni. Liber qui dicitur Bulchasis quasi in fine docet modum seruandi zuccherach: ideſt hyssopum humidam.

APPENDIX.

Oesypum qua arte parandum Dios. lib. 2. cap. 84. elegantissime docet, cuius placita Aetius quoque lib. 2. cap. 120. non obscure perstringit, a Mesue sane longe diuersa.

III.

Oesypi ex philagrio, uulgo Hyssopi Descriptione Philagri.

℞. Croci. ʒ. v. bdellij, masticis, armoniaci, aloes, storacis liquidæ. an. ʒ. viii. ceræ citrinæ lib. i. terbentinæ.* ʒ. i. s. medullæ cruris vaccæ, adipis anseris an. ʒ. xv. hyssopi humidæ lib. i. s. olei nardini quantũ sufficit, bdelliũ, armoniacũ, & aloes dissoluantur in aqua infusionis fœnugræci, & camęmillæ et cum cæteris fiat unguentum, & post philagriũ addiderunt expressionis squillæ. ʒ. iii. olibani. ʒ. i. sepi uituli. ʒ. xv. & in alio cerę lib. i. minus quarta, & est conueniens.

*Alimen dose vi ii. s.

COMMEN. MANLII.

Hæc descriptio istius hyssopi ceroti descriptione Philagrii est illa quam laudant magis nostri doctores: & sic generaliter ista descriptione utuntur.

Vacca est animal quadrupes omnibus notum, & modus faciendi medullã ex cruribus est talis. Oportet primo ꝙ eligatur tẽpus in fine æstatis: quia in aliis temporibus reperit in eis superfluitas sanguinis q̃ congelat in loco cũ medulla, & nõ nouit hoc nisi ille qui assueuit frãgere ossa & extrahere medullas: & oẽs spẽs medullarũ sunt mollificatiuæ, resolutiuæ, & modus extrahẽdi ẽ, ꝙ accipias medullas recẽtes, & purges a sanguine ipsius. postea laueṫ cum aqua & dissoluaṫ ad ignẽ leuẽ: & dimitte donec liquefiat medulla: & coleṫ in uase: deinde accipi illud colatũ clarificatũ, & pone in uno alio uase terreo nouo, & qñ apparet sordes colligaṫ, & ibi dimittaṫ donec fiat rubea: deinde accipiaṫ qđ est desup ex puro eius, & qđ est in fundo, & non purũ abiiciaṫ. Aui. in 2. can. in ca de medullis laudat medullã uitulorũ & cerui, deinde thauri, & postea caprarũ, deinde ouiũ, & medulla qdẽ hircorũ cum testiculis, & thaurorũ propriæ non castratorũ est magis sicca, & medulla extremitatũ est magis pinguis.

Anser est auis; cuius genera sunt duo. ſ. domestica & syluestris. Domestica est qua generaliter utimur, quę morat in

locis domesticis sylvestris uero est illa quę in locis sylvestribus moratur, & ambæ sunt notæ, & modum præparationis eius docet Bulchasis in tractat. 3. qui iste est, Accipe adipē anseris quando est recenter occisa, & purga bene a pellicu lis suis, & pone in olla noua terrea, capacitas sit dupla quātitati adipis & cooperi vas, & pone in sole calidissimo, & aufer quod dissoluetur, & pone in alio uase, & fac ita assidue ad illud clarificandum secundum quod egreditur ex eo donec nihil de eo remaneat. deinde accipe quod clarificatū fuerit, & repone in loco frigido, & vtere vbi oportet, & ille qui uult facere opus cum præparatione, oportet quod dissoluat eum in olla duplici secundum formam, ut ibi docet eadem fit præparatio de adipibus anatis.

IIII.

Oesypatum ex Paulo, uulgo hyssopi descriptione Pauli.

℞. Ammoniaci. ʒ.x. bdelli. ʒ.v. sigie. ʒ.iiii. croci. ʒ.i. s. aloes, *vn.iii. s. masticis olibani an. ʒ.ii. s. ceræ. * ʒ.iii. s. sepi & medullæ vitu li. an. ʒ.ii. hyssopi humidæ. ʒ. xl. irileon quantum sufficit.

COMMEN. MANLII.

Sigia, idest storax liquida, non est storax calamita, ut quidam dixerunt. Auic. in. 2. can. inquit: Iubne est arbor sigiæ, ergo sigia est storax liquida, & hæc apud quosdam est mel storacis calamitæ. Item Circa instans ait in cap. de storace, storax alia calamita, alia liquida, quæ propriæ sigia dicitur storax autem liquida in Calabria reperitur, storax calamita non a calamo sed a calo quod est bonum dicitur, & micos quod est gutta, per decem annos seruatur.

Irileon. i. illirica: & est oleum de ireos, que florem purpureum gerit. nam Dios. in cap. de balano persico. i. ben: & est semen arboris ait. ꝙ ex eo. ʒ. i. bibita cum pusca splem siccat cū iri illirica mixtus, & in cataplasmatibus positus & mulsa adhibita dolores podagricos mitigat &c. Illirica mixtus. Sera. eodem loco ex verbo Dioscо. habet ireos, quod idem est. Isid. iris illirica a similitudine iris cœlestis nomen accepit unde & a latinis arcumē dicitur iris, quod flos eius coloris uarietate eundem arcum cœlestem imitetur. Illirica autem dicitur, quia in illirico plurima nascitur.

APPENDIX.

Quanquam hæc cerati compositio Paulo inscribatur, non ignorandum tamen uaria admodum esse, quę libr. vii. cap. 17. Aegineta in hunc sane modum bellissimi perscribit.

Liquidi hyssopi medicamenti præparatio.

Melilo i, triens.
Cardamomi, sextans.
Lanæ admodum sordidæ. ʒ.vi.

Macerata in uini sextariis duobus, per triduum coquito donec pusillum relinquatur, his exemptis uino admisceatur olei quadrans, & denuo usq; ad maxime partis consumptionem elixato, uinoq; etiam tunc addatur.

Colophoniæ. } singulorum dextans.
Resinæ terebinthinæ. }

Sunt uero qui cerę quoq; uncias. x. admisceant, & hyssopi herbæ unciam coquunt pariter cum aliis. Alij lanas uino abluunt desiccatasque uinum cum sordibus, quas etiam pinum appellant adiiciunt, ubi utendi est. ex eo ʒ. tres injiciunt, & reliqua quemadmodum dictum est.

V.

Hyssopi Diatessaron Democriti.

℞. Cerę citrinę terebinthinæ an. ʒ.xii. olei irini. ʒ.iiii. hyssopi humidæ. ʒ.ii. s. & fiat ex eis vnguentum & administretur.

COMMENTA. MANLII.

Istud cerotum apud nos non est valde in usu. & sunt ex hominibus qui utuntur ipso sub nomine ceroti de hyssopo humida: dicitur autem diatessaron a tessara græce quod est quatuor: unde diatessaron, idest de quatuor rebus, idem dicitur de tyriaca diatessaron, Ioan. Anglicus in cap de dolore iuncturarum in cura guttæ melancholicæ habet unam aliam descriptionem quæ eadem est.

Hyssopus humida (ut dictum fuit) est quasi sordes & succus lanarum succidarum. Io. Anglicus ibi ait: Hyssopi humidæ. i. misceo sitas lanæ & non lotæ prius: deinde decoque, & quod supernatat colligatur &c.

VI.

STOMACHICVM GALENI, uulgo Cerotum Gal. stomachum confortans, & emendans uitia stomachi.

℞. Rosarum rubearū. ʒ.xx. foliorū absinthii sicci. ʒ.xv. masticis, * ʒ.xv. spicæ indæ. ʒ.x. tere subtiliter, & accipe ceræ mū dæ. ʒ.iiii. olei rosati lib. i. s. dissoluantur in igne lauationibus pluribus in aqua rosata deinde iterū dissoluantur & lauentur in uino ueteri & succo cytoniorum & aceto pauco, deinde misceantē cū ꝓaluere rerū & fiat cerotū & administretur. * alii. ʒ. xx.

COMMEN. MANLII.

Istud cerotum secundū intentionem Mesuæ est de mente Gal. tamen apud ipsum Galenum, non reperi. hoc apud nos est multum in usu sub nomine ceroti Gal. emendantis uitia stomachi, non autem est unguentum stomachicum, vt quidā dixerunt. Et sunt ex hominibus qui uendunt unum pro alio sed non recte. Moderni doctores exhibent istud cerotum ad confortandum stomachum, addendo parum galliæ alephanginæ, inuenitur in ipso uirtus mirabilis.

APPENDIX.

GALENVS stomachica initio. viii. medicamentorum κατὰ τόπους, Pharmaca perscribens, hæc non ineleganter ad uerbum fere explicat, sic inquiens.

CERATVM quo assidue utor.

Ex aloe, & mastiche, & cera pontica amara, atq; unguento nardino constat: componitur autē hyeme, ad viii. drachmas cerę, vncia una mensurali Romana unguenti nardini coniecta. Aestate autem ad vii. eadem unguenti proportione. Optimum autem vnguentum esse oportet, quale antea qui in sola Laodicea Asiæ præparabatur, nunc uero etiā in alijs Asianis urbibus cōponitur. Cera si non pontica amara tibi in prōptu sit. aliā ponticā coniice, & neq; illa præsente eā, quæ tyrrenica appellatur. Si uero neq; hæc adsit, aliā aliquā odoratā, & pinguem, si neq; talē habeas, eā quā habere potes lotam adde. Liquefiat autem in duplici uase, atq; ita refrigeratum, atq; erasum ceratū. cum tritis reliquis probe permisce, cum aloe uidelicet, & mastiche, sit autem utriusq; ʒ.i. & qñq; plus, non tamen vt sesquidrachmā trāsgrediaris. Quod si ampliori opus sit astrictione, nimirum debilitate tanta existente, vt cibum retinere non possint, omphacium pari pondere addatur, vt trium singulorum drachma sit una, mastiches vna, & tertia omphacii. Cæterum in cerati præparatione primum omphaciū misceatur: deinde etiam alia his uniantur. At uero quemadmodum, omphaciū, sic etiā absinthii succum admisceto, quandoq; etiā ambo, & tertiū insuper hypocysthidis, & quartū œnanthes, sic aūt appello vitiū sylvestriū germen una cū floribus, ex quo succedētibus diebus uua fit. quin & rhois succū non raro admiscui, sed & cerati nardini copiam augere oportet, iuxta proportione numeri reliquorū pharmacorū, ita ut si quatuor drachmæ aliarū rerū accumulentur, triens sit nardini cerati, sextās quidē cerę, sextans itē nardini unguenti, hoc est utriusque. ʒ. xvi.

Quod etiam iis uerbis. viii. Methodi Medendi cap. v. quam breuissime testatur.

Si uero q affligitur, cinctū non patitur, siue ob cōsuetudinem, siue delicias cingi recuset, licet cerato idē efficias. Est aūt in eiusmodi vsum optimum, quod ex cera fit tyrrenica in unguento nardino liquata, cui postquam refrigeratū est aloes, ac mastiches mollissimus puluis est admistus, debet autē singulorū hic esse modus, cerę, ac nardi partes pares, aloes pars octaua, sic etiam & mastiches, vel (si placet,) huius paulo aliquid plus. Quod si cerato aliquid e sumptuosis (numerauit namq; tum spicata, tum foliata,) his unguentis admisceas, præstantius medicamentum habebis.

VII.

DIAPENTE.

℞. Cerę citrinæ. ʒ. iii. sigiæ. i. storacis liquidæ. ʒ.i. partem tertiam, terebintinæ. ʒ.i. mucillaginis glutinis zanach. ʒ.v. olei irini quantum sufficit, & expertum est.

COMMEN. MANLII.

Istud cerotum est in usu, sed non multum.

Gluten zanach aliquādo gluten alchanah, quid autem sit

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 160 sur 335

generaliter ignoratur. Ego autem teſtor nunquam uidiſſe authorem autenticum de ipſo loqui uerum ſecũdum modernorum opinionem eſt colla piſcium, quod a multis creditur, & a multis non, ſed an ſit idem aut non: infra in emplaſtro diaquilon magno, iterum de ipſo oſtendam.

VIII.

ALEXANDRINVM optimum ſtomachum confortat.

℞. Cimarũ abſinthij, olibani, an. ʒ.x. ammoniaci: ſtoracis, calamitæ, an. ʒ. xii. ſpicæ nardi ʒ.iii. ceræ ℥. iiii. olei camæmillæ quantum ſufficit, olibanum, & armoniacum in uino ſufficienti per diem & noctem infunde, abſinthium autem & ſpicam tere & cribra: oleum uero, & ceram ſolue ſuper ignem; & cum eis reliqua miſce.

COMMEN. MANLII.

Iſtud cerotum apud practicantes Papienſes non eſt multum in uſu apud nos, ſed apud Mediolanenſes eſt multum in uſu, & ualet multum in illa quę dicit dominus Meſuæ.

Abſinthium, ideſt abſinthium romanum, cimas, ideſt comas Iſidorus in cap. de arboribus inquit: Cimas uocatas dicunt quaſi comas.

IX.

DE SANDALIS.

℞. Roſarum rubearum ʒ.xii. ſandalorum rubeorũ ʒ.x. ſandali albi & citrini an. ʒ.vi. boli arme. ʒ.vii. ſpodi * ℥. iiii. camphoræ. an. ʒ.iii. ceræ albæ. ʒ.xxx. olei roſati *libr.i.* conficiantur & adminiſtrentur, & ſunt qui lauant oleum & ceram prius & poſtea permiſcent cum aliis, & eſt melius. †alij. ʒ. iii.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud cerotum eſt multum in uſu ſub duobus nominibus uidelicet ſub nomine ceroti ſandali, & ſub nomine unguenti ſandalini, ſed communiter ordinatur ſub nomine unguenti ſandalini magis quam ſub nomine ceroti dicitur autem ſandalinum propter ſandalos quos recipit.

X.

ALBVM GALENI.

℞. Ceræ albæ. ℥. i. olei roſa. ℥. iiii. & ſit radix olei, oleũ omphacinum, aquæ fontium claræ & propriæ uehementis frigoris quantum ſufficit. oleum multotiens bene lauetur lauationibus multis: & quanto magis elaboratur in lauando illud fit excellentius, *ultimo* uero conquaſſetur cum aceto albo claro & pauco, & ſeruetur.

COMMEN. MANLII.

Iſtud cerotum eſt multũ in uſu ſub nomine unguenti al. Gal. dicitur autem album, quia eius color eſt albus propter ceram quam recipit, & quanto albius tanto melius.

Cera alba, ideſt cera artificialis & fit eſt cera communi, cuius modus Venetis eſt notus: & de ipſa faciunt in multa quantitate, Liber qui dicitur Bulchaſis in tractatu tertio dat duos modos faciendi ceram albam, ſed non oportet ſcribere de modo ipſius, quia ſatis manifeſtus eſt.

Oleum roſatum quod ſit factum ex oleo omphacino i. ex oliuis immaturis. Iſid. ait oleum ſpanum quod ex albis oliuis fit, quod a græcis omphacon appellatur. quod autem ex ſuluis & non maturis fuerit expreſſum uiride appellatur, quod uero ex nimium maturis commune dicitur hoc ad nos defertur a partibus Ianuæ, & ibi uocant oleum omphacinum ideſt oleum de oliuis non maturis.

Aqua ſecundum Papiã eſt ſapientia. Dioſ. de aquis duo capitula facit. vnũ de aqua marina, aliud de aquis omnibus, & ſic ait: Aquarũ omniũ natura frigida & humida, aqua quę de lapide emanat leuior & limpidior eſt, & uentrem & urinam prouocat aqua quę de lapidibus argillofis emanat grauior eſt Auic. autem in primo lib. in fen. 2. doctrina. 2. in ca. de diſpoſitionibus aquarũ ait: Aqua unum exiſtit elementorum, quæ ſola inter omnia elementa habet proprium, ut in eo ꝙ comeditur & bibitur. & ibi Auic. de aquis multum loquitur idem facit in. 2. can. ſed non tantum. Meſue ponit hic aquam fontium, ſed moderni doctores magis laudant aquã roſatam & ſic hodie generaliter fit & cerotum ſandalinum & hæc multum ſunt in uſu pro renibus ungendis.

Iſta ſupraſcripta cerota reperiuntur in antidotario diui Meſuæ, & inferius apparebit alia deſcriptio quæ inuenitur in ſuo grabadin.

APPENDIX.

Hanc ſane compoſitionẽ multis in locis, ne dicam. i. Simplicium cap. v. & vi. Santitatis tuendę. GALENVS pulcherrimæ explicat. uerum x. methodi medendi cap. ix. rem omnem hoc pacto abunde proſequitur.

Incipiam autem ab eo medicamine quod omnium quæ humectent, ac refrigerent, eſt ſimplicisſimum. quo etiã aduerſus Eryſipelata utor, & phlegmonas in pudendis, utique inter initia, priuſquã depaſcẽs aliqua ſubindicetur putredo.

Debebit aũt ad id prępparata eſſe cera quã optima, & elota. ſane optima fuerit, uel alba pontica, uel quæ ex atticis ſit fauis. Eſto aũt & roſaceũ, quod ex oleo fit a nonnullis uocato omphacino, ab aliis crudo, quodq; citra ſalem ſit confectum. Maxime uero ad rem pertinebit, ſi & ipſum oleum tenuium prorſus ſit partium, cuiuſmodi ſabinum eſt. Quum uti uoles ambo miſta liquentur in uaſe duplici. Factoq; humido cerato (cuiuſmodi. ſ. erit quod triplum, aut quadruplũ ad cerã roſaceũ habet) poſtq̃ ipſum fuerit refrigeratum, miſceto ei paulatim in mortario tantum aquæ, quantum in ſe, dum cum eo mollitur, accipere poſſit. Expedit aũt & ceratũ ipſum prius admodũ eſſe refrigeratũ, atq; ẽt quæ huic admiſcebitur aquã eſſe frigidiſſimã. Abunde aũt ceratũ refrigerabis, ſi quum modice coiuit, totũ uas in quo continetur, in aquã frigidiſſimam dimittas. Quod ſi aceti quoq; admodũ tenuis ac clari paululum adiicere uelis, utique magis adhuc tũ refrigerans, tũ humectans medicamentũ efficies. Nõ debebit aũt medicamẽtũ hoc eo uſq; ſup ægrũ corpus manere, dũ manifeſte incaleat, ſed aſſidue ſubinde mutari.

XI.

DE EVFORBIO, in cap. de ſpaſmo.

℞. Olei de cinnamomo, aut olei antiqui *lib.* i. ceræ citrinæ. i. uſualis. ℥. ii. euforbii boni & recenti. ℥. i. miſce & fiat cerotum, & ungatur ſpaſmatus locus & eſt mirabile.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud cerotum non eſt multum in uſu, Euphorbium uero eſt gummi excedens omnia genera gummi calefaciendo & ſubtiliando. Pli. ait, Rex Iuba inuenit herbam euphorbiam medici ſui fratris nomine, cuius regis de ea uolumẽ extat, inuenit eã in mõte athlante. Spectatur folijs acãtis eius tãta eſt ut ſuccus eius vel lõginquo recipiat inciſa cõto ſuſcipitur uẽtriculo hædino locato humor lactis uideꝫ effluere.

APPENDIX.

Ex euphorbio ceratum ii. medicamẽtorũ per loca iuxta calcem, Galenus in hunc modum elegantiſſime pingit.

Sæpe uero, & ex tempore, ac improuiſo pharmaca præparare coactus ſimpliciter Euphorbij in litione uſus ſum, modica cera cõpagis acquirendæ gratia adiecta. Sufficit autem in libra olei, ſiue ſabini, ſiue alterius ei propinqui, ceræ quadrãtẽ miiicere, & euphorbij unciã vnã, atq; ex hoc dimidiã frontis partẽ illinere, vna cũ tẽporis uidelicet muſculo.

EX ANTID. BARTH. MONTAGN.

XII.

Pro capite.

℞. Laudani.
Gummi elemi,
†Sandarachæ,
Olibani,
Storacis, Liquidæ, Siccæ
} an. ad libitum.
Reſinæ pini,

† Veruid appellatur.

Miſce & fiat cerotum, poteſt addi mirrha, & eſſet fortius & hoc fac apud neceſſitatem.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud cerotũ eſt in uſu multũ apud chirurgicos. Gummi elemi apud noſtros authores nõ reperio ſcriptũ aliquid de eo: tamen eſt notum omnibus: ſecundum quoſdã eſt gummi cuiuſdã arboris quæ reperitur in regione ſic appellata. Alij dicunt ꝙ eſt gummi arboris dictæ elimus. Alii dicunt ꝙ eſt gummi cuiuſdã arboris quæ repetitur in terris Indiæ: cuius

fructus linei appellantur. Alii dicũt, & hoc vidi ſcriptum in uno loco, ꝙ gummi elemi eſt gummi citri. nam ſine dubio gummi elemi eſt coloris citrini, ſed hoc non eſt affirmatum.

Storax liquida. i. ſigia. ſtorax ſicca. i. calamita: in iſto cerото debent poni ſtorax liquida & ſicca, ideſt calamita.

XIII.

DE STORACE.

℞. Laudani, aſphalti arthanitæ, myrrhæ, calami aromatici ſquinãti, ana. ʒ. s. ameos, amomi, an. ʒ. s. picis naualis. ʒ. viii. fiat ex eis cerotũ ſm artem & ſuperaddatur ſtorax calamita.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud cerotum non eſt in uſu. Storax ſm Dioſc. lachrymũ eſt arboris eiuſdem nominis: eligenda eſt autem ſtorax quæ eſt ruſa: & pinguis & reſinæ ſimilis fruſtatim ſubalbida & odore plena & perſeuerabilis, quæ cum malaxatione humiditatẽ dimittit ex ſe ſimile melli viſcida naturaliter & odorata calefaciens. Aui. in. 2. can. tria ca. de ſtorace facit: unũ quod dicitur lubne. i. arbor figiæ, aliud de ſtorace, & ibi ait ex mente Dioſ. ꝙ ipſa eſt ſpẽs ſtoracis, & apud quoſdam eſt gũmi oliuæ, & ipſius quidẽ ſuffumigatio ponitur loco ſuffumigationis thuris in omni re: infra habet aliud ca. de ſtorace & ibi ait: Storax humida alia eſt q̃ extrahit̃ p ſeipſam gũmi, & alia eſt q̃ extrahitur cũ decoctione, per ſe aũt extracta eſt citrina, & qñ antiquatur declinat ad aureum colorem & eſt abundans, ſed quæ extrahitur ex cortice eſt nigra.

Aſphaltum ſm Dio. eſt bitumen iudaicũ, & eius aliud eſt aridum, aliud liquidum, ſed aridũ gignitur in Iudea, phenice, ſydonia: quod eſt primum, & tundi põt, vt cætera pigmẽta: liquidũ uero generatur in Babylonia & Apolonia & Sicilia. Reperitur autem innatans in fontibus: & infra ſcribit aliud genus: quod neq; ferrũ, neq; aqua rũpere põt: niſi tãtum menſtrua mulierũ, aut ſanguis hircorum, & ſi volueris rumpere, ſic rumpe, tolle filũ laneum & intinge eum in ſanguine, & ſic hincinde circũponendo. Plin. bituminis ſulphuri proxima eſt natura. Eſt alius limus a Iudeæ lacu emergẽs in Syria circa Sidonem oppidum maritimum, aſphaltum vero quod & bitumen Iudaicum eſt, ſtercus dæmonis uocatur a quibuſdam, & naphtha & petroleum vnius generis ſunt. Bartho. Montag. in ſuis conſilijs, in conſilio de medicinis habentibus commune iuuamentum ad nocumeata ſtomachi uiſus & auditus ait: eſt autẽ oleum de naphtha: oleum de petris factum, & oleum petroleum.

Pix naualis. i. pix vſualis, quæ nigra eſt, Pli. pix liquida in Europa teda coquitur nauãlibus muniendis multoſque alios ad vſus, lignũ eius cõciſum furnis undiq; igni extra circundato ferro: vt primus ſudor aquæ modo fluat in canali, hæc in Syria cedrũ uocatur uel cedria. cui tanta vis eſt vt in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfuſa ſeruẽtur. Aui. pix eſt duarum ſpecierum, una eſt marina, nigra, liquida, quæ ponitur in emplaſtris, & eſt de genere picis, & alia eſt montana ſylueſtris, & ſylueſtris alia eſt liquida, & eſt ex arbore aliembuc, & modis aliis pini.

XIIII.

DE GALBANO, in conſiliis conſ. de præfocatione matricis ex nocumento ipſius.

℞. Galbani electi. ʒ. i. bdellij mollis & ſubalbidi. ʒ. ii. puluerum matricariæ. ʒ. i. s. myrrhæ. ℈. s. diſſoluatur galbanum in aceto & diligenter colatur: deinde ſuperaddantur pulueres ſupraſcripti & fiat cerotum.

COMMEN. MANLII.

Iſtud cerotum apud nos non eſt in uſu. Ipſe Bartholomæus in ſuo antidotario habet vnam aliam deſcriptionem, ſed non eſt eadem, quia illa ſolum fit ex galbano extenſo ſolum ſuper uno corio in forma rotunda ad modum vnius nebulæ, galbanum uero gummi eſt ſatis notum.

Matricaria ſecundum Serap. eſt achauen. Et dicit de mẽte Dioſ. ꝙ habet folia ſimilia foliis coriandri, & florem album circumquaque & in medio citrinum. & habet grauem odorem & in ſapore eius eſt amaritudo. hic Serap. allegat hæc uerba de mente Dioſc. ſed ſub iſto nomine non reperitur. uerum eſt quòd Dioſc. de ipſa facit capitu. ſub nomine Parthenion quod idem eſt.

EX RAINALDO DE VILLA NOVA.

XV.

AD HERNIAS, uulgo, ad CREPATOS cum pelle arietina, in li. ii. cap. de crepatura.

℞. Lithargyrij, opij, lapidis ſedenegi. i. lapidis ſanguinaris, ſanguinis draconis, boli armeni, maſticis, armoniaci, mumiæ, galbani, thuris, coſti, lumbricorũ terreſtriũ. an. ʒ. s. picis naualis. i. vſualis, colophoniæ, cerę, albę, & rubeę, an. ʒ. i. radicis conſolidæ maioris, mediæ, & minoris an. ʒ. iii. roſarum, myrrhæ, aloes an. gr. xv. paleæ marinæ cõbuſtæ, gallæ, balauſtiarum, ariſtolochiæ rotundæ an. ʒ. vi. viſci quercini. ʒ. ii. ſanguinis hominis rufi lib. i. minus quarta. conficiantur hoc modo. Accipe unam pellẽ hædinã vel arietinam cũ omnibus pilis ſuis, & decoquatur quaſi bulliẽdo per totũ diẽ, quouſq; quaſi tota liquefacta ſit, & fiat ſicut colla, & parum uel nihil de aqua ibi remaneat: deinde ex illa aqua accipe lib. i. optime cũ ſtaminea vel panno colatam, & adde cũ eo viſcum quercinum, & in olla noua lento igne fac liquefieri & bullire, & cum baculo ſemper & continue ducas. aut per aliũ ducere facias, deinde lumbriços terreſtres poſt cerã & picem addas: deinde adde terebintinæ. i. gũmi albotin. ʒ. ii. poſtea colophoniam, maſticem, myrrham, armoniacũ, & galbanum adde, & liquefac in ſimul, & cum baculo ſemper ducantur, & ſignum quãdo erit coctum eſt, quod ponatur vna gutta ex eo ſuper lapidem marmoreum, ſeu ſuper cultellum oleo vnctum quod cum infrigidatum fuerit, ſi malaxetur & optime coaguletur, tunc ſignum eſt perfectæ decoctionis: ſin autem lento igne bulliat, & fiat, & vſui reſerua.

COMMEN. MANLII.

Iſtud cerotum eſt illud quo generaliter utũtur doctores ſub nomine ceroti ad crepatos, uel ſub nomine ceroti cum pelle arietina: ibi Rainaldus dicit: ꝙ creptatura accidit ſæpe iuuenibus & robuſtis: uiris qui uolunt nimis ſaltare vel currere uel maxima pondera portare, uel petras groſsiſſimas iactare, vel eas uiriliter eleuare, vel ex nimio & alto clamore. Et Bar. Mont. in ſuo antido. habet unũ emplaſtrũ uſuale ꝙ crepatis, ſed idẽ nõ eſt. uerũ differunt parũ. de quo infra. Gẽtilis in ſuis cõſiliis, in cõſilio primo hẽt vnã aliã deſcriptionẽ, ſed nõ ẽ eadẽ: nec in uſu apud nos ẽ. Moderni vero practicãtes magis laudãt deſcriptionẽ Rainaldi q̃ alias.

Lytargyriũ eſt nomen Cõpoſitũ ex lithos quod eſt lapis, & giros quod eſt argentum. vnde lithargyriũ. i. ſpuma argẽti Dioſ. lithargyrium naſcitur ex arena molopidinis, quæ cõbuſta liquefit. & ſic refunditur, multi ex argento hoc faciũt, & ex plumbo. melius eſt tamẽ Aticũ, ſecundum Hyſpanum tertium Siculum, quia ibi plumbũ abundat rufum uero & limpidũ criſtis dicitur exalbidũ argiritis. quia ex argento fit, aliud capitulum facit de ſpuma argenti, quæ ẽt lithargyrios appellatur. Pl. ſpuma argenti genera eius ſunt tria optima quæ criſti uocatur, q̃ & attica eſt hæc ex ipſa vena fit, Secundum argiritim vocant, quæ hyſpanenſis eſt. hæc ex argẽto fit ſicut dicit Dioſ. de litargyrio, alias duas ſpẽs vide ibi.

Lumbrici tereſtres ſecundum Sera. ſunt vermes qui qñ foditur terra, vel aratur inueniuntur, qñ ipſi teruntur & ponuntur ſuper neruos inciſos conferunt iuuamento manifeſto. hi apud Aui. in. 2. can. uocãtur caratin, & ſatis noti ſunt.

Colophonia. i. pix græca. Aui. in. 2. can. in ca. de ratinigi ait: Ratinigi nominatur colophonia, & eſt gũma pini, & nominatur arbor eius in ſceni alherẽ. Ioan. Sera. in ſuo breuiario in ca. de paraliſi inquit: Gummi granorũ uiridium quod nominatur ratenegi. ergo ratenegi eſt terebintina. idẽ in c. de aſthmate ait. Accipe granorũ pinearũ ſuper quas eſt ratinigi, verũ hoc gummi cadit ſuper oẽs gummas, ſed ratenegi magis conuenit eſſe colophoniam quam terebinthinam.

Cerea rubea ſecundũ quoſdã eſt cera vſualis, ſm quoſdã eſt cera qua utimur ad ſigillandum literas, & hæc eſt opinio pluriũ, quia ibi ingreditur cera alba. i. cera artificialis ſicut eſt notũ, & cera rubea. i. artificiata. & propter id ſi ponitur cera alba quæ eſt artificialis, non debet intelligi cera rubea quæ fit ex cynaprio, terebintina, & cera, & oleo ut eſt notũ apud apothecarios, tamen non eſt firmum. uidelicet ſi cera rubea ſit cera vſualis: aut cera qua ſigillantur literæ.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 162 sur 335

Consolida maior apud Dioſc. vocatur ſymphytum. & ibi ponit q̄ eius ſpecies ſunt duæ, tamen apud Modernos inuenitur alia quæ media dicitur, & hæc raro apud nos inuenitur, ſed ſunt ex hominibus qui loco eius ponunt pondus, æquale maioris, ſed ſi haberi poterit eſt melius.

Palea marina, ideſt balla marina, alij authores hanc non ponunt eſt autem quædam res rotunda ſicut bora, quæ defertur a Ianua ad nos, & ibi eius herba algora uocatur. hæc balla ingreditur puluerem, qui fit cōtra botium gulæ; vt dictum fuit. & ibi melius oſtendi.

Viſcus quercinum. i. dabac ſm Dioſ. lachrymus eſt arbor lenis & uiridis coloris deintus obtuſum & nihil aſperū col ligitur & de ſeminæ obrotundo quod in arbore drii. i. quercus naſcitur, folia habēs ſimilia buxo. hoc ſemen primo tunditur & lauatur, & poſtea coquitur, multi uero illū maſticādo conquaſſant. fit etiam ex arbore matiani, & de piro & ex diuerſis arboribus, aliqñ & in radice arborum, & in frutice inuenitur Apud Auic. eius fructus eſt ſimilis ciceri, nigro, non ſinceræ rotunditatis, virgulatus, frangibilis, ex quo manus inuiſcantur. eius aūt minera eſt arbor ferens glandes, & malus, & pirus: in quo ſunt virtus aerea & aquea multiplicatæ valde, & qui ex eo bonus eſt recens planus coloris puri interius uiridis, exterius teritur & lauatur, deinde coquitur. Hodie multi apothecarii qui ſe omnia ſcire fatentur loco eius ponunt uiſcum: quo utuntur noſtri ruſtici ad capiendas aues, ſed uerum uiſcum quercinū fit ex quodā fructu ſimili piro, qui reperitur ſup arbores feretes glādes, ſeu arbores quercus, & pp id viſcū quercinū appellatur, defertur a Venetis ad nos in formis rotundis, prout ſuccus liquiritiæ.

Sanguinis hominis rufi. Bartholomæus habet ſanguinis humani, & idem eſt: ſed noſtri doctores magis laudant ſanguinem hominis rufi ſeu robuſti quam non rufi, & oportet q̄ extrahatur ab homine cholerico, quia eſt fortioris proprietatis in iſta materia, & oportet q̄ iſte ſanguis ſit phleborotomatus in una ſcutella lapidea uitreata, & ibi dimittatur ficcari tantum q̄ ueniat ſicut eſt ſanguis draconis, poſtea vtere ubi oportet. Nicolaus Floren. in lib. iiii. in cap. de nocumentis prouenientibus ex ſanguine hominis, & ſanguinis & lactis congelatorum inquit: Sanguis hominis cholerici rufi extractus ab eo dum fuerit ab ira & furore ſemotus, ſi ſumptus fuerit in cibo uel potu, quia ipſe pro tunc eſt uehementis cholericitatis & inflammationis in ſtomacho exiſtens, magnam efficit & acutam effumationem ad caput, & cura eius ſi non fuerit congelatus eſt uomitus, ſi uero fuerit congelatus educatur fluxu uentris.

EX LEONARDO de preda palea. Patauino.

XVI.

DE BDELLIO, in cap. de cura ſcrophularum.

℞. Ammoniaci, galbani, bdellii an. tantundē, cuius confectio eſt ut recipiātur ex his tribus gummis partes ęquales, & in aceto uini fortis vſq; ad tertia diem dimittantur quouſq; liquefiant, deinde adde parum ſulphuris, & fiat cerotum.

COMMENTA MANLII.

Iſtud cerotum non eſt in uſu, cerotum uero ſecundū Matheum Syluaticum dicitur a cera, quia omne cerotum recipit ceram uel aliquid loco ceræ: & ſic iſtud dicitur cerotum non quòd recipiat ceram, ſed loco eius habet gummas, quæ liquefiunt prout cera. Et nota ſecundum Saladinum, q̄ ſicut aloes vt plurimum eſt materia pilularum, ita cera vt plurimum cerotorum vel unguentorum eſt materia.

EX CONCILIATORE. DIF. CLXXXI.

XVII.

Coadunatiuum ſcisſi cranei.

℞. Gūmi elemi. ʒ. iii. reſinæ. ʒ. iiii. ceræ. ʒ. vi. olei roſa. ʒ. iii. s. armoniaci. ʒ. ii. terebinthinæ. ʒ. iii. & .ʒ. s. fiat unguentum.

XVIII.

Aliud conſimilis intentionis.

℞. Gummi elemi. ʒ. iii. opopanaci. ʒ. ii. bdellii. ʒ. s. reſinæ pini ʒ. i. ceræ quantum ſufficit. fiat unguentum.

Peroratio. in xii. ſectionem.

Poſtquam expediuimus: duce Chriſto cerota, æquum eſt vt tranſeamus ad unguenta, ſi idem annuet.

LVMIN. MAIORIS

SECTIO TERTIADECIMA.

VNGVENTA EX QVAMPLVRIMIS AVTHORIBVS CONTINENS.

EX ANTID. MESVE.

I.

DIAPHOENICON, uulgo DIAFINICON.

℞ Recipe adipis zirbi *antiqui mundi & colati & adipis uituli antiqui mundi & colati, an lib. i. s. † colcothar. ʒ. iiii. olei antiqui & lithargyrii mundi, an. libr. iii. tereantur lithargyrium & colcothar cōtritione vltima, & mundentur per pannum ſubtilem & ſpiſſum: deinde tereantur cum oleo & elaboretur in permixtione eorū ante parum ex oleo addendo, & fiat illud: deinde coletur ſuper illud adeps, & coquatur cum facilitate, agitando illud ſine intermiſſione cum ramo palmarum & extremitate eius groſſa, abiecta cute eius & ſint rami ſuper quorum inciſione non præterierit ſpatium, & quotiens exhauritur humiditas rami a medicamine. iterum alterius humidi extremitate agitetur, necnon & aliorum ramorum partes humidiores incidantur in fruſta & ponantur in medicamine: deinde mutentur dum exiccantur: & hoc fiat donec perficiatur eius decoctio, & fiat in termino horæ ignis aut ſic vt prunæ aut flammæ tenuis.

* Stillicidij nēpe uiui autē cerui ut arbitror nulli Mſue mēdoſe legatur modo noſtro ex Gale. iamiam percutiēs. † .i. Calcateos.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentum apud nos eſt multū in uſu. Vnguentum autem dicitur ab ungendo. Iſid. in ca. de odoribus & unguētis inquit. Vnguentum vero eſt omne quod ex cōmuni oleo confectum aliarū ſpecierū commixtione augetur odoris iocunditatem ſumens & longius redolens: vnguenta autē quę dam dicuntur a locis, vt telinum: cuius Iulius Cæſar meminit dicens, corpuſq; ſuaui telino vngimur, hoc conficiebatur in inſula Telo: quæ eſt una ex cicladibus, ſunt & quædā ab inuentorū nomine ut amaricinū: nam quidam tradunt regium quendam puerum amaricinum nomine complura unguentorum genera ferentem caſu prolapſum eſſe, & maiorem ex commixtione odorem creaſſe. vnde nūc optima vnguenta amariciana dicuntur: ſunt autem ex genere florum.

Diaphœnicon dicitur a dia quod eſt cōfectio & phœnicō. .i. de dactylis: nam phœnicon eſt dactylus: tñ Meſue hēt vnguentū diaphœnicon, non aūt hoc dicitur a dactylis, ſed potius a palma, ſm Matth. Syl. diaphœnicon uocatur vnguentum palmæ, quod diacalcadis dicitur: verum eſt q̄ poſſunt ſic dici. tamen meſue iterum ſcribit unguentum palmeum: quod non eſt idem, & differunt inter ſe hoc vnguentum dicitur diaphœnicon, quia conficitur cum ramis palmæ.

Zirbus eſt pinguedo inuoluens inteſtina, & hæc pinguedo in terra noſtra nominatur radicella.

APPENDIX.

Miraculoſæ (vt ſingula alia,) unguētū hoc GALENVS, inſcriptione emplaſtri διὰ χαλκίτεως, iis verbis. i. Medicamen. κατ' ἐγκ, memoriæ tradidit.

DE AMPLASTRO PHARMACO DIACHALCITEOS.

Qua ratione ſeu induſtria compoſuerim emplaſtrū διὰ χαλκίτεως, qđ a palma græce φοινικίνων appello, medicamen glutinādis vlceribus, cicatrice obducendis, & phlegmonis curandis accōmodū, vbi liquefactum humide cerati craſſitudinē obtineat, vos quoq; animum exercere, Empiricis ac Theſſali ſectatoribus cū inſcitia ipſorū relictis, qui optima pharmaca a Medicis inuēta cōtrariis conſtare facultatibus ignorant exercere inq̄ ingeniū, vt eiſdē mecum uſi methodis medicamenta poſitis conficere, perſuaſi re ipſa maiores

noſtros

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 163 sur 335

noſtros ex ratione oĩa illa cõpoſuiſſe:cũ incidentia Empiricorum.Græci vocant περίπτωσιν, nugatoria ſit Dicenda itaq; nunc iã eſt propoſiti medicamenti compoſitionis rõ. Oleum uetus,& Adeps digerendi vim obtinent,Chalcitis, & Palmæ ſuccus repellendi,aſtringendiq;.Ex his igit̃ pharmacum compoſui,quo iam complures uti nouiſtis,ideo qđ omnibus ſui generis melius eſſe vſu & experientia comprobarunt. etenim ratio compoſitionem inuenit. Experientia de inuẽtorum virtute decernit,ut etiam rationaliũ methodorum imperitis artificioſe confecta fidem faciant. Porro cum ſuperioribus medicamentis argenti ſpumam tempera ui,quæ nihil magni adeo momenti adferre poteſt, neq; repellentibus quod influit,neq; digerentibus quod iam parti culis phlegmone laborantibus infixum eſt, quippe ſiccandi virtutẽ habet, ſed non ualidam. Quare ipſam ceu aptũ medicamẽ in emplaſtri compoſitionem adiunxi, nam cum præ dictis incoquit̃,donec conſiſtentiam quę nõ polluat,conſequatur.Adipẽ vero inſulſum,& quã maxime fieri licet uetuſtiſſimũ eẽ conuenit,tum oleũ vetus ſimiliter, qđ cũ Suillo adipe quoquo mõ propinquã virtutem habere didiciſtis. Licet adeps paulo maiorẽ emolliendi. calefaciẽdiq; vim obtineat. Audiſtis autẽ vetuſtate ipſa tenuiorum partiũ fieri & digerere prõptius eoq; phlegmonis quæ magnũ parti dolorem inferunt, magis blanda. ac mitia ſunt ipſa recentia. iis vero quæ tales non ſunt. cõmodiora vetuſta & quo phlegmone diuturnior,& cõtumacior, hoc magis vetera ꝓſunt, ac ſola curare valẽt,mõ prẽterea nihil affligẽtæ parti influat. Quod ſi aliquid influxerit mixtam eſſe medicamenti quoq; virtutẽ oportet,cuiuſmodi hẽt a me cõpoſitũ pharmacũ, ac propterea Chalcitidem, & Palmã dirigentibus admiſcui, non ignarus paucas adeo phlegmonas diuturnas exiſtere, quibus nihil influat nã ob humores in eas confluentes diutinæ eſſe ſolẽt.porro dũ hæ incipiũt, & accreſcũt,aſtringẽtium refrigerantiumq; medicaminũ virtus recte præpollet ideoq; hoc emplaſton pharmacũ aduſq; humidi cerati ſpiſſitudinem liquefactum multis vtile reddit̃, interim vino adiecto,vel aceto,uel aqua illiqueſcẽs, nõnũquã ex oleo immaturo ὠμοτριβὲς appellãt,vel alio quodã aſtringẽte,quale eſt Hiſpaniæ,& Hiſtricũ,vel ex dulci aliquò aſtrictionis experte,vel etiam vetuſto.egoquoq; myrteo, & melino, ubi ualidius aſtringere res poſtulabat,medicamẽtũ ſæpe liquæfeci.Hæc ipſius compoſitio tali ſymmetria conſtat.

Vetuſti adipis, quem inſtitores axungiam appellant ſint pondo duo.

Olei veteris,pondo tria.

Argenti ſpumæ,tantundem.

Chalcitidis,pondo vnciæ quatuor.

Hæc ita coquere oportet. Adipis membranulæ oẽs eximuntur,reliquum cõtunditur,vt facile liquari poſſit, mox ad ignem liquefit,deinde per colũ diſtillatur ut purũ fiat:nihilq; membranæ habeat,pondo duo prædicta pendens.Poſtea chalcitidis leuigatæ põdo trien cũ olei quadrãte adipi miſceẽ,his argenti ſpumæ põdo tria adiiciuntur, ac oĩa vbi ſimul in mortario coierint,cõiiciuntur in cacabũ, ac rudicula palmæ mouent̃, ſufficiet autẽ ramus vnus maiuſculus. vt ſolida ſigni parte mouẽdo vtaris in modũ ſpathæ dictæ, vocant.n.ſic quo confecturas mouent,& nos perſpicuitatis gratia ſimiliter nominabimus. Quod aũt ſolide parti contiguũ eſt,circũcidit̃,& tenelli vtrinq; procedẽtes ramuſculi decerpti contundũtur,ſed cortice prius exuto.ut ſegmẽta iniecta pharmacũ ſucco ſuo imbuant, inficiãtq; proinde ſtatim ab initio ſpatha utendum eſt,ſed tenuia palmæ fragmenta iniicere oportet ubi medicamentũ cerato conſiſtentiam ſimilẽ habuerit,nã ſi prius inter initia immittas ſuccus ipſorũ quẽ manere volumus ex decoctione conſumetur, in ſuper ſpathæ ,quam medicamentum mouetur,pars intincta poſtquã inareſcit,ut propriũ ſuccũ nõ amplius ſeruet, amputata reiicitur, reliqua eſt vſui.Hæc rurſus quatenus medicamento intincta ſiccata fuerit,ſimil modo abſecatur, cõſtare aũt uobis arbitror qđ palmæ ramũ non multis diebus ante abſciſſum arbore eſſe oportet,quippe tẽporis interuallo areſcit, & ſuccũ amittit. pridie igitur ꝑ hyemem aufera tur,æſtate eodem ipſe die quo cocturus eſt paharmacũ, ubi iam coctum puritatem,ut tactum non inquinet, acquiſierit medicamẽ:hoc emplaſtro utere ad ulcera, quæ cicatricem ægre ducunt. δυσπούλωτα, græce uocantur, & ad cruenta oleo liquefactum.ſi tamen chalcitidis uncię ſex immittant̃, quæ eſt ſelibra, medicamen ad magna uulnera glutinanda promptius,atq; ad ea quæ cicatricẽ ægræ ducũt, efficacius fiet.Hucuſq; GALENVS At inſuper nunc uinũ, nunc oleum tum Hiſpanum, tum Hiſtricum,tum Omphacinum, ſeu Omotribes, Latinis crudum ſeu immaturum uocitatũ: tum dulce:uerũ nec recens,nec uetuſtum:tum uetus, tum cicinum,tum roſaceum, nunc acetum, nunc hyoſcyamos, nunc ſuccus tũ mandragoræ, tũ ſolani,tum pſyllii,tum uuæ acerbæ,tum portulacæ:tum ſemperuiui,tum pomorum, tũ papaueris,meconiũ appellant,tũ glaucii,tum lactucæ,agreſtis nempe,ac hortenſis,quẽ uniuerſi græci huius tempeſtatis non θριδακίνην, ſed θριδακαῖα nominant, agreſtem ſolam θριδακίνην uocitantes tum ſereos, tum polygoni,tum trifolii,tum muris auriculæ tũ paluſtris lenticulæ, tũ ſeminis lini,ac chamæmeli,tum coriandri,nunc aqua & acetũ ſimul, nunc calx uiua,pro uariis medentium ſcopis belle iniiciuntur,ut fuſius inde ſtudioſi facillime colligent.

II.

Diaphœnicum Arabicum.

℞.Folioꝝ cheiri, ſaluiæ,triaphyllon acetoſi, acori an.lib.i. terantur cõtritione bona,& funde ſuper ea in uaſe lapideo olei roſati aut myrtini,& adipi zirbi antiqui & colati an.li. ii.s.dimitte ꝑ dies ix.deindẽ accipe myrrhæ mundæ, aloes ſuccotrenſis an.aur.viii, ſarcocollæ aur.vii.terantur & cribellentur & proiiciantur ſuper ea in uaſe alio lapideo,uinĩ albi, aut ſucci, arnogloſſæ longæ.i.plantaginis maioris, in quo cocta fuerint:ex foliis earundem herbarum an.℥.iii.& fit uini aut ſucci, qđ fundit̃ ſup ea quãtitas ſufficiens ad diſſoluendũ ea,& dimitte per dies ſex; deinde redeas de herbas:& decoq; cum oleo,& adipe ebullitionibus duabus, & cola & exprime oleũ & adipẽ,&. ℞.eius expreſionis lib. iiii.s.lithargyrii mundi & triti contritione ultima lib.iii.& in alio li.iii.s.calcadis.i.uitrioli albi.℥.iiii.& terãtur & coquãtur:& ſicut ſuperius diximus in unguẽto diaphœnicon.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentum ſecundum intentionẽ Meſ. eſt unguentum diaphœnicon.poſtea ait:Quod hæc eſt deſcriptio arabica:& eſt unguentum arabicum. non autẽ dicitur arabicũ a gũmi arabico, ſed dicitur arabicum,quia in illis partibus fuit inuentum,& utuntur ipſo:ſed nos raro.

Cheiri arabice eſt planta,quæ flores citrinos ſeu aureos producit,& eſt uiola citrina.Auer.in.5.col.ait. alcheiri eſt uiola de romania.Sera.cheiri eſt planta nota, hñs diuerſitatem in ſpecie ſua,quæ a diuerſitate florum cognoſcitur, nã quædam habent album,quædam purpureum, & quædam citrinum,quæ habet citrinũ melior eſt & aptior in medicina, & hæc ſatis eſt nota.

Triaphyllon acetoſum.i.trifolium acetoſum quidam dicunt quod ẽ falſum,quia reperitur in Nicolao triaphyllon. Et ibi dicitur quod triaphyllon dicitur a uiridibus foliis rutæ quæ in eo ponuntur & dicũt ꝙ hic idem intelligitur, ſed ignoro.nam in aliquibus codicibus Meſ.antiquis inuenitur trifoliũ acetoſum,qđ melius eſt, & herba dicta aleluia ſiue panis cuculi,quæ in ſapore eſt acetoſo.Præterea uide apud Matth.Syl.in ca.de pane cuculi,quæ dicit de iſto trifolio.

III.

Κρᾶσις magnum, uulgo mendoſe,
Ceraſeos magnum.

℞.Ammoniaci.℥.i.bdellii,olibani.ariſtolochiæ rotũdæ,ſarcocollæ,an.℥.v.myrrhæ,galbani,an.℥.iiii.lithar.℥.xv.aloes opopanacis an.℥.ii.s.floris æris.℥.iii.reſinæ.℥.iii.ceræ albæ ℥.ii.olei quantũ ſufficit,armoniacũ,& bdellium diſſoluãtur

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 164 sur 335

in aceto,lithargirium teratur & decoquatur cũ oleo donec liquefiat, & tunc remoueatur ab igne donec infrigidet purum, & proiice sup ipsum armoniacũ, & bdellium dissoluta in aceto, & reduc ad ignem donec coaguletur,& post illud proiice super ipsum reliquas medicinas & administretur.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum apud nos nõ est in usu sub isto nomine uerum sm chirurgicos est in usu sub nomine unguenti apostolorũ, & sic sine dubio si legis hanc descriptionẽ cũ descriptione unguenti apostolorum:quam Aui.describit,uidebis ꝙ fere sunt idẽ.Petrus Argillata in ca.de medicinis mũdificatiuis uel absterſiuis,hẽt unguentum apostolorum mundificatiuum,& est descriptio Aui.& in fine eius descriptionis ait:& si bulliat usq; ad ingrossationem uocat ipse Mesuæ cerasteos,& dominus Magister Antonius de Ianua gratia Dei quia mire rectificat ulcera maligna.Nicolus Floren. in lib. 7.in ca.de medicina absterſiua ait sic. Aliud de gummis ad mundificandum saniem grossam.℞.galbani, armoniaci, resinæ,& terebentinæ,&c. postea ait conficiatur unguentum ex eis,& est unguentum apostolorum, & hoc unguentum qũ decoquitur donec nigrescat, uocatur a Mesuæ unguentum cerasteos,& a quibusdam uocatur gratia Dei,quia mirabiliter mundificat ulcera maligna, sed unguentum gratia Dei est aliud apud nos, de quo infra.

IIII.

DE ARTHANITA MAGNVM.

℞.Succi arthanitæ lib.iii.succi cucumeris asinini lib.i. olei irini lib.ii.butyri uaccini lib.i.pulpæ coloquintidæ.ʒ.iiii.polypodii.ʒ.vi.euphorbii.ʒ.s.quæ terenda sunt tere,& submerge in succis & oleis & pone in uase uitreato stricti orifici, & stringe caput eius, & dimitte per dies. viii. deinde bulliat totũ ebullitione una & coletur, & proiice super colaturã serapini aur. v.myrrhæ aur.ii.ita ꝙ resoluat prius in aceto uini,& aggrega oia simul & bulliant, agitando semper cum fuste usq; ad succi fere consumptionẽ:tũc proiice sup ea ceræ.ʒ.v.fellis uaccini aur.vi.ferueat cũ eis usq; dum liquefiat cera: deinde pulueriza super ea sicut conterẽdo scamoneæ aloes,mezereõ.i.herbæ oliuellæ,colloquintidæ an.aur.v.euphorbii aur.ii.salis gẽmæ aur.iii.turbith aur.v.piperis lõgi, zingiberis camemille an.aur.ii.cõficiant et administrentur.

COMMEN. MANLII.

Istud unguentum est in usu, maxime secundum istam descriptionem quę magnum nuncupatur:paruum uero non tãtum,idem Mes.in ca.de arthanita habet duas alias descriptiones, quæ idem sunt.

Arthanita sm Aui.in.2.can. est hoc buchormarien: tamẽ miror ꝙ idem in.3.can.in fen.xvi.in cap.de cõpositione solutiuorum eius, qui hẽt cholicã ex uentositate aut materia phlegmatica, de quibus fiũt clysteria, ponit ibi bochormarien & arthanitan. ergo falsus est textus secundi can. Rasis in.ix.Alman.in ca.de cholica idem habet. idẽ in ca. de apoplexia in clysteris idẽ habet.Aui.aũt.in.2.can. dicit: Arbor Mariæ est buchormarien.& iã dictum est de ea: & est trium spẽrum,una spẽs eius sine fructu & duæ cum fructu. ego nõ intelligo quid uelit Aui. per talia uerba: nam arbor Mariæ est rosmarinus. & buchormariẽ secũdum ipsum est arthanita,ꝙ nõ est possibile. error uero qui inuenitur in ipso apud me nunquam separabitur. hodie generaliter habetur opinio; quòd Rasis in illo loco errauerit ponere buchormariẽ & arthanitã sed non recte,quia in hac inuenitur differentia quæ reperitur inter scedenegi sine h, & inter schedenegi, cũ h, similiter est differentia inter buthormarien scriptũ cũ litera t,& inter buchormariẽ scriptũ cum litera c, nam ibi Rasis hẽt buchormariẽ scriptũ cũ litera c,& hæc est arbor Mariæ siue rosmarinus. Si uero reperias buthormarien est uera arthanita:de qua uide Sera. in ca. de cyclamine, qui inquit: Buthormarien.i.cyclamẽ. in ca. uero de arbore Mariæ dicit:ꝙ est libanotis,ergo ẽ rosmarinus, & sic si bene legeris uidebis ꝙ buchormariẽ est arbor Mariæ:& buthormariẽ est cyclamen seu arthanita. Franciscus de Pedemontiũ in ca.i.de dolore intestinorũ & medicinis eius ait: Buchormarien est radix pyrethri uel maliterrę, ꝙ est falsum : nam buchormarien non est pyrethrum : uerũ si diceret buthormarien est malumterræ, sed non pyrethrum.

V.

DE ARTHANITA PARVVM.

℞.Succi arthanitæ, & uiscositatis quę mulgetur ex radice filicis, & succi chamel. ana *.ʒ.viii. succi extremitatum tamarisci.ʒ.ii.olei irini lib.ii.hyssopi humidæ.ʒ.v. armoniaci bdellii,an.ʒ.i.s.aceti quantum sufficit,cerę citrinæ.ʒ.vi.corticis radicis capparorum.ʒ.i.s.spicæ scilicet nardi.ʒ.iii. fiat sicut superius diximus. * al.ʒ.ii.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum de arthanita paruũ non est in usu.Verum sunt ex hominibus qui faciunt unum pro alio, quia in isto pauciora simplicia ingrediuntur, sed non recte faciũt.

Filix scdm Isa.singularitate folii dicta,deniq; ex una uirgula altitudine cubitali unũ sciſſum folium gignitur res,applicata uelut penna Dios.aũt de ipsa duo facit cap.unum de dipteris,aliud de feliterõ:secundum uero Mat.Syl.diptaris est polipodium,sed nõ recte.nã si legis cap. de dipteri apud Dios.cum ca.de filice apud Sera. uidebis ꝙ idem sunt. ipse uero Sera.in uno cap.loquitur de masculo & fœmina.Aui. in.2.can.duo capitula facit, unum de childaru, & aliud de sarace. hæc apud Dios.nascitur sine semine:sine flore,& sine hasta, sed quidam modernorum dixerunt, ꝙ in nocte sancti Io. aliqui uadunt ad locum ubi filix nascitur, & ibi stant per horas tres, & dicunt ꝙ cito in illa hora filix gerit florem, post semen: Deus melius scit.

Camenelis istud uocabulum est corruptũ. nam quædam descriptiones dicunt cauhenzich, quædam camaelis, quædam chameactis quod melius est, & sic hodie habetur opinio ꝙ debeat dicere chameactis,ergo est ebulus, cuius ortus est iuxta fossos.Columella in lib.de cultu hortorum ait.

Parturit & rutilas ebuli creat uuida baccas.
Nam neq; ficca placet, nec quæ stagnata palude,
Perpetitur quærulæ semper conuitia ranæ.
Tum quæ sponte sua frondosas educat ulmos.

Hæc est species sambuci, & est quam nostri rustici Loricem dicunt.

VI.

ALHARIEL.

℞.Alhariel recẽtiuum.ʒ.x.axungię porcinæ.†.ʒ.xlv. teran tur simul & dimittant marcescere per dies. vii. deinde bulliant, & colentur, & seruetur unguentum in uitri uase, & administretur ubi oportet. † al.ras.v.s.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum apud nos non est in usu: uerum ut dicunt,fuit, chirurgici utuntur ipso nomine ruptorii de cãtaridibus.& dicũt ꝙ alhariel sunt cantarides. sine dubio uidẽtur habere eandem uirtutem.Præterea in fine practicæ Dini Florentini uidelicet in antidotario habet unguentũ alhariel : & ibi ponit ad literam quòd sunt cantarides.ergo unguentum de alhariel est unguentum de cantaridibus. infra apparebit una alia descriptio sub nomine unguenti de cantaridibus, sed non erit eadem.

VII.

ROSATVM.

℞. Axungiæ porcinæ recentis quantitatem quam uolueris, & lauetur in aqua calida nouies, & tantundem cũ aqua frigida lauatione ultima,deinde terantur cum ea rosarum rubearũ recentiũ quantum ipsa, & dimittantur marcescere per dies. vii.deinde coquãtur cum facilitate, & colẽtur, & iterũ tantundem rosarum terantur & dimittãtur per alios septem dies, & fundantur super ipsum succi rosarum circiter parte.s.olei amygdalini partes. vi. & iterum coquatur cũ facilitate usq; ad succi consumptionẽ, deinde reponatur & administretur & quandoq; difrumpitur in aqua rosata parum opii & proiicitur in decoctione, & est mirabile ubi oportet:& propriæ quando uigiliæ adsunt.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum est in usu dicitur aũt rosatum pp rosas quas recipit.Dios.rosa aquosa colore mixta ẽ,due generantur in ea qualitates alternæ.s. styptica & amara flores aut ẽ eius

eius plus sunt styptici : & ideo plus desiccatiui.

Axungia porcina pinguēdo est satis nota. Sera.ex autho ritate Gal.ait in cap.de pinguedine. quando animal est hu midum generatur in eo pinguedo:sicut porcus:& qñ est sic cum generatur in eo adeps sicut thaurus, capra,& alia que habent cornua.Dios.in cap. de axungia cum tunica ait in il lo cap.confectio quæ sine sale est pessariis miscetur axūgia porcina & ursina, conficitur sicut docet ibi .

APPENDIX.

Adipes est DIOSCORIDE odorandos nemo nō pulcherrime didicit, unde prorsus hunc componendi modum originem traxisse arbitror, libro nempe.2.cap.86. Quem locum (si cura plupiunt,) studiosi percurrant.

VIII.

VIOLATVM.

Vnguentum uiolatum ualet sicut rosatū ,& confert pleu ritidi , & inflammationi pectoris fit ut rosatum.

COMMENTA. MANLII.

Hoc apud nos non est in usu ut est rosatum.

IX.

BASILICON magnum.

℞.Ceræ albæ,resinæ pini. sepi uaccini, picis.ſ.naualis, glu tinis , olibani,myrrhæ an.ʒ.i.olei quantū sufficit. in alio ce ræ.ʒ.vi.picis.ʒ.iii.& aliorum an.ʒ.i.s.

COMMEN. MANLII.

Istud unguentum est in usu : maxime secundum istam de scriptionem,aliud uero quod minus non tantum.Aui.in.5. can.habet duas descriptiones sicut habet Mesue:sed nō cō cordant cum istis uerum differunt parum.dicitur autem ba silicon. non quòd basilicon.i. ozimum ingrediatur . sed ſm quosdam dicitur basilicon a suo Compositore . nam basili con seu basilicon interpretatur regale seu imperiale . nam græci uasilea regem seu imperatorem dicunt . inde basili con unguentum regale est tetrapharmacum.

Gluten olibani.i.thus:quidam autem crediderunt quòd per gluten olibani intelligerentur duæ res : uidelicet per gluten terebētina & per olibanum thus:& hoc approbant: quia Auic.ibidem habet loco eius glutinis alimbac.i. tere bentina:sed ueritas est q̄ per gluten olibani intelligitur so lum thus quia satis est, notum sed Leonardus de preda palea:in cap. de cura ulcerum in generali.idem habet glutinum albotin & olibanum.ergo debemus ponere in isto un guento terebentinam, & thus: quia satis conueniunt:tamē ſm intentionem Mesue solum thus debet poni.

X.

DE BDELLIO.

℞.Bdellij.ʒ.vi.euphorbij.ʒ. iiii.castorei.ʒ.iii . serapini.ʒ. iiii.ceræ.ʒ xv.olei sambucini , aut olei de cheiri.ʒ.x. bdelliū & serapinū dissoluant in aqua rutæ agrestis , cetera lini antur,cum aqua calida,& fiat unguētum,& liniatur cū eo .

COMMEN. MANLII.

Istud unguentū est in usu . Bdelliū est gūmi arboris quæ nascitur in terris Arabū: & melius ex eo est illud quod est amarū:clari coloris: & in se non habens ligna nec sordes .

XI.

PHILAGRIOS.

℞.Ceræ.ʒ.iii.hyssopi humidæ,succi rutæ agrestis an.ʒ.ii.eu phorbii,piperis,armoniaci,croci, * olei balsami, castorei, glutinis,alimbac.ſ.terebentinæ,opopanaci,an.ʒ.ii. sigiæ.i. storacis liquidæ.ʒ.ii.s. olei quantum sufficit.

* al. Oli. bani ideſt thuris.

XII.

AVREVM.

℞.Ceræ citrinæ,ʒ.vi.olei boni lib.ii.s.terebentinæ.ʒ. ii.re sinæ colophoniæ.i.picis græce an.ʒ.i.s.olibani,masticis,an. ʒ.i.croci.ʒ.i.misce & fiat unguentum.

COMMEN. MANLII.

Istud unguentum est in usu. Dicitur aūt unguentum au reum, quia est optimū & excellentius inter alia unguenta, sicut ē aurū precioſum inter metalla. Leonar.de preda palea in ca.de ulceribus ambulatiuis hēt aliā descrip.sed non est eadē.Nico. Flor.in lib.2.in ca. de maturatione uariolo rum, & cura ipsarum post apparitionē, inquit sic,Et quan doq; confectio unguēti de cerussa & litargyrij,& unguēti rubei est bona ad ulcera uariolarum : & hoc unguentum est illud quod ponitur in antidotario : & hoc uocat ibi un guentum aureum:hoc ego ignoro, quia Auic.in.5.can.ha bet unguentum rubeum, quod idem non est.Gilibertus de Anglia. in cap. de cura arthriticæ , scdm Magistros habet unam descriptionem unguenti aurei , sed non est eadem .

XIII.

DE CERVSSA.

℞.Cerussæ,merdasengi, an.ʒ.vi.plumbi adusti , scoriæ argēti an.ʒ. iiij.masticis,olibani an.ʒ.ii.s.olei.ros.& aceti.q. .ſ.terantur in mortario,& ponatur prius oleum,post acetū añ parū infundendo, ita q̄ sine intermissione teratur,nunc hoc nunc illud infundendo donec impinguatur . si autē eo indiget pruritum habens , argenti uiui.ʒ.v. adde & admi nistra,& quandoq; apud necessitatem adde ziniar.ʒ.ii.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum est in usu: solum sub nomine unguen ti de cerussa ad phlegma salsum:sed quando medicus ordi nat unguentum de cerussa simpliciter, intelligitur una alia descriptio, quæ inferius apparebit.Bartholomæus Monta. in suo antidotario habet unam aliam descriptionem , sed non est eadem,nec in usu uenit.

Cerussa scdm Aui.est cinis plumbi, aut alaunoch : & ta men in ea quæ fit ex alaunoch:multū elaborat in adurendo fit asreng, & acquirit superfluam subtiliationē : quandoq; uero fiūt oēs cerussæ cum aceto, & quandoq; cum salibus: & quandoq; fiunt pluribus modis , scdm quòd scitur in li bris huius artis.Leonardus de preda palea in cap. de inflā mationibus et ueficis inquit:Cerussa.i.balacca.

Merdasengi.i.lithargyrium: sicut inuenitur apud Auer. in.5.col.Aui.in.2. can.ait . Merdasen.est plumbum adustū: ergo litargyriū scdm Aui.est plumbum adustū:n̄ hic aliud intelligitur,quia ibi ingredit merdasengi,& plumbum adu stum,quæ idem non sunt. Leonardus de preda palea in ca. de inflammationibus & ueficis in quodam unguento in quit: Merdasengi.i.lithargiriū & sic hodie loco merdasen gi lithargyriū ponūt.plumbum adustum:scdm Aui.in.2.cā. est merdasen.i.lithargyrium, sed hic aliter intelligit. Gal. in lib. secretorum in cap. de squinanti ait: Merdasengi.i. plumbum:plumbum uero uena est terræ similis antimonio ac litargyrio, & satis notum est. Et modus adustionis eius superius habitus est.

Scoria argēti scdm Sera. ex authoritate Alcanzi est ster cus argēti, & est bona scabiei & pruritui: quidam lithargy rium putauerūt, q̄ non est Liber q̄ dicit Bulchasis in tracta tu primo inquit.Doctrina qualiter aduruntur scoria argen ti & auri ex libro almeiamir:quibus utimur in collyriis.℞. de scoria cabrusiæ quantum uis,& tere ipsam grosso modo & confice cum melle ipsam: & pone ipsam in uase fictili no uo,& fac ut ibi docet Aui.i ca.de ære de alcabrusi loquit.

Argentum uiuum , aliud est minerale , aliud artificiale : artificiale cōficitur ex minio & cinaprio.minerale autē in uenitur in mineris metallorum , & pp id inter genera me tallorum est positū:quorum spēs metallorū scdm Isido. sūt septem.ſ.aurum,argentum,plūbum,stannum, æs argentum uiuum, & ferrum:quidam posuerūt argentū sublimatū,ce russam, & lithargyrium inter genera metallorum. Giliber tus de Anglia in cap.de cura lepræ in generali dicit, quòd fit de mercurio.i.argento uiuo : hoc autem conseruatur in uasis plumbeis,aut uitreis,aut in uasis de terra uitreata,aut in ueficis,quia alia uasa corrodit, & ipsum computatur in ter uenenosas medicinas.

XIIII.

AEGYPTIACVM MAGNVM.

℞.Floris æris.aur.v.mellis † aur.xiii. aceti fortis. aur. vii. coque super ignem donec inspissetur,& sunt qui addunt in eo olibani masculi triti aur.ii.s.

† al.aur. xiiii.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum est in usu:maxime scdm istam descri ptionē.Rasis in lib.diuisionū in fine, in ca.de medicinis al gebra, habet unā aliā descriptionem , quæ est quasi eadem

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 166 sur 335

Leonard.de Predapalea in cap.de ulceribus profundis habet unam aliam deſcriptionem quæ eadem eſt. Forma autem iſtius unguenti,efficitur in colore rubeo.nam quando flos coquitur colorem rubeum acquirit.

APPENDIX.

EX GALENO ſumptum dixerim ne dum.iii. Metho di Medendi: uerum maxime.ii. Medicamentorum per genera abûde uiridia emplaſtra perſcribens. nec ſuis inſcriptionibus Aegyptia ſeu fuſca malumus, emplaſtra.iii.Medicamentorum κατὰ γένη, multum inturbant, cum potiſsimum ab his longe diuerſa exiſtant.

XV.

TRIPHARMACVM.

℞.Lithargirij triti,ſicut alchohol.i.ſubtiliter, ſicut atomi ſolares partem unã. & funde ſuper ipſum nunc oleum, nũc acetum, & teratur. & adequætur,& propriæ quantum ſufficit, & adminiſtretur.

CMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentum ſub iſto noie non eſt in uſu. uerum ſecundũ chirurgicos eſt in uſu ſub nomine unguẽti de lithargyrio: tamen inferius iterũ apparebit deſcriptio unguenti de lithargyrio, qua generaliter utimur: dicit aũt triapharmacũ a tribus medicinis quæ in ipſo ingrediunt. Auic. in. 5.can.habet deſcriptionẽ unguenti nigri, & eadẽ eſt huic.

XVI.

PSΩRICVM, uulgo alfeſericon,Alexandri.

℞.Ceruſſæ,lithargyrij,alfeſericon,aloes boni,croci argenti uiui extincti an.partes æquales: olei de oleandro,& aceti quantum ſufficit, fiat ſicut unguentum de ceruſſa.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu. Aui.in.2.can.de ipſo facit cap.ſub nomine faſuricon,& dicit ꝙ eſt medicina ad ſcabiem,facta ex lithargyrio calcadis.i. uitrioli & aceto, ſine dubio alfeſericon ẽ medicamẽ cõpoſitũ:cuius deſcriptionẽ Meſ.inferius deſcribit, & ſi facere uolueris unguentum alfeſericõ ſimiliter oportet facere confectionẽ de alfeſericõ.

Oleander apud Dioſ.uocatur nereon.Iſido. aũt: Rodandarum quod corrupte uulgo lorandrum uocatur ꝙ ſit foliis lauri ſimilis:florem habet ut roſæ, arbor uenenata: interficit.n.animalia,& medeẽ ſerpentũ uexationibus,deſcriptionẽ aũt olei ipſius deſcribit Raſis,de qua infra erit ſmo.

XVII.

PSΩRICVM medicamen compoſitum,uulgo Compoſitio alfeſericon.

℞.Lithagyrij,albi, chalcanti.añ.partem unam, floris æris partẽ mediam: terantur cũ aceto uehemẽter forti in ſole tempore æſtiuo fere per diẽ unã ſemper ante modicũ addẽdo acetũ:deinde ponatur in uaſe uitreo, & ſtringatur os eius & ſepeliatur in fimo diebus.xl.deinde adminiſtretur.

XVIII.

PALMEVM.

℞.Olei ueteris lib.iii. axungiæ ueteris depuratæ a ſale lib. ii.lithargyrij.lib.iij.uitrioli.ʒ.iiii.cõficiant ſic.oleũ & axungia mittant in ſtãnato ſupra ignẽ & liquefiant. deinde addatur lithargyriũ & uitriolũ, & ducant cõtinue cũ tribus ramis palmæ,& accipe unum ramum palmarum minutatim inciſum, & intromittatur, & tandiu bulliat ſupra ignẽ lentũ factum de lignis ſiccis donec infletur & redeat ad ſuum ſtatum, & inſpiſſetur, & denſitatem habeat.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu ſub iſto nomine, uerum eſt in uſu apud chirurgicos ſub nomine unguenti de colcotar.& ſic ſine dubio poſſunt uti ſub iſto noie: nam uide ꝙ Nic.Floren.in lib.7.in cap.de curatione phlegmonis inqt. Sic eſt emplaſtrum de colcotar: & eſt illud quod uocat Serap.in ſuo antidotario diapalmã. Leonardus de Predapalea.in ca.primo de phlegmone ait Vnguentũ de palma.i.de colcotar relatũ ab Auic.& ſic eſt quòd Aui.in.5. habet unguentum de calcadis, quod quaſi idem eſt, de quo infra.

APPENDIX.

Idẽ cũ διὰ χαλκίτεως Galeni emplaſtro exit,cuius cõpoſitionem hac in ſectione num.i.perpulchre monſtrauimus.

EX PRACTICA MESVE.

XIX.

De flore æris,in cap. de uulneribus narium.

℞.Ceræ.ʒ.iiij. olei antiqui uel facti ex oliuis immaturis.i. olei omphacini.ʒ.xvi.floris æris puluerizati ſicut alchool.i. ſubtiliter.ʒ.ii.fiat ex eis,& utere cũ lycinio, & quãdoq; addatur & minuitur ex flore æris,ſcdm ꝙ exigit neceſsitas.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu.Aui.in.5.can. hẽt unam aliã deſcriptionem quæ eadẽ eſt niſi ſolũ in uno, & hoc eſt ꝙ Meſue nõ ponit reſinam.Aui.uero ſic.in reliquis idẽ ſunt Ioannes Sera.in ſuo antidotario habet unguentũ de ziniar: quod eſt idem cum unguento de flore æris apud Auic.

Flos æris.ſm Simonẽ Ianuenſem non eſt uiride æris.uerum hodie ponunt loco eius:quia reperitur in multis locis ubi unus doctor habet florẽ æris: in uno alio loco habet uiride æris.nam uide Raſim in ſief de calcanto ubi habet ziniar.i.uiride æris. Gulielmus Placen.loco eius hẽt florem æris.Petrus de Argellata in ca.de medicinis mũdificatiuis uel abſterſiuis in unguento apoſtolorum habet. ℞. uiride æris.Aui.in.5.idem habet.℞.floris æris.Item Ioannes Se. in ſuo antidotario habet unguẽtũ de Ziniar. Aui.in.5.can. habet unguentum de flore æris.ꝙ idẽ eſt. & ſic hodie unũ pro alio ponunt.Serap.dat modum eius, ſicut apparebit infra in emplaſtro apoſtolicon &c.

EX NICOLAO.

XX.

Alabaſtri nardi ſpicati.

℞.Sauinæ uiridis.ʒ.v. hedere terraneæ uiridis, millefolii artemiſiæ,gallæ,cupreſſi,fœnugræci, herbæ benedictæ,ſeminis lini, roriſmarini, omnium octo.ʒ.vi. pone hæc oĩa ſimul trita in aquæ ſextari. xii. & dimitte macerari uſque ad tertium diem. poſtea adde olei ſextaria.v.diligẽter cũ cautela tãdiu coque uſquequo ad oleũ pueniat remota aqua. remoto uero ab igne, & colato per ſacculũ nitidum adde ceræ.ʒ.vii,colophoniæ,terebentinæ,galbani, maſticis, gũmi hædere,reſinæ,olibani, myr. an.ʒ.v. ſtoracis calamitæ, cozumbri,ſpicæ,nardi,omniũ triũ.an.lib.i. balſami.ʒ.iiii. q̃ terẽda ſunt terræ, quę liquefaciẽda liquefac inſimul mixtis oĩbus,diu agitãdo cũ ſpatula miſce. deinde uſui. refua &c.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentum alabaſtri eſt in uſu.Appellatur aũt unguentũ alabaſtri nardi:non ꝙ alabaſtrũ ingrediatur.hodierni aũt utunt unguento alabaſtri,& in eo ponũt alabaſtrũ ꝙ eſt genus marmoris:ſed non recte,quia ex meo iudicio alabaſtrum in hoc non debet ingredi. nam hoc unguentũ inuenit in lib.7. Giliberti Anglici in ca. de retentione menſtruorũ,quod alabaſtrũ nõ habet. Papias uero ait: Alabaſtrum genus marmoris, uñ fit uas in quo de intus unguenta cõſeruant,& ideo pro unguento ponitur. nã ſine dubio hoc dicit alabaſtrũ,quia ipſum cõſeruari debet in uno uaſe facto ex alabaſtro.Pręterea uide in paſſione domini noſtri Ieſu Chriſti ſcdm Marcũ ubi dicitur.& cũ eſſet Ieſus. Bethaniæ in domo Simonis leproſi & recũberet, uenit mulier hñs alabaſtrũ unguẽti nardi ſpicati precioſi, & fracto alabaſtro effudit ſuper caput eius, & hoc eſt iſtud unguentum quo. utebant Maria & Martha ſorores, uñ ꝙ hoc uide apud Leonardũ de Preda palea in ca. de caſu & offenſione propriæ doctrina ubi ſic ait. Nota de unguẽto alabaſtro,ꝙ opatur mirabiliter in cõtuſione & attritione, & caſu, & offenſione,ac etiã in uerberatis, & flagellatis, & tortis cũ tortura, & ſimilibus, & uocat unguentũ alabaſtrum nardi de ſpica nardi p̃cioſa,q̃a Romani a Hieriſm attulerũt tpe quo dñs noſter Ieſu Chriſtus crucifixus eſt. Bonum & probatũ in oĩbus febribus & rigoribus & calculoſis doloribus lũborũ petrã de ueſica rũpit.renũ doloẽ aufert & hemicraneũ doloẽ amputat, caſibus matricis optime ſubuenit.Maria & Marthas ſorores Lazari hoc unguẽto uſę fuerũt oĩbus diebus uitæ ſuæ.Scias aũt ꝙ ueritas ẽ, hoc unguẽtũ dr̃ alabaſtrũ nardi ſpicati,q̃a cõſeruat in uaſe alabaſtro, & pp ſpicam nardi quam recipit. & dicũt ſapientes, ꝙ hoc

poteſt

poteſt diei vnguẽtum de ſpica nardi conſeruato in uaſe alabaſtro. Sauinæ viridis: ideſt recentis.

Hedera apud Dioſ. vocatur ciſſos. Pli. hædera ſpecies habet tres: candidam, nigram, & elix. Et hæ in ſpecies alias diuiduntur Gal. in li. ad Parthenianũ ait: Hedera naſcitur in diuerſis arboribus, parietibus, vel petris, & terra, ſed hic intelligitur de illa quæ in terra reperitur, quæ ſatis eſt nota, de qua antiquitus coronobantur poetæ, unde Virgilius in bucolicis. Paſtoris hedera creſcentem ornate poetam.

Galla cupreſſi. ſ. fructus eius: qui aptus eſt in medicina. Iſid. in ca. de propriis nominibus arborũ inquit. Cupreſſus græce dicitur ꝙ caput eius a rotunditate in acumen erigit. vnde & canon vocatur. i. alta rotũditas, & hinc fructus eius conus, quia rotunditas, eius talis eſt ut conum imitetur. vnde coniferæ cyparisſi dicuntur: huius lignum cedro pene ꝙ proximam habet virtutem, téplorũ quoq; trabibus aptũ: impenetrabili ſoliditate, nunq̃ oneri cedit, ſed ea qua in principio fuerit firmitate perſeuerat. Antiqui cupreſſi ramor propter rogum conſtituere ſolebant, uti odorem cadauerum dũ vterentur comprimerent iocunditate odoris ſui.

Millefoliũ eſt herba quæ omnibus nota eſt. Dioſ. miriophyllos, ſiue ut latini millefoliũ. i. ſupercilium veneris naſcitur in paluſtribus locis, tirſum habet ex una radice mollem & ſubrufum, & quaſi manibus linitũ, & folia ſimilia fœniculo. Pli. miriophyllon, quod noſtri millefolium uocant.

Herba benedicta ſecũdũ cõpoſitorẽ eſt phu: quæ alio nomine valeriana uocatur. Simõ vero Ianu. ait: Terra benedicta in antidotario olim in vnguẽto alabaſtri, quod ignoro: verum eſt ꝙ Gilib. loco herbæ benedictæ hẽt terram benedictam, ſed Leona. habet herbã benedictam. ego uero ignoro: quid ſit terra benedicta, ſed herba benedicta eſt ualeriana: quã meo tempore vidi apponi in hoc vnguento.

Roſmarinus ſecũdũ Dioſ. eſt libanotides, ſm uero Sera. eſt arbor Mariæ: de qua miror ꝙ ipſe Sera. in ſuo breuiario in ca. de hæmorrhoidibus inquit: quòd arbor maria ẽ arthanita: quod non recte, dicit ab aliquibus corona montis uel montana, eius flores alchilil dicuntur: unde zuccharum alchilil ideſt de floribus roriſmarini.

Sextarium vero ſecundũ Compoſitorem. Aui. & Ser. eſt pondus ſex drachmarum, & dauic duorum; ſecundum Gentilem eſt pondus. ʒ. vi. Leonar. idem inquit: ſextarius eſt põdus aur. iiii. aureus uero eſt quarta pars uncię, in uncia ſunt octo drachmæ. Hodierni uero generaliter qñ reperiunt in receptis ſextarium uini uel aquæ, intelligunt duas lib. cum dimidia, ſed per ſextariũ piperis uel cinnamomi, ſex drachmas intelligunt, Deus melius ſcit.

Colophonia. i. pix græca. Dinus Florẽ. in primo li. in ca. de eruptionibus exituralibus ait: Picis ſiccæ. i. picæ græce. Item Circainſtans. colophonia. i. pix græca: eſt aũt gummi cuiuſdã arboris quæ in Græcia reperitur: unde pix græca dicitur, etiam reperitur in aliis locis. Pli. uocat eam briciam dicens: Bricia fit e picea reſina: in Hiſpania autẽ e picea noſtris minime laudata: eſt. n. reſinarum amara, & arida, graui odore: vnde reſina frixa: pix bricia, pix romana, colophonia idem ſunt.

Cozumbrũ ſm Cõpoſitorẽ eſt cenſura Iudeorum, uel thimiamatis, uel thus Iudeorũ. Leonar. ibidem inquit: Cozumbrũ ſunt fœces ſtoracis liquide, ergo cozumbrũ eſt ſtorax rubea: qua utuntur Iudæi in Eccleſiis pro fumigatione. ẽt cozumbrũ põt dici ꝙ interpretatur oẽ fumigium odoriferũ.

Spica nardi. i. aromatica. iſtud uero vnguentum dicitur alabſtrum nardi propter ſpicam nardi quã recipit in multa quantitate. & conſeruare debes in uaſe facto ex marmore dicto alabaſtrum.

Balſamus. i. opobalſamũ. nã opus eſt balſamus, uelut lac. & ſimiliter opobalſami vocatur lac ficulneæ ab ipſa. Pli. autem ait: ſed omnibus odoribus præfertur balſamũ uni terrarum Iudeę conceſſum quondã in duobus tm̃ hortis utroq; regio altero iugerum. xx. non amplius, altero pauciorum, Oſtendere arbuſculum hãc vrbi imperatores Veſpeſiani. Clarum q; dictu a Pompeio magno, in triũpho arbores quoq; duximus, ſeruit nunc hæc & tributa pendit cum ſua gente. In totum alia eſt natura quam noſtri externiq; prodiderant: hoc præcioſum eſt in noſtris partibus raro inuenitur, ſed infra deſcribam quædam olea duæ poſſunt poni in omni loco vbi ingreditur balſamus.

XXI.

MARCIATON, vulgo Martiaton.

℞. Cæræ albæ * lib. ii. olei † lib. vii. rutæ *ʒ. vii. maioranæ. ʒ. vi. tamariſci. ʒ. vi. esbrii, roriſmarini, foliorũ lauri an. * ʒ. iii. ſauinæ balſamitæ, lilifagi, ozimi, polii, calamenti, artemiſiæ, enulæ betonicæ, branchæ vrſinæ, ſpergulæ, herbę uenti, pimpinellæ, agrimoniæ, abſinthii, herbæ paralyſis, herbæ ſanctæ Mariæ, cimarum ſambuci, herbæ craſſulæ, millefolii, ſemper uiuæ, chamedryos, centũ neruiæ, centaureæ, fragulæ, quinq; folii, terrait, † an. ʒ. iiii. s. radicũ euiſci, cymarum myrti * an. ʒ. iii. fœnugrę. † ʒ. i. s. butyri. * ʒ. i. ʒ. ii. urticæ, violarum papaueris nigri, mentæ ſaracenicæ, & aliæ mentæ, lapacioli polytrichi, carduncelli, matriſiluæ, maturellæ, herbæ muſcatæ, aleluiæ, linguæ ceruinæ, criſpulæ, camphoratæ, ſtoracis calamitæ, medullæ ceruinæ † ana. ʒ. s. adipis vrſi, adipis gallinæ, maſticis ana. ʒ. i. thuris. * ʒ. s. olei nardini. † ʒ. ii. colligantur oẽs herbæ in mẽſe madii: & in uno die aut in duobus ſi põt ab hora tertia uſq; ad meridiem, conficiantur ſic. herbas tritas diebus ſeptẽ in optimo odorifero uino infunde, octauo aũt die coquantur lento igne, & cũ uinũ aliquantulum incœperit conſumari addatur ſupradictũ oleũ, & bulliant donec herbæ incipiant dimitti, deinde ſtudioſe colentur & ꝙ iectis herbis iterum ſuper ignẽ ponantur, & cum bullire in cœperit, ponatur ſtorax, & cum modicũ bullierit, ponatur butyrum, & axungia contuſa, & oleũ nardinũ. i. de ſpica nardi, & maſtix, & olibanũ, & poſtea cera. Et cum cera liquefacta fuerit bene cũ ſpatula ſemper agitando ab igne deponatur, & cum coagulatum fuerit in uaſe reponatur.

*al. lib. ix. † al. ſext. vi. *al. lib. i. ę. †al. li. i. s. *al. libr. i. †al. libr s. *al. vn. v. † al. vnci. iiii. *al. vn. ii. † al. vnc.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud vnguentũ martiaton dicitur a Martiatone peritiſſimo medico a quo fuit inuentum. hoc apud multos apothecarios i uſu eſt, ſed pauci ſunt apothecarii qui ipſum faciãt, immo emunt a mercatoribus Ianuenſibus, & hoc aduenit quia ibi ingrediuntur multa ſimplicia quæ difficilia ſunt in ueniri, ſed ego cõſideraui dicens, ſi in partibus Ianuæ ac in aliis faciunt, nõne idem poſſumus cõponere nos? nam ſine dubio idem nos poſſumus cõponere, & melius, quia ego fui in partibus Ianuæ & intertogaui apothecarios qui componunt prædictum unguentũ, qui in multis ſimplicibus certant, & ponunt in eo quid pro quo. i. unam rem pro alia, ſed ego taliter agã ꝙ nos & alii apothecarii facere poterũt. Gilibe. de Anglia in ca. de cura arthriticæ ſecundũ Magiſtros hẽt unã aliam deſcriptionẽ quæ eadẽ eſt. eandem hẽt Leonardus de predepalea in cap. 1. de cõtuſione & attritione.

Rutæ. ſ. rutæ domeſticæ, hæc ſatis nota eſt. Secundũ Circainſtans: ſi quis eſt totus circundatus ruta uiridi ſecure poteſt accedere ad interficiendum baſilicum, ſed hoc credo ꝙ apud ipſum nunquam fuit probatum, nec apud me.

Maiorana herba eſt ſatis nota hæc eſt quam Dioſ. ſampſu cum uocat. Pli. amaracrũ. Diocles medicus & Figulagrus appellauere, quod Aegyptus & Syria ſampſucum. In hac ſunt diuerſæ opiniones. nam Giliber. loco eius habet armoniacũ. Leonar. non habet maioranam nec armoniacum, & ſic meo tempore uidi facere ipſum ſine maiorana, & ſine armoniaco, tamen fac ut tibi placet.

Tamariſcus apud Dioſ. uocatur myrica. Pli. muricem in Italia naſci q̃ tamaricem vocãt, certũ eſt Achaia, aut brion ſylueſtrẽ inſignẽ, & quod eam ſatiuam tm̃ ferat, cui gallæ ſimilis fructus in Syria & Aegypto copioſus. Gale. in lib. ad Parthenianũ inquit: Miricas fructuculũ afferre mollẽ frãgibile, & veluti florẽ tm̃ Aegypto quidẽ ſimilem gallæ. huius igit̃ ſuccus in aqua ſi fuerit coctus pædiculos occidit, & culices & pulices fugat, hæc apud nos iuxta aquas naſcitur.

Febrium ſecundũ Compoſitorẽ eſt flos ſaluiæ. ſecundum vero Matthæum Syl. eſt maiorana. quod non creditur. nam Leonar. loco eius habet flores ſaluiæ, quod idem eſt.

Balſamita idẽ habent alii, eſt mentha aquatica ſeu ſiſymbriũ, in hac errauit trãslator. Aui. in. 2. can. in ca. de nemen

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 168 sur 335

dicens, ꝙ nemẽ eſt ſiſymbriũ, quod non eſt. nã nemẽ apud Sera. eſt ſerpilium. Balſamita uero ſiue menta aquatica eſt herba habens folia ſimilia folijs mentæ, ſed maiora cũ flore cœleſti. iuxta aquas naſcitur. Multi autem ignorantes apothecarij credunt ſed non recte, ꝙ balſamita ſit quædam herba inuoluens circa muros: quam nos uulgo balſaminam dicimus: ſed aliud eſt: ſuum uero nomen de balſamina in latino eſt dictum memordita &c.

Liſifagus. i. ſaluia. unde Macer. Liſifagus græce, ſed ſaluia dicta latinæ. Dioſ. elifagus aut lelifagus, aut fagnõ Pli. bechion quę & ſaluia dicit, alias tusſilago. duo eius ſunt genera, ſylueſtris ubicunq; naſcit ſub eſſe aquas credunt ita altera a quibuſdam ſaluia appellatur ſimilis uerbaſco.

Calamentum eſt herba ſatis nota. Iſidorus: menta agreſtis quam Græci calamentum, noſtri uulgo neptam uocauerunt, eſt maioris uirtutis & uehemens in calore.

Branca urſina ſcd̃m Petrum de Creſcentiis, calida eſt & humida in primo gradu uirtutem habet mulliẽdi ſcd̃m Moder. duæ ſunt ſpẽs. Quarum una habet folia magna, ſicut folia caulis: ſed inciſa. ſicut brancha urſi. in medio eorũ eſt ſtipes: in cuius capite: ſunt multi flores purpurei ſpinoſi & cõcluſi. hæc uero naſcitur in mõtibus in locis umbroſis. Altera uero ſpẽs habet folia ſimilia foliis parietariæ: ſed longiora, & in ipſis foliis oriunt flores cõcluſi: ſicut prioris purpurei, & qñ ſiccant efficiũtur ſpinoſi. hæc apud nos iuxta hortos inuenitur: ponitur hæc ſi habere non poteris priorem.

Spargula ſcd̃m compoſitorẽ eſt rubea tinctorum minor & ſic hodie habetur ſimilis opinio. Dioſ. uocat rubeam & inquit: Rubea quã alii erythrodanum latini, uero rubricam dicũt. herba eſt omnibus nota. eius ſpẽs ſunt duæ: una agreſtis: alia quæ appellat ſparthos: ramulos ſiue tirſos habens tenues: & quaſi nodoſa folia: per interualla diſtantia, atq; per ſingulas enodationes: ueluti ſtellarum imaginem mentientiam: fructus ſiue ſemen rotũdum eſt & uiride, dehinc rubrum, aut circa maturitatẽ: nigrũ, radicẽ habet tenuẽ & paruã & rubicũdam &c. hæc ẽ forma rubeæ tinctorũ, ſi aũt habere nõ poteris minorẽ, ponas maiorẽ. minor uero nõ ẽ illa herba quã noſtri ruſtici Raſparellã dicũt, ſed eſt aliud.

Herba uenti. ſ. herba uenti maior, & eſt parietaria eius ſpecies duæ ſunt. ſ. maior & minor. maior uero eſt paritaria ſiue uitriola, ſiue aliſinẽ uel rectius helxine, ut apud Dioſ. ſiue herba uitri, ut apud Auic. idem Circainſtans ait: parietaria herba eſt quæ alio noie dicitur uitriola, quia optime uaſa mundificat hoc apud nos in muris naſcitur, & dicitur a uulgo ueraxiũ. minor uero eſt conſolida minor habẽs florem ſicut artritica, ſed ſunt purpurea, & dicunt ſapientes: quòd utraque in hoc unguento debet poni.

Agrimonia herba eſt ſatis nota: apud nos in pratis reperitur. Dioſ. aũt inquit. agrimonia herba omnibus nota quę feraria minor dicit naſcit in cãpis uel circa ſepes, cuius radix græco nomine eupatorium dicitur, eo ꝙ diuretica ſit ualde apud modernos. eupatoriũ ẽ aliud. Gal. in lib. ad parthenianũ de agrimonia, & eupatorio in uno ca. loquit in fine uero ait. huius igitur radicem græci eupatoriũ dicunt.

Herba paralyſis ſcd̃m Compoſitore eſt herba ſancti Petri, ſiue ut alii primula ueris: eius ſpecies ſunt duę. ſ. maior & minor. maior uero eſt herba ſancti Petri quę in hortis naſcit cũ foliis uiridibus parum inciſis, hęc nota eſt oĩbus minor ẽ illa quã hodie generaliter herbã margaritam dicimus, cui⁹ flos ſimilis camomillę ẽ. huius i pratis plurimũ ẽ.

Herba ſanctæ Marię ſcd̃m eundem eſt perſicaria: ſeu ſanguis Chriſti. ſcd̃m uero Matthęum Syl. eſt herba ad albedinem tendens cũ foliis rugoſis: ſicut herba quę dicit phloſinos. i. taſſus barbaſus: ſed nõ recte dicit: quia ſi Compoſitor dicit ꝙ eſt perſicaria eius forma nõ eſt, ut dicit Matthęus. Prętera Leonardus ait. herba ſanc. Marię ſiue pſicaria, & ſic eſt ſm ueritatem & eius forma eſt: ꝙ habet folia ſimilia foliis pſici. intra quę ſunt pũcta nigra: apud nos iuxta hortos naſcit, inuenitur alia ſpecies quę caret maculis: ſed hęc nõ eſt tante uirtutis: quidã uocant ipſam zingiber caninum alii perſicaria cũ ſigillo ſcd̃m. Petrum de Creſcẽtiis: herba ſanctę Marię eſt menta romana uel ſaracenica, quod falſum eſt: nam in iſto unguento utrunq; ingreditur.

Sambucus eſt actis. Sera. i ca. de ſambuco inquit: Quod duæ ſunt ſpecies, quorum una dicitur a græco actis, & in latino ſaboca, uult dicere ſambucus. ſecũda nominat in græco chamęatis, & eſt eius intentio terrena, uel infima actis, & in latino dicit abolas, uult dicere ebulus, & ẽ arbor ebuli. uũ uerſus. Sambucus eſt actis, ſed ebulus eſt chamæactis.

Herba graſſulæ ſcd̃m Compoſitorẽ eſt faba graſſa: cuius ſpẽs ſunt tres. ſ. craſſula maior. i. faba graſſa minor uero eſt uernicularis, media eſt cardus benedictus, ſed Lumen nerius tenebra, apothecariorum exponit, ꝙ eſt uernicularis, ſed falſum eſt. nam uera craſſula eſt herba habens folia uiridia & pinguia: ut ſemperuiua cum flore tẽdenti ad albedinẽ. naſcitur autem apud nos iuxta foſſos: & eſt illa quã noſtri ruſtici uulgo fabam græcam dicunt: ſed non recte: quia aliud eſt, ſed debent dicere fabam groſſam. Infra apparebit oleum frigidiſſimũ uiride: & ibi melius certificabo, ꝙ craſſula non eſt uernicularis, ut dicit Lumen malelucens.

Semperuiua apud Auic. uocatur ſuccutum, ſed non recte, quia ſuccutũ eſt corruptum, & debet dici ſymphytum: ergo eſt cõſolida maior, ſed ipſe ignorauit quid eſſet. apud Dioſ. uocatur aizoon.

Diximus accidulam quam græcus dicit azoon.
Sic dici credunt ſapor illi ꝙ ſit aceti. Inferius idem ait.
Altera uero minor ſpecies eſt illius herbæ:
Quam ſemperuiuam dicunt, quoniam uiret omni.
Tempore barba iouis uulgari more uocatur.

Chamædryos eſt herba dicta apud nos calamandrina. Pli. chamædrys herba eſt quæ latine trizaga dicitur, aliqui chamacropem: alii teucriam appellauere.

Centum neruia ſcd̃m Compoſitorẽ ac Giliber. eſt arno gloſſa ſiue plãtago maior. hæc apud Aui. uocat lingua arietis, & eſt herba quam noſtri ruſtici Bletam ſylueſtrem vocant. illud uero. Lumẽ fuſcũ loco centum neruiæ habet cẽtauream, quod non recte actum eſt. nam in iſto unguento ingreditur, & centum neruia, & centaurea.

Centaurea. ſ. minor, ſed Lumen malelucens inquit: Centaurea. ſ. maior, ſed non recte. nam uide ꝙ Meſue in cap. de centaurea ait: quòd eius ſpecies ſunt duæ. ſ. maior & minor minor uero eſt melior in omni re. Iſidorus centauream græci uocant quę a chirone centauro fertur reperta, & eadẽ & limnoſios, quia locis humectis naſcitur eadem & fel terræ, propter amaritudinem dicta eſt.

Fragula eſt herba gerẽs fragra. Vnde Ouidius metamorphoſeos. Montana quæ fragra legebant. & Virgilius. Qui legitis flores & humi naſcentia fraga. Apud nos hęc naſcitur iuxtas foſſos: cuius fructus comedũtur in ſuo tempore.

Quinq; foliũ. i. pentaphyllon. Auic. in. 2. can. duo cap. facit, unũ de pentaphyllon. aliud de quinq; folio. quod idem eſt: dicit autem pẽtaphyllon a numero foliorum: quia per ſingulas adnodationes habet quinq; folia. Aui. in ca. de lacticinio ponit pentaphyllonem inter ſpecies eorum.

Tetrait ſeu herba tetrahit, ut dicit Leonar. ſcd̃m Gilib. herba Iudaica. Idem ait Cõpoſitor, ſed multi hodierni apothecarii credunt ꝙ dicat torathit, ſed non recte quia torathit eſt fungus naſcens in radice roſę caninę ſiue barbæ hircinæ: ex quo fit hypoquiſtidos, & hoc multi ponunt qui errãt: nã aliud ẽ tetrait, aliud eſt torathit. Si uero Cõpoſitor uult ꝙ tetrait ſit herba Iudaica: ergo eſt eruũ. nã Aui. in. 2. can. inquit: Herba iudaica. i. eruũ, & eruũ apud Dioſ. ẽ oro bum: cuius aliud eſt pallidũ, aliud ſubrufum, & aliud albũ. Circainſtans dicit: tetrait eſt herba iudaica: & ſic eſt ſcd̃m ueritatẽ ꝙ tetrait eſt herba iudaica, ſiue eruum, ſiue orobũ, ergo eſt eruilia, aut illa herba quam ruſtici Elmocho uulgo dicunt. Ebiſcus, ideſt maluauiſcus ſeu althea. Auic. in. 2. cã. ait: Altheæ nomen in græco deriuatum eſt ex nomine plurium iuuamentorum.

Menta ſaracenica. i. menta romana ſeu nigra. Nam eius planta eſt nigra ad ſimilitudinẽ ſaracenorũ: cuius folia maiora ſunt quã mentæ hortulanæ: hæc apud nos iuxta aquas inueniẽ. Petrus de Creſcentiis in ca. de mẽta ait: Mẽtæ tres ſunt ſpecies: eſt enim quædã domeſtica, quæ propriæ hortu-

lana

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 169 sur 335

lana dicit: & est alia sylvestris quæ mentastrum dicit & est menta quæ lõgiora,latiora,& acutiora hẽt folia: & hæc est menta roma.uel saracenica;& uulgariter herba sanctæ Mariæ uocat, quod falsum est. nã supra in isto unguento posita fuit herba sanctæ Mariæ:ergo non est menta saracenica, ut inquit ipse.Hic Nico.dicit:& aliæ mentæ:idẽ dicunt alij,ut Gilib. & Leonar. & signt alias species mẽtæ quas ipse non noiauit;nam spẽs mentæ sunt quinq; de quibus tres noiauit: supra,alias duas non noiauit:sed illas quas intelligere debemus,& alias mentas,est menta cõis seu hortulana,& menta strũ.Et sic meo tpe vidi in hoc ponere quinq; species mentæ,quæ sunt menta hortulana siue cõis,vel odorifera:& sylvatica,& est mentastrum: & est alia quæ dicitur saracenica siue romana:& est alia quæ dicitur aquatica siue balsamita: & est alia quæ dicitur menta non odorifera,& hoc est calamentum:& sic omnes iste quinq; debent poni in isto vnguẽto,sed lumen de quo supra inquit, q̃ per alias mentas nõ intelligitur nisi menta domestica, sed non recte,vt est notum apud omnes sapientes.

Polytrichum herba est minuta:cuius stipes vergit ad nigredinem,in puteis hanc vidi & in muris,ac in locis humidis,& hoc est satis notum.

Lapaciolum siue lapacioli ſm Compositorem ac Gilib. est lapacium acutũ: ergo est acetosa qua generaliter vtunt, & sic est quod illa acetosa qua vtimur est acutior omnibus lapaciorum speciebus.Macer ait.

Herba solet lapaci *vulgo paritella* vocari.

Illius speciẽs dicunt quatuor esse.Idẽ ait Dios.*in cap.de* lapacio Circa *instãs inquit: Lapaciorum triplex est* maneries.*s.lapacium rotundum,acutum,& domesticum, lapaciũ* folia habens acuta,*efficacius est lapacio* rotundo, minus efficax est *lapacium domesticum*, q̃ folia habet aliquantulum lata & magna,vsui medicinæ competunt.

Carduncellus ſm Gilibertũ est cardus benedictus.idem dicit Cõpositor:ergo est quem Pli. erigeron siue senecion vocat:de qua Isidorus,erigonon a græcis dicitur, quod vere primo senescat.vnde & eam latini herbã senecionem vocant,nõ intelligitur de senatione quod dicitur cressonum, sed de alia herba de qua Macer ait.

Erigeron græci senecio nosq; vocamus.

Quod canis similis videatur flore capillis.

Nascitur in muris & in hortis & tegolatis.

Hæc apud Dios.vocatur sedũ,& apud Gal.in lib.ad parthenianum vocatur suedo,quã alii senition vocant.hæc vero est herba quæ in numero cardonũ est.apud nos in hortis ac in muris inuenitur,& est quã Lombardi herbã Turcham vulgariter dicunt.

Matris silua ſm cõpositorem est oculus lucidus seu capri folium,de hac apud quosdam fit lycium,sed illud lycium est debile. Hæc verba apud nos iuxta hortos inuenitur, cuius folia sunt ab vno latere subalbida,& ab altero viridia: se ad hærentes & inuoluẽtes sæpius super alias plantas,vt est notum.Et est quam Dios.periclymenon vocat,& nostri Cesoli vulgariter dicunt.

Maturella secundũ cõpositorem est potentilla seu amantilla,ergo ẽ ualeriana seu phu.Matth.Syl.dicit: Martorella .i.valeriana: vel phu,vel herba gattæ.sed herba gattæ apud nos etiam habet aliam significationem: nam significat nepitam seu calamentum montanum, valeriana apud theutenicos dicitur thamaria.hæc herba omnibus nota est. Circa instans ait:Phu intelligitur radix in medicina. Lumen malelucens non posuit in sua descriptione maturellam, forsan, ignorauit quid esset.

Herba *muscata.s.*herba muscata maior.Leona.loco eius habet herbã garyophyllatã,sed non recte:Gilib.habet herbam muscatam,ſm cõpositorem est maior & minor: maior autem facit actus & non redolet: minor non facit actus & redolet:quid autem sit cõiter ignoratur. nõ.n.est iua muscata,vt quidam dicunt,nec eius forma est,vt dicit Lumen malelucens, veritas autem est quod herba muscata maior est herba dicta fecabrion,quæ folia habet minuta similia petrosellino aliqualiter pilosa, florem habet paruum tendentem ad rubedinem, & qñ flos decidit facit quandam rem ad si militudinem acus acutæ:vel ad similitudinẽ rostri ciconiæ hæc suo tpe dum est recens comeditur: in vijs ac pratis inuenitur:hanc vulgares rostrum ciconiæ uocant:& hãc meo tempore vidi ponere in hoc vnguento.

Aleluia idẽ dicit Leonar.Gilib. dicit: aleluia est species trifolii:& est herba acetosi saporis.ergo ẽ panis cuculi: vnde meo tpe vidi multos in hac errare:reperit aũt super arborem vlmi:quædã res similis ueficæ:& hæc apud malignos herbaticos panis cuculi uocat,sed nõ recte,quia panis cuculi est aleluia:& est herba quæ saporẽ habet acetosum habẽs tria folia sicut trifoliũ: sed sunt parua & tripliciter diuisa, & in acumine cuiuslibet partis ẽ incisa:semina ipsius sunt in uaginis similibus cornibus:quę cum tangunt tpe maturationis euolant ab his semina sicut handachoche. i. trifolii: tendentia ad rubedinem:hæc raro in pratis inuenitur.

Lingua ceruina ſm modernos est scolopendria: qua generaliter vtuntur.uide de ipsa in syrupo de scolopendria.

Crispula idem habet Leon.Gilib.dicit.crispula.i.oculus bouis:ſm aũt Compositorẽ est herba cancri: quid aũt sit generaliter ignoratus, sed quia Gilib.dicit quod crispula est oculus bouis.ergo est quædam herba quæ apud Dios. uocatur buphtalmos:cuius folia sunt similia foliis marathri.i.fœniculi:flores habet nigros.Hic textus Dioſc.est corruptus, debet.n.dicere, q̃ habet flores citrinos plus flore camæmillæ,vt dicit Sera.ex uerbo Dioſc.in cap.de cotula,quæ idem est.Aui.in.2.can.ait:Bichar & est illa quę uocatur cheusem *s.oculus uaccæ*, rosa eius est citrini coloris,rubea in medio grosior rosa camæmillæ:& sic est. uide ergo quod crispula ẽ oculus bouis seu buphtalmos siue cotula,& hæc apud nos in ciuitatibus,& in uiis nascitur.Rasis *in libro aphorismorum:in libro quarto de dictis medicinis & cibariis inquit*: Ladion. i. oculus bouis seu oculus uaccæ,q̃ idem est. hanc nostri rustici cotulam dicunt.

Camphorata ſm Compositorem est abrotanũ sylvestre, sed Lumẽ malelucens loco eius posuit camphoram: sed nõ recte factum est.nam Gilib.ac Leonar.posuerunt camphoratam. i. abrotanum sylvestre, cuius folia sunt *similia foliis* camæmillæ,loco eius uidi ponere abrotanum usuale.

Medulla ceruina seu cerui.Sera.in cap.de medulla ossiũ inquit,& illa quæ est melior per experientiam est medulla ossis cerui, & post ipsam medulla uituli.Idem dicit Aui. in ca.de medullis.in.2.cano. Dios.ait:Medulla oĩs recens sine sale mollitiuæ atq; mirificæ uirtutis est.inueterata sine sale sumpta recorporatiua efficitur, laxãdo.uerum de omnibus medullis melior est ceruina:secundo uitulina.

Adeps ursi secundum Sera.facit oriri pilos in alopitia,& est conueniens scissuris quæ fiunt a frigore & apostematibus sanguineis.Auicen.ait:Adeps ursi & adeps anseris conferunt alopitiæ.

Adæps gallinæ nota est. Dioſc.in cap.de axungia inquit, axungia oĩs utilis est matricimaxime recẽs anserina,uel gallinacea sine sale condita.nam salita contraria est matrici.

XXII.

AREGON, officinis Aragon.

℞.Roris marini,maioranæ,radicis iari, serpilli,rutæ, radicis ficydis,an.ʒ.iiii s.foliorũ lauri,saluiæ,sauinæ,an.ʒ.iii.pulicariæ maioris,pulicariæ minoris, ana.ʒ.iiii.bryoniæ.ʒ.iii. laureolæ.ʒ.ix.nepetæ.ʒ.vi. masticis,olibani,an.ʒ.vii. Pyrethri,euphorbii,zingiberis,piperis,an.ʒ.i. olei muscellini.ʒ. s.petrolei.ʒ.i.adipis vrsi,olei laurini,an.ʒ.iii. herbæ & radices colligant & in Maio,sicut dictũ est. nã in mẽse Iunii nõ sunt apti nisi primus vel secundus dies, deinde fortiter tunsæ in mortario ponãtur in oleo per septem dies,septimo vero die super ignem ponantur donec coquãtur bene postea super saccũ colentur,& tunc super ignem ponantur & cum inceperint bullire addãtur butyri.ʒ.iiii.olei cõis lib.v.ceræ lib.i.ʒ.iii. & cera liquefacta ponatur petroleum & muscelli num,& ad vltimum mastix,& olibanum zingiber,& piper, & pyrethrum,tunc ab igne deponantur & recondantur.

COMMEN. MANLII.

Istud vnguentum est in usu. Aragon.i.adiutoriũ.Gilibe.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 170 sur 335

de Angl.in ca.de dolore renum habet idemmet.Leonar.de preda palea.in capi.de cura casus & offensionis,ponit vng. aliud magistrale mirabile,q̃ vocatur aragon:& est idem,ni si quod ipse non ponit pulicariã maiorem:nec minorem: in reliquis idem sunt. vnde meo tempore multos in hac uidi errare,& hoc est in pulicaria,de qua infra.

Radicum iari siue iarus est dragontea minor:& est quam Dioscor.vocat aaron. Petr. de Crescentiis inquit: Iarus alio noie dicitur barba aaron:uel pes vituli,quòd idem est.Gal. in sexto simplicium ait.Luf ideſt iarus aaron.

Radicum sicydis, ideſt radicum cucumeris asinini cuius sucus elaterium dicitur. Leonardus ibi dicit,radicum sicydis.i.cucumeris asinini.

Pulicaria maior apud græcos conisca vocatur, sed apud Dioscor.conyza,cuius alia maior atq; odoris grauioris, alia minor & odoris iocundi, inter has alia est media grauioribus odorib⁹. Quorũ prima appellata est ẽt conyza lata siue vanitatis, uel ut latini armẽtalis. Itẽ scđa uocaẽ libanotis, siue ut latini pix marina,uel siriscarum media,appellatur ẽt conyza cephaleos,siue ut latini thymus minor:maior & minor conyza folia oliuæ similia habẽt, sed aspera & pinguia, minoris uero folia odorata sunt maioris vero grauis odoris,quæ etiã in frutice maior est.Dios.ponit qđ species cõyzæ sunt tres,sed Plin.non ponit nisi duas, quid aũt sit cõiter ignoratur.secundum intentionẽ Luminis epothecariorum est elleborus, quod falsum est.nam gñaliter apud peritos tenetur qđ conyza sit pulicaria,ut inuenitur in. 7.simpl. apud Gal.& sic conyza est pulicaria:& secundũ intentionẽ Dios. tres sunt species.s.maior,minor,& media.Ipse autem Dio. dicit,quod media est cephaleos siue thymus minor, & thymus maior apud moder. est saturegia, ergo per pulicariam minorẽ intelligitur saturegia: & per pulicariam maiorem intelligitur conyza maior seu thymus maior.i.vsualis, & sic si bene consideretur uidebis q̃ pulicaria maior est thymus & pulicaria minor est saturegia.

Pulicaria minor secundum intentionem Dioscor. est sicut maior in foliis,sed est odoris grauioris,& sic est qđ pulicaria minor,ideſt saturegia seu thymbra habet maiorem odorem quã maior,in foliis idem sunt, & in uirtute sunt quasi idem,in partibus Romæ unus Græcus dixit mihi,quod pulicaria minor apud ipsos uocatur conyza seu thymbra:& fecit versiculos sic dicens.

Thymbra solet græce saturegia dicta latine.
Thymbra solet græce pulicaria dicta minore.

Thymus dictus hasce nos pulicariam maiorem nominamus,& sic meo tpe pro pulicaria maiori thymum vidi ponere:& pro pulicaria minoris saturegiam.

Laureola apud Dios.vocat daphnoides.Sera.uero inter species lauri laureolã describit, & est quã dicit esse gar. est species alia quæ dicit daphnides,et est arbor parua,cuius altitudo est unius brachii,hẽt uirgas multa subtiles medietate,supra quibus superius sunt folia, & uirgæ eius sunt facile frangibiles,& super ea est cortex fortiter adhærẽs ligno, & folia eius sunt similia foliis lauri, nisi quia sunt molliora & tenaciora & ad frangendum difficiliora mordicantia & pungentia linguã & gulam exasperantia,& habet flores albos,& grana quando sunt matura fiunt nigra, & habet radicẽ nullius ualoris in medicina, nascitur in locis montuosis. Ioan.Angli.in ca.de paralysi dicit:Semen laureolæ, & uocatur coccognidium,quòd non est credendum.

Nepeta secundũ Cõpositorẽ est calamentum montanũ,sine dubio est consonum quòd nepeta sit calamentum, & est herba quæ a Lombardis Gattaria,seu neuidem dicitur.

XXIII.

DIALTHAEA.

℞.Radicũ ebisci lib.ii.semi.limi,fœnugræci an.lib.i.squillæ ʒ.vi.olei lib.iii.ceræ lib.i.terebinthinæ,gũmi hederæ,galbani an.ʒ.ii.colophoniæ,resinæ an.ʒ.vi. Nota uero quod si ita pnnaẽ radix.s.actis.i.sambuci,aut cyclaminis ualet ad consolidationem uulnerum,oẽs radices bene abluantur & terantur,postea totũ in lib.vii. aquæ p tres dies ponantur,& bulliant donec incipiant inspissari, paulatim ponantur in sacco,cũq; exprimere volueris addatur aliquantulũ aquæ feruẽtissimæ ab extractione illius succi,de succo istorũ accipe lib.ii.& mitte in lib.iiii.olei,& bulliat usq; ad cõsumptionẽ succi,postea addaẽ cera,& cũ liquefacta fuerit addantur terebintina,galbanũ, & gũmi hederæ, ad ultimum ponaẽ puluis resinæ,colophoniæ,& coctum ab igne deponatur.

COMMEN. MANLII.

Istud vnguentum est multũ in usu. Dialthea aũt a radice ebisci dicitur malasticũ.i.mollificatiuũ.Leon. de Preda palea in ca.de cura casus & offensionis inquit:Vnguentũ malasticum dictum dialthea a radice illa ebisci,& est idem.

Ebiscus secundũ compositorẽ est althea,seu malua agrestis.Isid.inquit:Althea est malua agrestis siue maluauiscus, sed althea quod in altũ surgat, & ebiscus, quia glutinosa est dicit.Gal.in.7.simp.ait:Malma sylueſtris.i.althea.Leon. de preda palea in ca.de medicinis facientibus nasci carnem in speciali inquit. ℞.radicũ herbæ quæ uocaẽ falcumen. aliter vocatur herba vngarica,& assimilatur maluauisco, & in foliis & in radice. secundum uero Compositorem vngarica est malua agrestis seu bismalua.

XXIIII.

CITRINVM, quod fit in pomo citrino.

℞.Boracis.3.ii.cãphoræ.3.i.coralli albi.ʒ.s.amẽti dulcis.ʒ.i.vmbilici marini,dragacanti albi, amidi,cryſtalli, anthali, dẽtali,olibani,albi nitri a.3.iii.marmoris albi.3.ii.gersæ serpentariæ.3.i.ceruſſæ cõis.ʒ.vi.hoc modo fit,tere dragacantum albũ & umbilicos marinos in mortario marmore opi ſtello ferreo,insimul cætera figillatim in eodẽ mortario terantur,& cum panno subtiliſsimo cribellent, & cum axungię nouellæ porcinæ albiſsimæ lib.i.s.sepi caprini,uel pecorini.3.ſ.s. axungiæ gallinaceæ.ʒ.i.confice sic.Caldariũ plenum aqua super ignẽ bulliat,& cacabus cum axũgiis in caldario pẽdeat in ipsa aqua ut de calore ipsius aquę axungiæ liquefiant,& liquefactæ per subtilem pannum colentur in catinum,& mox totus puluis apponatur præter camphoraẽ & boracem,cũ spatula semper agitando,ut oĩum bona fiat incorporatio:hoc facto in uno citro hoc est in uno pomo citrino cauato uel duobus ponantur,cum spatula semper agitãdo,& cũ inceperint bullire, iterũ in caldario ponaneẽ, & cũ spatula semper agitando pulueres camphoræ & boracis apponaneẽ,et donec incipiat frigeſcere agitentur, et cũ infrigidatum fuerit recõdantur.Et nota qđ pro lib.i. pulueris,libras octo axungiæ ponere debemus.

COMMEN. MANLII.

Istud unguentum est *in usu dicitur* autẽ citrinũ, quia coquitur in pomo quod citrũ dicitur et non cedrus, non aũt dicitur citrinum a colore, ut quidã crediderunt,nã eius color est albus. Guliel. Lombardus in suo antidotario habet vnã descriptionem quæ idem est.Leonar.de preda palea.in cap.de eradicatione ueſtigiorum eandem ponit.Inuenitur aliud unguentum noĩatum citrinum a colore, unde quando medicus simpliciter ordinat unguentũ,citrinum, de illo intelligitur,sed qñ dicitur unguentum citrinum coctum in pomo citrino,de isto intelligitur.

Borax.i.capistrũ auri.Ser.in ca.de borace inquit.Micar. .i.borax,& est ex speciebus saliũ,et in sapore suo reperitur de sapore baurach,et habet cum eo parũ amaritudinis, et est minerale.et artificiale,et minera eius est in riperiis maris.Idem Sera.ex authoritate Rasis ait:quod radix eius est vrina infantium,et intelligo eius quod est artificiale,et est gluten auri. hæc apud Dioſc. uocatur chryſocolla, quæ in principio habet colorem uiridem ualde,melior est Armenia,ſecundo Macedonica et Cypria.eligenda uero est mũda ſine lapide et ſine terra.Aui.in.2.cano. duo facit ca. unũ de eo quo aurum adhæret.aliud de tincar, et capistrũ auri, eo quod cum ipso aurifabri aurum,ac alia metalla consolidant, secundum autem Circa instans, borax est gummi cuiusdam arboris quæ in partibus transmarinus nescitur;et in ætate effluit,hoc satis est notum.

Amentũ dulce secũdum cõpositorem est gypsum coctũ, quidam crediderunt quod esset quidam lapis albus qui de uitro cocto fit,sed ignoro. Sed si compositor uult quod sit

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 171 sur 335

gypſum coctũ,ergo idem debet poni,& ſic meo tempore uidi gypſum coctũ ponere,& modus coctionis eius eſt quòd ponatur gypſum ſuper ignem, & ibi dimittatur tantum ℔ in colore efficiatur album. ſicut fit de alumine rochæ.

Vmbilici marini.i.bellirici marini eorum forma eſt quaſi ſicut forma umbilici hominis,& ſunt lapides parui & albi, & inueniuntur in ripis marinis cohærentes ſicut dentales deferuntur a Venetiis ad nos,& ſunt noti.

Cryſtallus.ſ.lapis cryſtallus eſt de genere berilli ipſum enim reperitur in fluuiis. hoc notum eſt,eius puluis lac mulieribus præbet. ſecũdũ Sera.cryſtallus eſt de genere vitri.

Anthali ſunt oſſa facta, ſicut dentali vtcunq; maiora,ſed non habent ſuperficiem leuem ſicut dentali, ſed virgulam & totam albam.oriuntur ſicut illi: & eandem habent virtutem,in partibus marinis inueniuntur.

Dentali ſunt oſſa ſatis alba,& ſunt ſicut canini dentes ſed longiores & intus perforati & inanes.i.vacui,oriũtur in cauernis lapidum exiſtentium in profundo maris,& ſunt noti.

Marmor albũ inter genera marmorea lapis alabaſtrũ eſt poſitũ, & hæc eſt opinio Cõpoſitoris. Itẽ vide apud Ioan. Angli.in cap.de lepra. ait enim ſic.& aliqñ aliqui addunt de lapide alabaſtri,quod idẽ eſt cũ marmore albo. hic vero lapis naſcitur in Alabaſtria Aegypti & Damaſco. Iſid.in cap. de marmoribus ait.Poſt lapidum genera veniemus ad marmora:Nã inter lapides & marmora differentia eſt. Nã marmora dicuntur eximii lapides,quæ maculis in coloribus cõmendantur,marmor ſermo græcus eſt a nitiditate vocatus, marmorũ colores & genera innumerabilia ſunt.idẽ ibidem ait Alabaſtrides lapis candidus: inter tinctus uariis coloribus ex quo euangelici illius vnguẽti uaſculũ fuit. cauantur .n.ad uaſa unguentaria,quoniam optime ſeruare incorrupta dicit. naſcitur circa Thebas Aegyptias,& Damaſcũ:Syriæ cæteris candidior, probatiſſimus uero in India &c.

Gerſæ ſerpentariæ ſm Cõpoſitorẽ eſt lac ſerpentarię,vel colubrariæ, vel viperinæ, quidam crediderunt quod eſſet ceruſſa cõis, ſed non recte.nam ibi ceruſſa cõis ingreditur. Circainſtans inquit:Ceruſſa eſt flos plũbi, ſiue gerſe appellatur. Verum gerſe dici poſſet ceruſſa ſi illud non ſubiungeret,ſed hic dicit gerſe ſerpentariæ, quod aliud eſt.Gilibertus aũt de Anglia in cap.de pilis,& rugis tollendis ait: Ger ſe fit, ex iaro uel de uiticella,ſicut de ſerpentaria extrahitur ſuccus radicis,& colatur,& ponitur ad ſolem,& cum receſſerit aqua ſuperior proiicitur,et ponitur aqua alia & reſidet & proiicitur,& ſic fit quouſq; ſubſtãtia exiccatur & eſt gerſa calida & ſicca, ſed ceruſſa eſt frigida. meo tempore vidi facere gerſam ex ſerpentaria minori, hoc modo puluis ſubtiliſſimus eſt radice ipſius conficitur cum aqua roſata,& ponitur ad ſolem donec aqua ex toto conſumetur, & ita fit quater vel quinquies tantũ ℔ eius puluis efficitur albus,& uſui reſeruatur, & uocatur gerſæ ſerpẽtariæ, ſiue ceruſſa ſerpentariæ,idem poteſt fieri de ſerpentaria maiori.

XXV.

FVSCVM, ſeu nigrum.

℞. Olei lib.i.s.ceræ nouæ.ʒ.iiii. colophoniæ ſepi porcini, gũmi arabici,ſerapini,picis nauallis colatæ ana.ʒ.ii.maſticis galbani,olibani,terebintinæ an.ʒ.i.confice ſic.oleum in olla ſuper ignem mittatur & bulliat,tunc apponatur cera,deinde colophonia,qua liquefacta ponatur pix nauallis,poſtea gummi,ſerapini terebintinæ,ita tamen ut omnia terantur prius præter picem nauallem & terebintinam.pul. maſticis, & olibani, & cum ſpatula agitando ſemper omnia liquefiant, & bene coctum ſit, deinde cum infrigidatum fuerit vſui reſeruetur.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentum apud nos eſt in uſu. Fuſcũ dicitur quia eſt nigrũ.Raſis in.7.Alman.in cap. de medicinis generantibus carnem ponit vnguentum nigrum, quo utendum eſt cũ uulnus eſt ſiccum & fuſcum, ſed non eſt idem.Nicolus Flo. in libr.7.in cap.de uulneribus euenientibus pectori habet aliã deſcriptionẽ huic conformem niſi in una re, & hoc eſt quod Nicolus habet armoniacũ. Nico.non Leonardus de Preda palea in ca.de cura vlcerũ in generali ponit vnguen. fuſcum.i.nigrum & eſt idem.Idem habet Gilib.de Ang. in cap.de vulneribus capitis & eorum curis.

XXVI.

POPVLEON.

℞. Oculorum populi,lib.i.s.foliorum papaueris nigri,foliorum mãdragoræ,cimarum rubi tenerrimarum,foliorum iuſquiami,ſolatri,vermicularis lactucæ,bardanę,ſemperuiuę, violæ,ſcatuncelli,an.ʒ.iii.axungiæ nouellæ porcinæ,ſine ſale lib.iii. oculi populi per ſe bene piſtentur, & magdaleones informentur,per duos dies dimittantur tertio vero die omnes herbæ ſupradictæ colligantur & per ſe bene terantur,& cum magdaleonibus iterum terantur, & miſceantur, & formatis magdaleonibus per nouem dies reſeruentur.poſtea uero magdaleones illi fruſtatim in caldario cum lib.ii. vini optimi odoriferi ponantur,& bulliant vſq; ad conſumptionem uini cum ſpatula ſemper agitando, & poſtea per ſaccum bene expreſſum cola,& colatum dimitte infrigidari,& in uaſe reconde.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguẽtum eſt in uſu.Dicitur autem populeon:quia fit de oculis arboris quæ populus nominatur: & fit in tẽpore ueris,Leonardus de Preda palea in cap.de inflationibus & uerſicis habet idem,populus autem eſt arbor ſatis nota. eius ſpecies duæ ſunt ſicut patet per Dioſc.qui de ipſo duo facit cap.unum ſub nomine agiros.aliud ſub nomine populus.in cap. uero de agiros ait aliqui etiam perhibent eius lachrimum.i.gummi arboris in Rhodanũ diſtillatum,& coagulatum,& ſuccinum facere. Hic uidetur quod hæc eſt arbor de qua fit charabe: nam ſine dubio charabe eſt gummi arboris ſecundum Auicenna dictæ haur romanum quæ iuxta rhodanum eſt naſcens.

Papauer nigrum.ſ.papauer qui gerit ſemen nigrum:nam inter papauer album & nigrum: in foliis eſt parua differentia, & ſunt ex hominibus qui ponunt unum pro alio: nam non diſtinguunt niſi in ſemine tantum.Hodierni apothecarii: ſi nigrum habere non poſſunt,ponunt rubeum, ſed non recte,& hæc eſt quæ a Dioſ.anemonis vocatur, & a noſtris ruſticis dicitur roſella, ſed hoc non conuenit,quia papauer nigrum eſt frigidum, & rubeum calidum.

Mãdragore.ſ.folia apud nos raro inuenitur,ſed moderni herbatici reperiunt ſpeciem unam mandragoræ in partibus Comi,& illa utũtur: & ſi hãc habere nõ poſſunt ponũt folia bryoniæ.Leonardus aũt ibi inquit,foliorũ mandragoræ, & loco eius fabæ inuerſæ:faba uero inuerſa apud Dioſc. inter ſpẽs ſtrychni deſcribitur,& eſt tertius ſtrychnus.i. ſolatrũ.

Rubus alius batus ferens mora: alius rubus canis, qui apud Dioſ.cynosbatus uocatur,ſed hic intelligitur de rubo qui fert mora.

Iuſquiamus.i.dens equinus ſiue ſymphoniaca, & eſt herba quæ in ſterquilinis locis inuenitur, apud nos iuxta hortos ac in ciuitatibus inuenitur hanc papienſes uulgo herbam pinulam dicunt.

Vermicularis ſecundum Compoſitorẽ eſt ſemperuiua minor,quidam portulacam agreſtem uocant.hæc apud Dioſc. aizoon minus uocatur, naſcitur in parietibus, in ciuitatibus,& ſuper tecta: hæc nota eſt.

Bardana ſecundum Compoſitorem eſt illapheos ſeu lappa quidam lappagonem maiorem dicunt. Iſidorus ait:Lappa dicta,quod habeat caulem ingentem per terram diſpoſitam,hæc a græcis philoantropos vocatur, ſupra de ipſo dictum eſt in filoantropo antidoto.

Scatoncellus ſm Cõpoſitorẽ eſt umbilicus veneris. Idẽ dicit Leonar.de Preda palea ibidem:ſed hodierni apothecarii:maxime ignorantes loco eius ponunt illum cardũ qui a Dioſc. vocatur dipſacus: cuius frutex eſt ſpinoſa, habens folia ſiſia lactucæ,& hoc vtunt fullones ad garzandũ pãnos & bireta:& ſic meo tpe uidi multos ipſum ponere,ſed errãt nã ut dictum fuit.Nicolus compoſitor uult quod ſcatuncellus ſit umbilicus ueneris.Idẽ dicit Leonardus, & ſic eſt ſecundum ueritatẽ hæc a Dioſc.vocatur cotilidon. apud nos naſcitur in tectis domorũ, & eccleſiarum,ac aliis locis, & vocant ipſum uulgo herbã rotundellam, aut cimbalariam.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 172 sur 335

XXVII.
AGRIPPAE.

℞. Bryoniæ.i.cucurbitæ agreſtis lib.ii.radicis ſicydis.i. cucumeris aſinini lib.i.ſquillę.ʒ.vi.ireos.ʒ.iij.radicis filicis.ʒ. ii.radi.ebuli.ʒ.ii.tribuli marini.ʒ.ii. oēs radices ter uel quater abluanē,& teranē ī pila marmorea,& ī li.iiii.olei de leuco uel lētiſcini ponātur p duos dies.iii.die ſuperponanē et tandiu bulliant donec incipiant radices dimitti: poſtea ponantur in ſacco, & exprimendo colentur,& cum colata fuerint iterū ſuper ignem mittantur, & cū bullire ceperint ponanē.ʒ.xv.ceræ albiſsimæ,liquefacta cera ab igne deponatur,& dum infrigidatū fuerit, collige in uaſe & ſerua.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentum eſt in uſu:dicitur autem agrippa, quia Agrippa rex utebatur, uel quia ab eo, uel eius cauſa, fuit inuentum Leonardus de preda palea in cap. cura caſus & offenſionis habet idem.

Ebulus eſt ſpecies ſambuci, & eſt chamæactis, de forma ipſius apparebit infra in unguento ebulino.

Tribulus marinus.i.cicer imperiale.hic apud Auic.in.2. can. uocatur haſech:eius ſpecies duæ ſunt, ſcilicet domeſticus & agreſtis, ſed ille qui hic intelligitur eſt ille qui fert quēdā fructū ad ſi'itudinē caſtaneæ,& propter id multi uocant ipſum caſtaneolū, & iſti fructus abundant in locis uicinis ſanctæ Mariæ de monte, & ibi uocantur lagani ab in colis, & ſunt primo uiridis coloris: deinde nigreſcunt, & habent angulos acutos: apud nos idem inueniūtur ultra padum,maxime in aquis & hic fructus piſcatoribus nocet.eo quòd inuoluitur circa rete, & piſces fugiunt.

Oleum de leuco.i.oleum album de oliuis: nā leucos græce album interpretatur, & tale eſt oleum antiquum, quia quanto oleum eſt antiquius tanto albius eſt, in hac ſunt diuerſæ opiniones:nam ſecundum multos non debet ingredi niſi oleum de leuco.i.albū:ſed in iſta deſcriptione habet oleum de leuco,uel lentiſcinum,& hæc litera ut puto fuit ſuper addita.nam in codicibus Nicolai uetuſtis non reperitur niſi oleum de leuco uerum hodie generaliter ponunt oleum de lentiſco, ſed non recte faciunt.

Lentiſcus aūt arbor eſt quæ in noſtris partibus non reperitur,immo niſi in Chio inſula: huius arboris lachrymū maſtix eſt,ut uolunt moderni.Sera.in cap.de terebinto de lentiſco loquitur.in iſto unguento ingreditur oleum de leuco. i.album uel lentiſcinum.i.de granis lentiſci, ſed melius eſt ponere ſolum de leuco,ut dictū fuit,ſi tamē ponere uolueris oleum de lentiſco.Modum ipſius inuenies apud Dioſc. ſub noie olei ſchinini,huius modus eſt ſicut olei laurini.ſ. de ſemine ipſius: in Chio inſula fit in multa quātitatem, et utuntur ipſo in conuiuijs loco olei oliuarum, & ad faciendum lumen hoc defertur de Ianua ad nos,ſed raro utimur.

EX GALENO.
XXVIII.
DIAPOMPHOLYGOS.

℞. Pulueris plūbi uſti,lauati,pompholigos, olibani ana.ʒ. iii.abſinthij.ʒ.ii.ceræ.ʒ. iii.olei roſati.ʒ. v. uuæ lupinæ, ex fructu ſucci quòd ſufficit, & coques & facies unguentum.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu ſub noie unguenti pompholigi:imo apud chirurgicos eſt in uſu ſub noie unguenti de thutia: nam pompholigos aut pōphilix eſt thutia, ſicut patet ſi legis capitulum de pomphilix apud Dioſ.cū cap.de thutia apud Serap.& Aui.uidebis quòd idem ſunt, ſed Dinus Florentinus in ſuo antidotario habet prædictum unguentum, & inquit:Pompholigos uel ſpodium,quod non eſt benedictum (ut iam dixi) ipſe Gal. in lib. Secretorum in ca.de conſeruanda ſanitate oculi inquit: Alceonie, ideſt thutia inda.idem in octauo de ſimplicibus ait: Chatimia.i. thutia, unde per hoc dico quod unguentum diapompholigos eſt unguentum de thutia.

Vua lupina.i.ſolatrū ſcdm modernos non eſt ſtafiſagria, ut quidā crediderunt, miror quod Meſue in ca.de alfeſera dicat.naſcuntur ſuper ea botri,ſicut botri uuarū, & uocantur uuæ lupinæ, ſed apud modernos non recte.nam uua lupina apud Sera.in cap.de ſolatro eſt idem.Auer. in.5. coll. inquit: Hupne phatahalep.i.uua uulpis quæ in latino nominatur uua canina,hæc herba.ſ.uua uulpis uel maure lla.Præterea Aui.in ca. de chechingi ait: Virtus eius eſt proxima uirtuti uuæ lupinæ: & proprie uirtus foliorum eius. nam ſine dubio chechengi eſt ſpecies ſolatri ſiue uuæ lupinæ: & idem eſt. Item Circainſtans ſtrychnum uua lupina ſolatrū morella idem eſt,& ſic ex meo iudicio dico quod uua lupina eſt ſolatrum quæ apud Dioſ.ſtrychnus uocatur. a uulgo dicitur herba mora. Papias ait Vua lupina dicta quòd ſemē eius uuæ ſimile eſt hæc ſtrychnos græce dicitur.

EX ANTI. IOAN. SERAPIONIS.
XXIX.
DE ZINIAR.

℞. Ziniar.ʒ.ii.
Cerę,
Reſinæ pini, } ana.ʒ.v.

Miſce, & liquefiat cum oleo, & adminiſtretur.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu. Hoc unguentum uidetur concordare cum unguento de flore æris quòd ſcribit in 5.cano. Aui. & ſic ſine dubio idem eſt.

Ziniar autem ſecundum intentionem Simonis Ian. non eſt flos æris,ut apparet in cap.de ærugine æris, & in ca. de flore æris. ergo unguentum de ziniar,nō debet eē unguentum de flore æris, ſed moderni generaliter loco floris æris ponunt ziniar.i.uiride æris, & ſic ſi conſideras intentionē Aui.ac Sera.uidebis quod ziniar & flos æris idem ſunt. Io. Angli.in cap.de ulceribus naſi dicit ziniar.i.uiride æris,ſciniar aūt eſt ancuſa.i.lactuca aſini, ut apud Aui.in.2. cano.

EX RASI.
XXX.
DE MELLE, in.7.ad Almanſ. capitulo de carbunculis.

℞. Sarcocollæ, melliſ, partes æquales deinde ſarcocolla puluerizata cum melle miſceatur & recondatur.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu. Dubitant noſtri chirurgici an iſtud unguentum ſit unguentum de melle an de ſarcocolla quòd ignoro, quia ſcdm intentionem Raſis eſt de melle,& ſic credo, quia iſtud unguentum inuenitur apud Nicolaum Flo.in lib.6.in ca.de ademul & forunculo ſpina ſiue claua ubi ponit unguentum de melle, quod idem eſt.

EX ANTID. AVICENNAE.
XXXI.
DE FLORE AERIS.

℞. Floris æris.ʒ.ii.ceræ,reſinæ an.ʒ.v.teratur flos æris & liquefiant reliquæ medicinæ cum oleo, menſura quæ eſt neceſſaria, & proijciatur de ſuperflos æris, & commoueatur donec æquetur,et adminiſtretur.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentum nō eſt in uſu. Meſue in ſuo grabadin deſcribit unā aliam deſcriptionem, ſed non eſt idem. ut dictū fuit:tamen differt parum.Io.Angl. in cap.de ulceribus naſi habet idem,ſed nō eſt fi'e,immo eſt idem cum illo Meſue.Io.Ser.in ſuo antidotario: habet unguentum de ziniar, quod idem eſt in omnibus, et ſecundum intentionē utriuſque flos æris, et ziniar idem ſunt.

XXXII.
DE CHALCANTHO, uulgo de calcadis.

℞. Adipis zirbi.ſ.pinguedinis ſeu pāniculi cooperientis in teſtina antiqui lib.iii.olei antiqui li.iii.calcadis.ʒ.iiii.liquefiat adeps,et teratur calcadis,& miſceatur cum lib.iii.olei, et terantur lib.iii.lithargyrii,et miſceantur cum eis,et cum adipe in mortario, deinde ponatur in frixorio mundo, et permiſce ea cum ſpatula quæ ſit abſciſa ex palma, donec æquetur et adminiſtretur.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentū in uſu non eſt ſecūdum Leonardum de

preda palea in ca.de phlegmone,eſt unguentum de palma nam ibi inquit:Vnguentum de palma.i.de colcothar relatũ ab Aui.in ſuo antidotario.

Calcadis vero apud Auic.in ſecundo can.in cap.de atramẽto eſt vitriolum album. Leonardus loco calcadis habet vitriolum ſupra fuit poſitum unguentum palmeum, quod idem non eſt.

XXXIII.
RVBEVM.

℞.Lithargyrij cõriti & cribellati eminan.i.olei oliuæ lib. ii.aceti lib.x.concutiantur donec,coagulentur, & ponãtur ſuper ipſa poſtquã coagulantur lib.i.de venis tinctorum.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu:ſm intentionem Nicoli Florentini eſt unguentũ aureum:tamen Meſ.ponit unguentum aureum q̃ idem non eſt,ut oſtenſum fuit.Leon. de preda palea.in ca.de medicinis faciẽtibus naſci carnem: habet idem quod eſt huic conforme.

Emina ſecundũ ipſum Aui.maxime romana eſt.℥. xx.ſed emina Italica & ægyptiaca eſt.℥.xvi.& ſic ſecũdum modernos emina eſt.℥.xvi.

Vena tinctorum ſecundũ intentio.Auic.eſt rubea tinctorũ,quidã crediderunt ipſam eſſe venã citrinã ſed nõ recte, ſm intentionem Nicolai vena tinctorum eſt rubea tinctorum,& uena citrina eſt radix celidoniæ,ſeu curcuma.

XXXIIII.
APOSTOLORVM.

℞.Terebintinæ,ceræ albæ,reſinæ pini an.℥.xiiii.opopanaci,floris æris an.℥.ii.armoniaci.℥.xiiii. ariſtolochiæ longæ, thuris maſculi an.℥.vi.myrrhæ, galbani an.℥.iiii.bdellii.℥. vi.lithargyrii.℥.ix.infundatur bdellium in aceto vini,& coquantur in æſtate cũ duabus lib.olei.& in hyeme cũ lib. iii.

COMMEN. MANLII.

Iſtud vnguentum ſm intentionẽ Auic.eſt unguentũ apoſtolicon,& noiatur vnguẽtum ueneris,& dr̃ quod eſt medicina.xii.apoſtolorũ.Pet.Argillata chirurgicus,in ca.de medicinis mũdificatiuis & abſterſiuis habet idem in fine uero eius deſcriptionis inquit:Vocat ipſum Meſ.ceraſeos & magiſter Anto.de Ianua.gratia dei.quia mire rectificat ulcera maligna,ut dictum fuit in unguento ceraſeos.Leon.de preda palea in cap.de ulceribus uirulentis habet idẽ & eſt ſimile,& ſic apud nos eſt multum in uſu.

Flos æris loco eius.Pet.Argillata habet viride æris, ergo eſt ziniar,& ſic moderni uiride æris in ipſo ponunt.

XXXV.
DE CALCE, in 4.can.Fen.4.ca.de medicinis, quæ ſunt ad combuſtionem,ſecundum intentionem ſecundam.

℞.Calcem,& abluatur ſepties donec ſeparetur eius acuitas tota:deinde cõquaſſet cũ oleo roſato aut oleo oliuæ,& pauca cera ſi indiget ea,& fortaſſe addũtur ſuper ipſum chimolea & albumen oui,& parum uini, & fiat unguentum.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentũ nõ eſt in uſu: idem habet vnã aliã deſcriptionẽ ibi ſubſequentẽ:& utraq; eſt optima contra combuſtionẽ ignis.Barto.Monta.in ſuo antido.hẽt idem Leon.de preda palea in ca. de combuſtione ignis vel aquæ uel olei, ponit unguentum mirabile de calce quo uſus fuit in abbate, quẽ afflauit fulmen,& ille abbas erat de Villa Cariariæ Paduanenſi, & cõbuſtus erat ab una parte integre per mediũ corporis,& per mammillam cordis, & deſtruxit ferrum id fulmen abſque læſione uagine,& cõbuſit camiſiam abſque læſione aliorum pannorum, & ante ipſum a latere mortuus eſt unus ſuus famulus, & mortui ſunt duo canes diſtantes per xx.pedes & plus.℞.calcem uiuam & decies extinctam in aqua feruentiſſima,& poſtea exiccatam ſparſa aqua cum pecia & exiccatam calcem ad vmbram reſerua,& tempore quo uolueris uti,utere vt ibi docet.

EX GVIL. VARIGNANA.
XXXVI.
COMITISSAE, in ca.20.de his quæ a communi natura magis ſiſtunt menſtrua mulierum.

℞.Corticũ medianorum caſtaneorũ & glãdium & arboꝛ glandiũ,myrtinorũ,caudæ caballinæ,gallarum,corticum ſarum,acinorũ uuarũ,ſorbellarum ſiccarum, meſpillorum maturorũ,radicũ chelidoniæ, foliorum prunorũ ſylueſtriũ ana terantur groſſo mõ, & coquantur in aqua plantaginis, & colentur.℞.ergo tunc ceram quantum uis & diſſolue illam cũ oleo myrtino, & laua eã nouies cum prædicta aqua ſemper innouando aquam qualibet uice.Poſt hoc. ℞.iterum cortices prædictorum.i.caſtanearum, & glãdium & arboris glandium ana partem unam,cineris oſsium cruris bouis,myrtillorũ,acinorum vuarum ana partem mediam: terãtur & fiat puluis.℞.ergo huius pulueris partes duas,trochiſcorum de charabe partem unam,miſceantur & cũ prædicta cera, & oleo myrtino, & oleo maſticino ana q.ſ. fiat unguentum,ex quo cum expedit renes & pecten,& omnes partes circunſtantes inungantur.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentum eſt multum in uſu maxime ſm deſcriptionem iſtius authoris: hoc multi moderni faciunt per aliam uiam,ſed iſta deſcriptio eſt nobilior alijs, quia inuentor primus iſtius unguẽti fuit Gul.qui ibi ſic ait: Ego uero in reſtrictione menſtruorum mirabilem habeo experientiã cũ hoc unguento:quod propria induſtria inueni pro comitiſſa Vadræ:ipſa.n.prægnans exiſtens propter preſſurã gentium ſibi factam in feſto ſancti Griſogoni iã inceperat abortiri,& ſanguis & aqua iam in magna quantitate egreſſa fuerant:perunxit ergo ſe tm̃ ſemel cum ipſo,& ſanata eſt, parcum conſeruans ut debuit: & poſtea ſemper propterea uocaui ipſum unguentũ comitiſſæ,& cum ipſo etiã poſtea plurimas alias ſanaui, & ſi ex eo etiã renes a ſurſum uſq; deorſum inungantur,ſiſtit hæmorrhoides, & ibi ponit duo experimenta mirabilia in reſtrictione menſtruorũ:magiſter.Io. Concore.in ca. de partu innaturali, hẽt idẽ:ſed iſtud eſt nobilius.Nicolus Flo.in li.6.in ca. de fluxu humiditatũ a matrice,ponit unguentum utile quo utebatur ducisſa Auſtriç. & a quibuſdam dicitur unguentum comitiſſæ & eſt idẽ, ſed Nicolus non fuit primus inuentor:magiſter Anto. Guain. in ca.de approximandis ab intra:& cura ſuperfluitatis menſtruorum ab hæmorrhoidibus matricis prouenientibus ſeu rupturæ uenæ frigidæ deſcribit hoc idem: ſcias quod multi hodierni medici ac apothecarii quærebant prædictum Vnguentum in Guil.Lombardo:& hoc aduenit, quia non habuerunt cognitionem.Gui.de Varignana.

Caſtanea fructus ẽ ſatis notus:Iſi.ait:Caſtaneã lati.a græco appellant uocabulo:hanc.n. græci caſtaneam uocant pp quod fructus eius gemini in modũ teſticulorum intra folliculum reconditi ſunt, qui dum eiiciuntur quaſi caſtrantur.

Glans nota eſt. Serap. de glande & caſtanea in uno cap. loquitur.ſicut etiam Auicenna.in ſecundo can. Gulielmus inquit:& glandium hoc eſt mediani corticis glãdium, ſicut habet Nicolus.

Arbor glandis ſeu glandium nota eſt omnibus.Gulielm. inquit:Et arbor glãdium.i. corticum medianorum arboris glandiũ ſiue quercus. Nicolus loco arboris glandium inquit:Et iterum cupularum glandium, ſed hoc Guliel. non habet: uerum eſt quod hodierni cupulas glandium in ipſo ponunt,quæ ſunt laudatæ.

Cauda caballina eſt cauda equina,& eſt quam Dioſ. hippurim uocat.Nicolus loco eius habet caudã equinam: quæ idem eſt.Sera.in ca.de cauda equina inquit: aliquãdo uero egreditur a muris in quibus naſcitur, & declinat inferius propter ſimilitudinem foliorum quæ ſunt ſicut coma,ut uideatur uelut cauda pendens in muro, & propter hoc ſic nominatur. Moderni autẽ duas ponunt ſpecies una eſt maior & aſperior qua tornitores ſcifos poliunt,& alia tornatilia: aliquando aſprella dicitur, aliquando troxia Guliel. Lombardus ait: Cauda equi eſt aſprella: hæc apud nos in foſsis ac iuxta aquas inuenitur.

Faba.ſ.corticũ ipſarũ.Iſid.in ca. de leguminibus inquit: Faba græca etymologia a ueſcẽdo uocabulũ ſumpſit, quaſi faga,fage.n.græce comedere dicitur,primũ enim homines hoc legumine uſi ſunt:cuius ſpecies ſunt duæ,quarum alte-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 174 sur 335

ra cõis,altera ægyptia,faba friſa dicta, eo quod eam hoies frendant.i.frangant, & molendo cõminuant:ipſe Iſido. deſcribit fabã græcã inter ſpecies leguminis:ſed ſecundũ modernorum opinionem faba græca eſt fructus cuiuſdã arboris magnæ,quæ apud Dioſ.agrifolium vocatur.

Acini vuæ ſecundum quoſdam ſunt acini vuæ dictæ lambruſcæ:quia habet maiorem ſtipticitatem quam aliæ. Nicolus & magiſter Antonius Guainerius loco acinorum vuarum habent arillorum vuarum,ergo ſunt grana vuæ, ſeu ſemina quæ magis laudata ſunt.

Sorba vero apud Ser. eſt zarur. ſed apud modernos non recte,uerum eſt quod ponunt unum pro alio,& eius arbor ſicut narrat Sera.eſt ſpinoſa:cuius formam uide in electuario de ſorbis.Gal.in.8.ſimpliciũ ait. nix.i.ſorba. arbor eius fructus a multis dicitur omnia.

Meſpilla ſecundũ Dioſ.ſemen hẽt rotundũ & minutũ maciano ſimile,tria oſſa habẽs,unde & triconũ dicitur, & alia quæ in Hiſpania naſcitur,quã multi epinelidam uocant, ſemen rotundum habens hoc aptum eſt ad edẽdum, & ſtypticum,& tarde matureſcit.& hæc apud Sera. eſt ca. de ſorba. & ſic ſi legis ca.de meſpilla apud Dioſ. cũ ca. de ſorba apud Sera.uidebis quod idem eſt.Iſid.ait meſpilla arbor ſpinoſa, fructui ſimilis malorum,ſed paulo breuiore. unde & appellata qđ pilulæ formam habeant eius poma.Gul.Cõpoſitor. & magiſter Antonius Guainerius ponunt meſpila, ſed Nicolus habet meſpilam,& ſic hodie neſpulã in eo ponunt.

Pruna ſylueſtria ſecundũ modernoꝝ opinionẽ ſunt fructus ex quo acacia fit, de qua liber qui dicitur Bulchaſis inquit:Modus extrahẽdi ſuccum prunoꝝ ſylueſtrium ex quo fit acatia,Lumen malelucens loco eius habet folia pini ſylueſtris,ſed non recte: quia Compoſitor & Nicolus habent folia prunorũ ſylueſtrium.Compoſitor aũt Nicolus & magiſter Ant. Guainerius non ponunt doſim ipſarum rerum, tamen notum eſt quod quando dicitur ana, ſignificat æquale:& ſic in prædicto unguento idem intelligitur, & poteſt fieri in magna quantitate, & in parua,ſed magis fit in magna quam parua. Si vero facere uolueris iſtud unguentum de manipulis duobus pro qualibet rerum ſupra dictarum doſi,ceræ ac aliarum rerum oſtendam infra.

Plantago herba eſt ſatis nota,Compoſitor ait: Coquantur in aqua plantaginis. Nicolus inquit. Coquant in ſucco vel decoctione plãtaginis,cera.ſ.cera uſualis, Compoſitor & alii inquiũt.ceræ quantum vis,hoc eſt quantum oportet. ſupra dixi quod ana ſignificat æquale,& ſi prædictum unguẽtum facere uolueris de manipulis duobus cuiuslibet prædictarum rerum debet poni lib.i.& ʒ.iiii.ceræ nouæ, & diſſolue ipſam,ut docet Compoſitor.

Olei myrtillorum deſcriptionem docet dñs Meſ.in trac. de oleis,de quo infra Cõpoſitor,nec alij non ponunt doſim iſtius olei,ſed gñaliter ponitur tantum olei quantum ceræ. poſtea dicit ceræ quantum uis, & diſſolue illam cum oleo myrtino,& laua eam nouies cum prædicta aqua ſemper innouando aquam qualibet uice. Nicolus dicit ſemper innouando eam unaquaq; uice,accipiẽdo de ipſa oĩ vice portionem eius ſufficientem ad lauandum,& hoc facto ℞. vt dicit Compoſitor ana. i. æqualiter Compoſitor ait. ana partem vnam.ſ.rerũ ſupradictarũ,& debent eſſe pro qualibet. ʒ.ii. & per partem mediã quæ ponitur inferius,intelligitur. ʒ.i.

Troc.de charabe.deſcriptio inuenit in pluribus authoribus,ut dictum fuit, ſed generaliter faciunt ſecundũ deſcriptionẽ Meſ.quam ſuperius poſui, dicitur aũt charabe quaſi rapiens paleas,& eſt gũmi arboris dictæ haur romanũ.Ioa. Ang.in ca.de feb.ethica ait:Charabe, & eſt charabe idem qꝑ vernix,ſed charabe idẽ quod ambra. pondus eorũ debet eſſe,ʒ.iii.ʒ.vi.Oportet iterũ addere oleũ myrtinũ, & oleũ maſticinũ,ſed Compoſitor non dicit:Si debẽt eſſe lota aut nõ Nicolus aũt ait:Oleo myrtino loto,additio eis oleo maſticino non loto.quidam tñ lauant ipſum ſimul cũ illis poſt q̃ oĩa ſunt ſimul cõmixta,& confecto unguento quo unguẽto ungantur renes a ſurſum vſq; deorſum doſis vero iſtorũ duorum oleorũ.ſ.myrtini & maſticini.i.de maſtice debent eſſe an.lib.ii.& ʒ.iii. & fiat iſtud unguentum debet confici cum optima diligẽtia propter optimam vtilitatem quæ in ipſo inuenitur.

EX ANTID. DINI FLOREN.

XXXVII.

PSILOTRVM.

℞.Calcis fortis ſupra quã ponatur ſeptuplũ aquæ,& p tres dies ſic dimiſſa coletur, poſtea in hac aqua.vi.partis calcis ponatur,& per tres dies morentur. his geſtis ſexta pars arſenici citrini in prædicta aqua mittatur & tandiu ad ſolẽ dimittatur donec pẽna immiſſa depꝛletur,cum extrahitur vero locus fricetur.id enim cito abradit pilos.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu. Liber qui dicitur Bulchaſis in tractatu primo ſcribit modũ pſilotri noti, ſed non eſt idem, uerum ſuperius poſuit modum faciendi medicinam depilantem pilos una hora,& hoc uidetur eſſe melius vnguẽtum pſilotrumpro pſilotro, intelligitur medicamen depilatorium.

EX IOAN. ANGLICO.

XXXVIII.

GENESTRICVM commune capit.

decura quartanæ.

℞.Florum geneſtræ.ʒ.vi.butyri Maii.ſ.facti de mẽſe Maii, vel alterius,ſi hoc haberi nõ poſſet,axungiæ porcinæ recẽtis lib.i.ceræ modicũ.uel fiat liquidũ, uel poteſt cõfici cum oleo camæmillæ, & tunc cera plus ualebit.ibi conterantur flores cum iſtis prædictis uel cum aliquo iſtorum, & tunc iſta per x.dies continue agitando,& ad ſolem ponendo, & tunc ultimo ponantur in patella ferrea ad ignem, & diſſoluantur,& liquefiat pinguedo uel butyrum,& tunc deponatur ab igne,& cito poſt coletur per medium panni linei bene comprimendo,& erit unguentum.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentũ apud nos non eſt in uſu. Idem in eodem cap. deſcribit duas alias deſcriptiones quæ idem non ſunt. ego uero ſolã ſcripſi iſtam deſcriptionem:quia Compoſitor intitulat ipſum unguentum Geneſtricum commune. Geneſtra aũt frutex eſt omnibus not.hic apud Dioſ.uocatur ſpartus.Pli.geniſtæ vinculi vſum præſtant.flores apibus gratiſſimi,dubito an hæc ſit quã græci authores Sarton vocant quidam myricam vocant,ſed non myricem.Meſ.inquit:Albrachin eſt capiſtrũ arboris,& eſt arbor montana: ſuper cuius ſtipitem eleuatur denſitas fuſtium multæ rectitudinis,& dũplicantur, non patiuntur fracturas.unde ligantur ex eis arbores, & producunt flores figuræ lunaris citrinitatis multæ,& profert folliculos ſecundum ſemitam orobi habentes ſemina diſtincta ſicut lens,ſed in lingua latina geneſtra ſiue myrica appellatur. Electio ultra marina eſt melior, & omnes quæ in partibus orientalibus oriuntur. Gal.in 8.ſimpl. ait,Spargamum.i.geneſtra.

XXXIX.

DE TALPA, in cap.de cura lepræ.

℞.Talpam combuſtam, cortices auellanarum, nucum maiorum,caſtanearum, & cum his apes & muſcas, & omnia iſta cõburantur,deinde recipe capillorum ueneris recẽtiũ, ſpicæ nardi,laudani, bulliant omnia in oleo laurino, & addatur cera,& fiat unguentum.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentũ non eſt in uſu. Talpa aĩal eſt quod vocat irbea,& eſt notum.Papias inquit:Talpa dicitur quod ſit dãnata cecitate perpetua.eſt.n.abſq; oculis terram ſemper fodiens,quæ græce dicitur talfas.Iſid.in ca.de minutis animalibus inquit: Talpa dicta quod ſit damnata cœcitate perpetua & tenebris:eſt.n.abſque oculis,ſemper terram fodit, & humum egerit, & radices ſubter frugibus comedit: quam græci affalan uocat:comburatur aũt iſtud animal ut comburitur lepus:cuius modus patuit ſupra.

Apes ſunt poſitæ iter minuta aĩalia, & hæ notæ ſunt Iſid. inquit:Apes aũt dictæ uel quod ſe pedibus inuicem alligẽt, uel pro eo qđ ſine pedibus naſcantur: nã poſtea & pedes & pennas accipiũt,hæ ſolertes ĩ gñandi mellis officio aſſignatas incolunt ſedes: domicilia inenarrabili arte componunt

ex ua-

ex nariis floribus fauum condunt,textisq; ceris in minera, prole casta replent exercitū, & reges habent,prelia mouēt, fumum fugiunt,tumultu exasperantur:has plerique experti sunt nasci de boue & cadaueribus nam pro his creandis uitulorum occisorum carnes uerberantur, ut ex putrefacto cruore uermes creentur: quæ postea efficiuntur apes,proprie tamē apes uocantur orte de bobus:sicut crabrones de equis,fuci de mulis,uespæ de asinis.Dios.in cap.de melle in quit:Mel est ros cœlestis,quem apes colligunt.

Musca apud omnes nota est.Isido.musca ex græco uenit. sicut & mus,hæc sicut & apes necatæ in aqua aliquotiens post.i.hore spatium reuiuiscunt: reperitur alia species muscæ quæ uocatur cynomia apud Græcos,& est musca canina: nam cynos græce canis uocatur.

XL.

DE CASTOREO, in cap.de spasmo.

℞.Piperis nigri,castorei,euphorbii ana.ʒ.ii.pyrethri,costi amari.an.ʒ.ii.costum resoluatur in.ʒ.iii.uini albi per unam diem & noctem in crastino addantur.ʒ.iiii.olei, & bulliant vsque ad consumptionem uini,& postea addantur pulueres & fiat unguentum.

COMMEN. MANLII.

Istud unguentum apud nos non est in usu: verum secundum intentionem Compositoris est expertum in illa materia. ipse vero in principio non dicitur quod istud sit unguentum de castoreo. immo in fine eius descriptionis ait, & fiat unguentum: ꝙ ego uoco unguentum castorinum.

XLI.

EBVLINVM, in cap.de dolore iuncturarum.

℞. Foliorum ebuli.M.iii.coquantur in aqua diu deinde extrahantur & conterantur sicut si deberent comedi,& pistētur in mortario,& tunc modicum axungiæ porci vel butyri de Maio,& flores genestræ misceantur, ut per medium panni lini extrahantur,& erit unguentum optimum in causa frigida,sicut ego probaui in vno podagrico & sciatico pingui ualde,nec valuit sibi aliquid aliud.

COMMEN. MANLII.

Istud unguentum non est in usu: tamen secundum intentionem Compositoris est mirabile in illa materia.

Ebulus autem est species sambuci:vnde uersus.

Sambucus est actis sed ebulus est chameactis:de quo Sera. in ca.de ebulo,de utraq; loquitur,& ibi describit de forma ipsorum dicens,quod illa species quæ dicitur chameactis est minor prima,& habet ramos magis herbæ pertinentes quadratos,in quibus sunt multi nodi,& folia inuicem distātia in singulis nodis similia foliis amygdalæ in sumitatibus suis,nisi quia habet venas,& sunt longiora eis habentia grauem odorem,& in sumitatibus ramorum sunt capitella seu coronæ similes coronæ supradictæ speciei, & flos similiter, & habet radicem longam in grositudine digiti, & apud nos in uiis ac in multis locis nascitur, & vocant ipsum rustici Lorex.

XLII.

QVERCINVM, ibidem.

℞. Visci quercini,rubeæ minoris,ebuli & mediani, cortis sambuci, an.ʒ.s.coquantur in aqua camæmillina, & fiat vnguentum quercinum: est in secretissimum.

COMMEN. MANLII.

Istud unguentum non est in usu. Viscum autem quercinum uel uiscus secundum Serap.ex aut.Dioscmelior ex eo est nouus qui est similis in colore suo porris, exterius uero subrubeus sine asperitate, & sine furfureitate,& fit ex fructu rotundo qui nascitur in arbore glandium.idem Sera.dicit,reperitur autem in arbore malorum & pirorum: & in aliis multis arboribus.Ego uero uidi prædictum fructū qui est in grositudine ciceris, & parum plus:etiam sunt ex hominibus qui dixerunt,quod inuenitur aliquādo eius fructus in magnitudine piri parui,& aliquando in magnitudine ciceris, sed parum plus secundum diuersorū locorum varietatem, & nascitur super quercum,cuius folia sunt citrina,longiora.& paruiora, & inuenitur in Hyspania: Compositor in fine descriptionis istius unguenti ait: & tamen loco uisci quercini potest poni viscum alterius arboris, & est quoddā viride inter ramos arboris nascens,& per totum annum est viride,& habet baccas & grana sicut solacrum,& folia talia qualia crassula maior, sed sunt strictiora, & valet in omni gutta fomentata & emplastrata & inuncta ut satis uidi, & uiscum quercinum est optimum in epilepsia, & uocatur ab Auic.in.2.can.cap.de corallis,lignum crucis.

EX PETRO TVSSIGNANA.

XLIII.

DE EVPHORBIO, in cap.de paralysi,tremore,tortura,& spasmo ex repletione.

℞. Olei antiqui multum lib.i.ceræ rubeæ.ʒ.ii.liquefiat cera cum oleo ad ignem,& proiiciantur desuper euphorbii.ʒ.i. castorei.ʒ.s.& fiat unguentum.

COMMENTA. MANLII.

Hoc enim mirabile est in passionibus neruorum: apud nos in usu est.

APPENDIX.

Medicamentum διὰ εὐφορβίου ex euphorbio nempe, GAIENVS. bellissime III. Medicamentorum per genera composuit, in hunc sane modum.

Euphorbii pars una.
Ceræ tres.
Olei duodecim.

Ceram quidem euphorbii triplicatam, oleū uero ipsius ceræ quadruplum esse conuenit. & hæc est simplicissima compositionis symmetria,uerum (modo plura uelint,) studiosi locum consulant.

EX ANTID. BART. MONTAGNANA.

XLIIII.

DE CORTICIBVS castanearum.

℞. Olei de mastice lib.i.olei myrtini,cytoniorum,ana.ʒ.vi. masticis,acaciæ,sanguis draconis an.ʒ.i.corallorum rubeorum.ʒ.i.charabæ,terræ sigillatæ ana.ʒ.i.corticum castaneārum,scoriæ ferri præparatæ,videlicet in aceto,ut ostensum fuit an.ʒ.ii.s.resinæ pini.ʒ.i. ceræ quantum sufficit, & fiat unguentum.

COMMEN. MANLII.

Istud unguentum non est in usu: maxime apud nos. Castanea est fructus omnibus notus.Serap.de castanea & glande in uno cap.loquitur.Apud Auic.de castanea non inuenitur:cap.immo de ipsa loquitur in cap.de glande.glans enim generale est uocabulū ad plures fructus sicut ad castaneas nuces &c. vnde nucem dicimus iuglandem quasi iouis glandem cui est dicata.Petr.de Cresce.in lib.5.in cap. de natura arborum,& de utilitate fructuum ipsorum inquit: Castanea est arbor nota:& earum quædam domesticæ, quædam syluestres,& domesticæ quædam mediocres fructus facientes quæ castaneæ dicuntur:& quędam faciunt fructus ualde grossos,quos Mediolanenses marrones uocant uulgariter.

XLV.

PRO VERMIBVS.

℞. Succi persicariæ, absinthii,abrotani,centaureæ minoris, maliterræ, foliorum perfici, foliorum lupinorum, radicum ebuli, corticum granatorum ana.ʒ.i. porrorum non transplantatorum,sunt porri dicti purixilli.ʒ.ii.nasturtii aquatici lib.i.aceti fortissimi.ʒ.iiii.ceræ quantum sufficit, fiat unguentum.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum est in usu,tamen non ualde.idem Compositor describit duas alias descriptiones,sed hanc opinantur esse nobiliorem aliis.

Persicaria secundum Nicolaum est herba sanctæ Mariæ, cuius folia sunt similia foliis persicorum,nascens iuxta hortos,eius species duæ sunt: quarum vna in medio foliorum habet maculam fuscam. alia vero est absq; macula, sed prima & melior est quam persicariam cum sigillo vocant.

Malum terræ est cyclamen aut buthormarien. Nasturtiū aquaticum.i.senation. hoc apud Auicenna in secundo can. uocatur pupilla oculi. de nasturtio aquatico vide supra in dianasturtio.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 176 sur 335

XLVI.
DE MVCILLAGINIBVS.

℞. Mucillaginis,fœnugræci,ſeminis lini,altheæ,an.lib.s.co quantur omnia donec inſpiſſentur,& quando coquitur,ſem per aſpergatur cum aceto,deinde ſumatur lib.s.merdaſengi .i.lithargyrij,& coquatur in lib.i.olei fiſamini, lento igne. deinde proiiciatur ſuper ipſum mucillago, & proiiciatur ſuper marmor,& malaxetur cum manu, & fiat unguentum mollificatiuum & lenitiuum.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentum de mucillaginibus ſm modernos eſt diaquilon,& ſic ſunt ex hominibus qui faciunt iſtam deſcriptionem ſub nomine diaquilon ſine gummis:nam Mat. Syl. in litera diaquilon ait,Diaquilon eſt male ſcriptum, & debet dicere diachylon.i.compoſitio facta cum ſuccis vel mucillaginibus.Præterea Io.Serap.in ſuo antidotario inquit: Vnguentum de mucillaginibus, & eſt diaquilon. idem dicit Gentilis ſuper quintum cano.Aui. infra apparebit emplaſtrum diaquilon magnum,& ibi melius oſtendam.

XLVII.
PECTORALE.

℞. Pinguedinis anatis, pinguedinis gallinæ an.℥.i.s.butyri recentis.℥.i.croci.3.i.olei violati.℥.ii.cerę albę.℥.vii.fiat unguentum molle quod poſtea lauetur duabus uicibus cum aqua hordei tepida.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentum eſt multum in uſu:ſed ſunt ex hominibus qui faciunt ipſum ſecundum iſtam deſcriptionē: & ſunt ex hominibus qui faciunt ipſum ſecundū aliam deſcripcionem, tamen moderni doctores laudant iſtam deſcriptionē adiungendo in ipſo mucillaginis,fœnugræci,& ſeminis lini,an.3.v.Meſue in cap.de aſinate habet vnam aliam deſcriptionem,quæ ſatis laudata eſt ut apparet in cap. alleg. infra apparebit vna alia deſcriptio.

XLVIII.
DE ELLEBORO mirabile ad tineam.

℞. Olei laurini.℥.ii.myrrhæ,ellebori albi an.3.i.s. lithargyrii.3.ii.ceræ.3.ii.miſce & fiat unguentum molle.

COMMENT. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu apud nos. Elleborus ſm Meſue eſt barba alſugi:ſm Auer.in.5.col.elleborus eſt condiſi,quod non creditur.verum multi moderni cōputant condiſi inter ſpecies ellebori,eo quod ſternutationem commouet,tamen noſtri doctores non ponunt ſpecies ellebori niſi duas ſ.album & nigrum,quia ſatis noti ſunt. infra in oleo de euphorbio oſtendam melius, & condiſi non eſt elleborus. ſecundum intentionem Meſue. quando niger naſcitur apud radices arboris fructuoſæ ſunt fructus eius ſolutiui. Papias inquit.Anticira eſt inſula vbi abundat elleborus ad capitis purgationem neceſſarium: & ponitur pro elleboro antiqua parte templi quæ ortus reſpicit.hęc ab aliquibus dicitur velax,& ab aliquibus dicitur ſtranudella, eo ꝙ puluis ipſius in naribus poſitus ſternutationem commouet.

XLIX.
DE SEMPERVIVA.

℞. Olei uiolarum,olei roſarum an.℥.i.pinguedinis anſeris. 3.vi.ſucci ſemperuiuæ.℥.iii.bulliant uſque ad conſumptionem ſucci poſtea adde croci.ℨ.i.& fiat unguentum.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu.Semperuiua.ſ.maior ſecūdum Circainſtans dicitur:quia ſemper viridis reperitur. Auic.in.2.inquit.Semperuiua eſt ſucutum.in ca. vero de ſucuto inquit:Sucutū dicitur quod eſt ſemperuiua, & dicitur quod eſt ſpecies ſeminis mandragoræ, ſed non recte,quia illud ca.de ſucuto eſt corruptum.nam apud Arabes eſt ſymphytum.ergo eſt conſolida maior,& ſic ſi legis illud ca.de ſucuto apud Auic.in cap.de ſymphyto apud Dioſc. videbis quod idem ſunt.ſemperuiua apud Dioſ.vocatur aizoon Maius dicitur quod omni tēpore folia uiridia habet, dicitur & buphthalmon quod non eſt. nam buphthalmon eſt oculus bouis,aut zophthalmon,aut ambroſia,quod non eſt. Aliud facit cap.de aizoon minori,& hæc eſt uermicularis, & ambæ notæ ſunt. aizoon vero eſt proprie nomen ſuum,quia cō ponitur ab aliquod eſt ſemper, & zon quod eſt viua. unde ſemperuiua dicitur, quia ſemper folia viridia habet naſcitur ſuper tegulas plurimum,& in locis quibus ſtercora proiecta fuere, & alibi.

L
DE SVCCO Enulæ.

℞. Succi radicum enulæ, lapacii an.℥.vi.ſalis nitri,ſarcocollæ,merdaſengi.i.lithargyrij,maſti.an.℥.s vitrioli, aluminis iameni,an.3.i.s.argenti viui mortificati.3.ii.butyri.3.v. terebentinæ.℥.iii. picis nauallis.℥.ii. & fiat unguentum, butyrum,& terebentina diſſoluantur ſimul: deinde cum eis incorporentur ſpecies omnes:& vltimo omnio cū ſuccis bulliant lento igne vſq; ad cōſumptionē ſuccorum, & reſerua.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu. Enula eſt herba omnibus nota,vide de ea in electuario de enula.

Salnitrum ſm Moder.opinionem eſt ſal quòd ignem accendere facit, & eſt ſal quo Bombardarii vtuntur: naſcitur in muris ueteribus,quòd quidam florem parietis uocant.Liber qui dicitur Bulchaſis in tra.2.ponit operationē ſalis alchali, & eſt ſal nitrū,quod ingreditur in medicinis multis, & hoc ſal vt docet ibi,fit ex cinere cuiuſdā herbæ quæ vocatur chali,ſeu vſnen,vt apud Serap.& eſt ſtercus paſſerum.

Argentū uiuum inter metalla eſt computatum,mortificatur autem argentum viuum cum ſaliua ſecundum artem. Auic.in.4.can.in fen.vi.de argento viuo loquitur dicens, quod plurimi qui bibunt ipſum non lædunter eo,egreditur enim cum diſpoſitione ſua per inferiorem regionē &c. Nicolus autem Floren.in lib.iiii.ad ultimum inquit:Argentū viuum interius cum ſumitur ſicut eſt ſm plurimum nullam aut paruam efficit læſionem,& per hanc cauſam exiſtimauerunt quidam quod argentum uiuum non ſit in numero venenorum: verum ueritas eſt,quod eſt uenenum: immo vt dicitur multa uenena ex eo conficiuntur, & ſi maneret in ſpacio ſufficiēti,& non egrederetur velociter,interficeret, vt fuit de quodam apothecario qui ſitiens in nocte bibit argentum viuum,& mane mortuus eſt,& ipſum quidem extinctum cum ſaliua deterioris eſt uenenoſitatis.

LI.
DE AMYLO.

℞. Olei ſambucini.℥.i.olei uiolati roſati, ana.℥.i.s. ceruſſæ. 3.x.thuris,maſticis,ana.3.i. camphoræ.ℨ.i.amyli.3.x.aquę roſarum.℥.i.albumina duorum ouorum, ceræ.℥. v. coquantur ſimul oleum & cera.deinde addantur ſpecies aliæ propter infrigidationem, poſtea incorporentur ſimul albumina, & ultimo addantur boliarmeni.3.x.diligenter agitando cum ſpatula.& fiat.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentum nō eſt in uſu.Amylū.i.amydum Gal.in lib.ad Parthenianum inquit:Amylum omnibus notum eſt: eſt.n.quaſi medulla frumenti: nā apud nos amylū eſt ſuccus frumenti in aqua diu macerati colatus & deſiccatus. Amydū autē apud apothecarics noſtros non eſt ualde in uſu:ſed in partibus Venetiarum apothecarii magis utūtur in faciēdo quandā mixturam quę fit ex zuccharo albo, aqua roſa.& amido:& hæc tria bene coquuntur ſimul addendo ſi erit neceſſitas parū olei amygdalarū dulcium recentium, & fiat in de confectio in morſellis: quam Veneti Sauoniam vocant.

Oleum ſambucinum.i.oleum ꝙ fit ex floribus zambac, cuius deſcriptio inferius apparebit.

LII.
DE TEREBENTHINA.

℞. Pulueris ſerpentarię.3.i.ſarcocollæ ablutæ.3.ii.s.ſandaracæ.ℨ.iiii.thutiæ ꝓparatæ videlicet,vt docet Bulchaſis.ℨ. ii.terebenthinæ lotæ cū aqua fumiterræ lib.iiii.s.camphorę ℨ.s.unguenti de ſucco enulæ.℥.vi.miſce, & fiat unguen.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentū apud nos nō eſt in uſu. Terebenthina lachrymū eſt arboris ſatis notū. hanc quidam uulgo largatū uocant.Moderni multi cōputant abiectū inter ſpēs terebenthinæ,eo ꝙ manibus cito inuiſcatur,& arbor autē terebenthinæ

thinæ botin dicitur: & eius fructus granum uiride. Matth. autem Syluaticus in litera t, inquit: Terebenthina est gummi arboris quæ uocatur terebinthus. idem in litera g, dicit gummi albotin. i. lacca: uide ergo q̃ sibiipsi contra dicit.

Serpentaria .i. dragontea maior seu colubrina: vide de ipsa in hiera Hermetis.

Sarcocolla abluta. i. lota aut nutrita in aqua rosata aut in lactæ asinæ vel mulierum, vt ostensum fuit.

Vnguentum de succo enulę. i. helenii: eius descriptio fuit posita superius secundum ipsum.

L. III.

VIRIDE secundum Chirurgiam.

℞. Chelidoniæ, leuistici, herbæ centrigalli, lilifagi. i. saluiæ an. M. s. myrrhæ. ʒ. iiii. ceræ, terebentinæ, an. lib. i. pinguedinis anatis lib. iiii. olei communis lib. vii. aloes. ʒ. v. fiat ung.

COMMEN. MANLII.

Istud unguentum apud nos non est in usu: tamen secundum intentionem Compositoris est quoddam unguentum uiride quo utuntur chirurgici.

Centrũgalli. i. galli crista: & est quã gallitricum uocamus reperitur ex eo domesticum & syluestre: de quo uide supra.

EX ANTI. GVLIEL. PLACENTINI.

LIIII.

DE CERVSSA.

℞. Ceruſtæ. ʒ. v. lithargyrij. ʒ. ii. ſcoriæ argenti aur. i. dragan ti. ʒ. i. terantur & cribellentur & ſumatur cerę albæ. ʒ. i. li- quefiat cum. ʒ. iii. olei roſati, & proiiciantur, & incorporen tur medicinæ in mortario: remouet enim excoriationem & aduſtionem ignis.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum est multum in usu: sed hodierni apothe carii non faciunt ipsum fm istam descriptionem illa uero descriptio qua generaliter utuntur pro unguento de ce- russa cocto: fit solum ex ceruſſæ & olei rosati ana partibus æqualibus, & ambo bulliãt ad ignem leuem & fiat ex eo pa sta in magdaleonibus, & usu reseruetur: quidam addunt in ipso parum litargyrii, sed raro Leonar. de preda Palea in ca. de medicinis consolidatiuis ponit cerotum siue unguen tum durum de ceruſſa coctum cũ sepo castrati, istud est ue- rum unguentum, de ceruſſa coctum si adminuatur sepum, in reliquis est idem cum descriptione quæ oibus cõiter est in usu, & hoc satis est notum. reperitur alia descriptio quæ dr̃ a multis unguentum de ceruſſa crudũ, & a multis dicitur un guentum album, et ab aliquibus dicit unguentũ de biaccha crudum, & ambæ descriptiones sunt in usu, sed hæc descri- ptio infra apparebit pro unguento albo, quod idem est.

Ceruſſa. i. biaccha, & est ærugo plumbi, apud Auic. in. 2. can. est cinis plũbi, aut alaunoch: quod idem est fm Circa- instans ceruſſa est flos plumbi siue gersa. gersa etiã fit ex suc co serpentariæ sicut: dictum fuit in unguento marciatonis.

EX RAINALDO DE VILLA NOVA.

LV.

PRO capite puerorum, cõtra groſſam, & cruſtoſſam ſca- biem, in lib. ii. cap. de ſcabie, ſeu pruritu.

℞. Butyri recentis, terebentinæ, axungiæ gallinæ recentis, olei uiolati ana. ʒ. i. cerę. q. ſ. & fiat unguen. quo ungatur ca- put ter in die, & poſt ſupponatur folium ſiclæ. i. bletæ, aut braſicæ. i. caulis.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum est in usu, sed non ualde, sed uere a me fuit probatum contra cruſtam & scabiem puerorum mira- biliter ualere utendo ipso, ut docet compositor.

EX NICO. FLORENTINO.

LVI.

DE CICVTA, in lib. v. cap. de duritie ſplenis.

℞. De tota herba cicutæ, ʒ. vi. armoniaci. dimittantur nouẽ diebus in aceto nono die bulliant ad ignem donec armonia cum bene diſſoluatur. poſtea colentur per pannum fortem, & illa liquositas iterum bulliat, & addito oleo & cera fiat unguentum. Est enim potisſimum contra omnem duritiem.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum apud nos non est in usu. Magister Pet. Argil. in ca. de duritie splenis habet unum quod idem est.

Cicuta uero aut succharam est herba satis no. apud Dios. uocatur conios, hastas habet nodosas sicut marathrum, folia similia ferulæ, sed angusta apud Aui. in. 2. cano. uocatur suc- charam, & inquit sic inquit Dios. crus huius plantę est sicut crus ferulæ, & folia eius sunt sicut folia cucumeris. Hic te- xtus Aui. est corruptus, quia debet dicere hastas habet no- dosas sicut marathrum, folia similia ferulæ sicut dicit Dios. Liber qui dicitur Bulchasis in tracta. 2. inquit: Forma ex- trahendi succum ex succharam. i. iusquiamo, quod falsum est: nam Serap. in cap. de cicuta ait, succharam sic nomina- tur apud medicos, sed Arabes nominant eam scicharam vel zuccharam, & sic est quod zuccharam vel succharam est ci- cuta. Idem Serap. in fine eius capituli, inquit. Et quãdo po nitur cicuta super testiculos puerorum non dimittit creſce re eos. melior autem ex hac planta est illa quæ nascitur in Creta, & in Chio, & in Attica, etiam apud nos in multis lo- cis hæc reperitur. vnde si fricaueris folia ipsius recentia gra uem odorem referunt &c.

Armoniacum lachrymum seu gummi est satis notum. Ni colus: & magister Pętrus Argillata non ponunt dosim ar- moniaci, sed si ipsum facere volueris. adde. ʒ. iiii. armonia- ci, & confice, vt ipse Nicolus docet.

LVII.

DE RANIS, in lib. vii. cap. de curatione do- lorum iuncturarum per medicinas conferentes a proprietate.

℞. Ranarum fluuialium euiſceratarum & excorticatarum quòd uolueris, & laua eas nouies in aqua dulci & olla lapi dea in solo sufficienti coquantur usq; ad consumptionem vel diſſolutionem carnium earum. poſtea colentur per pan num rarum fortiter manibus exprimendo carnes earum. hoc enim oleum pedibus vnctum, & iuncturis optime con- fert, etiam locis cancrosis inunctum.

COMMEN. MANLII.

Istud unguentum apud nostros doctores est in usu, ta- men non ualde. sed utuntur magis medici Mediolanenses, quia in ipso inueniunt mirabilem experientiam in illa ma- teria. verum est quod hæc descriptio non est illa quæ in usu est. nam Nicolus dicit: quod est unguentum de ranis. infra vero dicit. hoc. n. oleum pedibus iunctum, & iuncturis opti me confert. ergo descriptio Nicolai reducitur ad modum olei vel admodum apozimatis, sed melius est fieri unguen- tum de ranis. secundum intentionem Petri de Tusignana positam apud eum in cap. de podagra sciatica & arthritica. quorum hæc est descriptio. ℞. sepi ranarum. ʒ. i. s. butyri, a- grippæ. ſ. vnguenti de agrippa ana. ʒ. i. olei camæmillæ, olei anethi, olei costini ana. ʒ. ii. olei rosati. ʒ. iiii. vitrioli. ʒ. ii. ce- ræ albæ. ʒ. i. euphorbii. ʒ. i. refinę. ʒ. ii. & misce fiat unguentũ, & ungatur locus. Hæc vero descriptio a modernis doctori- bus pro unguento magis laudata est quam illa Nicoli. ue- rum infra apparebit vna alia descriptio quæ est magistralis. & hæc est illa quæ ab omnibus vsitatur de qua infra.

Rana fm quosdam est de genere piscium quę satis notæ sunt omnibus Ipse Nico. in li. 4. in ca. de speciebus serpentũ facit ca. de ranis & buffonibus. & inquit: Buffo est de specie bus ranarum, & rana magna a quibusdam dicta botrax, & est turpis aspectus, ventrem habens latum & grossum & cu tem durisimam difficiliter penetrabilem, & color eius de- clinat ad citrinitatem obscuram & oculi eius sunt valde lu- centes &c. Idẽ in ca. de animalibus aquaticis venenosis in- quit: Et ex eis est rana quædam rubea maligna inuadens ani malia per transeuntia vt mordeat ea, & si non possit morde- re insufflat ad ipsa sicut buffo insufflatione nociua. sine du- bio species ranarum sunt multæ, sed non vtimur nisi quadã specie earum quæ morantur in paludibus, quæ note sunt.

LVIII.

DIVINVM, optimum, in lib. vii. cap. de me- dicina generatiua carnis.

℞. Pimpinellę, verbenæ, betonicæ an. M. i. terant et bulliãt

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 178 sur 335

in vino optimo albo vsq; ad consūptionē quartæ partis vini.deinde coletur,& post colationem sumatur tota substantia dictarum herbarum, & ponatur in sacculo de panno lineo,& fortiter stringendo p̄matur cum torculari vel baculis supra aliquod vas,donec tota substantia herbarum cadat in eo,deinde.℞. de tota substantia herbarum & terebenthinæ ana.ʒ.vi.ceræ uirginis albæ.ʒ.iiii.& pone in uase terreo nouo ad ignem donec dissoluantur, & misceantur cum dicta substantia herbarum:deinde supermittatur masticis.ʒ.i. & lactis mulieris.ʒ.ii. & bulliant omnia sufficienter donec sit coctum, quod cognoscitur quando modicum ex eo proiectum in aqua frigida adhæret digito tangentis.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum apud nos est in usu, sed non ualet: sed q̄uis nō sit ualde in usu apud nos, forsan eo in aliis locis magis utuntur.Leo.de Preda palea in trac.de neruis in ca. de uulneribus, ponit unguentum diuinum a Deo datum:& est magistrale: ibi habet vnam descriptionem, sed non est idē.

Verbena seu berbena est herba quę apud Dios.hierebotanum uocat:quidam uocant ipsam sacram herbam quæ sagmē.i.sanctimē antiquitus dicebatur:eo quod pagani in sacrificiis,& omnibus expiationibus ea vtebantur.hæc autē herba inde nomen accepit quod sacerdotes, eam purificationibus adhibere consueuerūt:in Passionario habetur, quod si medicus visitando infirmū ipsam in manu portauerit ægroto insciente:& dicet ægroto qualiter habes:si ęger dicet,bene,sanabitur,& si dicet male,morietur,hæc apud nos in ciuitatibus nascitur:hanc quidam rustici herbam sancti Ioannis uocant,sed non recte.Papias berbena herba sagmen dicitur dicta quasi pura.Hæc & hierebotane dicitur græce.

LIX.

DE LILIO, seu de radice lilii,in lib.vii.ca. de sudationibus.

℞.Radicis lilii in aqua decoctæ,& optimæ tritæ.ʒ.i.incorporentur cum.ʒ.i.axungiæ recentis liquefactæ, & cola,& cum.ʒ.i.aquæ rosatæ: deinde super addantur cerussæ puluerizatæ.ʒ.ii.pulueris masticis,olibani,ana.ʒ.s. camphoræ.ʒ.i.& optime incorporentur & usui reseruetur.

COMMEN. MANLII.

Istud unguentum non est in usu: maxime apud nos Lilium planta est:cuius species sunt multæ: de qua Serap. in suo capitu. loquitur.

LX.

ALBVM, in lib.vii.cap.de combustione ignis vel rei ardentis, aquæ feruentis, uel olei, vel similium.

℞. Olei rosati.ʒ.iiii.ceræ albæ.ʒ.ii.cerussæ quantum sufficit ad incorporandum & inspissandum,& in fine addantur duo albumina oui.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum est multum in usu:verum est quod sunt ex hominibus qui utuntur ipso sub illo nomine:quidā utuntur sub nomine unguenti de biaccha crudi: aut de cerussa crudi ad differentiam cocti,quod superius scripsit.Rasis in libr.de Diuisionibus in cap.de adustione inquit: Cōfert adustioni ignis vnguentum de calce,& unguentum de cerussa, & magis vltimum, quod experti sumus,ad hoc est unguentum album,& cum est res magna, plurima indiget phlebotomia ex latere diuerso aut oppositō: deinde curetur cum vnguento albo:uolo quod intelligatur per unguentum album, quod est factum de cerussa & oleo rosato & cera, & non de pluribus. idem hodierni faciunt.

LXI.

DE CANTARIDIBVS, in. vii.cap. de saphati,tinea,& aliis pustulis capitis.

℞.Cantaridarū purgatarū puluerizatarū.ʒ.ii.sulphuris.ʒ.s. corticum nucis.s.nucis communis dictæ carea basilica seu regalis.ʒ.ii.sinapis,myrrhæ,an.ʒ.i.mellis & aceti quantum sufficit,& fiat,& teneatur super locum per unum diem, postea eo amoto superponantur folia ficlæ.i. bletæ vel cauliū.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum non est in usu apud nos. Gilib. de Anglia in cap.de paralysi habet idem,sed nōn est omnino simile.Hoc unguentum secundum intentionem Dini Florentini est unguētum alhariel.hanc intentionem habent hodierni chirurgici, & eius descriptionem describit Mesue in suo antidotario de quo uide supra.

Cantarides secundum Nicolaū sunt muscæ uirides, quarum ortus est in frumentis ac aliis locis secundum intentionem Compositoris debent esse purgatæ,videlicet a malitia sua:Dios.inquit:Cantarides virtutem habent putrefactiuā, sunt autem bonæ ad repositionem.in triticea segete colligūtur,quæ missæ in uase fictili,& desuper ligato panno imponuntur super cacabum vbi acetum bulliat,ut uapore aceti bullientis eædem inclusæ necentur:quæ postea lino inserūtur vel in uase non picato.i.uitreato reponuntur: meliores autem sunt uariæ grossæ & longiores, quæ super testam positæ combustę uirtutem habent stypticam.Liber qui dicitur Bulchasis.i. Seruitor in trac.3.docet formam colligendi cā tarides,& reponendi eas,sed eius forma non est, vt docet Dios.ipse uero loco aceti ponit oleum vetus. Moderni vero ponunt acetum & non oleum.

EX LEONARDO DE PREDA PALEA.

LXII.

DE PLVMBO, in cap. de herisipila.

℞. Plumbi usti cum sulphure secundum Seruitorem.ʒ.ii.litargyrij.ʒ.ii.cerussæ,antimonii, ana.vnc.i.olei rosati quantum sufficit,fiat unguentum molle.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum est in usu:maxime secundum istam descriptionem.Idem in cap.de cura cancri habet idem. Idem in cap.de ulceribus ambulatiuis habet idem. Sed vterq; ab isto differt.Plumbum uero apud Aui.uocatur alaunoch, & alhabar:ustum uero cum sulphure secundum Seruitorem superius in quadam Sief ostendi.

LXIII.

DE LITARGYRIO, in ca.de pruna,& igne perfico.

℞.Pulueris lithargyrii. ʒ.ii.cerussæ.i.biacchæ.ʒ.s.olei rosati & aceti ana quantum sufficit,fiat unguentum in catia decoctum ad ignem,sed melius adhuc est,ut fiat in mortario sine decoctione.

COMMENT. MANLII.

Istud unguentum est in usu: maxime secundum istam descriptionem.Petrus Argillata in.j.ca.de phlegmone habet idem & est simile,nisi quod deficit acetum.Rasis in. 7. Alman.in cap.de his quæ ulcera consolidant, & in ulceribus multam habentibus humorositatem,carnem generāt,& ipsorum remouent humorositatem:habet idem,sed non est in usu: idem habet Guliel. Placentinus.

Lithargyrium secundum Dio.est scoria argenti:idem est secundum Pli.eius vero species sunt multæ, quia quædam species eius est quæ fit ex plumbo,& quædam fit ex argento & quædam fit ex auro,& quædam ex eis est nigri coloris,& quædam aurei: quæ quidem melior est cæteris.nam unguenta quæ fiunt ex tali lithargyrio,declinant ad albedinem, & sunt nobilissime bonitatis:sed si lithargyrium fuerit nigrum aut habens in se aliquid plumbi, erit vnguentum quod fiet ex eo nigrum & turpe hoc est satis notum.

LXIIII.

DIABVTION, ibidem.

℞.Minium indicum & terram nigram,de quibus tribus pingunt pictores an.ʒ.s.olei.ʒ.iii.salis communis bene pistati. ʒ.ii.pone hæc omnia ad ignem in catia lento igne semper cum spatula agitando, & decoquatur donec ad formam quamuis vt reducatur, & maxime ad formam ceroti.

COMMEN. MANLII.

Istud unguentum diabution non est in usu. Auic.in li.4. in fen.2.in cap.de curatione prunæ & ignis perfici in fine cap.inquit,cum ergo quieuerit inflammatio. & remanent ulcera,curentur cum eis quæ sunt sicut emplastra de merdasengi.i.de lithargyrio.& emplastra diabuticiaron.Auic. ibi non ponit descriptionem sed solum de ipso loquitur. & si facere ipsum uolueris,descriptionem habebis.

Mi-

Minium est res rubea qua pictores vtuntur.Gal. in li.ad Parthenianum inquit:Armenianum vel minium optimum dicimus quod est leue,æquale ceruleum, frangibile,sine lapidibus vires habet crisocolle hoc apud Dios. vocatur armenium.nam ibi Dios.dicit idem quod dixit Gal.sed Simō non cognonit ipsum.

Endicum siue indicum est quędam res qua vtuntur picto res ad pingendum colorem turchinum, & eius color tēdit quasi ad cœlestem.Pictores de ipso habēt cognitionē, quia eo utuntur.& hoc notum est,& fit de flore cuiusdam herbæ quæ Arabice dicitur nil quo panni tinguntur. Macer uocat ipsum osatim.unde uersus.

Osatis a græcis est uulgo guaido uocatus.
Non Modicum quæstum præbens tinctoribus herba.

Moderni existimant ipsum esse uerum gualdum seu telas sam,& est herba cum qua tingitur blauetum.

LXV.

DE CANCRIS fluuialibus,in ca.de cura cancri.

℞. De cineribus cancrorum fluuialium recentiū,& de climia auri,& de aqua solatri quod sufficit,fiat unguentum pe roptime ducendo in mortario de plumbo cum pistello aut super tabulam plumbeam.

COMMEN. MANLII.

Istud vnguentum non est in usu. Cancri maxime fluuiales noti sunt.Liber qui dicitur Bulcasis. i. Seruitor in trac. 3.ponit formam comburendi sartas.i.cancros,& ait: Accipe cancros fluuiales uiuos quādo sol fuerit in signo arietis xiii.die mēsis,intelligo lunaris, & pone in furno panis quo usq; comburantur,& non conuertantur in cinerem.

Climia auri ſm Aui.melior est illa quæ aurea est ut cinci nus glaciei cineritii coloris recēs,& laminosa grosior.Guliel.Lomba.inquit: Climia auri ē superfluitas quæ adhæret parietibus vasis in quo purificatur aurum. climia argēti est superfluitas quæ adhæret vasi in quo purificatur argentum vltimo fit climia ex ære,& marchesita est sicut climia auri.

LXVI.

DE DRAGANTIBVS, in cap.de medicinis facientibus nasci carnem.

℞.Draganti.ʒ.s. & ponatur ad mollificandū in aqua calida ad tantam quantitatem ut reduci possit ad formā collæ. nā istud vnguentum est ualde conglutinatiuum. & si uis potes addere de sanguine draconis,& sarcocollæ ana parum.

COMMENTA. MANLII.

Istud vnguentum non est in usu secundum intentionem. Luminis malelucentis. hoc unguentum non reperitur ab authoribus.

Dragantum gumma est quæ apud Dios. vocatur tragacā thum.sed apud Sera.dragagantum.Plin.ait:Tragacanthum est spinæ albæ radice multum plantata apud Medos & Caucasum nascitur.Eligendum est tragantum album & limpidum & lucidum & dulce & leue,hoc satis est notum.

LXVII.

INCARNATIVVM Aesculapii,cap.de incarnatiuis in generali.

℞.Herbæ dictæ licii, quæ herba est tātæ proprietatis quod cæcatis pullis,harūdines tangunt oculos cum dictis foliis, & faciunt cum dicta herba reuidere,& dicta herba reducatur ad formam pulueris,& resinæ pini ana. ʒ.ii.olei & ceræ quantum sufficit, & fiat vnguentum,quoniam est mirabile.

COMMEN. MANLII.

Istud vnguentū nō est in usu,sed ſm intentionē Leona. est ex authoritate Aesculapii primi medici,qđ ualet mirabiliter in illa materia, & est certū quod Aesculapius primus medicus fuit inuentor medicinæ vt existimant hodierni.Isi do.inquit:Medicinæ aūt artis author ac repertor apud græcos perhibetur Apollo.hāc filius eius Aesculapius laude & opere ampliauit.sed postq̄ fulminis ictu Aesculapius interiit,interdicta fertur medendi cura, & ars simul cum autho re defecit.Latuitq; per annos pene quingentos usq; ad tps Artaxerxis Regis Persarum,tunc eam reuocauit ad lucem Hippocrates Asclepio patre genitus in insula Choo.

Licium apud moder.fit ex succo fructus arboris q̄ darsisaham dicitur.quidam hanc uocant bugiam sicut Mat.Sylr. in litera.p.qui ait:Puluis bugiæ.i. puluis de radice arboris berberis:ipse Leon.in ca.de undimia inquit.Licium est succus fructus cornastrelli,de ipso uero uide supra ī descriptione pilularum lucis minorum,ubi melius fuit ostensum.

LXVIII.

DE FLORIBVS salicis,ibidem.

℞.Florum salicis uel succi foliorū ipsius.ʒ.ii.lachrymi, uel terebinthinæ loco eius.ʒ.ii.aspalti,uernicis humidæ ana. ʒ. i.colophoniæ.i.picis græce drach.ii. olei & ceræ q.s. & fiat vnguentum.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum non est in usu. Salix aūt est arbor quæ in aquosis locis semper nascitur ut est notum oībus.Sera.in c.de salice dicit.Quod flos & rosa ipsius administranē ab oī bus medicis in vnguentis deficcatiuis.Isido.ait: Salix dicta quod celeriter saliat. hoc est uelociter crescat, arbor lenta vitibus habilis uinciēdis.Aui.in.2.can.tria de ipso facit capitulum sub nomine ata, & ibi dicit quod est algarab dicta in ca.de gami.aliud ca.facit de garab. quo est salix nel species eius,& aliud sub nomine salicis,hæc apud Græcos itea uocatur Circainstans ait: Salix cortex & flores & folia, usui medicinæ competunt Pet.de Crescen.dicit:Salix est arbor nota sic dicta:eo quia eius planta in altū salit,Pli.salicis fructus ante maturitatem in arenam abit.

Lachrymum.i.lachrymū arboris balsami. nā ipse Leon. in ca.de fistulis ait:Oleivitii seu lachrymum,q̄ idē est:uel terebenthinæ loco lachrymi sine dubio ſm intentionem Cōpositoris lachrymum est opobalsamum,quia ipse dicit q̄ loco eius ponitur terebenthina vt faciunt multi alii.

LXIX.

DE PVLEGIO, ibidem.

℞.Succi pulegii montani,succi calamenti,succi centaureæ vel pul.istorum,ana.ʒ.i.olei myrtini,& ceræ quantum sufficit, & fiat.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum nō est in vsu. Pulegium herba est satis nota.maxime pulegium commune.i.pulegium regale. Isid. inquit:Pulegium apud indos pipere preciosius est.Circainstans ait:Pulegium in tempore florum colligitur,per annū seruatur: folia cum floribus abiectis stipitibus in medicina ponuntur gliconium etiam est pulegium.

LXX.

DE CENTAVREA, in cap.de medicinis consolidatiuis.

℞.Centaureæ minoris.ʒ.i.aristolochiæ lon.ʒ.v.venæ tinctorum.i.rubeę tinctorum,laccæ,an.ʒ.ii.terebenthinæ.ʒ.i.olei masticis.ʒ.i.ceræ.q.s.fiat vnguentum.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum non est in usu. Centaurea uero herba est nota.Io.Angli. in cap.de fluxu ventris ponit uersus, de centaurea quod ipse optime,ualet in hæmorroidibus.

Centaurea iuuat neruos pectusq;,secundū.i.secundinā
Eiicit, & vulnus solidat, uisum meliorat.
Incisas carnes radix contrita reducit.
Tussibus atq; sciæ ualet & muliebria ducit.
Si deficcetur & post bene puluerizetur.
Stringit hæmorrhoidas oleo si commisceatur.

Pli.inquit:Centaurea hac dicitur curatus chiron cum Herculis exceptus hospitio pertractanti arma,sagitta ei excidisset in pedem:quare aliqui chiromon appellant:alia est centaurea maior,sed ista non est nota,nec fuit in tempore Macri.nam Macer inquit.

Sunt centaureæ species maiorq; minorq;.
Vt supradictis dixi de pluribus herbis.
Sed quia per paucas species est cognita maior.
Hanc præter mittens uires narrabo minoris.
Quam notam cunctis credo uulgaribus ipsis.
Apud nos in locis aquosis nascitur.

LXXI.

CITRINVM, ibidem.

℞.Terebēthinæ.ʒ.ii.ceruſſæ.ʒ.i.olei myrtini.ʒ.ii.argēti viui

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 180 sur 335

cum ſaliua extincti.3.s.cerę quantum ſufficit,& fiat vnguentum in mortario ſine igne propter argentum viuũ ne ſaliat.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentum eſt in uſu, ſed ſunt ex hominibus qui componunt per alium modum:dicitur aucẽ citrinum, quia eius color efficitur citrinus.Gul.Lõbar.habet idem ſed nõ eſt in uſu: inuenitur aliud vnguentum dictum citrinũ. quia coquitur in pomo citrino,ſed hoc non habet colorem citrinum:immo eius color tendit ad albedinem: cuius vnguenti deſcriptio ſuperius oſtenſa fuit: infra apparebit vna alia deſcriptio quæ generaliter vſui uenit &c.

LXXII.

DE HEDERA, in ca.de combuſtione ignis, vel aquæ,vel olei.

℞. Granorum & foliorum hederæ,& piſtentur peroptime & extrahatur ſuccus,olei communis ana partes æquales,cerę albæ quantum ſufficit:omnia in ſimul decoquantur vſque ad conſumptionem ſucci: & poſtea proiiciatur ſupra acetum album & malaxetur illud vnguentum.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu.Hedera apud Auic.in.2. can.vocatur cuſſus,& ſunt eius ſpẽs tres.ſ. nigra,alba,& rubea,& oẽs ſunt acres ſtipticæ, & una quidem ſpecierũ eius eſt quiddam quod nominatur laudanum, & cuſſus quidẽ in radice laudanum,aut aliud, ambo.n.ſunt propinquarum diſpoſitionũ:Sera.de hedera loquitur in ca.de volubili in fine eiuſdem capituli inqui:Eedem.i. laudanũ colligitur ex vna ſpecie cuſſus & nominatur laudanum apud Dioſc. hedera vocatur ciſſos,& dicit quod multę ſunt ſpecies,ſed tria ſunt genera.ſ.alba nigra & elix. Hæc ab Aui.dicitur rubea, alba vero ſemen affert album nigrum aut croceum, q̃ multi dicunt ſiam vocant,elix uero non habet ſemen.ibi a Dioſ. cõfunditur ſermo de hedera volubili,hypoquiſtidos & laudano: ex quo uidetur textus falſus.nã hypoquiſtidos non eſt hedera,nec eſt ſpecies eius.vide Sera.de hypoquiſtidos ſeparatũ ca.facit,& illud qđ dicit Dioſ.in ca.de ciſſos.idẽ dicit Sera.ex authoritate ipſius in ca.de hypoquiſtidos,& ſi bene cõſideretur uidebis quod ille textus Dioſ.eſt corruptus.Gale. in.7.ſimpl.inquit:Ciſſus vel laudanum.infra ait: Ciſſus vel hedera.Idem in lib.ad Partenianum inquit: Hedera naſcit in diuerſis arboribus parietibus vel petris uel in terra.Iſid. hedera dicta quod arboribus raptando adhereat: dicitur etiam hedera,quia libenter a capris editur,vel dicitur hedera,eo q̃ hedis lactis abundantiam in eſcam teneris prębeat.

LXXIII.

DE VITRO, in capitulo de eradicatione veſtigiorum.

℞.Vnum collũ anghieſtaræ uitrii albi,& accẽdatur in igne & extinguatur nouies in ſucco lymonum, & hoc facto uitrum ſubtiliſime tere,& loco ipſius ualet ſpuma uitri,& eſt melius ſi haberi poteſt: ſi aũt non põt accipite ſupradictum vitrum.ʒ.ii.pulueris ſandalorum alborum, pul. cryſtal. ana. ʒ.i.& diu omnia ſuper porfidum.i.lapidem quẽdam ſic uocatum bene ducantur cum aqua lymonum, donec tuſcias unguentum extendibile ſuper locum qñ volueris extendere.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud vnguentum non eſt in uſu. Collum vnum anghieſtaræ dicitur vulgari nomine, ſed a latinis dicitur inſula,& hic eſt ſermo Venetorum & aſtantium regionum.

Vitrum maxime album eſt laudabile,ſecundum Auic.vitrum eſt inter lapides ſicut ſtultus inter homines:ſpecies autem uitri ſunt multæ,nam eſt uitrum album,rubeum, citrinum,uiride & azurinum,ſed nobilior cunctis eſt illud quod colorem habet album.

LXXIIII.

DE SANDARACA, in capitulo de cura vulnerum.

℞. Cerę albæ.ʒ.iii. terebinthinæ lotæ.ʒ.viii. maſticis.ʒ.i.s. ſandarachæ,ſarcocollæ,turis an.ʒ.vii.miſce & fiat unguentum malaxando in forti aceto, vel in bono uino montano albo,& habeas ipſum pro ſecreto, quia bonam operationem facit in omnibus membris carniformibus,& neruoſis.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu. Sed Leonar. habuit ipſum pro ſecreto.

Sandaracha ſecundum Dioſ.in eiſdem locis naſcitur, in quibus aurumpigmentum. Eligenda quoque eſt quæ colore eſt rufa valde & facile terribilis,munda, colorem cynabrij habens,hanc multi græci crediderunt eſſe aurumpigmentũ rubeum,ſed non rectę. nam apud arabes ſandaracha eſt uernix,& idem eſt apud Moder. Item Serap.in cap.de vernice ait: Sandarax.i.uernix. Item Ioan.Angl.in capi.de reuma te ait. Vernix quæ uocatur ſandaracha penultima genitiui præducta, quia ipſa breuiata uel correpta, tunc eſt idem quòd auripigmentum. vnde uerſus.

Eſt ſandaracha uernix medicorum non tinctorum.

Sandaracha.ſ.auripigmentum rubeum vel citrinum:quia color citrinus aliquando vocatur rubeus apud græcos, ſed non rectę vt dictum fuit.

LXXV.

DE VVLPE, ibidem.

℞. Iuniperi,terebinthinæ ſublimatæ an.ʒ.vi.axungiæ porci.ʒ.ii.pyrethri,gentianæ,piperis lon.baccarum lauri, ariſtolochiæ rotun. caſtorei, myrrhæ,ſalis an.ʒ. ii.adipis urſi, adipis gatti,adipis taſi,mellis crudi,cerę rubeæ an.ʒ.ii.armon. aſſæ fętidæ,galbani, ſerapini, olei petrolei ãn.ʒ.i.euphorbii,nigellæ,ſinapis,laudani,maſticis olei cõmunis an. ʒ.i.s.omnia ſuo modo terantur & ponãtur in uulpe ad ignẽ & coquatur bene donec uulpes bene cõſumpta ſit cũ oĩbus ſupradictis rebus,& fac unguẽtum ſm artem ex ingenio mirabile.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentum apud apothecarios Moder.Papien.nõ eſt in uſu,ſed Mediola.utuntur ipſo, magiſter Per. Argilla. in ca.de podagra ſiue gutta frigida ponit unguen.de uulpe ipſius Meſue ℞. uulpem integram interioribus euulſis, & pone in uaſe cũ aqua calida uino & oleo, & ultra hoc pone in illo ualſe ſaluiã,roremmarinum, iuniperum, anethũ, origanum,& maioranam,omnia iſta bulliant uſq; ad uini conſumptionem & aquæ,tantum bulliant,quod caro uulpis ab oſſe ſeparetur,& poſtea in cocleari exprimatur & coletur: & ex iſta colatura fiat vnguentum hæc deſcriptio magiſtri Pet. uidetur eſſe oleum vulpinum,quæ eſt de mente Meſ. ſed apud nos aliud eſt unguẽtũ de uulpe,aliud eſt oleũ vulpinũ.uerum quidã ſapientes dixerunt,q̃ ſi addatur in illa colatura cerę quãtitas cõueniens,põt dici unguentũ de uulpe.

Vulpes apud Arabes uocatur taleb.Auic.in.2.can.narrat virtutem ſuam dicens, quod quando uulpes coquuntur in aqua,& embrocantur iuncturæ doloroſæ ex ea confert uehementer &c.

LXXVI.

IRINVM, ob colorem in cap.de ulceribus uirulentis.

℞.Olei irini.i.facti de foliis liliorum cœleſtium.ʒ.ii. ponãt dictum oleum in bacili bene terſo & mundo.deinde ℞.ſalis armoniaci.ʒ.i.s.& frica tãdiu in oleo,donec illud oleum remaneat cœleſtis coloris,deinde recipe reſinæ pini,& terebinthinæ an.ʒ.i.pul.indici.ʒ.s.& cerę.q.ſ.& fiat unguentũ.

COMMEN. MANLII.

Iſtud vnguentum non eſt in uſu, infra apparebit aliud unguen.quod uocatur de ireos, ſed iſtud fit ex puluere radicis ireos,de quo infra.

EX PETRO ARGILLATA.

LXXVII.

DE MINIO, in cap.i.de phlegmone.

℞. Minij.ʒ.i.olei roſa.uel myrtini ſecundum quem uis ʒ.ii. ſecundum quantitatem quam uis facere:miſceantur omnia in cazola & bulliant ad ignem cum paruo & lento igne uſque ad conſumptionem olei,& ſemper miſce cum ſpatula ne aduratur,& fiat vnguentum in bona forma.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu apud chirurgicos ac alios Leonar. de preda palea in cap.de medicinis conſolidatiuis ponit cerotum de minio,& eſt idem.

Minium uero apud Auic.in.2.can.uocatur ſirengi. Sera. vero

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 181 sur 335

vero vocat ipsum minium. & inquit. Astengia. miniũ. Alexander Paulus, & Alchindus dicunt quòd ipsum est azarcõ & alii dicũt quòd est asrẽgi, & fit ex plumbo qñ ponitur in igne & inflatur & fit rubeum, pictores eo multum utuntur.

LXXVIII.

DE IREOS, in cap. de medicinis facientibus nasci carnem.

℞. Seui uacci ʒ. vi. olei rosa. ʒ. iii. ceræ. ʒ. ii. radicũ ireos. ʒ. i. thuris masticis, sarcocollæ, aloes, succotrini, aristolochię rotundæ an. ʒ. i. terebinthinæ. ʒ. ii. & fiat unguentum.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum non est in usu Bartho. Montagnana in suo antidotario habet idem. Leon. de preda palea in cap. allega. habet vnguentum irinum, quod est factum de oleo irino facto de floribus liliorum cœlestium.

Ireos uero est radix lilii cœlestis. Sera. in cap. de lilio inquit. quod habet stipitem super quẽ est flos habens colores diuersos. & sunt albus citrinus, purpureus, & cœlestis, & propter diuersitatem istorum colorũ nominatur ireos. i. arcus dæmonis. i. ab illo arcu dæmonis qui apparet in aere tempore pluuioso, & habet radices duras, nodosas, quæ habẽt odorem bonum. & hæc satis est nota.

LXXIX.

GRATIA DEI, ibidem.

℞. Ceræ albæ, resinæ pini, armoniaci an. ʒ. vi. terebenthinæ. ʒ. iii. galbani, olibani, masticis, myrrhæ claræ an. ʒ. s. aristolochiæ rotundæ. ʒ. ii. terenda terantur & infundantur in uino in quo decocta fuerint betonicæ, verbenæ, consolidæ maioris, & minoris cẽtaureæ, pimpinellæ, hypericon, herbæ gratia Dei, bauciæ an. M. i. & postea extrahantur & malaxẽtur cum lacte mulieris. hoc unguentum generat carnem & cõsolidat, & est commune ad omnia uulnera.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum generaliter est in usu, sed moderni nõ componunt ipsum secundũ istã descriptionem. illa uero descriptio qua utuntur est magistralis quæ ab authoribus non reperit, sed hodierni chirurgici mirabiliter istã descriptionẽ laudant, quia mirabiliter genera carnem & cõsolidat: & est cõe ad omnia uulnera, Fasciculus medicinæ in sua anatomia habet idem, sed non est simile: inutilis diuersitas inter multos est in hoc unguẽto. nã quidã dicunt quòd dicit gratia Dei. i. a Deo datũ. Alii dicunt quod dicit gratia Dei, a quadã herba quæ gratia Dei vocatur quæ eius cõpõnem intrat: cuius formam infra ostendam, & sine dubio est consonũ quòd debeat dici unguẽtũ gratia Dei, ab illa herba q̃ recipit, ut dicimus unguẽtum de lithargyrio a lithargyrio qd recipit: & sic de singulis: sed quia hæc descriptio in usu non est ualde: hoc aduenit quia pauci inuenerũt eius descriptionẽ. infra uero apparebit alia descriptio quæ est magistralis: hoc unguentum apud quosdam dicitur vnguentũ ceraseos.

Herba gratia Dei apud Moder. herbaticos uulgo sic est uocata, & est herba: cuius lõgitudo est unius palmi, aut parum plus: folia habet similia hyssopo: florem habet inter folia paruum: cuius color tendit de bicoloribus ad album & purpureum sicut herba quæ dicitur uolubilis quæ in uineis nascitur: radicem habet paruam et paucã. apud nos in pratis ualde abundat, & cognoscitur propter saporem foliorũ: nam folia ipsius habent amaritudinem, prout centaurea minor aut parum plus.

LXXX.

DE CLIMIA, in cap. de medicinis cicatrizatiuis.

℞. Climiæ adustæ, colcotar adusti, an. ʒ. ii. ceruſſæ, lithargyrii an. ʒ. iiii. puluerizent, & cum oleo myrtino & aceto uini granatorũ & uino stiptico. i. forti misceant, & fiat unguẽtũ.

COMMEN. MANLII.

Istud unguentum nõ est in usu. Climia uero ſm Moder. est res sicut fuligo quæ adhæret superioribus partibus fornacis in depuratione auri, & tunc dicitur climia auri uel argenti, tunc dicitur climia argẽti uel aliorum. & modũ eius adustionis docet liber qui dicitur Bulchasis in. i. tracta.

Colcotar est uitriolum citrinum. Gal. in lib. Secre. in ca. ad omnes ægritudines dicit quòd est atramentũ albũ ergo est vitriolum album, sed nõ recte. Io. Angli. in ca. de ulceribus & vulneribus nasi ait: Colcotar. i. atramentũ citrinũ, & ita dicit Aui. in ca. de attramẽto: nos uero loco eius uitriolum viride generaliter, aut vitriolum Romanum ponimus.

LXXXI.

DE VERMIBVS incarnatiuum, in cap. de medicinis incarnatiuis.

℞. Vniusq; cõsolidæ, pilosellæ, utriusq; plantaginis, an. M. i. uermiũ terrestriũ. ʒ. vi. terantur oia & ponantur in libr. i. s. olei cõis per septẽ dies. deinde bulliant modicũ, & coletur & exprimat, & tunc addatur seui arietini mundati lib. i. picis naualis. ʒ. vi. picis græce. ʒ. iii. armoniaci, galbani, opopanaci terebenthinæ, an. ʒ. i. thuris, masticis, an. ʒ. s. dissoluant gummi in aceto, et fiat unguentũ, quod mirabiliter ualet.

COMMENT. MANLII.

Istud vnguentum nõ est in vsu. Vermes s. terrestres sunt, multum laudati. Isido. in ca. de uermibus inquit: Vermis est aĩal quod plerũq; de carne, vel de ligno, vel de quacunq; re terrena sine ullo cõcubitu gignitur: licet nõnunquam & de ouis nascantur ut scorpio: sunt autem uermes, aut terræ, aut aquæ, aut aeris, aut carnium, aut frondium, aut lignorũ, aut vestimentorũ. O quanta admiratio est quòd in corpore humano generanẽ lumbrici longitudinis duodecim brachiorũ: & isti vermes apud quosdam uocantur solea piscis. Ser. de vermibus duo fecit capitula, vnum de lũbricis terrestribus ubi dicit: *Isculi vel lumbrici terreni.* Aliud de vermiculis uasorum quos dicit esse *uermiculos paruos, qui quando* tanguntur inuolunt seipsos & *sunt virides.* Aui. in 2. can. vocat ipsos charathin, & sunt lumbrici terrestres. Leonar. de Preda palea in ca. de medicinis & soli latiuis inquit: Puluis uenæ terræ. i. lumbrici terrestris, hi satis noti sunt.

Pilosella herba est satis nota: dicit aũt pilosella pp abundantiam pilorum quos in foliis habet ego nõ inueni authorem autenticũ qui de ipsa speciale faceret ca. sed apud Moder. pilosella est herba, nascens in locis lagidosis siccis cũ foliis quæ expandunt super faciem terræ. & super ipsa folia habet pilos ab vno latere, & ab alio cũ flore rubeo: hic a multis dum est recens comeditur. Exiitimauerũt quidam quòd hæc sit quam Aui. in. 2. can. vocat fistulam, sed nõ approbo.

LXXXII.

DE MATRISSYLVA in cap. de fractura cranei. s. ossis capitis.

℞. Ex matrissylua recenti, & fac ipsam bullire in vino usq; ad cõsumptionem medietatis, deinde coletur, & in ipsa colatura addatur oleum & cera, & bulliat vsq; ad consumptionem, & pone super duram matrem.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum non est in usu. Leonar. de preda palea in cap. de cura vlcerum in generali habet idem, sed non est conforme: verum differt parum. hoc unguentum videtur esse idem cum uno emplastro quod describit Nicolaus Flor. sub nomine emplastri bouini quo communiter vtuntur: cuius descriptio inferius apparebit.

Matrisylua apud Dioſc. vocatur periclimenon siue splenion, siue splenaria, & est herba seu frutex, dictũ fuit supra in unguento marriatonis. Leonar. inquit: Matrissylua. i. caprifolium idem dicit Nicolaus de hac multi faciunt licũ, sed est deterior in bonitate aliis speciebus licii.

Olei. s. olei. oliuæ, ceræ. s. usualis: hic Magister Petrus nõ ponit dosim de istis duabus rebus, sed Leonard. ponit olei communis, ʒ. vi. ceræ ʒ. iiii. Nicolaus vero ponit ceræ citrinæ, terebenthinæ, an. ʒ. iiii. olei rosati, ʒ. ii. magister Petrus non habet resinam nec terebenthinam. Leon. habet resinæ terebenthinæ an. ʒ. iii. bulliant omnia ad consumptionẽ medietatis succi, & fiat unguentum.

LXXXIII.

DE VESPERTILIONIBVS, in cap. de podagra, siue gutta frigida.

℞. Vespertiliones numero decem, & pone in caldario, & cooperi cum aqua pluuiali, & coque usq; ad medi. consumptionem aquæ & cola, fiat unguentum &c.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 182 sur 335

COMMENT. MANLII.

Iſtud unguentũ non eſt in uſu. Veſpertilio eſt animal qđ de nocte uolat. Aui. in. 2. can. de veſpertilione ſic ait: Dicit ꝙ ſcrirazirac eſt lac eius, & dicitur ꝙ eſt urina eius. Lafrãcus chirurgicus in ca. de panno. lentiginibus gutta roſacea cicatricibus ulcerum, & eorum cura inquit: Puluis paruorum murium ſiue veſpertilionum, quod idem eſt.

LXXXIIII.

DE FORMICIS, ibidem.

℞. Terræ formicarũ cum ouis & toto. ʒ. iii. farinę hordei et fabarũ an. ʒ. roſarum. ʒ. s. maluæ, mandragoræ an. 3. vi. coq; roſas maluam & mãdragoram in tribus libris aquæ uſq; ad medietatẽ, & cola, & confice cũ reliquis medicinis in mortario puluerizatis, addendo tria albumina ouorũ & vtere.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguentum non eſt in uſu. Formica eſt aĩal paruũ oĩbus notum, etiam formica aliqñ accipitur ꝑ quadam ægritudine, de qua Aui. in. 4. can. in ſen. 3. ca. de formica militari inquit: Formica eſt puſtula, aut puſtulæ quæ ægrediũtur & faciunt accidere apoſtema purum, & ambulant, & fortaſſe, vlcerant, & fortaſſe reſoluuntur, & tu iam ſciuiſti cauſam cuiuſq; illorum, & color quidem formicæ ad citrinitatem eſt decliuis, & eſt inflãmata cum ſuã verrucali & rotunda, & ſm plurimum habent radicẽ latam, niſi quædam ſpẽs eius acruhaurod, & eſt radicis paruæ quaſi ſit pendens, & ſentiẽ in omni formica ſicut punctura formicæ &c. Leon. de Preda palea, in cap. de formica inquit: Formica dicitur eſſe puſtula parua granata de cholera aduſta denominata ſic tali noĩe per formam coloris citrini, & per quantitatem paruitatis, & ſimilitudinem illius animalis apparet. ſ. in colore formicæ citrinæ. & paruitate illius animalius & pũctione.

Poſtquam dixi de formica quæ puſtula uocatur, nunc uero uolo narrare de natura quę inuenitur in formica nã Iſid. inter minuta animalia computat ipſam, & inquit: Formica dicitur eo ꝙ fera micas farris, cuius ſolertia multa eſt, prouidet enim in futurum, & præparat in æſtate quod hieme comedat, in meſſe autem eligit triticum, ordeum non tangit dum pluit & ſuper frumentum totum eiicit. dicuntur in Aethiopia eſſe formicæ ad formam canis, quæ harenas aureas pedibus eruunt, quas cuſtodiunt ne auferantur, captantesq; ad necem perſequuntur.

EX OFFICINIS, vulgo MAGISTRALES.

LXXXV.

DE ADIPIBVS.

℞. Olei camæmillæ, olei vio. an. ʒ. vi. butyri recentis, adipis gallinæ. an. lib. i. ceræ quantum ſufficit.

COMMEN. MANLII.

In uſu eſt.

LXXXVI.

GRATIA DEI.

℞. Galbani, opopanacis, viride æris, thuris, ariſtolochiæ lõgæ maſticis, myrrhæ ana. ʒ. i. armoniaci. ʒ. ii. ʒ. ii. ceræ. ʒ. viii. olei communis, litargyrii an. ʒ. xviii. bdelli. ʒ. ii adamantis, calamitæ, lapidis hæmatitis an. ʒ. i. cõficiantur ſecundum artem addendo ʒ. vi. terebenthinæ. ʒ. iiii. abiezi, & fiat in magdaleonibus, ut eſt notum.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguẽtum eſt in uſu generaliter, uerum eſt ꝙ ſunt ex hominibus qui componũt ipſum ſm iſtam deſcriptionẽ, & ſunt ex hominibus qui componunt per aliam deſcriptionem ſecundũ diuerſitatem locorum, quando autem hoc facis, eius color eſt tripliciter: Scias autẽ ꝙ hodierni chirurgici laudant unguentũ gratia Dei ſecundum deſcriptionẽ Petri Argillatæ, & illud uocatur unguentum gratia Dei. ꝑ pter herbam gratia Dei, quam recipit de quo ſupra.

Thus dicitur a uulgo, incenſo. Circainſtans ait olibanũ idẽ eſt quod thus. gũmi eſt cuiuſdam arboris. iuxta Alexandriã naſcit qđ Alexandrinũ dicit, & eſt melius & purius. naſcitur et iuxta Damaſcenum, & Damaſcenũ dicitur, qđ eſt albũ purũ, & inueniẽ thus groſſum, quòd thus maſculũ dr.

Adamas. ſ. lapis adamas. Sera. in ca. de lapide adamas dicit, quòd lapis adamas eſt mes fluminis in quo eſt lapis demes, & eſt flumen ad quod nunquam iuit aliquis niſi Alexãder, & eſt in finibus coraſcen, & color eius approximat colori ſalis armoniaci, nõ eſt lapis magnes, ut quidam putauerunt. Simon Ianuen. ait: Adamas lapis duriſſimus, inter preciоſas gemmas computatus, ſex angulos habens ferruginei coloris, quod multi mentiti ſunt non poſſe frangi niſi cum hircino ſanguine: aut plũbo, quod auri fabri experti negant aliquando adamas magnes vocatur, ſed falſo.

Calamita. ſ. lapis calamita quæ a multis vulgari nomine ſic eſt vocata, ſed apud Dioſ. vocatur lapis magnes, & eſt lapis qui inuenitur circa litus oceani apud trogoditas, & in India ab inuentore ſic uocatus. iſte eſt lapis qui attrahit ferrum ſicut eſt notum omnibus. Aui. in. 2. can. inquit. magnes eſt lapis qui attrahit ferrum, cũ ergo aduritur fit ematites, dãt mihi admirationẽ verba Aui. dicentis, quòd qñ magnes aduritur fit ematites. ſ. lapis ematites, qđ ignoro, quia lapis ematites eſt in colore rubeo, & magnes nigro, quod nõ cõuenit niſi forte ut arbitror acqreret illũ colorẽ ex aduſtiõe.

Abietinum eſt gũmi abietis, & eſt ſicut terebintina, ſed non eſt ita ſubtilis, ut eſt notũ. Iſid. in cap. de propriis nominibus arborum inquit: Abies dicta quòd præceteris arboribus longe eat, & in excelſum promineat: de qua Virg. ait.

Et caſus abies viſura marinos.

Quia ex ea arbores nauium fiunt. hanc quidam gallicũ vocant propter candorem. Pet. de Creſcẽ. dicit. Abies picea, & arexes, ſeu larices quaſi eædem arbores ſunt.

LXXXVII.

STAPHISAGRIVM.

℞. Staphiſagriæ, ſaponis mollis an. ʒ. ii. axungiæ porcinæ. ʒ. iii. argenti viui extincti. ʒ. i. s. miſce, & fiat vnguentum.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud unguentum eſt in uſu ſub nomine vnguenti ſtaphiſagrii: aut ſub nomine unguenti pro piatolis, aut pro pediculis, aut pro ſoldatis, quod idem eſt.

Staphiſagria aũt ſecũdũ Sera. eſt granũ capitis, & ẽ dicta paſſula montana. Aui. in. 2. can. ait: Staphiſagria eſt vua paſſula mõtana, & eſt granũ capitis, in monte Libano inueniẽ de eo plurimum, & eſt granũ nigrũ ſicut cicer nigrum. Circainſtans inquit: Staphiſagria quæ ẽt caput purgiũ dicit: ſemen & herba ſimili noĩe appellant. dicitur. n. caput purgiũ, quia caput purgat: multæ eſt efficaciæ: ſemẽ vſui medicinæ competit per decem annos durat Iſid. ſtaphiſagria, hoc eſt herba quinq; digitorum: huius ſemen &c.

LXXXVIII.

DE ANTHERA MAGNVM.

℞. Antheræ. 3. vi. roſarum rub. balauſtiarum, corticum granatorum, gallarũ, nucis cypreſsi, gummi arab. myrrhæ, myrtillorum draganti, terræ ſigil. coriandrorum præparatorum boliar. ſandalorum rub. an. 3. iiii. ſanguinis draco. maſticis, thuris hypoqſtidos an. 3. iii. s. acacię. ſumach an. ʒ. v. bdellii, ſpodii, corallorum rub. an. 3. ii. camphoræ. ℈. i. copularũ glãdiũ. 3. vi. charabæ, ſeminis, plantaginis, an. 3. iiii. olei roſ. li. i. olei myrtillorum, olei cytoniorum, olei maſti. an. ʒ. vi. miſce, & fiat unguentum ſecundum artem.

COMMEN. MANLII.

Iſtud unguẽtum eſt in uſu: ſed ſunt ex hominibus qui cõponunt ipſum ſecundum iſtam deſcriptionem, & ſunt ex hominibus qui componunt ipſum per aliam: tamen iſta deſcriptio apud hodiernos doctores multum eſt laudata, & ſunt ex hominibus qui uocãt hoc unguentum conſtrictiuum: infra apparebit una alia deſcriptio.

Anthera aũ t ſecundum communem opinionem eſt ſemẽ cuiſdam fructus qui dicitur a uulgo gratacul. Io. Anglicus in ca. de fluxu ventris in febre inquit Anthera. i. ſemen roſarum idem dicit in cap. de cura fluxus ſangu. Circainſtans anthera dicitur flos roſæ: eſt autem quoddam quod reperitur inter roſam: eius fructus apud Auic. in. 2. can. vocatur rubus: cuius fructus eſt ſicut oliua habens interius lanam. idẽ Sera. in ca. de rubeo inquit: Sed rubus canis eſt maior rubo ſatis: nam aſsimilatur in magnitudine ſua arboribus. & folia eius ſunt latiora foliis myrti; in ramis eius ſunt ſpinæ duræ habet florem album, & fructus eius eſt oblongus ſimilis

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 183 sur 335

nucleo oliuæ:qui quando maturauerit fit rubeus, & habet interius simile lanæ: qui quando deficcatur auferẽ quod interius est: & hæc est planta quæ apud Dios. uocatur cynos batus: in cuius summitate nascitur quædam res similis spongiæ:& in ea interdũ uermes inueniuntur. & hæc apud ignorantes spina alba seu bedeguard uocatur.

LXXXIX.

DE ANTHERA MINVS.

℞.Olei rosati.ʒ.vi.ceræ,antheræ,an.ʒ.i.acaciæ.ʒ.iiij. sandalorũ rub.rosa.rub.an.ʒ.ii.boli ar.ʒ.i.misce, & fiat unguẽtũ.

XC.

Rubeum Camphoratum.

℞.Olei rosati lib.i.&.ʒ.viii.litargy.ʒ.ii.minij.ʒ.iii.s.ceruſſæ.ʒ.i.s.thutiæ,camphoræ,ana.ʒ.iii.ceræ.ʒ.ii.in æstate,& in hyeme.ʒ.i.fiat unguentum in mortario plumbeo cum pistello plumbeo, & sant qui addunt chimoleæ.ʒ.vi.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentum est in usu: maxime apud chirurgicos: dicitur autem unguentum rubeum camphoratum, ad differentiam alterius descriptionis quod dicitur album.

Camphora autem apud Sera.& Aui. est gummi arboris, ut dictum fuit: sed scđm Circainstans camphora est succus cuiusdam herbæ quæ in fine ueris colligitur, & teritur, & succus eius exprimitur:quod fœculẽtum est residet,& abii scitur, quod purum est & liquidum retinetur,& soli exponi tur & deficcatur, & reducitur in substantia camphoræ. Io. Angli. in ca.de sterilitate ait: similiter camphora frequẽter odorata multũ impedit erectionẽ: & ideo dicitur in uersu. communi. Camphora per nares castrat odore mares.

XCI.

DE CAMPHORA ALBVM.

℞.Olei rosati lib.i.ceræ nouæ albæ.ʒ.iii.ceruſſæ.ʒ.xii. albumina ouorum numero.vi.in quibus dissolutæ sint.ʒ.ii.camphore cum aqua rosata,& fiat unguentum secundum artem

XCII.

PECTORALE.

℞. Mucillaginis psylli,dragacanti, gummi ar.seminis lini, fœnugræci ana.ʒ.i.pinguedinis gallinæ,medullæ uituli, butyri recentis loti cum aqua uiolarum,ana.ʒ.i.s.olei uiolati, olei amygdalarum dulcium, ana.ʒ.i.cerę albæ quantum sufficit, & fiat unguentum molle pro pectore.

COMMENTA. MANLII.

Istud unguentũ est illud quo generaliter utuntur: uerũ supra est posita una alia descriptio, quæ est ex authoritate Bartholo.Montag.sed non est idem:uerum ꝙ hodierni authores laudant etiam illam sed in usu non est tantum hæc descriptio in partibus Mediolanensibus est multum in usu.

XCIII.

DE LAPACIO.

℞.Olei uiolati.ʒ.vi.ceræ uirginis.ʒ.ii.succi lapacii in aceto infusi.ʒ.vi.ceruſſæ,lithargirii, ana.ʒ.ii.&.ʒ.ii. camphoræ.ʒ.ii.misce,& fiat unguentum, & lauetur cum aqua solatri,& optimum est.

COMMEN. MANLII.

Istud unguentum est in usu: maxime scđm istam descriptionem: eius autem descriptionem non repperi ab authoribus.uerum est ꝙ Petrus Argillata in cap. de corrosionibus capillorum laudat unguentum unum factum de succo lapacii scriptum ab ipso, ut inquit: infra in cap. de tinea:ego autem uidi prædictum cap.totum, & prædictum unguentum non repperi,uerum,est ꝙ ipse in illo cap. describit duo unguenta, & in utroque illorum ingreditur succus lapacii,sed non habeo certitudinem si sint de lapacio, aut non: lapacium autem est rumex, quod apud omnes notum est.

XCIIII.

PRO STOMACHO.

℞.Masticis.ʒ.i.aloes.ϑ.ii.garyophyllorum, cinnamomi, calami aro.ana.ϑ.iiii.aquæ rosæ,& uini cytoniorum ana.ʒ.iii. olei masti.ʒ.iiii.ceræ quantum sufficit, & fiat unguentum, quod est bonum & expertum.

COMMEN. MANLII.

In usu est.

XCV.

CITRINVM usuale, quod in colorem citrinum efficitur.

℞.Terebentinæ,olei communis ana.ʒ.vi.rasæ pini.ʒ.iiii.ceræ citrinæ.ʒ.iiii.s.gummi elemi.ʒ.s.misce, & fiat unguentũ secundum artem.

XCVI.

AD SCABIEM, quo si plantæ pedum, et manum ungantur, omnem scabiem delet.

℞.Olei laurini.ʒ.iii.thuris albi,ceræ mundæ,ana.ʒ.ii.argenti uiui mortificati cum saliua.ʒ.ii. pinguedinis porci mundi.ʒ.v.salis communis triti.ʒ.viii.succi plantaginis,& fumi terræ ad libitum omnia misceantur, & fiat unguentum, & est mirabile.

XCVII.

MOLLITIVVM,quo utuntur Veneti.

℞.Mucillaginis altheæ,mucillaginis fœnugræci,mucillaginis seminis lini an.ʒ.vi.lithargyrii auri lib.ii. terebentinæ, medullæ cruris uaccæ an.vn.iii.ceræ.vn.iiii.ireos pulueriza ti,olei seminis lini lib.ii.s.misce,& fiat unguentum in bona forma.

Peroratio in.xiii.sectionem.

Vtilis tractatus de unguentis coadiuuante uniuersi orbis conditore fœliciter expletus est. Sequitur nunc tractatus de emplastris super antidotarium domini Mesue ac aliorũ doctorum in sacra medicina scribentium.

LVMIN. MAIORIS,

SECTIO QVARTADECIMA.

EMPLASTRA CONTINENS. EX ANTID. MESVE.

I.

DIACHYLON,uulgo DIAQVILON magnum,

RECIPE lithargirii mũdi triit et cribellati.ʒ.xii.olei irini .i.de ireos,& camemellini,& anethini an.vn. viii. mucillaginis seminis lini, mucillaginis fœnugræci, & radicũ altheæ, & mucillaginis ficuum pinguium,mucillaginis passularum,& succi ireos, & succi squillæ,& hyssopi humidæ, et glutinis alchanach an.ʒ.xii.s. terebẽthinæ.un.iii.resinæ pini,& ceræ citrinæ ana.vn.ii.cõficiant hoc modo : lithargyrium & suprascripta olea diu in mortario lapideo cum pistello ferreo conquassetur per spatium mediæ horæ, deinde bulliant super ignem leuem cum facilitate semper agitando cum spatula donec coaguletur totum,tunc deponatur ab igne & dimittatur infrigidari: deinde.℞.mucillagines ac alia & simul iterum bulliant donec efficiantur eius forma dura deinde ab igne deponatur:& ponatur super marmor,& fiat in magdaleonibus.inquit:Filius Zachariæ,acquiritur ei ex decoctione ut descendat a mollitiæ, & accedat ad spissitudinem unguentorum, & liniatur in panno, & superponatur ubi oportet.

COMMEN. MANLII.

Istud emplastrum est in usu maxime,scđm istã descriptionem.ipse autem Mes.intitulat hoc emplastrum diaquilon, sed scđm Moder.opinionem debet dicere diachilon.i.cõpositio facta ex mucillaginibus & succis, & propter hoc a multis dicitur cerotum de mucillaginibus sine gummis.& sic si bene legis expositiones nostrorum doctorũ uidebis ꝙ emplastrum diaquilon magnum, & cerotum de mucillaginibus,& unguẽtum diaquilon sine gummis idem sunt, et qui non credit uideat in antido.Io.Sera. quod dicit.unguẽtum de mucillaginibus,& est diaquilon.idem dicit Gentilis sup quintum can.Aui. Magister Petrus Argill. in cap. de scro-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 184 sur 335

fulis:ponit unguentū diaquilon,quod idem eſt.& ibi docet ipſum cōficere cum gūmis,de quo infra,ſupra eſt poſitū unguentum de mucillaginibus ex authoritate Bart.Montag. quod pōt fieri pro diaquilon ſine gummis. Scias aūt ꝙ generaliter apothecarii maxime, apud nos faciunt emplaſtra in forma molli,& cerota in forma dura.de quo apothecarii Neapolitani admirantur,quia ipſi faciunt contrariū.nā emplaſtra faciunt in forma dura & cerota in forma molli. Leonar.de Preda palea.in ca.de ulceribus profundis ponit emplaſtrum diafinicon deſcriptione Alexandri,ſed dicitur emplaſtrum.i.dura confectio,eadem eſt opinio Nicolai.

Gluten alchanach.ſiue alchamach, ſiue alcanach quid ſit generaliter ignoratur:uere nūq̄ uide nec audiui ab aliquo uidiſſe authorē autenticum de eo mentionem facere. uerū ſecundū conſuetudinē apothecariorū eſt colla piſciū,quod non nego,nec affirmo.certe in partibus Romæ dictum fuit mihi ꝙ in rei ueritate gluten alchanach eſt quidam uiſcus qui reperitur in Arabia ſup arborē aſſæ fætidæ,tamē Deus ſcit.Magiſter Pet.Argil.qui ſæpe & ſæpius utitur iſto unguento quod ipſe deſcribit in ca.alle.& ibi loco glutinis alchanach ponit uiſcū cū quo capiuntur aues,ſed nos intelligimus uiſcū quercinū quod conuenit in iſto caſu,tamē ego nō affirmo quid ſit,ſed generaliter loco eius ponitur colla piſciū,ſed intērio noſtrorū chirurgicorū uiſcus quercinus ēt ualet.Si autem facere uolueris unguentū diaquilon ſeu emplaſtrū de mucillaginibus cū gūmis oportet facere, ut docet magiſter Pet.Argi.in ca.alle.ubi ſic ait.in fine deſcriptionis dicens.conficiatur ſicut ipſe Meſue docet in antidotario.& ſic cum iſtis addatur bdellium,ſerapinum,armoniacum an.ℨ.i.erit diaquilon gummatum ſiue cum gummis,tu uero ſcias ſi ponas ſupra unguentum diaquilon ſine gummis,aut cerotum de mucillaginibus ſine gummis iſtas tres gummas quas nominauit,tūc erit diaquilon cum gummis.

APPENDIX.

Medicamentum διὰ χυλῶν,ex ſuccis nempe, a Menecrate inuentum,hunc in modum Damocrates(ut GALENVS vii.Medicamentorum per genera teſtatur)numeris trimetris non ineleganter cecinit.

DAMOCRATES.

Præfati igitur,quod tandem pacto uulnera.
A phlegmone ſecura recte glutines:
Poſthac agemus quo modo cum phlegmone
Obſedit ipſa,curare queas commode.
Cum muſculo læſo,uel neruo quopiam
Vel & propinqua quando oſſi membranula
Punctā ditem poſt quartum continuus dolor.
Et phlegmone febresque cum ſymptomatis
Multa uigilia,tum delirio,& ſiti
Ac ſiccitate linguæ,creſcantque omnia.
Et quotidie uergant magis ad deterius.
Et fœculenta ſanies tenuis,uulnera &
Rubeant,propinqua item patiantur corpora
Diſtenſiones,phlegmonas,œdemata,
Iras,uariis tunc abſtine cataplaſmatis
Qui mos iuuenibus eſt facere,quo phlegmonum
Status effugientes non dent calumniis
Occaſionem.at arti qui fidit ſuæ.
Cum timere pariter cum ægrotantibus
Oportet,haud expectantem dum uicerit
Natura,uel fortuna quædam iuuerit.
Ergo pares,quibus conſului affectibus
Quod & podagricis medicamentum conuenit
Aegris impoſitum,quo tu cupias tempore
Spacio quidem promptam agilitatem corpori
Progignit,ipſum nec cito permiſerit
Gallis,nec facile crebris angi inſultibus.
Morbos initio prohibet increſcere,
Cogit autem uigentes mos decreſcere,
Nil ad alia deſcendas facile medicamina.
Hunc pharmaci in modum fit compoſitio.
Lithargyri læuiſſimi chryſitidis
Libras duas miſcens,quatuor axungiæ.
Valde uetuſtæ,annoſæ atque craſisſimæ
Et non olentis,non nigræ,non aſperæ:
Sic nanque ſumet pharmacum efficaciam.
Liquatæ diligenter figlina axungiæ,
Membranulas ſalemque mox deponitò
In uas aliud ipſa percolans amplius:
Adiectoque oleo,rurſus cura ferueat,
Non omne pones oleum,ſed partes duas,
Tertia manebit in expedito condita,
Si ſit neceſſum iungere,ne abſit longius.
Veteris omnino per hiemem,cum inditum
Medicamini oleum craſſum longo tempore
Euaſerit,lithargyrum & feruentibus
Inſpergito,leui igne & aſſiduo coquas
Spatha mouens,quæ potior eſt ex picea
Cum cœperit mediocri coctum tempore
Medicamen hoc emplaſtri ſpiſſitudinem
Nec non fœtorem ſimili pacto pharmaci,
Ab igne cacabum confeſtim deponito,
Curans per æſtatem pauxillo durius,
Sed hieme molliuſculum,non inquinaus tamen.
Moueto,quoad modice ita refrixerit:
Sic deinde rurſus manibus durioribus
Totum ſubactum, ex olla transferri iube
Cum poſcet uſus,iterum ualide mollies,
Mollique pelliculæ diligenter illines
Permagna ſuperaccommodamus ſplenia.
Si quando hoc emplaſtrum efficacius
Deſideres ac neruos craſſos muſculos,
Durasque mammas, atque articulos inſuper
Tumentes fieri,pondo radicum indito
Agreſtis maluæ,purarum ac recentium
Sectarum in partes digiti craſſitudine
Ac longitudine,in olla feruentibus.
At cum madorem totum,& uires pharmacum
Ex igne depoſuerit colo traiice
Maluæ radiculam,leuem & lithargyron
Inſperſum coquito,ut dixit prius, reponito &
Simili modo rurſus,eodemque utitor.
Vtriuſque tenere iſtud uirtutes ait
Inuentor Menecrates medicaminis
Primus,uir equidem erga artem affectus optimi
Etenim recentia ſeruat citra phlegmonem
Vulnera,eadem diuiſa glutino
Iungere,tum phlegmone obſeſſa ulcera
Nimis,medicari & uulneratos muſculos
Perſuaſit,ſine quodam alio,quæ ſuccurrere
Poſſunt,cataplaſmatis,fomentis,ſpongiis.
At omnia,quæ facere confirmaui prius
Medicamen ex lithargyro,& axungia
Facit.optimum uero peſſum diutinis
Recentibusque uteri inflammationibus
Implere caua dilutum roſaceo
Vel myrteo bono,& cicatricem addere.
Summatim omne cataplaſma necnon pharmacum
Extrinſecus quod ipſis ſuper infunditur.
Superfluum eſſe dicit iſto utentibus.
Profecto dignum ſcriptione eſt pharmacum
Iam & fidem promittit inuidis.
Hunc in modum ipſum præparari dictitat.
Septem æſtiuis olei libras,temporibus
Indes,alias eius dimidium repperi
Pinguis,recentis pariter & axungiæ.
Sed hieme,ſicut tradit, conficies nouem.
At ſex læuiſſimi modo lithargyri,
Fœnigræci adhibet dimidium ſextarii,
Et ſeminis tantundem † combuſti lini,
Maluæque agreſtis pondo ſtatuebat tria
Radicis,etiamnum cui ſuccus ſit recens
Coquere ex aquæ ſextariis bis quatuor.
Ollæ orificio amplo recenti fictili
Maluæ radix purgata,conciſa itidem

† Mūdat ex uetuſto codice le gendum.

Et tenuis,& contusa ut fuerit indita,
Mox adde fœnigræci elutum probe
Liniq; semen, cum iam succum emiserint
Et spisitudinem habeant expressum linteo
Succum teneto libras implens quatuor,
Miscensq; oleum totum incoquito carbonibus.
Cum uero tenues bullulæ ex maioribus
Crebræq;, in iis quæ cacabus tenet,emerserint,
Lithargyrium læuem protinus aspergito,
Igniq; non acri, sed assiduo coque
Dum succus una cum pingui sit torridus.
Medicamen appareat emplastrum melinum
Boni coloris,amolyntum, sed non nimis
Durum:uetustis hoc qui inuenit pharmacis.
Vocabat ipsum non absurde διὰχυλὸν

ALIVD.

Et hoc eodem prodit genere pharmacum
Aliis licet misturis ipsum præparent,
Affectibus quos retuli,prorsus benefacit.
Summatim omnibus, & crudis,& quæ coqui
Mutariq; facile nequeant, ingueant, ingentia
Et musculorum, & membranarum uulnera
Persanat,ipsorum nam facile subuenit
Punctibus,arthriticis iniectum item omnibus
Infestatos iam mitigabit diutino
Dolore. Sumit picis quam siccissimæ
Libras duas,ceræq; totidem ponticæ
Puræ,terebenthinæ liquidæ libras duas
Mannæq; & thuris ueri unam pondo libram
At selibram, uel hac pauxillulo minus
Albi,recentis,ualde pinguis butyri,
Reliqua liquato acri igne, & assiduo simul:
Vbi cernis digitos pharmacum non amplius
Inquinare,cacabum a flamma deponito,
Mannam liquatis inde sic aspergito
Mouens medicamentum ualde rudicula,
Sic refrigeratum,& mollitum reponito,
Huic copiosum,tum recens rosaceum
Contemperans, ad caua,& carnis indiga
Adeo ulcera utere, tendonumq; phlegmonas,
Tum quæ non facile in pus mutantur candidum.

Et hæc Damocrates.

Quæ omnia quam breuissime Paulus lib. vii. cap. xvij. iis uerbis perstrinxit.

Spumæ argenti lib.sex.

Olei { Estate / Hieme } libræ { vii. / ix. }

Fœnugræci, sextarius dimidiatus.
Seminis lini,semisextarius.
Altheæ, libræ tres.

Althæam,ac semina in aquæ sextarij.xx. decoquito, donec parum relinquatur ex ipso, inde succi libris quatuor ad mixtis oleo decoque,tantisper dum bullæ desierint: deinde leuissima argenti spuma imperfa,igni clemente usque dum manus non inquinet elixato.

II

DE GRANIS LAVRI.

℞.Olibani,masticis,myrrhæ,an.ʒ.i.grano. lauri.ʒ.ii. cyperi,costi.an.ʒ.s.mellis colati.q.s.ad aggregandum & extendatur in pãno,& calidum superponatur ubi oportet: fit aũt tripliciter cyperum,& de stercore uaccarum aut caprarum sicco ad põdus omnium.inuenitur mirabile ad hydropisim.

COMMEN. MANLII.

Istud emplastrum est in usu, tamen non ualde. Petrus de Crescen.inquit:Laurus est arbor satis magna:cuius frondes sunt latę & longę, & folia semper uiridia & odorifera ualde,quę arbor baccas facit quę sunt fructus parui nigri quorum magnitudo est sicut auellanæ paruæ super quas sunt cortices nigri subtiles qui compressione franguntur in duas partes, & ille sunt quę competunt medicinæ.

APPENDIX.

Compõnem διὰδαφνιδῶν uel ex baccis Lauri malumus.

VI.Medicamentorum per genera,Emplastra, Græcis διὰ φωρητικὰ atq; ἐπισπαστικὰ uocitata,explicans: similiter etiã
VII. inter Malagmata Asclepiadis,nec nõ lib.Medicamentorum per loca. IX.cap.III.GALENVS non inepte, quanquam ab hac Mesue longe diuersam, ostendit.

III.

DE GALLIA.

℞.Galliæ muscatæ,squinanti,an.ʒ.i.s.ramich,sumach, acaciæ,hypoquistidos.laudani, gallarũ nõ perforatarũ, calamiaro.rosarum & seminis eius, quod anthera a multis moderni dicit,sandalorũ albo.& rub.masticis,xyloaloes, garyophylli, spicæ nardi, olibani,myrrhæ,costi,cyperi,absinthij.an.ʒ.ii. fiat eorum cõtritio bona:deinde accipe succi folior& myrthę humidæ,foliorũ lauri, aquæ ros. & uini pontici an.ℨ.i.s. & submerge in eis calefactis tortellarum de seni.ʒ.iij. dactylorum siccorũ nume.xii.dimittantur per diem & noctẽ: deinde terantur,& fiat sicut puluis,et misceatur cũ miuæ aromaticæ.i.cum spẽbus.ʒ.iii.aut.iiij.gũmi assi.s.gũmi ar.ʒ.vii.coquantur omnia lento igne usq; ad spissitudinem mellis: deinde aggrega cum puluere rerum & tere diu in mortario, donec fiat totum uiscosum: deinde lini ex eo super lamina & suffumiga cum ligno aloes & epithimetur cum eo.

COMMENTA. MANLII.

Istud emplastrum non est in usu: dixerunt aũt ꝙ appellatur emplastrũ de gallia ꝓpter troch. de gallia quos recipit. Alii dixerunt ꝙ dicitur de gallia, quia in Gallia prouincia repertũ fuit,& utuntur ipso Bartho.Montag. in suo antido. habet unguentum de gallia muscata,quod in usu non est.Ramich uero est quædam confectio facta ex uarijs rebus et reducta ad formam troch.sicut apparuit supra.

Galla.s.galla asiana, gallarũ aliæ sunt perforatæ,aliæ nõ sed non perforatæ sunt magis laudatæ in medicinis quam perforatæ. Circainstans ait: Galla est fructus quercus:quę dã inuenitur grossa & leuis & perforata quæ modicũ ualet: aliæ reperiuntur in Asia & Africa:& dicuntur asianæ, quia paruæ sunt, & non perforatæ: quæ uero inter eas inueniuntur grosiores, meliores sunt.

Tortellę de seni.i.panis assi, siue panis biscotellus: eius modũ ostendam infra in cõfectione emplastri diaphœnicõ.

Vinum ponticum.i. forte: nam ponticus est sapor dictus fortis:potest etiam dici ponticum ab insula quadam sic nominata sed non est ad propositum.

IIII.

Relatum ad Andromachum.

℞. Sepi arietini,picis,an.ʒ.xviii.gũmi pini.ℨ.viii.ꝙ ex Aui. restituendũ censemus,auripigmẽti rubei & citrini aluminis scisi,calcis non extinctæ an.ʒ.xv.armoniaci.ʒ.ii.dissoluatur armoniacum cum uino rubeo, & dissoluatur in igne,& † al.vn.ii.
dissoluantur cum eo olei lib.ii. & puluerizanda puluerizentur, & aggrega omnia simul sm decentem modum præparationis eius,& utere ubi oportet expansum in lamina.

COMMEN. MANLII.

Istud emplastrum non est in usu. Aurumpigmentum latinum nomen est ab aureo colore.Isid.in cap. de coloribus inquit: Arsenicum quod latini ob colorem auripigmentum uocant, sine dubio auripigmentum & arsenicum eiusdem sunt generis, sicut patet si legis cap. de arseni apud Dios. in cap. de auripigmento apud Sera.uidebis ꝙ idem sunt: species autem arsenici uel auripigmenti:sm Dios.sunt duæ.s.rubeum & citrinum: sed secundum Aui.sunt tres.s.album, citrinum, & rubeum: de quo uide supra. Liber qui uocatur Bulchasis in lib.1. docet modum comburendi & albificandi auripigmentum, & sublimandi ipsum,& comburendi & uertendi citrinum in rubeum: & de sublimatione arsenici, & de modo uertendi arsenicum citrinum in rubeum.

APPENDIX.

Idem.v.can. Aui.non ineleganter perscribit,uerum in simplicibus, ac ponderibus non nihil euariat.

V.

SINAPINVM DEMOCRITI.

℞.Ficuum siccarum pinguium partem unam, et infunde in aqua tepida per diem et noctẽ,tunc exprime fortiter ut mu

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 186 sur 335

lus humor in eis remaneat: deinde ſinapi tritam cum aceto cum eis miſceas diligẽter diu cõmiſcẽdo, et ſit ſinapis pars una,& ficuũ pars alia,ſi uehemẽtioris uirtutis facere uoluеris pone de ſinapi partes duas: ſi aũt minus ex ficubus partes tres, & ex ſinapi partem unam.qñ autem applicatur loco dimittatur in eo.& auferatur anteq̃ uulneretur locus,& proprie qñ ſolum calefacere oportet,& qñq; dimittitur donec uulneretur,& proprie qñ profundarum materierum exclusionẽ quæris ſicut in talibus:in defectu uero ſinapis ſquibalæ caprinæ ponantur pridie in aceto infuſæ, & eſt ad hydropiſim & duritiem & dolorem ſplenis efficax. & qñq; additur in eis fimus columbarum agreſtium, & radix enulæ, & ſemen naſturtii, & grana lauri, & confert ad frigidas & uentoſas ægritudines uiſcerum & ſplenis & hydropiſim & ſimilia, & eſt expertum ab antiquis medicis.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud emplaſtrũ apud nos non eſt multũ in uſu.D.Raſis in lib.*Diui.in* ca.de ſciatica & dolore iuncturæ anchæ, habet etiam hoc emplaſtrum Synapis autem ſemen eſt ſatis notũ. Columella in lib.de cultu hortorum inquit.Seq; laceſſenti fletũ fractura ſynapis.hæc apud Arabes cardeldel dicit. Sera.autem in ca. de ſynapi ex authoritate Dioſ.inquit:Eligẽdum eſt illud quod non eſt ſiccum nimis neq; extenuatum habens granum groſſum,et qñ frangitur eſt album interius & eſt humidum. nam iſtud tale nouum eſt bonum.

Squibalæ caprinæ apud authores non inuenitur cap. ſub hoc nomine, ſed ſquibale apud græcos ſtercora ſunt. unde per ſquibalas caprinas intelliguntur ſtercora caprarum, & ſub iſto uocabulo Aui.& alii de eis loquuntur.

Colũbi agreſtes ſm multorum ſententiam ſunt columbi quos ruſtici fauacios dicunt,quorũ ortus ſunt in arboribus. d.Raſis in lib.1.aphori.inquit:Alchenebir.i.columbæ ſylueſtres.Extimauerũt quidam quòd columbus ſylueſtris ſit ille qui apud Aui.2.can.dicitur guareſcen: ſed non eſt certum.

APPENDIX.

SINAPISMI præparatio ab Aegineta li. vii.cap.xix. ad uerbum ſic perpulchre explicatur.

Ficus aridæ pridie aqua tepida irrigandæ ſunt, Poſtero die prævalidæ exprimendo ſtrenue leuigandæ, deinde acre ſinapi,cuiuſmodi Syriacum,& Aegiptium eſt priuatim conterendum,affuſo illarum diluto, & maſſa cõfecta miſcendũ. Siquidem uiolentius uoluerimus exulcerare,duas partes ſinapis cum una ficuum temperabimus: ſi uero mitius,econtrario,ſin mediocriter,æquis partibus utraq; confundemus. cæterũ ſinapi ante contritionem aceto dilutum,quemadmodum aliqui faciũt, inefficatius redditur. Atqui a ſinapis purgatione,& lauacri uſu,ſi dolor intẽſus,rubórue locus ſuffunditur,& puſtulæ oboriuntur,linteum ſucco maluæ, aut fœnugræci cum roſaceo irriguũ applicemus, deinde roſaceo cerato addita ceruſſa utemur. In diſſolutis uero in quibus ſenſus oblæſus eſt multũ diuq; aduertere oportet animum, detegendo,& ſpeculando ſubinde partẽ, non ſentientes & enim,ſæpenumero ſupra modum miſcere exuſti ſunt, & caprarum baccæ cum aceto cataplaſmatis inſtar illitæ efficaciores quã ſinapi ſũt, potiſsimũ in his q̃ laborãt Coxẽdice.

VI.

DIAPHOENICON Alexandri.

℞.Dactylorum uicinorum maturitati ſine obſibus.℥. v. tortellarum de ſeni.℥.i. cytoniorum & proprie carnium eorũ decoctorũ in uino ſtyptico.i.forti.℥.i.s.ſtoracis, calamitę, maſticis, laudani an.3.iiii.acaciæ,ſucci agreſtæ, florum uuarum agreſtium,roſarum,ſandalorum citrinorum,marchaſitæ,ramich,myrrhæ,aloes an.3.iiii.ceræ.℥.iiii. olei ro.℥.xv. uini pontici quantum ſufficit ad infundendum infundenda: & confice ipſum ſecundum artem, & lini ex eo ſuper laminam,& cum xyloaloe ſuffumiga & ſuperpone.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud emplaſtrum eſt multum in uſu, maxime ſcđm iſtam deſcriptionem quæ eſt de mente Alexandri. *ipſe* uero Meſue deſcribit unam aliam deſcriptionem, ſed non eſt tantæ utilitatis ut eſt iſta, tamen infra apparebit.

Tortellæ de ſeni. i. panis aſſus. & ab aliquibus uocatur panis azimus,& ab *aliis* biſcotelllus,& eius modus eſt multiplex ſcđm diuerſa loca. nam ſcđm quoſdam eſt panis biſcoctus factus de flore farinæ, de illa cõtrata uel de *illa* regione quæ dicit Seni.Io. Mat. Gradi. in cap. de fluxu uentris in generali inquit: Huic quoq; addatur pani biſcoctus de Syria.ſup.qñ intendimus facere cõfectionẽ ad modũ emplaſtri ad magis incorporandũ.nam talis panis ſic biſcoctus infundit in uino uel aceto:& cũ pulueribus facta expreſsione reducitur ad formã emplaſtri,& talis panis biſcoctus appellatur tortellæ de ſeni.& a Meſ.ponũtur in emplaſtro diaphœniconis, ſine dubio tortellæ de ſeni in emplaſtro diaphœn.intrãt, ſed eius modus non eſt,ut docet Io. Mat.Gradi,& ignoratur quid ſit Guli.Placen.in troc.de uiperis docet modũ faciendi, ut oſtenſum fuit ibidem:tamẽ melius infra iterum oſtendam Mat.autem Syl. inquit: Paſsime.i.tortelle panis azimi biſcocte de ſeni.i. de terra Hieruſalẽ: qñ ibi Arabes impaſtant eas cum aqua decoctionis maſticis, paſſularum,uerum ſunt ex hoibus qui ſolum impaſtant cum aqua decoctionis maſticis:ſed non recte. nam hodierni maxime ſapiẽtes impaſtãt ut dixi.& eius modus eſt q̃ accipiatur farinæ frumenti purgatæ a furfure quantitas q̃ uolueris,& impaſtetur ea cum aqua decoctionis maſticis & paſſularum quãtum oportet. & fiat ex eis panis in forma panis qui manducatur, & decoque in furno tantum q̃ in colore efficiatur niger,& quod facilius teratur,& poſtea utere ubi opertet. Iſid.panis azimus eſt panis non fermentatus. nam azimus eſt ſine fermento ſincerus acrizimus,leuiter fermentatus,quaſi acroazimus.Flores uuæ agreſtis ſunt flores lambruſcæ, & hæc eſt quam Dioſ. ænanthium uocat. Mat. Syl. in ca.de ænantio inquit:Ex authoritate Dioſ:ænantium flos eſt uitis agreſtis, quæ cum fecerit flores colligendi ſunt & deſiccandi: & alio nomine uocatur uitis,flores eius optime redolent, & ſiccantur in umbra,& in teſta reponendi ſunt melius naſcitur in Syria. idũ in litera.I.ait: Inanitum.i.flos lãbruſcæ: & eſt flos uitis agreſtis.idẽ dicit in litera maſſatis.

Marchaſita eſt lapis qui ab aliquibus uocatur luminaris, eo q̃ percuſſus ferro ignem emittit, dominus Meſue in ca. de lapide ſtellato de ipſo loquit,& hic eſt lapis qui a Dioſ. uocatur lapis pyrites, & dicitur a pyr quod eſt ignis: quia percuſſus ferro ignem emittit.

VII.

DIAPHOENICON, confortatiuum ſtomachi.

Prius fiat cerotũ cũ cerę.℥.ii.olei roſa. olei nardini an.℥. iiij.deinde.℞.dactylorũ ſiccorũ nu.xl.tortellarum de ſeni.i. panis uſti.3.v.deinde funde biduo in uino odorifero,& accipe carnium cytoniorũ decoctorum in uino.3.viii.& tere cũ dactylis cõtritione ultima,& miſceantur cum ceroto,& cõtundãtur in mortario donec aggregẽtur,deinde ꝓice ſuper ea maſticis, olibani,abſinthii,Romani ſicci an.3.ii.s. ligni aloes macis, myrrhæ, aloes,ſpicæ,acaciæ, * gallię, ramich,calami aro.an.3.i.laudani.3.ii.& iterũ conterant donec ꝓmiſceantur,deinde lini ſup lamina ex eo,& ſuffumiga cũ xyloaloe,& pone ſuper ſtomachum & hepar & uiſcera. de meliori autem operatione eſt ut maſtix, & laudanum cũ cera & oleis miſceantur,& ſic cum cæteris emplaſtrũ fiat.

Galle quercus gendum.

COMMENT. MANLII.

Iſtud emplaſtrum eſt in uſu:ſed non tantũ ut prædictum, quod dicitur eſſe ex deſcriptione Alexandri:dicitur aũt emplaſtrum diaphœnicon.i.de dactylis. ſpecies autem dactylorum ſm modernorum opinionem duæ ſunt.ſ. domeſtici & ſylueſtres, domeſtici autem ſunt fructus ex palmis domeſticis, & iſti ſunt noti.ſylueſtres uero ſunt dactyli dicti acetoſi,& iſti ſunt tamarindi, ut allegat dominus Meſue in ca. de tamarindis.eius arbor a multis alcori uocatur. unde Io. Serap.in cap.de debilitate hæpatis inquit.oleum de calcala .i.oleum de floribus dactylorum.

APPENDIX.

Emplaſtrum διὰ χαλκίτεως GALENI,ab his maxime diuerſum in unguentis numero.1.abunde ſcripſimus.

VIII.

Fili Zachariæ.

℞.Ceræ citrinæ.℥.iii.medullæ cruris uaccę,adipis gallinæ, mucillaginis

mucillaginis, semi.lini, an.ʒ.iii.olei de lino.q.s.si autem fortius facere volueris adde mucillaginis altheæ,& mucillaginis fœnugreci partes conuenientes,& pro oleo de lino ponatur oleū de cheiri citrina.i.de uiola citrina vel utrunq; & si adhuc fortius facere volueris adde hyssopi humidę,& glutinis danaham quantum de una mucillaginum,& miraberis effectum ad ea quæ diximus.

COMMENTA. MANLII.

Istud emplastrum apud medicos Papienses nō est multū in usu.immo est in usu apud medicos Mediola. quia in ipso inuenitur virtus mirabilis. nā lenit duritię nodositatum & iuncturarum,& multa alia operatur. Gluten autem danahā vel zanach.de ipso uide in emplastro diachylon supra.

VIII.

DE ALLIIS, Alexandri.

℞. Spicarū alii mundatarū.ʒ.iii.s.storacis, aloes boni, bdellii an.ʒ.iii.terebenthinæ.ʒ.iiii.axungiæ porcinæ recētis, adipis anseris an.ʒ.v.masticis,oliba.an.ʒ.i.s.euphorbii.ʒ.i.croci.ʒ.s.ceræ citrinæ.ʒ.xii.olei nardini.i.de spica nardi,& vini odoriferi an.quantum sufficit.

COMMENTA. MANLII.

Istud emplastrum non est in usu Allium autem dicitur q̄ oleat,maxime allium domesticū,& est illud quod intelligitur,quando simpliciter ponitur, & est aliud allium quod agreste uocatur,& istud appellatur scordeon seu tyriaca rusticorum.Sera.in cap.de allio ex authoritate Dios.inquit:allium aliud est domesticum & aliud agreste,& est quoddam ex eo quod inuenitur in Babylonia quod non est diuisum in dentibus &c. *Columella in libro de cultu hortorum inquit:Alia quæ in fractis spicis & olentia &c.*

IX.

RELATVM ad Aristarchum.

℞.Ceræ citrinæ.ʒ.i.terebinthinæ.ʒ.vi.axungiæ porcinæ recentis,adipis anseris,medullæ curis vaccæ ana.ʒ.iiii.bdellii myrrhæ,olibani,storacis,opopana. aloes,masticis ana.ʒ.i.s. armoniaci.ʒ.iii. colophoniæ.ʒ.vii. aluminis quod a uulgo de pluma uocatur.ʒ.i.spicæ.ʒ.vi.folii,calami aro.euphorbii granorū lauri an.ʒ.vii.olei balsami lib.i.olei nardini & vini odoriferi.q.suf.confice sicut sæpe narrauimus & utere.

COMMEN. MANLII.

Istud emplastrum apud medicos Papienses non est multum usuale,sed apud medicos Mediolanenses magis.

X.

DE MELLILOTO.

℞.Melliloti.ʒ.vi.florum camæmil.fœnugr.granorū lauri,radicū altheæ, absinthij an.ʒ.iii.semi.apii, cordumeni, ireos cyperi,ameos,anisi.i.semi. fœniculi romani, spicæ, casiæ an.ʒ.i.s.sampsuchi.ʒ.iii.ammoniaci.ʒ.x. stora. bdellij. an.ʒ. v.terebinthinæ.ʒ.i.s.ficuum pinguium numero.xii. sæpi caprini,resinæ an.ʒ.ii.s.cerę.ʒ.vi.olei sampsuchini, & olei de spica.q.s.aque decoctionis fœnugræci,& camęmillæ & mellilotī.q.s.ad infundendum,infusione diligenti misceantur & conficiantur,& epithimetur cum eo.

COMMENTA. MANLII.

Istud emplastrum est in usu apud oēs maxime ſm istā descriptionem. quia inuenitur in ipso mirabile iuuamentum ad oēm duritiem quæ est in stomacho & ad multa alia.Bart. Montagn.in suis consiliis in consilio de indigestione habet hanc descriptionē,sed non est oīno similis nec usualis Ioan. Concore.in cap.de spasmo & thetano & cuzez ponit emplastrum etiā mollitiuum competens,& est emplastrum de meliloto. ponitur a Mesue in suo antid.& sic ista descriptio Mesue est nobilior aliis.Melilotū aūt est nomen compositum a melli & lothos quod est trifolium.vnde melilotū inter species trifolii enumeratur,quidam sertulā campanā uocant,eo q̄ serto antiqui coronabantur,& propter id uocatur etiam corona regia.Sera.in ca.de melliloto ex authoritate Isaac eben amram inquit.Elchilelmelich est herba quę habet folia rotūda uiridia & ramuli eius sunt subtiles multū: & folia rara & fructus habens vaginas subtiles rotundas sicut virgæ puerorū parvulorum,& sunt in eis grana pauca glauci coloris rotunda maiora granis synapis, & quod de ipsa administratur sunt illæ vaginæ,cū eo quod est in eis ex granis,miror q̄ hodierni generaliter ista herba nō utuntur nisi floribus & non seminibus ut uult Isaac, et Auerr.in.5. coll.ait:Alchelilacmelec.i.mellilotū,vel corona regia.Circainstans ait:Mellilotum herba est:cuius semen simili nomine appellatur corona regia,semina cū ipsis cornibus colliguntur:per quatuor annos seruatur,semen cum cortice in medicinis ponitur.ob quod miror vt dictū fuit quia apothecarii id non faciunt,hæc autē herba apud nos in ciuitatibus inuenitur cum flore croceo boni odoris ut est notum.

Cordumeni.i.carui agreste, & alio nomine a Romanis charda uocatur:sed apud nos cheibim campestre dicitur.

Sampsucus ſm Dios.a Siculis amaracus nominatur herba est ramosa: multas uirgas super terram spansas habens cum foliis paruis & rotundis non dissimilibus neptæ.i. calamento montano:& hæc est herba quæ a nobis maiorana vocatur quæ nota est.

APPENDIX.

Malagma διὰ μελιλωτου Asclepiadæ,Hieraticon inscriptū, necnon paulo inferius Andromachi.viii. Medicamentorū κατάτόπους, ca.5.apud GALENVM, a Mesue emplastro longe diuersum legitur. Aegineta insuper ex Meliloto Malagma lib.7.cap.17.haud quaquam omittit.Quorum compositiones de industria silentio inuoluere placuit,cum satis duxerim hæc indicasse.

XI.

Mistura ad uulnera.

℞.Gariophyllatæ,radicum artemisiæ, pimpinellæ, camæmillæ,pentaphyllonis,uiolarum,herbæ uenti,caulis rubei, canapis renatæ,omnium ana.M.i.rubeæ quantum de omnibus. hæc omnia bulliant in uino vsque ad medietatem:postea cola & colaturæ adde tertiam partem mellis,& cum eo bulliat: deinde cola & usui reserua.

COMMENTA. MANLII.

Garyophyllata herba est similis agrimoniæ: cuius radix odorem gariophyllorum refert. hæc apud nos iuxta fossos inuenitur,& a multis sanamunda uocatur, & apud herbaticos dicitur pes leporinus, quod falsum est.

Herba uenti.s.herba venti maior quæ parietaria uocatur minor autem uocatur consolida minor,*ut dictum fuit supra in unguento martiaton.*Parietaria autem apud Auic.in.2. can.uocatur herba uitri,sed apud Dios.vocatur helxine aut parthenion quod falsum est, quia parthenion apud ipsum est herba quæ a modernis uchuen uocatur: & apud Serap. matricaria,& sic si legis cap.de parthenion apud Dios.cum ca.de matricaria apud Ser. uidebis quòd idem est.ergo parthenion non est parietaria. hæc parietaria apud nos nascitur in tectis,& uocant eam rustici ueraggium.

Caules rubei sunt caules sic nominati, qui eorum color rubeus est:in hortis inueniuntur: quorum folia & stipites rubrorum habent colorem.

Canapis renata.i.sylvestris,& ſm quosdam iste textus est corruptus: quia debet dicere canapis sylvestris aut summitates canapis: Dinus aūt Florent.in suo antidot.habet eandem mixturam:& loco eius habet summitates canapis.

Rubea.s.rubea tinctorum: de qua diximus supra.

EX NICOLAO.

XII.

APOSTOLICON.

℞.Lithargyrij. * ʒ.vi.cerę ru.colophoniæ,an.† ʒ.ii.,ppolei, viscī quercini,an.*ʒ.i.armoniaci,lapidis calamina.an.†ʒ.vi. masticis olibani,mūmiæ,an.*ʒ.i.terebinthinæ,galbani,bdellii,myrrhæ,chalcucecaumeni,sarcocollæ,lepidos calcis, diptami,aristol.lon.prasii viridis,opopanacis,an. † ʒ.iii.conficitur sic,galbanū,armoniacū, & opopanacum aliquantulū contusa ponantur in uino una nocte, ita ut bene cooperiantur & mane bulliant donec liquefiant,& per captiam colentur,& iterū bulliant ad consumptionem vini,deinde lythargyriū in subtilissimū puluerem redactum cū sufficienti oleo in caldario distemperetur,& super ignem mittatur,& cum spatula agitando tandiu bulliat donec superpositum lapidi in modum cerę inspissetur, & statim addatur cera, qua

* alias.ʒ. xviii.
† al. ʒ. vi.
* al.ʒ.iii.
†al.ʒ.i.
*al.ʒ.i.s.
†al.ʒ.i.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 188 sur 335

liquefacta addat colophoniæ: postea addat mastix,olibanũ, & myrrha,& facto interuallo ponat bdelliũ,& uiscus quercinus,liquefacto uisco ponatur terebinthina, ea liquefacta ponatur caldarium in terra, & tũc gummæ in ipso caldario paulatim ponantur, iterum super ignem ponantur & cum spatula agitando aliquantulum dimittantur bullire: postea addatur sarcocolla,deinde lapis calaminaris, facto interuallo ponatur flos æris & lepidos calcis,post hæc chalcucecaumenon semper cum spatula agitando, donec aliquantulum rubere inceperit,ad ultimum diptamum & aristolochia rotunda:deinde infundantur in aqua frigida,& ab aqua abstracta manibus exprimẽdo & malaxando ita tractetur ut tota aqua inde exeat,& inũctis manibus oleo laurino magdaleones informentur,& usui reseruentur.

COMMEN. MANLII.

Emplastrum dicitur dura confectio.Apostolicon.i.supra positũ uel supra missum interpretatur. Gilib. de Ang.in ca. de uulneribus in partibus interioribus habet unam aliam descriptionem quæ eadem est:hoc emplastrum est in usu.

Propoleum uel propoleos ſm Compositorem est fauus siue cera.Gilib.ibidem dicit,q̃ propoleos est cera alba:sed hoc non approbatur a sapientibus: nam propoleos est sordicies aluearium apum quæ uocatur mum: quod patet per Dios.qui de cera propolei singulare facit ca.& inquit quod utilis est rufa, & odorata sicut storax, & mollis non ualde: quam manibus si uolueris duces ut storacem.hæc uidetur esse cera quæ apud Aui.in.2.can.uocatur mum,ubi sic inquit, q̃ mum purum est paries domorum apum: in quibus faciũt oua & pullos,& adducunt eis mel,& mum quidem nigrum est sordes feneſtrarum intrinsecarum & forinsecarum.Aue. in. 5.col.ait:Alumen.i.cera citrina.Sera.in cap.de cera, de ipso mum loquit,& inquit ex authoritate Dios.sed mum est supfluitas & sordes quã apes proiiciũt extra domicilia sua, & reperitur in aluearijs,& melius mum ẽ illud quod est rubei coloris,odoris boni simile storaci non dure substantiæ: sed põt malaxari sicut storax.hæc est sordes uasorũ apũ quæ inuenitur in orificiis aluearioru ipsarum apum:& hanc uidi ponere in dicto emplastro non inconuenienter nam emplastrum ex ea redditur attractiuum,ut uult Compositor.

Viscus quercinus lachrymum est arboris lene, & uiridis coloris,intus obrusum & nihil asperum habens,supra de ipso melius ostensum fuit in unguento quercino.

Lapis calaminaris ſm Compositorem est lapis magnes. Gilibertus ibidẽ dicit:Lapidis calaminaris.i.calamitæ quæ apud modernos ignoratur communiter, quia lapis calaminaris non est lapis calamitæ.i.magnes:immo lapis calaminaris est lapis qui a uulgo calamina dicitur, quo tingitur æs: in antidotario uero uniuersali in eodem emplastro est positum giro.i.lapis calaminaris, lapis uero calamitæ est lapis qui attrahit ferrum.secundum intentionem.Simonis Ianuẽsis lapis calaminaris est species thutiæ, sicut apparet in cap. de cadmia:& apud nos est notum q̃ lapis calaminaris,& lapis calamitæ idem non sunt.

Chalcucechaumenon.i.æs vstũ.Gilib.ibidem dicit .Calcecumenon.i.æris vsti.Dio.in ca.de ære vsto dicit:q̃ alii calcucechaumenon vocant,& sic est.

Lapidos calcis uel lapidos calcu.i.squamma æris inueniẽt aũt in aliquibus descriptionibus istius emplastri scriptum lapis calcis, sed debet dicere lapidos calcis,quia Gilib. ibidẽ dicit Lepidos calcis.i.battitura æris. Dios.in ca.de lepida dicit bona est q̃ ex acutis ciprinis fit, quæ & patia dicit aut elitis nugax quæ ex tenero æramine fit.hæc apud arabes tubel uocatur,seu squãma,seu battituræ æris, seu cuiusq; metalli: Circainstãs dicit:Ferri ferrugo & squãma ferri eiusdẽ sunt uirtutis.idem dicit Matth.Syl.tũ aliud est ærugo, aliud ferrugo,& aliud squamma uel scolia. nam squamma uel scoria est illud latũ uel tenue qd̃ euolat percussionẽ a ferro ferrugo est quæ per excoctione liquescit a ferro, alia vide ibi.

Prasiũ uiride ſm Compositorem est flos æris. prasium autem album est marrubium, flos aũt æris apud multos est uiride eris. sed ſm Simonem Ianuen. aliud est uiride æris, aliud est flos æris,uerũ hodie pro flore æris uiride æris, ponitur.inuenitur autem in antido.Io.Sera.unguentum diziniar.i.uiride æris.Auic.in.5.can.habet unguentum de flore æris,quod idem est.ergo flos æris & uiridæ æris idem sunt. vt ostensum fuit supra. uerum est q̃ Sera.in lib.de aggregatione simplicium facit ca.de ziniar.i.ærugine æris, siue uiride æris:& aliud ca.facit de æræ,& quæ ex eo fiunt.Et ibi docet modum faciendi florem æris,& inquit flos æris fit secundum hunc modum:quando liquefit æs in botis metallorum & extrahitur a climia & est in botis aliquantulum teræ incẽsæ de subtus in fundo & æs purificatum dimittitur currere in loco ubi colatur. tũc purificatores eius proiiciunt super ipsum aquam dulcẽ donec coaguletur: & faciũt hoc donec infrigidetur,& est aqua clara:ex hoc ergo quod accidit æri ex aggregatione partium adinuicem fit hæc substantia, & est flos æris.alia uide ibi.

XIII.

OXYCROCEVM.

℞.Croci,picis nauales,colophoniæ,ceræ* an.ʒ.iiii.terebinthinæ, galbani,armoniaci,myrrhæ,olibani,masti.† an.ʒ.i.& ʒ.iii.aceti phialam,Nic.habet,fiat aũt hoc modo galbanum & armoniacum contusa in sufficienti aceto ponãtur per noctem,& mane ponantur ad ignẽ usq; ad liquefactionẽ & liquefacta colentur per catiam paruã, & coquãtur iterum vt aliquantulum cõsumetur.tunc addatur pix naualis bene colata.liquefacta pice adde cerã,& ea liquefacta addatur colophonia & terebinthina:interuallo facto ponatur mastix,olibanũ,& myrrha,& semper cũ spatula agitãdo, ad ultimum cum fuerit bene coctum in aqua frigida infundantur, & ab aqua extracta manibus exprimantur ut aqua inde exeat & super marmor inunctum oleo laurino cum puluere croci supposito malaxetur, & factis magdaleonibus usui recondat.

* al.vnc. xii. † al.vnc.

COMMEN. MANLII.

Istud emplastrũ est in usu, & maxime ſm istã descriptionem.dicitur aũt oxycroceũ ab oxy quod est acetum,& croceũ a croco dicitur, ualet proprie ad fracturã ossium & ad dolorem eorum & ad multa alia. Gilib.de Anglia in ca.de uulneribus in partibus interioribus habet unã aliam descriptionem quæ idem est. Barth.Montag.in suo antido.habet unam aliam:sed nõ est similis huic nec in usu est. crocus aũt de quo intelligitur est crocus orientalis seu communis, qui a uulgo zaffran dicitur.Papias ait: Crocus dicitur ab oppido Ciliciæ quod uocatur coricium.

EX RASI.

XIIII.

DE CASEO, in lib.de ægritudinibus iuncturarum ca. de cura propria lapideitatis.

℞.Caseũ antiquo longi tpis,& nasturtiũ & puluerizа simul postea accipe pedes porci antiqui salsi & coq;, & cum illa a qua accipe nasturtiũ & misce caseũ & fac emplastrũ super iuncturas lapideas, & rumpetur cutis & exibit uentositas omnis,& sic patiens sanabitur,& expertus sum illud sæpe.

COMMENTA. MANLII.

Istud emplastrũ nõ est in usu.Caseus ſm Aui.in.2.can.qñque ex sero,& est ille qui noiatur recocta natura, recẽs uero est frigidus & humidus in tertio, & salitus antiquus est calidus & siccus in eo.Isid.in ca.de escis ait: Caseus uocat, q̃ careat sero quasi carenum.

EX AVICENNA.

XV.

MIRABILE, Andromachi.in.5.can.

℞.Granorũ quæ inueniunt in fructu plantæ quæ dr aumeli, baurach rubei.i.salis rubei,salis armoniaci,aristol. cretice, & radicis cucumeris asinini,& gummi albotin omnium an. aur.xx.piperis,macropiperis, armonia. amomi, xylobalsami an.au.x.thuris masculi,myr.resinæ siccæ,aldabac frigidæ an.aur.x.lactis arboris mori aur. x. ceræ, au. xxx . & adipis capræ aur.xv.amurcæ olei de lilio.q.s.ad conficiendum medicinam.terãtur medicinæ siccæ & fricentur etiam & inungat qui fricat eas manus suas, ex amurca olei de lilio. vt cũ permixta fuerint omnia bene reponant & reseruent, & cũ necesse fuerit uti eo ad auferendã laxitudinem, tunc sumat de eo.ʒ.iii.& adipis anatis.ʒ.iii. & olei de alcanna.ʒ. iii. & permisceantur

permiſceantur & adminiſtretur.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud emplaſtrum non eſt in uſu,huic Auic.dicit.

℞.Granorũ quæ inueniũtur.in fructu plãtæ quæ dicitur aumeli.ſed non dicit quæ planta ſit . uerũ ipſe in. 2. can.de ea capitulũ facit dicens.q̃ aumeli eſt oleũ dulce ualde ſpiſſum ſicut mel, & ſpiſsius eo extrahitur ex crure arboris q̃ eſt in terra Nurciæ dulcis,& fit ex eo oleum,& cũ eo admiſcetur etiã oleũ de flore eius.& nominatur aumel & oleũ mellis, & melius ex eo eſt quod eſt magis clarũ & ſpiſſum , & antiquius &c.neq; per id cognoui quid ſit.Iſi.inquit.oleamella naſcitur in Palmaria Syriæ ciuitate ex eo ita appellata , q̃ ex tunc oleum defluat in craſsitudine mellis ſaporis ſuauis.

Aldabach ſiue dabach eſt uiſcus quercinus: ſicut apparet apud Sera.in ca.de viſco.Idẽ dicit Aui.in ſuis ſynonymis.

Amurca olei de lilio.i.fex olei de lilio Dioſ.inquit Amurca fæx eſt olei nigra & aquoſa cũ præmitur:quæ coqui ſolet ad mellis ſpiſsitudinem,& ſic uetuſtatem accepit. Leon.de preda palea in ca.de cura ſcrofularum inquit:Amurca olei antiqui .i.fæx olei. Itẽ Io.Angli.in ca.de paralyſi dicit: Fæx olei oliuarum quæ uocatur amurca.Serap.in cap.de oliuis dicit: amurca olei quando coquitur in uaſe æris cabruſci quouſque ingroſſetur . & fiat ſicut mel.

Oleum de alcanna.i.oleum de cyprino:vnde oleum de alcana.i.oleum cyprinum:& modus eius infra apparebit.

XVI.

AVREVM, in.4.fen.4.cap.de curatione eorum quæ ſunt difficilis conſolidationis.

℞.Merdaſengi aurei boni,eminam vnã,ceræ, & radicis almezereon an. aur.xxxvi.floris æris.aur.xviii.limaturæ auri tritæ,limaturæ almerdaſengi,an.aur.xl. olei antiqui lib.iii. ponantur ſuper ipſum in primis merdaſengi,& aurũ, & flos æris:deinde reliquæ medicinæ , & iterũ ſumatur oſtracum furnorũ,& cinis uenarum,& plumbum cõbuſtum ablutum, & fiat ex eis emplaſtrum cum oleo myrtino, & oportet . vt ſit illud oleum inſpiſſatum cum merdaſengi,v.g.℥.i.& aceti acuti,in triplo ipſius,& ex oleo,aut oleo myrtino, aut oleo anethi.℥.i.moueantur cum facilitate donec reſoluatur merdaſengi,& inſpiſſetur,& nõ aduraẽ & aceruati de eis corticeſ æris,& flos æris, & calx abluta ſine exquiſitione fiat ex eis puluis,& antecedat,& liniat ea cũ melle:deinde puluerizetur ſuper hunc puluerem contritum æris partes.ii.ceræ x.diſſoluantur digitis in ſole , & adminiſtretur aut ceruſſæ & aluminis an.partes.viii.corticum æris,ſalis gẽmæ,thuris floris æris,corticũ granatorũ oĩum an.partes, ii. calcis partem.i.ceræ partẽ.x.olei myrtini.q.ſ. & iterum merdaſengi olei an.lib.i.gallarum non perforatarum , ariſtolochiæ an. ℥.i.armoniaci.℥.i. minuti thuris.℥.ii. fiat ex eis linimentum ſuper ignem,& moueatur cum radice cannæ.

COMMEN. MANLII.

Iſtud emplaſtrum non eſt in uſu : dicitur aũt emplaſtrum aureũ ab auro,eo q̃ limatura auri ingreditur:nõ dicitur autẽ lythargyrio,auri,vt quidã crediderunt:aurum autẽ inter metalla eſt poſitũ .Pli.ait:Auro effuſo ineſt argentum vario pondere alibi dena,alibi octaua parte,in uno tamen galliæ metallo quod uocant albucrarenſe tricesima ſexta porcio inuenitur:ubicunque vna argenti portio eſt : electrum uocatur &c. electrũ etiam uocatur ſuccinum.i.chacabre.Circainſtans ait:aurũ temperatius eſt aliis metallis , aurum de uena terræ fit per decoctionem:& in decoctione id quod ſuperfluum eſt ab auro ſeparatur,& cathimia ſeu ſpuma auri uocatur.Sera.in cap.de auro inquit. Limatura auri confert cardiacæ melancholicæ . infra ait:& dixerunt antiqui,quando accipitur anulus aureus aut argenteus , & ponitur in igne, & cauterizantur cum eo alæ columbarum veniunt cito,& libenter ad turrim ſuam,& non ſeparantur ab ea .

Merdaſengi aureum.i.lithargyrium aureum : nam merdaſengi apud Auer.in.5.col.eſt lithargyrium:idem dicit Io. Angl.in ca.de ulceribus & uulneribus naſi inde merdaſengi aureum.i.lithargyrium aureum , infra in iſto emplaſtro habet almerdaſengi: credo q̃ ſit lithargyrium argenti .

Almezereon.i.mezereon.

EX ANTID. BART. MONTAGN.

XVII.

DE VIOLIS.

℞.Violarum ſiccarum.℥.vi.roſarum.℥. ii.ſ. ſpicæ , maſticis an.℥.i.floruꝫ camæmillæ.i.bebonigi,melliloti.i.coronæ regiæ farinæ hordei , ſeminis altheæ an.℥.x.farinæ ſeminis lini.vn.i.ſquinanti,cyperi,calami aro.an.℥.i. fiat emplaſtrum cum aqua communi quod applicetur omni die ſemel.

XVIII.

DE EVPATORIO.

℞.Eupatorii.M.ii.camæmillæ,melliloti,an.M.ſ.cyperi, maſticis,ſquinanti,ſpicæ an.℥.i.ſandali albi & rubei,calami aromatici,abſinthii an.℈.ii.ſpodii.℈.i.mucillaginis altheæ.vnc. iii. olei de maſtice,de ſpica , farinæ hordei, an.vnc.ii.aceti parum & fiat emplaſtrum cum decoctione eupatorii .

COMMENTA. MANLII.

Iſtud emplaſtrum non eſt in uſu.Eupatorium autẽ eſt herba quæ apud Arabes gafit uocatur,ſecundum uero Circainſtans eupatorium eſt ſaluia agreſtis, quod non eſt,ut oſtenſum fuit ſupra in confectione de eupatorio.

XIX.

VSVALE pro crepatis.

℞.Picis naualis.i.uſualis.vn.iiii.lithargyrii,armoniaci,galbani,maſticis ana.vnc.ii. ceræ albæ & rubeæ , colophoniæ, aloes,ariſtolochiæ longę & rotundę,an.vnc.iii.uiſci querciꝫ ni,boli ar.an.vnc.vi.gypſi,myrrhæ,thuris an.vnc.ſ.glutinis albotin loti cũ aceto vnc.iii.lumbricorũ terreſtriũ.vnc.iiii. radicis cõſolidæ maioris & minoris,an.℥.ſ.mumiæ , ſanguinis draconis,bdellii,an.vnc.i.pellis arietinæ a pilis mũdatę & fruſtatim inciſæ partẽ vnã,ſanguinis humani lib.i.& cõficitur ſic:bulliat pellis in aqua quouſq; ſit liquefacta: poſtea ſupra addantur prædictæ gluti nis ſcriptorum glutinis capri ni,glutinis piſcium an.vn.ii.bene incorporentur omnia & cæteris gummis liquefactis ſimul & puluꝫeribus additis fiat emplaſtrum & malaxetur cum oleo myrtino & fiant magdaleones,& ponantur in uaſe terreo vel æreo, & uſui ſeruentur,& cum opus fuerit ſuper corio extendantur.

COMMEN. MANLII.

Iſtud emplaſtrum ſm intentionem Cõpoſitoris eſt uſuale pro crepatis:& eſt illud quo utimur verum ſupra eſt poſitum cerotum ad crepatos cum pelle arietina : & ſecundum illam deſcriptionẽ a multis fit:ſed quia etiam iſta deſcriptio eſt laudata in illa materia eam ſcripſi,& fac illam deſcriptionem quæ tibi placet,quoniam ambæ ſunt optimæ.

Gluten ſcriptorum ſecundum multos eſt cola quæ uocatur taurocolla,quæ fit de coriis:ſed Nico.Flo.in li,7.in ca. de curatione herniæ ſiue ramicis inquit:Addatur glutẽ carpentariorum.i.quo ligna connectuntur ad inuicem, & glutinis ſcriptorum,alias piſcatorum.i.collæ de piſcibus : ergo gluten ſcriptorum ſecundum intentionem Nicoli eſt colla piſcium:ſed ſecundum intentionem Bartholomæi aliud eſt, quia in iſto emplaſtro utrunq; ponitur,ergo non ſunt idẽ.

XX.

DE CRVSTA PANIS.

℞.Maſticis,mentæ,ſpodij,corallorum rub. ſandalorũ rub. & alborum an.℥.i.cruſtæ panis aſsi infuſæ in aceto per mediam horam.vnc.ii.olei de maſtice,& cytoniorum ana.vnc. i.farinæ hordei.q.ſ.& fiat emplaſtrum.

COMMEN. MANLII.

Iſtud emplaſtrum apud nos non eſt in uſu.Panis autẽ ſm Auic.in.2.can.oportet q̃ ſit panis mũdus ſalitus,maſſam habens confectam fermentatus coctus bene in tanor ultime una nocte permanens , & non comedatur calidus ſicut eſt electio panis de ſimula nutribilior eſt aliis , & eius nutrimentum eſt melius,ſed eſt tardioris penetrationis.

EX LEONAR. de preda palea.

XXI.

DE CARICIS, in cap.de cura carbunculi.

℞.Caricarũ bene pinguiũ & ſiccarũ lib.i.ſinapis.℥.iii.farinę fœnugræci,& ſemi lini an.℥.i.bdellii , armoniaci , galbani, an.℥.i.diſſoluanẽ gũmæ in oleo lilio rum,& poſtea ſimul oia miſceanẽ pinguedinibus prius colatis , & fiat emplaſtrũ ad

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 190 sur 335

dendo farinæ hordei quod sufficit ad inspissandum.

COMMENTA. MANLII.

Istud emplastrum apud chirurgicos est multum in usu, sub nomine emplastri de ficubus, nam caricæ sunt ficus siccę pingues de quibus Io. Angli. in cap. de lapide renum inquit fiat emplastrum de caricis. i. de ficubus siccis. Ficus autem pro morbo uocantur durities ulcerosæ habentes in se grana sicut ficus, hæc apud quosdam ueram verucam idest porrus uocatur.

XXII.

DE PENTADACTYLIS, in cap. de medicinis maturatiuis.

℞. Granorum mirasolis mundatorum nu. xxx. amygdalarum dulcium nu. xx. foliorum rutæ, cicutæ, cœlidoniæ an. M. ii. axungiæ porci. ʒ. iii. olei communis quod sufficit, & fiat emplastrum secundum artem.

COMMENTA. MANLII.

Istud emplastrum non est in usu: sed sm intētionem Leo. est mirabile in illa materia. ipse uero Leonar. inquit: Emplastrum pentadactylis: & postea dicit. ℞. mirasolis. s. grano rum ipsius, & idē est. Idē in ca. de ulceribus putridis inquit. alcherua. i. mirasol. ergo est cataputia maior. libro uero qui dicitur Bulchasis. i. Seruitor in tract. 2. ponit formam excoriandi grana alcheruæ, & ut inquit ipse, est cataputia maior siue pentadactylus &c. eius autem species duæ sunt. s. maior & minor, de qua Sera. duo ca. facit. vnum in quo dicit cataputia maior est arbor sicut ficus, cuius semē est factū ad modum zechiaron, quæ inueniuntur sub uentre bestiarum. maior vero est planta habens folia longa in longitudine unius digiti aut duorum. & ambæ in hortis nascuntur. & minor apud rusticos herba chagorola uocatur, & ambæ sunt notæ Mesue de utrisque loquitur. in cap. de albemeluch. Dios. autem uocat eam cici siue sisamum agrestem.

Cicuta autem herba est quæ apud Dios. conios uocatur, & apud Auic. succharam sed ipse ignorauit eam, ut dictum est in unguento de cicuta. Isido. cicuta autem est dicta q̄ inter cannarum nodos lateat. In indicis stagnis nasci harundines calamiq; dicuntur: ex quorum radicibus expressum sua uisimum succum bibant. unde & Varro ait.

Indica non magnum in arbore crescit harundo.
Illius, & lentis præmitur radicibus humor.
Dulcia cui nequeunt succo concedere mella.

EX PETRO ARGILLATA.

XXIII.

DE CENTAVREA, in cap. de fractura cranei.

℞. Centaureæ minoris. M. vi. temperentur per unam noctē in uino albo, deinde coquantur vsq; ad consumptionem medietatis vini, deinde coletur, & colatura bulliat usque ad mellis spissitudinem, de qua accipias. ʒ. i. ceræ nouæ uirginis. ʒ. ii. lactis mulieris. ʒ. ii. terebinthinæ lib. i. ceræ nouę. ʒ. iii. resinæ. ʒ. i. s. thuris, masticis, gummi arab. ana. ʒ. misce, & fiat emplastrum, & mirabiliter ualet.

COMMENT. MANLII.

Istud emplastrum apud nos non est in usu.

Centaurea autem maxime minor est herba quæ satis est nota. Sera. autem duo ca. facit, unum de centaurea maiore, aliud de minore, sed maior apud nos non inuenitur, nec inuenta fuit tempore Macri. Minor uero nascitur in locis aquosis, & est similis herbæ hypericon, aut pulegio montano. habet virgam longam quadratam unius palmi, & florem rubeum vergentem ad purpureitatē similem flore plantæ quæ dicitur ambes, & habet folia parua oblonga sicut folia rutæ, & semen sicut granum frumenti, & habet radicem paruam in qua nullum est iuuamentum. Idem in fine sui libri de uirtute centaureæ loquitur.

Lac mulieris sm Auic. 2. canon. in cap. de lacte ait. Lac quod melius est omnibus est lac muliebre, & melius est qđ est ubere sugendo bibitur aut sicut mulgetur. & melius ipsius est quod uehementis albedinis æqualis essentiæ quod super vnguem distillatū figitur & nō currit & est pastus animalis ipsius planta bone, & non est in ipso sapor extraneus declinans ad acetositatem, aut amaritudinem, aut acredinem, aut odor extraneus horribilis.

XXIIII.

DE BETONICA, ibidem.

℞. Succi betonicæ, succi plantaginis, succi apii, colatorum an. lib. i. resinæ, ceræ nouæ, an. vnc. iii. terebinthinæ lib. i. coquantur primo usque ad succorum consumptionem, vltimo addatur terebinthina, & fiat emplastrum.

COMMENTA. MANLII.

Istud emplastrū est in usu, maxime apud Mediolanenses: Betonica vero est herba quæ apud Dios. uetonica uocatur. Auer. in. 5. coll. inquit: Alchison quæ in latino dicitur, bethonica, & in Persica lingua herabuem. Apud quosdā dicitur etiam lingua bubali, & ab aliquibus dicitur lingua equi. vide supra de syrupo de betonica, quia ēt aliquid de ea ostendi. Hæc est herba quæ apud nos in pratis inuenitur.

EX NICOLAO FLORENTINO.

XXV.

BOVINVM, in. 7. cap. de cura fracturæ cranei.

℞. Matrissyluæ recentis, vel passæ, vel etiam siccæ ad libitū & decoque in optimo vino donec minuatur tertia pars ipsius, deinde coletur, & tunc habeas terebinthinæ, ceræ citrinæ, an. ʒ. iiii. olei rosati. ʒ. ii. liquefiant, & coletur supradictū uinum: deinde tandiu cum ipso uino ducatur cum spatula donec infrigidatum fuerit, & tunc collige & utere.

COMMEN. MANLII.

Istud emplastrum secundum Nicolum est emplastrū bonum quo cōmuniter utimur: ego vero existimo quòd istud emplastrum sit in usu in partibus Florentiæ sub noīe emplastri bouini, sed apud nos est unguentū matrissyluæ, & sic si legis istud emplastrum bouinum cum unguento matrissyluæ: quod supra positum fuit, uidebis, quòd quasi idem sunt.

EX GALENO.

XXVI.

DE ADIPIBVS, Galeni.

℞. Adipis agni, adipis porci, ursi, uituli, cerui, hirci, asini syluestris, anatis, gallinæ, vulturis. ana omnium. ʒ. i. olei sisamini, olei de cherua, olei lentiscini, medullæ cruris vaccini, olei amygdalarum amararum, ceræ albæ. omnium. an. ʒ. s. ceræ rubeæ, butyri vaccini, omnium ana lib. i. liquefiat, & coletur & administretur.

COMMEN. MANLII.

Istud emplastum non est in usu. uerum loco eius utimur vnguento quod appellatur unguentum de adipibus: de quo uide supra.

Agnus autem, ac porcus, vrsus, vitulus, ceruus, hircus, sunt animalia quæ omnibus nota sunt.

Asinus syluestris: de asino syluestri nullum authorē inuenio mētionē facere. Aui. uero in. 2. ca. facit ca. de asino, sed nō dicit, an sit domesticus an syl. & dicit q̄ cinis carnis asini & hepatis eius locū non ualet superpositus fissuris frigoris.

Vultur est auis maligna quæ alias aues offendit ungulis ipsius ac cum rostro ut est notum apud aucupes. Papias inquit: Vultur a uolatu tardo nominata dicitur, idem infra vultures, sicut & aquilæ ultra maria cadauera sentiunt.

Oleum sisaminum. i. de granis sisami, oleum de cherua. i. de pentadactylo seu cataputia maiori oleum lentiscinum. i. de granis lentisci quæ in insula Chio inuenitur: & secundum multos gummi ipsius arboris mastix appellatur &c.

Peroratio in. xiiii. sectionem.

Expleta sectione de Vnguentis, emplastris, ac Cerotis, eam quæ ultima est iuxta ordinem prēmissum sectionem de Oleis aggrediemur: si nos oleo gratiæ suæ perfuderit Dominus cuius influxu deficiente in nihilum tendunt uniuersa quæ exacta huic operi nostro finem statuemus, ad alia forsan non uiliora accessuri.

LVMI.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 191 sur 335

LVMIN. MAIORIS SECTIO DECIMAQVINTA.

OLEA EX QVAM PLVRIMIS AVTORIBVS CONTINENS.

EX ANTIDO. MESVAE.

I.

LEVM de amygdalis dulcibus oleum de amygdalis amaris, oleum de nucibus, oleum de auellanis, oleum de chrysoumelis, oleum de persicis, oleum de been, oleum de cherua, oleum de carthamo, oleum de nuce indica, oleum de cerasis, oleum de amachaleb, oleum de granis citri & citrangulorum, oleum de fisticis, & oleum de pineis & sic de singulis.

COMMENTA. MANLII.

Oleorum genera sunt multiplicia. quædam sunt quæ ab ipsis seminibus fiunt: & hæc sunt simplicia sicut oleum de amygdalis dulcibus ac amaris ac alia supradicta, quædã sunt composita quę artificialiter per impositionem medicinarũ in oleo antiquo fiunt: non oportet.n.narrare modum & formam faciendi olea supradicta: fiunt.n. per expressionem eorum, ut docet Mesue: ad quem si necesse fuerit recurratur. hæc autem olea plurimis nota sunt.

Amygdala dulcis dicitur ad differentiam amaræ. Amygdalus autem arbor est: eius folia, fructus & gummi medicinæ competunt.

Amygdala amara aptior est in medicina, sed dulcis esui. Pet.de cresc.ait: Amygdalus est arbor satis nota. eius quidẽ diuersitates in fructibus duæ sunt: quoniã quædã faciunt fructus dulces, quædam amaros. Dulces esui hominum in cibũ competunt: amari quia sunt calidiores magis cõpetunt vsui medicinæ. Item quædam sunt ualde grossum & durũ habentes corticem, quædam subtilem, & quædam amygdala est lõga, quædam quasi rotunda, & quædam grossa, quædam parua eligendæ sunt grossum rotundum, & subtilem corticem seu testam habentes: amant aerem clarissimum.

Nux grossa. i. usualis, uidelicet illa quę comeditur de qua fit oleum quo aliquando utimur pro faciendo lumen loco olei seminis lini, aliquando vtimur in cibarijs loco olei oliuæ: & hæc nux est illa quæ apud Dios. vocatur carea basilica i. alexandrina: quam multi persicam dicunt: quidam vocant ipsam nucẽ regalem quæ idem est. Pet.de Cre. inquit: Nux a nocendo dicta, eo ꝙ eius vmbra noceat aliis arboribus. Io. Angl. in ca. de discrasia calida hepatis laudat ipsam, & facit versiculos sic.

Nux homini salus est si sumitur vt medicina.
Si velut esca datur non est salus immo ruina.

Auellana autem est fructus satis notus: maxime auellana usualis. Isid. ait: Auellanæ ab auellano Campanię oppido vbi abundãt cognominatæ sunt: hæ a Græcis ponticæ appellantur, eo ꝙ circa ponticũ mare abundant. Auellana aliqñ pro pondere sumitur Io. Angl. in ca. de discrasia calida hepatis laudat auellana, & est versiculus sic.

Dic auellanas hepati semper fore sanas.

Sanãt rheumaticos frigidos & hydropicos. s. qñ assantur. Idem in ca. de passionibus stomachi ait: Dico tãtum hic de auellanis, ꝙ inter fructus, post ficus & uuas sunt meliores.

Chrysomila apud nos est fructus similis persicis & cõputant ipsam inter gña ipsius. Pet.de cresc. uocat ipsam moniacham, & ait: Moniacus est arbor quædã quasi similis pruno, sed est magis nodosa, & eius fructus est magnitudinis oium prunorum, sed similis fructui persicorum in forma, est tñ valde odoriferum & in colore auri. Bartho. Montag. in cõsilio de exiccatione & consumptione hæmorrhoidarũ, & restrictione immoderati cursus earũ inquit: Approbatũ est oleũ de chrysomilis, & sunt fructus parui persicis aliqualiter simi les coloris aurei cum matureſcunt, & ideo noiantur chryso mila a chrys græce quod est aurum, & milon malum. unde chrysomilla quasi aurea mala, ex quorũ nucleis tale perficitur oleum, ut dicit Mes. Gal. in li. 2. de alim. ait: Armeniacis & præcociis. i. chrysomilis. Isi. armeniacum dicit ꝙ primum genus eius ab Armenia sit adductum.

Persica fructus sunt satis noti. Pli. aũt a regionibus distinguit eius gña. Pet.de Cres. ait: Persicus, est arbor nota, quæ parua est: cito tamen crescit, & paruo tempore uiuit.

Ben. s. de granis been. hoc oleum a multis ignorantibus dicitur muscellinum: sed non recte. nam muscellinum dicitur a musco. Mes. de ipso facit capitulum & inquit: Been est granum almesus: & eius aliud magnum, aliud paruum. magnum aũt est in magnitudine fructus auellanæ triangulatũ, paruum vero est sicut cicer: & utrũque habet medullam vnctuosam leuem & albam, & hoc apud Dios. uocatur balanus persicus, cuius semen est semini arboris simile miristico. i. ta marisco, ut habet Sera. in eodem ca. ex uerba Dios. Auic. in 2. can. de been duo facit ca. unum de ben scriptum cum uno e tãtum, & hoc est granum ben. aliud scribit cum duobus e, & istæ sunt illæ radices quibus gñaliter utimur pro been albo & rubeo. Io. Ang. in ca. de sterilitate inquit: Oleũ de ben. i. de pipere albo est optimum in illo casu. item Dinus Flo. in li. 2. in ca. de cura apostematis duri inqt: Oleũ de been. i. cataputia illa alba grossa quam speciarii piper albũ uocant, hic tex. est falsus. nam oleum de been non est de cataputia, nec aromatarii eius semen vocant piper album etiã opinio Luminis maleluęntis est ꝙ been sit semẽ cataputiæ, qđ nõ est: quia uide ꝙ hic Mes. docet modũ faciendi oleũ de beẽ, & oleum de cherua. i. cataputia, ergo non sunt idem, nec est piper album, quia piper album apud omnes est notũ, & uocatur leucopiper, de quo infra in oleo de piperibus, descriptio ipsius olei inuenitur. idem reperitur apud Dios. sub nomine olei balanini, quod conficitur ut amygdalinum. Cherua. i. cataputia maior. Mes. de ipsa facit capitulum sub noĩe albemesuch, & dicit ꝙ est granum regum, & est ex eo aliud magnum aliud paruum & dicitur ꝙ magnum est cherua, magnum & paruum competunt usui medicinæ. Auice. in 2. can. in ca. de oleis inquit: Oleum de cherua est bonũ lentiginibus & panno. idem in quinto habet duas descriptiones de hoc oleo, est unum compositum quod in usu non venit. Aliud simplex quo magis vtimur. hic possumus uidere veritatem ꝙ been non est cataputia ut dicunt multi, cherua autẽ apud Dios. uocatur cici siue sisamus agrestis, sed apud Sera. uocatur cataputia maior, & ab aliquibus dicitur pẽa dactylus, & ab aliis mirasol, & ab aliquibus custos horti, & ab aliquibus solsequia, minor uero est sicut planta habens folia longa, & in hortis nascitur.

Nux indica. i. nux magna quæ de India uenit. apud Auic. nux indica est neregil, & bona ex ea est recens, vehementis albedinis, & aqua quæ in ipsa est, est suauis, & cum in ipsa nõ inuenitur aqua significatur ꝙ est antiqua, & oportet quidẽ ut ab ea tollatur cortex medullæ eius. hanc nucem ego vidi tantæ magnitudinis ꝙ ex ea potest formari uasculum quod impleatur unum loco cantari.

De cerasis habitus fuit supra sermo diffusus. Recurre lector ad id loci.

Machaleb sm Nicolaũ est granum cerasi syluestris, & de eo in prioribus abunde diximus in Esdræ descriptione.

Citrus sm Dios. est arbor cui oĩbus partibus suis non una eademq; virtus continetur: & hoc est pomũ dictũ citrũ de acetositate cuius cõficitur syrupus in tempore hyemali qui appellatur syrupus de acetositate citri. Non est aũt cedrus ut quidam crediderunt. nam Dios. aliud facit capi. de cedro cuius gũmi a moder. alchitram seu pix liquida dicitur. Mes. inquit hic, oleũ de granis citri & citrangulorum. i. citronio lorum, inferius habet oleum de pomis citranguli, & hoc est pomum apud moder. dictum arancius.

Fistici. i. pistacia. Dios. inquit: Pistacia quæ ĩ Syria nascũ.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 192 sur 335

tur similia strobylibus.i.pineis sunt Aui.fisticum natura dicitur ꝙ est uehementiores caliditatis quã nux & amygdala,& est calidum in fine secundi,& est in ipso humiditas,& existimauerunt:quidam quòd est frigidum sed errauerunt.

Pinus arbor nota est,cuius fructus pineæ dicuntur.Dios. pineæ ex nucleis fortissimus cibus est & humores optimos gignit.Aui.in.2.can.inquit:Geloum est granũ pini maioris & est melioris nutrimẽti q̃ nux,sed est tardioris digestiõis. infra aliud facit ca.de grano pini,sed si bene cõsideretur,videtur quod illud ca.de geloum sit ca.de auellana maiori.

APPENDIX.

Cum oleum ex amygdalis,nempe dulcibus, veluti quidã typus alioꝝ oleorũ, quæ tum ex nucleis, tum ex seminibus extrahuntur, existat.non ab re censemus hic ad verbum ex Mes. compositionem explicare,hunc in modum sese habẽs.

Amygdalæ dulces cortice lignoso, & cute membranosa purgatæ,plurimum teruntur,in offas coguntur,horas circiter quinq; loco calido continent, vel in vase duplici hora vna coquuntur,aut sub calente arena,aut cinere,sacculo involutæ,& pãnis,aliquandiu fouentur.Postea rursus terunt, & sacculo cõclusæ torculari exprimuntur, vel tritæ amygdalæ in vase quo maxa subigũtur in aere calido, pauca calida identidem affusa.Hisq; modis oleũ exprimes largius torculari quod affere inferno sit cauato,& decliui versus emissa riũ:superno aũt pro cauitatis magnitudine, & forma gibboso,ut undiq; ceu sigillo quodam amygdalæ æqualiter exprimantur. Quo etiã pacto quã facillime subsequentia extrahi posse memoriæ tradidit,Ex amygdalis amaris,Ex nucibus, καρύινον, Græcis vocitatum. Ex auellanis. Ex chrysomelis Ex persicis. Balaninũ, vulgo de ben appellatum. Ricinum Græcis κίκινον, officinis de cherua nuncupatum.Ex Cnico, vulgo de carthamo Ex nuce Indica. Ex cerasis. Ex nucleis cerasi syluestris,vulgo de amachaleb.Ex seminibus citri,arãcii, uulgo citrangulorũ. Ex pistacis seu sisticis.Ex strobilis seu pineis Interim tñ non ignorandum huius olei compositionem paululum diuersam Græcis authoribus fieri, præsertim Dioscoridi qui lib.1.ca.39.sic componit.

Semodius ex amygdalis dulcibus uel amaris repurgatis, sic catisque, in pila, ligneo pistillo leniter tunditur in offas Aquæ,quæ ferbuerit,sextarius adiicitur, & ubi dimidia hora humorem hauserit, vehementius,quam antea,tunditur, mox tabellis præmitur,& quod digitis hæsit,concha excipitur pressis nucibus rursum hemina aquę inspergitur,& post quam ebiberint,idem opus prosequendum, singulas heminas reddunt singuli modii.

II.

LAVRINVM.

℞.De granis lauri maturis quantũ volueris, & dum adhuc sunt recẽtia tere in pila,& fac bullire cum aqua in caldario: deinde exprime in zainari plano hano nõ habẽte concauũ, & collige ex aqua qđ supnatat oleũ: deinde iterũ exprime grana contrita in zainari habenti vacuũ,& infunde aquã calidã & collige oleũ,& repone & administra ubi oportet.

Oleum. { Ex baccis viridibus terebinti,vulgo de granis viridibus. / Ex schino,idest ex lentisci baccis,nõ autem de stincho, vt prius mẽdose legebatur. } eodem modo paramꝰ.

COMMEN. MANLII.

Istud oleũ est in vsu ꝙ oleo de baccis lauri. idẽ est in usu pro oleo de urbagis:eius descriptionẽ idẽ Dios.describit.

Laurus arbor est satis nota:eius granũ apud Aui. est granum ademest.hoc granum est satis notum melius de ipso ostensum fuit supra in electuario de baccis lauri.

Granum uiride secundum Aui.in.2.can.est fructus arboris terebinthi.vnde terebinthina colligitur.Matthæus autẽ Syl.in litera g,ait:Gũmi albotin.i.lacca,quod ignoro: vide supra in vng.de terebinthina,quia sibi ipsi contradicit, non est autem resina vt quidam putauerunt.

Stinchus secundum Dios. est animal, quod in India inuenitur:vide de ipso in electuario de stincho.

APPENDIX.

Varie ex lauri baccis oleum apud Dios.lib.1.ca.48. parari studiosi non ignorent,his nempe verbis.

Maturæ lauri baccæ in aqua coquuntur,si quidem exobducto cortice quandam pinguedinem reddũt,quæ manibus expressa,concha excipitur.

Alii omphacinum prius oleum cypiro iunco odorato,& calamo inspissant:deinde mollia lauri folia concoquunt.

Alij etiam baccas,donec oleum odorem contraxerit.

Alij styracem,& myrtum addunt.

Optima laurus ad id latifolia,& montana.

Ad hæc Actuarius non inepte,merum,ac syncerum oleũ vt extrahatur,edocet,sic inquiens.

Quidam baccas lauri solum citra mistionem aliam molliunt,& ita Prælo, vel Fisco oleum exprimunt. hoc autem merum est,& sincerum.

Hocq; utilius cum Dio.censemus,cum simplex laurinum maxime laudet,recens,viride amarissimum,& acre.

III.

DE BALSAMO.

Fit ex plãta longitudinis cubiti vnius aut duorũ ad plus simili rutæ agrestis, cortici cuius si acciderit scarificatio aut scapellatio ex parte ortus solis fluũt sicut lachrymæ pinguedinis & est dimel balsen. i. pinguedo balsamis et qnq; accipiunt palmites plantæ in principio Veris & terunt in pila, & coquũt in aqua,& exprimunt in zainari, & vocatur oleũ balsami, & quandoq; terunt palmites & funditur super eos oleum antiquum & ponitur in sole diebus.xl.deinde coquitur in simplici uase,& iterum innouãtur in eo alij palmites & ita tertio,deinde colatur & reconditur.

COMMEN. MANLII.

Hoc oleum secundum istam descriptionem est illud quo vtimur:sed apud nos non potest confici,quia eius planta nõ reperitur in partibus nostris.

Balsamus autem sm Aui.est arbor ægyptij,nascens in loco qui dicitur oculus solis, sed quia in partibus nostris prædictum oleum nõ potest confici:hodierni doctores composuerunt olea quæ debent administrari in omnibus locis vbi ingreditur balsamus: & docto.isti sunt Pet.de Ebano Gul. Placen.etiam Bartho. Montagna. scripsit modum faciendi balsamum artificiosum: quod in omni probatione valet vt balsamus:de quo infra.

APPENDIX

Nostram studiosi consulant(modo plura desiderent) Theriaces Fabricam,cum mihi hæc abunde pertractentur.

IIII.

Oleum de granis sisami,oleum de semine lini, oleum de granis papaueris,oleum de semine lactucæ,oleum de semine cucurbitæ,oleum de semine citrulli,cucumeris, & melonis,hæc omnia fiunt eodem modo.

COMMEN. MANLII.

Istud oleũ quod fit de granis sisami ingrediũtur in multis cõfectionibus:sed hodierni apothecarij nõ cognoscũt ipm. Ego uero habui prædictũ semẽ delatum est Venetiis,& fieri feci prædictum oleũ,sicut oleum de amygdalis, & inueni eum optimũ & in cibis delicatissimũ, & in colore clarũ vñ ꝙ hoc dico ꝙ bonũ esset ꝙ oẽs idẽ facerent & vterentur vbi oportet.Plinius:sisama ab indis uenit ex ea oleum faciũt: color eius est cãdidus Matt.Syl.in litera f,ait:Fefudegi.i.confectio de melle sicut penidie, & i lingua nra vocatur sisami.

Oleũ de semine.lini est in usu: & est duplex.vnũ qđ solũ fit ex semine ipsius:& hoc dr oleũ linosæ purũ qđ aptum est esui aliud fit cum aqua: tñ non multum. & hoc dicitur oleũ linosæ compositum.hoc lucernæ aptum est.Isi.in ca.de linis ait. Linum ex terra specie nitenti oritur deflexumq; nomẽ eius ex græco:nam linũ græci linarin dicunt,siue ꝙ fit mole & lene:hoc oleum a quibusdam dicitur oleum lineleon.

APPENDIX.

Quanq̃ hic iã exposita,vt amygdalinũ,extrahantur nõ ignorandũ tñ inter cætera tantũ sesami semẽ varie prius excorticãdum,vt ex Mes. colligere liquet, ad uerbum sic inquiẽs.

Sesami

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 193 sur 335

Sesami semen ab excrementis purgatum, aqua parum salsa irrigetur: manibus fricetur, iterum irrigetur, donec madefiat, siccetur, modice affetur, saculo aspero multũ diuque cõfricando excorticetur, corticibus expurgetur, molatur in farinam, oleum, ut ex Amygdalis. exprimatur. Ex eodem semine (addidit,) non excorticato, sed assato, & moli to in farinam, oleum quoq;, ut prius, extrahitur.

V.

ROSATVM completum.

℞. Oleum de oliuis, aut oleum sisaminum recens, & lauetur cum aqua fontiuni lauationibus pluribus, deinde accipe folia rosarum rubea recentium contusarum quantitatem sufficientem, & sepelias in oleo q̃ modo lauasti, & recondeinuase uitreo, & obtura orificium eius & exponas soli dies. vii. deinde coque in uase duplici per horas tres, deinde fac permutationẽ foliorũ rosarũ, & utere aliis recẽtibus, & dimitte p alios dies. vii. deinde exerce cõctionẽ in eo sicut fecisti prius, & fac denuo permutationem foliorũ rosarũ, & proiice sup illud aquæ infusionis rosarum quã tradidimus, in cap. de syrupis, sicut est quantitas olei & stringe orificiũ uasis, & dimitte in sole p dies xl. deinde scola, & iterum ex pone soli, & dimitte tempore extẽso & utere ubi oportet.

COMMENTA. MANLII.

Istud oleum apud nos est multum in usu, secundum aũt intentionem Mesue est oleũ rosatum cõpletũ. ipse enim docet facere ipsum tribus modis: sed solum scripsi unum modũ quia ab hodiernis in usu non est ẽm illum modũ: Nicolaus habet oleũ rosaceũ. i. rosatum, quod magis apud modernos in usu est, uerũ est quod sunt ex hominibus qui accipiũt foliorum rosarum recentium, & comminuunt cum forficibus quantitatem quam uoluerint, & superponunt oleum commune, & exponunt soli per dies. xl. deinde administrãt ubi oportet Circainstans in cap. de rosis inquit: Oleum rosatum sic fit quidam decoquunt rosas cũ oleo & colant & reseruant. alii terunt rosas uirides, & ponunt in oleo. & in uase uitreo soli per. 50. dies exponũt. & hoc optimũ est. Diosc. autem habet oleum rosa. sed nõ est. idem uerum ipse docet ipsum componere tribus modis, ut facit Mesuæ.

APPENDIX.

Vltra Dioscoridem lib. 1. cap. 52. Aetius lib. 1. rosaceum oleum his uerbis bellissime componit.

Accipitur floris rosarum rubearum exunguium, & per diem ac noctẽ siccatarũ quadrãs, olei omphacini sextarius unus, rosis iniectis, os uasis occludere oportet, intrinsecus linteolo, forinsecus pellicula, propter imbres repẽtinos, & insolare ad dies. 40. atq; ita excolatum reponere, uasis super tabulas locatis in domo temperata. Quidã alia quædã rosis adiiciunt. Verũ optima est præparatio ex solis rosis, & oleo cõstans. Alii non insolant, sed uas in puteũ aquæ frigidæ ad dies 40. suspẽdũt. propterea q̃ ex frigore (addit Paulus, hæc oia lib. 7. cap. 20. & Aetio perscribens) amænus, ac gratus odor cõseruetur. Aliqui in terram hoc ipsum fodiũt.

VI.

CHAMAEMELLINVM, uulgo camomillinum.

Oleum camæmellinum est oleum benedictum, & modus operationis eius est sicut olei rosati præter quam oportet ut fiat cum oleo de oliuis completo, aut oleo sisamino cum illis modis præparationum quos diximus.

COMMEN. MANLII.

Istud oleum est in usu, sed eius modus apud modernos si est idem, ut docet Mesue, uerũ est quod faciunt ipsum sicut dixi de oleo rosato. Mesue inquit: quod oleum camæmillinum est oleum benedictum. Io. Anglicus in cap. de dolore iuncturarum ait. Item in gutta indurata ualet oleum camæmillinum in quo coquantur flores hyacinti crescentis in campis. uoco istud oleum hyacinthi.

APPENDIX.

Ex primo Aetii libro, Paulus non inepte. 7. cap. 20. chamæmillinum præparat. uerum non ab re Aetium sequemur, cuius uerba hæc existunt.

Olei dulcis sextarius Italicus unus, florem chamæmelidiẽ unũ prẽsiccatorũ sextans, in uas mittunt, cuius osculum raro linteolo integitur, quo perspirationem habet oleum, & sic per dies. 40. insolantur. Etenim si non perflatur, ac transpiret chamæmellinum oleum, odorem garo similem acquirit. Post insolationem seruare ipsum oportet ex colatum, uase locato in tabulis in domo temperata.

Ad hæc actuarius flores, camæmelli prorsus eligendos hac compositione pulcherrime admonet.

Chamæmeli flores lutei, sine ambientibus candidis foliis, pondere sextantis in libram olei demerguntur, & uitreo, uase linteolo cooperto. 40. dies sole sinũtur illustrari.

VII.

VIOLATVM.

Modus operationis eius est sicut olei ro. excepto quod debet fieri cum oleo rudi, aut amygdalino, aut sisamino cum illis modis operationum quos enarrauimus.

COMMENTA. MANLII.

Istud oleum est in usu secundum intentionem Mes, fit sicut rosatum, excepto quod debet fieri cum oleo rudi. i. oleo de oliuis immaturis, quod onfacinum appellatur. nam idẽ in ca. de oleo ro. inquit: Rudis aũt materia est ex oliuis. quibus nondum accidit completo & maturatio. Præterea Simon Ianuensis inquit. oleum uiolaceum. i. de uiolis ex omphacino oleo fieri debet, & sic intelligendum est pro oleo rudi oleum oliuarum immaturarum.

Viola autem flos est satis notus Bulchasis. i. Seruitor in tract. 2. in cap. de modo deficcandi uiolas dicit: qui uult colorem & odorem earum seruare sicut est uiolæ montium sunt meliores hortulanis, & lib. x. ex recentibus conuertuntur ad unam quando siccæ fuerint.

APPENDIX.

Inter alios Græcorum Egineta, ἰατὸν hoc est, uiolaceum abunde his uerbis. 7. cap. 20. exponit.

Iatum, alii quidem purpurarum, aliqui uero crocinorum, alii albarum uiolarum, unguibus detractis, foliorum uncias tres, in olei omphacini, Italicos sextarios quinque iniicientes, præparant, & accurate, ne liberius euaporet, undiq; constringentes. x. diebus insolare solent. ter ipsa post triduum commutantes, perinde atque lilia: ad conseruandum præterea pauca quædam exacte arida immittunt.

VIII.

ANETHINVM.

Modus operationis eius est sicut olei chamæmeli.

COMMEN. MANLII.

Istud oleũ est in usu: & modus eius apud modernos est, accipiantur flores anethi, & similitudinẽ habet cũ fœniculo & assimilatur plantæ ipsius, & ponãtur flores cum oleo, & exponantur soli per. xl. dies. deinde utere ubi oportet.

APPENDIX.

Aetius lib. i. oleum anethinum elegantissime hunc in modum præparat.

Anethinum ex anethi coma fit adhuc uirente, prius quã semen solidum reddatur, & acre inutile enim ad usum hũc fit floribus abiectis. Resecare autem mollia tantum germina, & uncias unius pondere expansa, ad sextariũ Italicum unum olei dulcis iniicere oportet. & osculum uasis probe obturare, & diebus. xl. insolare.

Confici autem potest (Aegineta. vii. ca. xx. addidit,) pro temporis ratione anethinum, ubi insolatur denegatur copia, aridi nãq; anethi comã cũ oleo i diplomate uasculo elixãtes utunt, & chamæmelino cõsimiliter. Minoris uero efficacię hęc sunt iis, q̃ ex uiridib⁹ cõficiũt, p̃sertim insolatis.

IX.

DE LILIO compositum, uulgo cum speciebus.

℞. Ex foliis liliorum ℥. ix. masticis, calami aroma. costi, carpobalsami, an ℥. i. garyophyl. cinnamomi electi, an ℥. s. croci. ʒ. iii. oia præter folia liliorũ infundant in aqua sufficienti, & dimittant die ac nocte: postea bulliant ebullitione una, aut duabus: deinde proiice olei sisamini super ea, aut olei de oliuis cõpletis lib. ii. & pone in uase uitreo cũ foliis liliorũ, & dimitte in sole p dies. xl. deinde cola & administra.

COMMENTA. MANLII.

Istud oleũ est in usu sub nomine olei liliorũ cum specie-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 194 sur 335

bus:aut ſub nomine olei de liliis compoſiti ad differentiam alterius deſcriptionis ſecũdum quam fit oleum de liliis ſimplex cuius deſcriptio inuenitur in antidotario Io.Serap.de qua infra.Dioſ.habet idẽ ſub nomine olei ſuſini.i.de liliis.

APPENDIX.

Lilinum,quod alii,cum in ſuſis maxime in promptu, tum aliis tum prægnantibus(vt Aetius lib.i.clare expreſſit,) ad partum facilitandũ,olim eſſet ſuſinũ appellant,apud Dioſc. lib.i.ca.lxi.pulcherrime tẽperat:cuius placita in unum quã breuiſsime Paulus Aegine.li.7.ca.xx.his uerbis pſtrinxit.

Sumito olei ſextarios,calami odorati libras quinq;,myrrhæ,quincuncem,cardamomi libras tres, foliorum lilii detractis unguibus refrigeratorum libr̃,cinnamumi quadrantem,croci cilicii,quincuncem. Præparationem uniuerſam in treis iniectiones diducito.Primũ,myrrham. & calamum uino ℘ quinq; dies macerata,ter in die agitemus, poſt hæc oleo quam minimum decoquamus.

Secundo, cardamomum aqua maceratum per triduum cum mouebimus pari rurſum ratione cum oleo ad horam vnam ſimul eliximus:quibus deinde exemptis oleo puro liliorum tertiam partem iniiciamus & lapſo iam triduo his quoq; exemptis tertiam liliorũ aliam partem iniicito: quã iterum poſt triduum exemptis, ac proiectis primis, ultimã liliorum tertiam partem cum croco leuigata immitte, tranſactis tribus aliis diebus oleo detracto, cinnamomum contuſum indito. Loco huius arnabon,uel caſiæ duplum, uel carpeſium iniice,& reponito.

X.

IRINVM.

℞.Radicum ireos quantitatem aliquam, & florum eius duplum, & aquæ decoctionis radicum eius q.ſ.Et funde ſuper ea olei ſiſamini, aut de oliuis maturis quantum oportet, & decoque in duplici uaſe:deinde permuta radices & folia liliorum,& fac ut diximus de oleo roſato.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum eſt in uſu ſub noie olei de ireos,aut irini,aut liliorum purpureorum:nam oleum irinum eſt oleum factũ cum radice ireos: & eſt radix lilii quod purpureum florem gerit.Gal.inquit:Ireos ad ſimilitudinem iris quem in cœlo videmus dicitur: & hinc cognominatur: quoniã illa plures & diſsimiles habet colores,ſic & varios,& differentes mitti flores:aliqui.n.ſunt albi,aliqui cerulei,& aliqui purpurei. Vnde Virg.de iri loquens ait.

Mille trahens uarios aduerſo ſole colores.

XI.

LEVCOII, officinis de cheiri.

Oleum de cheiri,quod eſt ex cheiri citrina eſt melius & ſubtilus:deinde quod ex alba:eſt autẽ oleum de cheiri reſolutiuum ſedatiuum dolorum qui fiunt in neruis & iuncturis & pectore,renibus,& ueſica,& eius modus eſt ſicut olei de camæmilla.

COMMEN. MANLII.

Iſtud oleum eſt in uſu,& debet fieri: quia ingreditur in multis locis.

Cheiri autem eſt uiola citrina dicta apud quoſdam ſaracenica.Auer.in.5.col.inquit:Alcheiri, ideſt uiola de romania hæc apud nos in hortis ac bladis inuenitur.Aui.in.3.cã. in fen.xxii.cap.de potionibus ad ſolutionem faciendam, & de illis quę conferũt eis inquit: albeſed,de quo dixit quidã quod eſt alcheiri rubea.Hic tex.Auic.apud Arabes eſt corruptus.nam albeſed eſt corallus,ſicut apparet apud Sera.in proprio cap.de corallo.Nicolaus Flo.in lib.7.in ca.de cura dolorum iuncturarum in ſpeciali,& propriæ ſciatici inquit. Dixit Gal.medicamen confectum cum cheira citrina pluries diſſoluit apoſtemata dura accidentia in articulis. Idem ibi ait. inquit. Dioſ. hæc eſt deſcriptio medicaminis cheirini citrini qualiter debet fieri & debet itelligi de flore eius, qui & appellatur cheiri rufa,& appellatur baſſad.Similiter textus Nicoli eſt corruptus dicentis quòd cheiri rufa appellatur baſſad.nam uide in omnibus libris de Arabico translatis in latinum,& uidebis quòd baſſad eſt corallus:& alcheiri eſt uiola citrina,quæ ſatis eſt nota.

XII.

E MELLILOTO.

Confert ſicut oleum chamæmelinum, & fit ſicut illud.

COMMEN. MANLII.

Oleum de melliloto non eſt in uſu. Melilotum autem cõponitur a melli,& lothos quod eſt trifolium: nã ſine dubio melilotum eſt ſpecies trifolii, & dicitur quòd eſt trifolium odoratum,ut dictum fuit in emplaſtro de melliloto.

XIII.

NYMPHATVM, officinis de nenuphare.

Confert ſicut oleum uiolatum,& fit ſicut illud.

COMMEN. MANLII.

Apud nos eſt in uſu. Sed componunt ipſum ex floribus nenupharis, & oleo omphacino poſito ſoli per dies.40.& poſtea utuntur.

Nenuphar autẽ apud Dioſc.uocatur nimphea ſiue ut alii cacabus ueneris.i.papauer paluſtre ſiue ut latini alga paluſtris ſecundum Auice.eſt caulis aquæ de nenuphare vide in electuario de farfara: quia ibi clare determinatũ eſt de eo.

XIIII.

MELINVM, uulgo de CYTONIIS.

℞. Carnium cytoniorũ tritorum,cũ cortice ſuo,quibus media accidit maturatio,& ſucci eorum ana partes æquales,olei ex oliuis incõpletis.q.ſ.pone in uaſe uitreo per dies. xv. ad ſolẽ,deinde coq; in vaſe duplici per horas quatuor, poſt illud fiat permutatio cytoniorũ, & ſucci eorum & fiat ficut diximus bis vel ter,deinde cola & reconde.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum eſt in vſu. Cytonium autem fructus eſt ſatis notus:exiſtimãt autem quidam ℘ iſtud oleum ſit illud quod a Dioſ.mellinum dicitur.

APPENDIX.

Melinum (vt Aetij verbis vtar lib.1.) ex malis cydonijs paratur,fit etiam ex aliis malis corium habẽtibus acerbius, & odoratius hoc modo.

Adimitur pediculus ad exortum,& feſtuca ad fundũ, & pars interior una cum ſeminis granis, deinde ſecantur mala una cum adhærente cuticula. Nam in ipſa & odoris gratia,& adſtringẽdi vis continetur.fiunt autem parua fruſta, quorum quadrans in olei omphacini ſextarium iniicitur, & inſolata ad dies 40.reponuntur.

XV.

MYRTINVM.

Fit ſicut oleum de cytoniis.

COMMEN. MANLII.

Iſtud oleum apud nos eſt in uſu. Myrtus vero eſt arbor cuius ſemen myrtillus dicitur. eius ſpecies ſm moder. duæ ſunt.ſ.albus & niger.albus autẽ cubeba,ſeu myrtus agreſtis, niger eſt ille quo utimur generaliter.Iſid.ait: myrtus amari dicta:eo quòd magis littorea arbor ſit.vnde& Virgilius.

Littora myrtetis letiſsima & amãtes littora myrte.Hinc eſt quod a græcis myrene dicitur. Medicorum aũt libri hãc arborem aptã ſcribunt mulierum neceſsitatibus plurimis.

APPENDIX.

Myrteum Dioſcorides lib.1.ca.47.hunc in modum belliſsime parandum edocet.

E myrto nigra ſylueſtri, aut ſatiua, foliorum molliſsima quæque tuſa præmuntur.Succo pares omphacini olei portiones adiiciuntur,ſubiectiſq; carbonibus inferueſcunt,donec concoquantur.Innatans oleum deraditur.

Sed longe facilior hæc compoſitio.

Tenera folia contuſa coquũtur in oleo,& aqua, & quod in natat, eximitur.

Priuatim alii directa in oleum folia in ſole macerant.

Alii prius oleum inſpiſſant malicorio, cupreſſo, cypiro, & iunco odorato.Efficacius eſt amarum guſtu,& oleoſum, viride,translucens,& olens myrtum.

Inſuper Aetius lib.i. vinum odoratum adſtringens addidit ac varie concoquit,ſic inquiens.

Fit & hoc foliis myrti uiridibus põdere ſextantis,in olei Omphacini ſextariũ Italicũ vnũ iniectis, addita vini odo-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 195 sur 335

rati adſtringentis quarta,ſextarii parte. Coquuntur hæc ad lentam prunam, donec folia arefiant,ac cõfringãtur, & uinum conſumetur: Deinde oleum purum excolatur, & uitreo uaſe excipitur, ac reponitur.

XVI.

EX POMIS mandragoræ,uulgo de pomis Iabrol.

℞.Expreſsionis eorũ completorũ, & olei ſiſamini ana partes æquales, decoque in uaſe duplici uſq; ad ſucci conſumptionem,deinde cola & reconde in uaſe cum eiuſdem ſucci expreſsione, ſicut quartæ partis & utere.

COMMEN. MANLII.

Iſtud oleum non eſt in uſu. Nicolaus in ſuo antidotario habet hoc oleum,ſed non eſt omnino idem.

Pomum iabrol eſt pomum mandragoræ ſcđm intentionem Meſuæ.Aui.in.2.cano.inquit: Iabrol eſt radix mandragoræ ſylueſtris, & eſt radix oĩs mandragoræ magna ſimilis formæ hoĩs,& pp hoc nominatur mandragora.eſt enim nomen imaginis naturalis.ſ. ſicut planta exiſtẽs in forma hominis.hic textus Aui.eſt falſus. nam mandragora non eſt ſicut forma hominis, ut apparet apud Dioſ. & Sera. Præterea. Petr.de Creſcẽ. inquit. mandragora non determinatur ab authoribus, cuius duæ ſunt ſpẽs.ſ. maſculus & fœmina, & quidam ut Aui. & alii dicũt fœminã formatam eſſe ad modum fœminæ,maſculum ad modum uiri,quod falſum eſt,& ſic certum eſt quod mandragora non eſt in ſimilitudine formæ hoĩs. uerũ Itali herbatici, & maxime falſificatores accipiunt radicem brioniæ,& cũ certis inſtrumentis faciũt quãdam imaginẽ ad ſimilitudinem formæ hoĩs, & dicunt ꝙ illa eſt uera mãdragora, quibus nõ credit.Sera.in cap. de mandragora, narrat de pomo ipſius de mente Raſis. & ibidẽ dicit. dixerunt mihi quidam ex antiquis Babyloniæ ꝙ puella quædam comedit quinq; poma mandragoræ, & cecidit ſincopizata, & facta eſt tota rubicunda,& quidam ſupueniens effudit ſuper caput aquam niuis totiens donec ſurrexit.

XVII.

ENVLATVM, uulgo de enula.

℞.Radicis enulæ contuſæ & ſucci eius radicis, & olei ſiſamini ana partes æquales uini odoriferi partem.5. fac ſicut diximus in oleo myrcino. Alius modus operationes eſt: ad de permixtioni prædictę foliorum lauri,cordumeni.i.cheiſim hortulani, ſpicæ indæ, calami aromatici ana ſextam partem unius & decoque ſicut diximus.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum non eſt in uſu. Enula eſt herba ſatis nota.

XVIII.

DE CINNAMOMO.

Cõfert ſicut oleum de enula, & modus operationis eius eſt ſicut illius.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum non eſt in uſu.Dioſ.habet deſcriptionem huius olei,ſed non eſt eadem huic.

Cinnamomi autem ſcđm Serap. eſt ſpecies ſunt plures ſicut apparet in ſuo cap.Macer.autem inquit: Cinnama tres ſpecies dicuntur habere.

Sed harum eſt præcioſa magis quæ plus ſubtilis habetur. Et quæ plus mordet mixta dulcedine linguam &c. Secundum intentionẽ Macri eius ſpecies ſunt tres.ſed ſcđm Ser. ſunt plures. Io.Anglicus in cap.de paſsionibus ſtomachi inquit: Item utantur homines frequenter cinnamomo, quia os redolere facit & ualet contra rheuma frigidum, & preſeruat a corruptione humorũ & ideo dicit. Cur morietur homo,qui ſumit de cinnamomo ſuppoſito bono regimine.

XIX.

RVTACEVM, officinis de ruta.

Modus operationis eius, eſt ſicut olei myrtini.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum ſm intentionem Meſuæ fit ſicut oleum myrtinum.fit autẽ ſicut oleũ de cytoniis hoc eſt quod accipiãt foliorum rutæ, & ſucci eorum ana partes æquales:olei oliuarum incompletarum, quantum ſufficit ponantur hæc tria in uaſe per dies.xv. & obturetur os eius: deinde coque in uaſe duplici p horas quatuor: poſtea colẽtur fortiter manibus comprimendo & bis uel ter hoc reiteretur: deinde cola & reconde.

Ruta autem herba eſt ſatis nota.

APPENDIX.

Rutaceum quam breuiſsime Actuarius hoc pacto præparat Comarum rutæ, & foliorum diu, noctuq; decoctorum, uncia,olei libra, anethini, modo ſoli exponitur.

XX.

NARDINVM BENEDICTVM.

℞.Spicæ aromaticæ.ʒ.iij.uini & aquæ,ana.ʒ.ii.s.olei ſiſamini.ʒ.vi. decoquatur in uaſe duplici lento igne quaſi per horas quatuor,& frequenter moueatur omni hora.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum eſt in uſu: maxime ſm iſtam deſcriptionem uerum eſt ꝙ Meſue potuit quod ipſum poteſt fieri duobus modis: ſed primus eſt magis in uſu: ſi aũt facere uoluerit iuxta ſecundum modum infra apparebit.

Olei aũt nardini.i.de ſpica nardi: ſeu ſpica aromatica. Aui.in.5.can.hẽt unam deſcriptionẽ, ſed nõ eſt idẽ. Raſis in .9.Alman.in cap. de dolore ſtomachi proueniente ex apoſtemate indurato ponit oleũ nardinum, ſed non eſt in uſu. Dioſ.ait.Oleũ nardinũ diuerſe conficitur cum folio malabathri & ſine iſto miſcetur.Io.Angli.in ca.de modo abluendi oleum,hẽt deſcriptionem huius olei,ſed non eſt ſimilis.

Oleum ſiſaminum.i.oleum quod fit ex granis ſiſami: cuius modus ſupius fuit poſitus. ſed non oportebat ꝙ D. Meſue diceret oleũ ſiſaminũ, quia hodierni apothecarii apud nos generaliter ponunt loco olei ſiſamini, oleũ oliuarum pro hoc oleo conficiendo, ſed errant errore maximo.

XXI.

NARDINVM ALTERVM.

℞.Spicæ indæ.vnc.iii.ſampſuci,xyloaloes,enulæ folii indi, calami aro.foliorũ lauri,cyperi,ſquinanti, cordumeni, an. vnc.i.s.proiiciantẽ ſuper ea prius quã fuerint cõtrita uini & aquæ fontis.q.ſ.olei ſiſamini lib.vi. deinde fiat ſicut primũ, & coquatur horis ſex, & agitetur omni hora.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum ſcđm iſtam deſcriptionem apud nos non eſt in uſu:idem Meſue ponit quòd ipſum poteſt fieri per tertiũ modum, ſed non eſt in uſu.

APPENDIX.

Pulchre. admodum, quanquam uarie, NARDINVM oleum Aetius lib.1.memoriæ prodidit,quæ non aſcribimus cum ſatis duxerim locum adnotaſſe.

XXII.

MASTICHINVM.

℞.Maſticis.vnc.iii. olei ſiſamini Kiſt.i. coque in uaſe duplici.Secundus modus operationis eius eſt.℞.olei roſati.ʒ.ii. maſticis.vnc.iii.uini boni. vnc.viii. decoque ſicut primum ad uini conſumptionem.

Iſtud oleum eſt in uſu: ſm intentionẽ Meſuæ põt ipſum confici duobus modis, ſed primus apud nos non eſt in uſu immo ſecundus eſt ille quo generaliter utimur. Auic. in.5. can.habet unam deſcriptionem,quæ eſt eadem cum prima.

Maſtix uero gummi eſt ſatis notam. Iſid. maſtix arboris lentiſci guta eſt:melior aũt in Chio inſula gignitur, odoris boni. Secundum Gal.maſtix eſt gluten Romanum.

Chiſt eſt pondus ſm modernorum opi.libra.i.cum dimidia.Aui. in.5.can.in tract. de põderibus inquit: Chiſt apud gentes quæ lingua græca loquũtur cognitum eſt:ſuper menſuram uero non conueniunt omnes: & illud eſt: quoniam quidam eorum utuntur alia quam utantur alii. Chiſt enim apud Romanos cap.lib.i.s. & ſextam. quare eſt. vnc.xx. & chiſt Italicum lib.i.s.& lib.eſt.vn.xii.

APPENDIX.

Maſtichinũ, nunc ſimpliciſsimum nunc magis uarium Aegineta lib.vii.cap.xx.egregie parat hæc proferens.

Maſtichinum ſimpliciſsimum hoc modo paratur. Maſtiches in Chio inſula natæ uncia, Omphacini oleo ſextario Italico permiſcetur, & in olla decoquitur: nonnulli uero abſinthii, & ſtyracis cuius libet unciã adiicere cõſueuerũt.

Magis uarium.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 196 sur 335

Olei ſextarii quinquaginta. Enulæ cãpanæ lib. quinq; xylobalſami libræ decem, florum iunci rotundi libræ quinq; cardamomi libræ ſeptem, maſtiches libræ quinq;, xylomaſtiches libræ octo, terebenthinæ libræ tres, abſinthii cum libra, uini odorati ſextarii quinq; aquæ ſextarii decem, macerata in uino res aridę ante tridiuũ cõmiſcent oleo, & aqua & elixantur horis ſex, tũq; maſtiche, & terebentina iniiciũtur & exacte commixta, & infrigidata deporantur, & tranſfuſa reponuntur.

XXIII.

STYRACINVM, officinis de Storace.

℞. Olei ſiſamini. ʒ. xii. ſtoracis. ʒ. iii. fiat ſicut oleum maſtichinum: deinde coletur & adminiſtretur.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum non eſt in uſu idem Auic. in. 5. cano. habet unam aliam deſcriptionem quæ eadem eſt, Dioſ. habet deſcriptum huius. ſed non eſt eadem.

Storax. ſ. ſtorax calamitæ quæ ſatis eſt nota. Meſ. in ſuo grabadin in cap. de ægritudinibus neruorũ hẽt duas deſcriptiones olei de ſigia, & eſt ſtorax liq̃da, ſed non ſunt in uſu.

APPENDIX.

Styracinum ex Aetio lib. i. ſimplicisime ſic paratur, olei dulcis optimi, ſextarius unus.

Styracis pinguis ſextans.

Coquuntur in duplici uaſe, donec ſtyrax uim ſuam in oleum deponat.

XXIIII.

COSTINVM.

℞. Coſti amari. ʒ. ii. caſsiæ lignææ. ʒ. i. extremitatũ ſampſuci ʒ. viii. uini odoriferi. q. ſ. ad infundendum noctibus duabus olei ſiſamini lib. iii. decoquat ſicut oleũ nardinũ horis ſex.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum eſt in uſu. Aui. in. 5. cano. habet duas deſcriptiones, ſed non ſunt eædem.

Coſtum uero eſt radix amara.

XXV.

CIPRINVM, uulgo de ALCHANNA.

℞. Florum alchannæ. ʒ. iiii. olei antiqui. ʒ. x. fiat ſicut oleum roſ. In defectu autem florum fiat cum foliis, & iteretur decoctio eius cum modico uini.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum non eſt multũ in uſu. Dioſ. habet aliam deſcriptionem ſub nomine olei cyprini, q̃ idem eſt. nam oleũ de alchanna apud Arabes eſt oleum cyprinũ apud græcos, Idem Dioſ. aliud de ipſo facit cap. ſub nomine cypri arboris, cuius folia ſunt oliuæ ſimilia, ſed uiridiora & paulo groſſiora, & ſemen nigrũ, & florem albũ geminat cũ odore bono. apud Moder. duæ ſunt ſpẽs. ſ. alba & rubea alba uero ſm exiſtimationẽ pluriũ modernorum eſt frutex ſicut arboroſa quæ iuxta hortos ac in campis inuenitur, & eſt quam noſtri ruſtici Ceuerox uulgariter dicunt, de cuius flore mulieres inficiunt capillos, rubea uero apud nos non inuenitur.

APPENDIX.

Cyprinum Dioſcorides lib. i. ca. 64. Aetius li. i. Aegineta li. vi. ca. xx. nec non actuarius, uariæ præparant, ſpiſſamentum potius quam oleum, nuncupandum.

XXVI.

SAMPSVCHINVM, uulgo de SANSVCO,

Fit oleum myrtinum.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum non eſt in uſu. Dioſ. habet unam aliam deſcriptionem, ſed non eſt eadem huic.

Oleum uero ſampſuchinum eſt oleũ de maiorana. Dioſc. inquit: ſampſuchus a ficulis amaracus nominatur. Idem dicit Pli. ſed ſecundum Aui. amaracus eſt alacoen ſiue uchuẽ, ut apparet apud eundẽ. in. 5. cano. in trochiſcos andaracharon, uerum generaliter hodierni habent opinionem quod amaracus ſit maiorana. uerum contraria eſt opinio Simonis Ianuenſis in cap. de alacoen Iſido. dicit ſampſuchus eſt quem latini amaracum uocant, cuius nomine uſus eſt Virgilius etiam ad Venerem referens.

Vbi mollis amaracus illam.

Floribus, & dulci aſpirans amplectitur umbra.

Vnde & nomen traxit amaracus a puero cuiuſdam regis, qui caſu lapſus, dum ferret unguenta, nomen, & gratiſsimum ex effuſione unguenti odorem creauit.

APPENDIX.

Legantiſsime Dioſcorides lib. i. cap. 57. (quæ etiam ad uerbum actuarius reperit,) Sampſuchinũ his uerbis miſcet, atq; componit. ſerpilli, caſsiæ, abrotani, florum ſiſymbrii, frondium, myrti, ſampſuchi, ſingulæ portiones, quadam pro uiribus ſingulorum coniectatione una tunduntur, atque ijs omphacini olei modus adiicitur, qui madentium uires non euincat. Hæc poſt quatriduum exprimuntur. Denuo alia ſimili menſura, & æquali tempore macerata premuntur: ita enim ualidius reddi ſolet. Eligi oportet ſampſuchum colore nigrum, plurimum redolens mediocriter acre.

XXVII.

Ex Thymælea, officinis de mezereon.

℞. Foliorum mezereon. ʒ. iiij. & proijce ſuper ea aquæ dulcis lib. i. dimitte die ac nocte, deinde fundantur ſuper ipſum lactis dulcis & recentis. ʒ. vi. olei ſiſamini. ʒ. viij. coquantur uſque ad lactis & aquæ conſumptionem, deinde coletur & reponatur.

COMMEN. MANLII.

Iſtud oleum eſt in uſu, & debet fieri ſm iſtam deſcriptionem. Idem in ca. de mezereon habet unã aliam deſcriptionẽ ſed non eſt eadem huic. Leonardus de Preda palea in ca. de fiſtulis, habet unam aliam deſcriptionem quæ eſt eadem.

Mezereon apud Dioſ. uocatur chamælea ſiue cocognidium ut dictum fuit in electuario de mezereon.

XXVIII.

DE THYMO, uulgo de HASCE, oleum (neſcio unde, ſericinum uocitatum.)

℞. Haſcæ. ʒ. iiij. zingiberis. ʒ. i. s. funde ſuper ea in uaſe uitreato ſucci extremitatũ halaſcæ. ʒ. iiii. olei ſiſamini. ʒ. xiiii. aquæ dulcis quantum ſufficit. decoq; uſque ad aquæ conſumptionem. Modus alius. ℞. olei ſiſamini, & ſucci halaſcæ & lactis uaccini recentis ana. lib. ii. albarum penidiarum. ʒ. v. zingiberis albi. ʒ. xii. decoquantur uſque ad ſucci & lactis conſumptionem & adminiſtretur.

COMMEN. MANLII.

Iſtud oleum non eſt in uſu ſcdm autem intentionẽ Meſ. oleum de haſce eſt oleum ſericinum, & ſic credo. quia. Io. Serap. in ſuo antidotario inquit, oleũ alſek. in fine deſcriptionis ait, coquatur donec conſumetur aqua, & remaneat oleum ſericinum, & ibi docet ipſum facere duobus modis, ut facit Meſue. Aui. in. 5. can. habet tres deſcriptiones. Meſue uero dicit. ℞. haſce. Ioa. Serap. dicit alſek. Aui. haſce. ſi hæc tria idem ſunt eſt thimus: ſi autem nõ, eſt hyſſopus uſualis. nam in iſto oleo primo hẽt haſce, inferius habet extremitatem haſce. i. thymi: & ſic quidam ſapiẽtes dixerunt quod per haſce intelligit hyſſopus: & per halaſce thimus. Meſuæ ponit in alia deſcriptione penidios, unde Io Serap. inquit: In deſcriptione alia non dicitur uaccinum, & dicitur quod illud accipitur ex penidis.

APPENDIX.

Ex uaria, ac obſcura huius compoſitionis inſcriptione, ſponte ſtudioſis uaria, ac nõ obſcura olea ſeſe offerunt. Cum hoc oleum nonnullis de haſce, ex thymo nempe, ſeu de halaſce, uſ ex hyſſopo dicamus, Arabice inſcribatur, aliis (forſan rectius ut autumant,) de Alhaſech, ac ſi ex Tribulo dixerimus, nẽpe terreſtri. Vñ, ne augurium potius, quam iudicium, quæ nam exhiſtis uerior exiſtat, afferamus, non iniuria poterit q̃ſq; iuxta modũ a Meſue iam expoſitũ, vt ex thymo, vt ex hyſſopo, vt ex tribulo oleũ ꝓpulchre ſibi parare.

XXIX.

SICYONIVM officinis de cucumere aſinino.

℞. Succi cucumerum eius completorum olei ſiſamini an, vnc. vi. coque uſque ad conſumptionem ſucci & utere.

Modus alius. ℞. Succi radicum eius, & radicum eius cõtritarum ana. vnc. vi. olei ſiſamini lib. i. coquatur ſicut diximus, & adminiſtretur.

COMMEN. MANLII.

Istud oleum est in usu.tamen non multum.Dioscо.habet unam aliam descriptionem sub nomine olei sicyonii. i.olei de radice cucumeris asinini: eius succus apud eundem electerium dicitur Mes.in ca.de cucumere asinino inquit: Cucumer asininus est fructus sicut cucumer paruus qui satis est notus. & melior pars eius plantæ est fructus ipsius, & propriæ eius completi succus,& post ipsum radix,& melior fructus eius est cõpletus citrinus iam expoliatus a uiriditate, & qui est ueræ amaritudinis,& cuius succus est albus habẽs sicut de pinguedine aliquid. Incompletus uero est malus, & melius,tempus operationis eius est finis ætatis, & collectionis radicis eius est finis ueris.

Operatio succi. ℞. ex succo eorum quantitatem quã volueris, & propriæ quando citrinescunt: & sunt maturitatis completæ, & fiat extractio succi cũ facilitate non cum compressione & expressione laboriosa, & exiccentur sicut exicatur scamonea & aloes, & conseruatur succus eius triennio.& est administrandus post sex menses.

APPENDIX.

Σικυώνιον ἀπὸ τοῦ σικύου ἀγρίου,a cucumere agresti vocitatum,Græcorum Aetius.Paulus,atq; Actuarius varia componunt.uerum cum Aegineta triplicẽ Sicyonii compositionem afferat,absurdũ haud censemus,hic ad uerbũ ex lib.vii. ca.xx.eius placita referre,hunc sane in modum.

Sicyonium simplex.

Præparatur illud ex radice cucumeris sylvestris refrigerata,vnciis duabus, in olei Italici sextarium iniectis, & in cacabo decoctis.

Sicyonium compositum.

Olei sextarii decem.
Cucumeris agrestis radicis derasæ libra.
Serpilli, Mellioti, } singulorum.ʒ.sex.
Tædarum picearum pinguium Althææ. } sing.quincunx.
Scolopendrii.ʒ.sex.
Fœnugræci,sextarii duo.

Præmaceratur fœnugræcũ aqua primo diem vnam: deinde colatur,& immittuntur dictis cum oleo,& uini sextariis duobus,omnibusque decoctis adiiciuntur medullæ ceruinæ cum olei momento leuigatæ.ʒ. quatuor, adipis gallinarum totidem,ac denuo colatũ oleum alio uasc recõdito.Nec desunt qui ipsum post decoctionem dies.xl.insolant.
Elaterii succi sextarios tres.

Sycionium aliud efficacius.

Aristolochiæ, Rotundæ, Longæ
Styracis,
Inulæ campanæ,
Hyssopi,
Ireos,
Colocynthidis,
Pulegii,
Origani,
Cyperi,
Dendrolibani,
Centaurii,
Daphnophilorum,
Olei,sextarios quinq;. } vniuscuiusq; sextantem.

Mixta,usque dum succi exiguum relinquatur decoque.

Quanquam non ignorandum a iam expositio varium ac diuersum σικυώνιον, Dioscoridi inscribi,nempe ἀποτῆς σικυωνίας,Peloponensi regio,in qua laudatissimum habebat. Cum oĩno aliter ac præsertim sine sylvestris cucumeris radicibus,componatur.ut iam ex eius compositione clarus fiet.

In lebetem oris lati stãno inductũ.fundit olei alibi,quod crudæ oliuæ reddiderunt,cõgius unus,aquæ congius semis. Leui id igne coquit,leuiter mouendo. At ubi bis efferbuit, & subtracto igne refrixit, innatans oleum concha tollitur & adiecta noua aqua conferuescit, & reliquis, ut diximus, peractis reponitur.In Sicyonia maxime fieri consueuit, Sycyonii,inde accepto cognomine.

XXX.

DE POMIS Citreis,uel Aranciis, uulgo de pomis Citrangulis.

℞.Poma citrãgulorum numero.xii. & sint propiæ antiqua & pone ea integra ĩ uase uitreato:funde super ea olei de oliuis.aut olei sisamini.ʒ.xxvi.aut plus secundum magnitudinẽ & paruitatẽ citrangulorum, & aquæ fontis, & aquæ maris an.lib.i.coquatẽ ad consumptionem aquæ: deinde funde sup ipsum aquæ dulcis claræ lib.i.s.& proiice super ea penidiarum albarum.ʒ.viii.decoquæ vsq; ad aquæ consumptionem & administret ĩ potibus & cibis & pulmentis de farina.

COMMEN. MANLII.

Istud oleum non est in usu. Superius fuit positũ oleũ de granis citri & citrangulorum, & hoc est de pomis citrangulis:& de hoc pomo testatur Simon Ianuensis qđ nunquã inuenit aliquem de eo mentionẽ feciſſe:sed ſm Modernorũ opinionem est pomũ dictum aranciũ.Matth.Syl.inquit:Pomũ aranciæ.i.citrangulũ uel citroniolum:nam hoc pomum in colore est citrinũ.Aui.in lib.i.in fen.ii.doctrina.iii.ca.ii. de significationibus coloris urinæ inquit, ex coloribus urinæ sunt gradus citrinitatis sicut palearis: deinde citrinus post flauus,deinde rufus postea citrãgularis, postea igneus qui tincturæ croci assimilatur.

Vas figuli.i.terra argillæ:Isido.in ca. de uasis escariis ait: Vas dictum a uescendo,quod in eo escæ apponantur: cuius diminutiuum uasculũ quasi uesculũ.Mes.habet in uase figuli.i.de argilla,siue terra figuli,vñ vasa fiunt dicta ab argis ubi primo ipsa uasa factã sunt.Papias argilla terra humida ab argis dicta,apud quos primum ex ea uasa facta sunt.

XXXI.

DE CROCO.

℞.Croci.ʒ.i.myrrhæ puræ.ʒ.iiii.cordumeni.ʒ.ix.calami aromatici.ʒ.viii.infundãtur medicinæ in aceto diebus quinque præter cordumenum.die sexta proiiciatur super ea cordumenũ & dimittatẽ die una.deinde fundatur sup ea olei li.i.s.& coquatur lento igne usque ad aceti consumptionem, & sunt qui loco aceti uinum ponunt.

CMMENTA. MANLII.

Istud oleum est in usu,tñ nõ multum Aui.in.5.can.habet unam aliam descriptionẽ,sed non est eadem huic. Crocus.i. zaffaran,& est crocus orientalis seu cõis inuenitur alius crocus qui hortulanus dicitur,& hic est carthamus.

APPENDIX.

CROCINVM Dioscorides præsertim lib. i.capit.63. nec non Paulus Aegineta lib.i.capi.20.quam laudatissime componunt.

XXXII.

DE PIPERIBVS.

℞.Trium piperum an.ʒ.iii.chebulorum,bellericorũ,embli corum,indorum,an.ʒ.v.radicũ apii,fœniculi an.ʒ.iii.s.seràpini,opopanaci,iusquiami albi ana.ʒ.ii.s.turbith albi bonⁱ. ʒ.xii.zingiberis.ʒ.iii.caulis recentis,hasech humidi,foliorũ rutæ humidæ,quãtum de singulis capi põt.decoquantur oĩa post contritionẽ earũ cũ aqua lib.xxiiii.usque ad tertiã partem,deinde coletur & proiiciantur super ea olei de cherua eminæ.ii.& coquatur usque ad consumptionẽ aquæ, & sunt ex hominibus qui addunt in eo ireos. ʒ.vi. tapsiæ.ʒ.ii.anisi cordumeni an.ʒ.i.s.calami.aro.ʒ.ii.s.spicæ indæ.ʒ.i.expressionis alascæ,sextaria tria, & administretur ubi oportet, & sunt qui loco olei de cherua ponũt oleũ irinum. i. de ireos, aut oleum de cheiri.i.de uiola citrina, aut oleũ de amygdalis amaris,aut ex omnibus partes conuenientes.

COMMENTA. MANLII.

Istud oleũ est in usu : maxime apud Mediolanenses. dicit autẽ de piperibus propter tria genera piperis quæ in eo ingrediuntur, & sunt propriæ albi dicti leuci,nigri dicti melani longi dicti macri.& hæc tria genera nota sunt apothecariis,sed apud medicos nõ tãtũ,qa opinio multorũ medicorũ est quod piper albũ sit cataputia,aut granum ben,quod non est credendum. Et ego summe admiror qđ doctores supra-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 198 sur 335

dicti in descriptione olei de ben sint decepti in rectam faci li cum habeant capi.speciale & clarissimum a Sera.qui hæc tria genera apertissime declarat.

Hascæ humidæ. i. recentis & est thymus, nam inuenitur in aliquibus codicibus Mes. ubi dicitur hascæ humidi. ergo hascę est uerus thymus: sicut apparet apud Ser.in ca.de thymo quidam dixerunt ꝙ est hyssopus:Deus uero nouit.

Oleum de cherua est oleū ꝙ fit ex semine, ꝙ dicitur granum regum siue cataputia maior:vt apparet supra.

Emina secundum Aui.in.5.can.in ca.de ponderibus emina italica & ægyptiaca est.ʒ.xvi. & emina romana est.ʒ.xx. Papias ait:Emina appendit libra unam quæ geminata sextarium facit habet drachmas centum.

Tapsia ſm Dios.dicitur tapsia,quia primo in insula Tapso fuit inuenta ab Aui.vocatur thexifixie,& dicit quod est gūmi ruthę agrestis,& ſm Halyabatem tapsia est ruta agrestis. Auer.in.5.colliget: inquit: Tapsia.i.gūmi rutæ agrestis ſm quosdam medicos.quidam praue crediderunt quod esset rubea tinctorum:sed non recte.uerum est quod tapsia secundū Simonē ex authoritate Pauli est rubea tinctorum sed aliud est:Auic.in.4.can.in ca.de cura alguada & albaras in quodā medicamen habet tapsiam & rubeā tinctorum: quod non esset si essent idē. sunt ex hominibus qui loco tapsiæ ponunt rutam sylue. & sunt ex hominibus qui ponunt cassiam lignea,& sunt ex hominibus qui ponunt lepidium,ꝙ est genus erucæ siue seitaragi indi.

Sextarium secundum Aui.in.5.can.in ca.de ponderibus est ʒ.vi.idē dicit Gentilis super illum passum. Moder. vero generaliter opinantur quod sextarium sit pondus duarum librarum cum dimidia: maxime quando inuenitur sextariū uini vel aquæ uel succi. si uero inuenitur sextarium cinnamomi aut piperis intelligitur pondus drachmarum sex. in hoc sunt diuersæ opiniones.

XXXIII.

DE EVPHORBIO.

℞.Euphorbii.ʒ.s. olei de cheiri.i. olei quod fit ex viola citrina.ʒ.v.vini odoriferi.ʒ.v.decoq; usq; ad vini cōsumptionem & utere.

COMMEN. MANLII.

Istud oleum est in usu. Mes. ponit quod istud oleum pōt fieri duobus modis,& sic est,quod sunt ex hominibus qui faciunt ipsum secundum primum modum, & sunt qui faciunt ipsum secundum alium modum.uerum nostri doctores magis laudant secundum modum quam primum.Aui.in.5.can. habet unā aliam descriptionem quæ videtur esse eadem cū secunda descriptione,& sic aliam describam.

XXXIIII.

DE EVPHORBIO, secundum alium modum.

℞.Staphisagriæ,condisi an. ʒ.iiii.pyrethri.ʒ.vi.calamenti montani, succi.ʒ.xii.costi.ʒ.x.castorei.ʒ.v.tere decoque in uase uitreo cum uini odoriferi lib. iii. s. postquam infusa fuerint in eo diebus duobus usq; ad mediū uini, deinde frica manibus in fricatione uehemēti, & cola & fundes super ipsum olei de cheiri.i.de uiola citrina, aut olei sisamini lib. i.s. & decoque usq; ad cōsumptionem uini. deinde proiice super ipsum euphorbij recentis,& albi.ʒ.iiii.trita cōtritione ultima,& coquatur cum eo & utatur.

COMMENTA. MANLII.

Istud oleū est illud quod magis laudant nostri doctores.

Euphorbium vero est gummi satis notum.

Staphisagri ſm Auic.in 7 can.est uua passa montana & est granum capitis,& in monte Libano inuenitur de ea plurimum & est granum nigrum:sicut cicer nigrum, & hæc ab aliquibus dicitur pedicularia,eo ꝙ pediculos occidit.

Condex.i.condisi:& est id quod Dios.uocat structium:& sunt radices quibus utuntur lanarii ad suffumigandum lanas ſm intentionem Dios. ego nunquam potui scire quid esset: virtutem etiam habet ad prouocandum sternutationem, & propter id multi crediderunt ipsum esse elleborum album, sed nō recte sicut patet per Dios.propterea Macer vocat id structium & inquit, quod non minus prouocat id sternutationem quā elleborus albus.Dinus aūt Flo.in lib.ii.in ca.de cura scrophularū inquit: Cōdisi.i.ellebor⁹ albus,qđ falsum est.idē dicit.Auer.in.5.col.uide etiam Aui.in.4.can.in fen. vi.in summa secūda venenorū ex plātis ꝙ ait:de cōdisi & elleboro albo.ergo idē nō sunt.uerū hodierni putāt ipsum esse speciem elebori,& loco eius pōt poni elleborus eo carētes,& nullo modo audeant huiusmodi interius propinare.

APPENDIX

Quanquam GALENVS passim pro uariis medendi scopis euphorbinū oleum preparet, ueruntamen quam simpliciſsime.ii.Medicamentorum κατὰ τόπους, iuxta calcem, in hunc modum componit.

Nimirum ad libra olei unam,euphorbij uncia dimidia,si ualidum euphorbium exiſtat.Verum in corporibus molli, ac tenero sensu præditis,etiam si minus quam dimidiam vnciam inieceris,melius res procedet.

XXXV.

VVLPINVM.

℞.Vulpem integrā cuius interiora sint euulsa & pone in uase & funde super ipsam aquæ fontium, & aquæ marinæ ana. †al Kiſt

†Kist.i.olei antiqui clar. Kist.ii.s. decoque lento igne cum salis.ʒ.iii.usq; ad aquæ consumptionē: deinde pone in uase & proiice super ipsam herbæ anethi,& alasce.i.thymi, ana. lib.i.& funde sup ea aquæ dulcis, ubi coctus fuerit ex eisdē herbis ana manipulus unus,decoq; sicut prius usq; ad aquæ consumptionem,& administretur,est.n.mirabile,& qñque præter oleū coquitur uulpes in aqua fontium & aqua salsa (& sit aquæ quantitas multa) cum eisdem herbis,& administretur lauando in tina & est efficax:hoc quoq; non prætermittimus,ꝙ uulpes tandiu debet coqui siue in faciēdo oleū siue aquam ad abluendum, donec sic cocta sit ut eius artus omnes laxentur & dissoluantur.

COMMENTA. MANLII.

Istud oleum est multum in usu:Io.Angli. in ca.de dolore iuncturarum inquit: Oleum vulpinum est medicamen vltimum ad arteticam & podagrā & dolorē renum & dorsi qđ ita fit ut docet.D.Mes.Petrus Argil.in cap.de podagra siue gutta frigida ponit unguentum de uulpe ipsius Mes.℞.vulpem integram euulsis interioribus, & pone in uase cū aqua salita uino & oleo, & ultra hoc pone in isto uase saluiam, rorem marinum,iuniperum,anethum,origanum,& maiora nam:oia ista bulliant,ut docet ipse ibidē.miror ob talia uerba.Nam primo Mes.non ponit unguentum de vulpe Præterea descriptio olei vulpini non est eadem: sed uide supra in vnguēto de vulpe,uulpes uero apud Arabes dicitur thaleb. Gal.narrat virtutem ipsius dicens, quod oleum in quo decoquitur vulpes cōfert multum doloribus iuncturarum. & multi medicorum ponunt ipsam viuam in uase cum oleo & decoquunt: quidam ponunt eam mortuam, sed hoc oleum non est plus resolutiuum,quam oleū in quo coquitur adeb: nam quando coquitur in oleo est uirtus eius resolutiua multum,& nos quidem diximus quod medicinæ quæ hoc faciūt attrahunt ab interioribus corporis.

APPENDIX.

Vulpes in oleo apud GALENVM.xi.simpliciū, totæ coquuntur,nonnullosq; sic Arthriticos curare uoluit, partim uiuas uulpes in lebetem in gentem iniicientes, partim etiam mortuas, atq; hycœnam. totā oleo ut uulpes,in coctā nō inefficacius idem posse affirmat.quod etiam Aetius lib. ii.in ca.cxciii.his uerbis abunde prosequitur.

Hycœna uiua in oleo cocta,velut de vulpe(eadem quæ iā ex Gal.habuimus,ad uerbum explicans,) dictum est,oleum discussoriū efficit. Arthriticis utilissimū.Vsus fiat ueluti de vulpe indicauimus,in lib.ii.ca.clxiiii.nempe. Ex hyena oleum ad arthriticos.

XXXVI.

DE SCORPIONIBVS.

℞.Scorpiones circiter.xx.vel plus uel minus secundū quātitatem eorum & pone in uase uitreo, & funde super eos olei amygdalarum an.lib.ii.& stringe caput uasis, & dimitte in sole diebus xxx.deinde cola.& utere.

COMMEN. MANLII.

Istud oleum est in usu.Mes.docet ipsum componere duobus modis.Et sic sunt ex hominibus qui cōponunt ipsum secundum

cundum primum modū.sed nostri doctores magis laudant secundam descriptionem quam primā,& sic illam describā.

XXXVII.

DE SCORPIONIBVS, secundum alium modum.

℞. Aristolochiæ rotū. gentianę,cyperi,corticū radicis capparis,ana.℥.i.funde super ea olei amygdalarum amararum, Kist.i.& pone in sole.xx.diebus:deinde proiice super ea ex scorpionibus a .x.usque ad.xv.& iterum stringe orificium uasis,& dimitte in sole per dies.xxx.deinde cola & reserue tur est enim mirabile.

COMMEN. MANLII.

Istud oleum maxime secundum illam descriptionem est illud quod magis laudant nostri doctores. uide etiam apud Rasim in lib.de diuisionibus in ca.medicinarum urinæ vnā descriptionem quæ eadem huic est.Io.Anglicus in cap. de lapide renum habet hanc descriptionem. Scorpiones autem satis noti sunt supra narraui de ipsis in ca. de tyriaca quæ ualet contra scorpiones.

XXXVIII.

EX VIPERIS, uulgo de Serpentibus.

℞.Ex serpentibus nigris circiter lib.ii.& sint serpentes nigri,integri,& funde super eos olei sisamini Kist.i.s.& pone in uase terreo vitreato stricti orificii,& sigilla orificium uasis,& decoque lento igne usque dum dissoluantur serpentes,& caueat sibi operator a uapore eius, & cum coctum fuerit dimittatur infrigidari,& recondatur in uase uitreo, & administretur liniendo cum penna.

COMMENTA. MANLII.

Istud oleum non est in usu.Serpens autem accipit nomē quia occultis accessibus serpit.Aui.in.5.can.habet unā aliā descriptionē quæ est similis huic.idem habet Leona.de præda palea in ca.de fistulis.Gilibertus de Anglia in ca.de paralysi habet unam aliam descriptionem,sed non est simili istī: species autē serpentū multæ sunt.Aui.in.2.can.de serpente facit cap.sed ibi non narrat eius species.uerū idem in quarto in fen.vi.in ca.de speciebus serpentū de ipsis loquitur & narrat de morsu basilici.i.reguli:qū habet coronā: cuius lōgitudo est duorum palmorū,& caput est acutū ualde & oculi eius sunt rubei,& color eius ad nigredinem,& citrinitatē declinat,qui adurit totū super quod incedit,& non oritur in circuitu cauernæ eius aliquid,& cum apponitur habitationi eius auis,moritur ipsa auis,& fm plurimū qui tangit eum cum uirga moritur,& est mediante uirga. & propter illud iam tetigit illum miles quidam cum lancea sua, & statim mortuus est miles,& animal eius,& tetigit ipse labiū equi,quare mortuus est equus,& miles,& hi quidē serpentes multiplicantur in terra arob,& nubiæ.uerum de numero serpentum primi ordinis reponuntur species quædā draconis interficientiū sicut basiliscus flatu eorū, de quorū numero fuerunt dracones,de quibus recitat Arist.in lib.de proprietatibus elementorum,& plantarū,quod tpe Regis Philippi erant in duobus montibus inter quos mōtes erat posita uia ducens ad ciuitatē,& quotquot per illā uiā transibant qū erant inter illos duos montes moriebantur,& tunc Socrates ingeniatus est ad mortem ipsorum, & fecit fieri caueam uitream, & intrans in eam illuc perrexit, & uidit illos quorum flatu inficiebatur aer:per cuius respirationē, & contactum inficiebant transeuntes,& moriebantur. dicunt etiam quidam, quod regulus serpens interficit suo sibillo,& suo visu.regulus etiam est auis paruissima omnibus nota nullius effectus ad opera medicinæ.

XXXIX.

DE RANIS.

℞.Ranarum aquaticarū capita circiter.℥.vi. & funde super ea in uase vitreo olei sisamini Kist.s.& obtura orificium uasis. decoq; sicut diximus in oleo Serpentino ex multis autē rebus fiunt olea secundum hūc modum: quę rerum ex quibus fiunt uirtutem habent, de quibus multi ex scriptoribus scripserunt in quibus sermonem non extendimus.

COMMEN. MANLII.

Istud oleum non est valde in usu.Io.Angli.in ca.de dolore iuncturarum habet descriptionem huius olei,species aūt ranarū multæ sunt Aui.in.2.can.de ipsis loquitur,sed non distinguit species earū,uerū idem in.4.can.in fen.vi.in tract. 2.de uenenis ebibitis quæ sunt ex animalibus loquitur de ranis lacunalibus uiridibus,& marinis rubeis,& de ranis citrinis,& ibi loquitur de venenositate quæ est in ipsis. nam sine dubio omnes ranæ sunt uenenosæ.Serap.in cap.de ranis inquit ex authoritate Dios.ranæ quæ sunt in paludibus quādo coquuntur cū sale,& oleo,& administrantur in cibo sunt bezaar uenenis,nam bezaar est tyriaca contra uenenū bezoar est lapis contra uenenū.Isid.in cap.de piscibus inquit. ranæ garrulitate uocatæ eo,quod circa genitales strepunt paludes.& sonos uocis importunis clamoribus reddunt. ex his quædam aquaticæ dicuntur,quædam palustres quædam rubetæ ob id quia in uepribus uiuunt grandiores cunctarum: aliæ calamites uocantur: quoniam inter harundines, & fructices uiuunt,minutæ omnium, & uiridissimæ mutæ, & sine uoce sunt,agridulæ ranæ paruæ in ficco,uel agris morantes unde,& nuncupatę,negant quidam canes latrare, quibus in offa rana uiua fuerit data.

XL.

DE OVIS.

℞. Vitella ouorum elixatorum circiter. xxx. & comminue ea manibus, & pone in sartagine lapidea, & frige super ignem mouendo cum ligneo,aut ferreo cocleari, donec rubescant, & resoluatur ab eis oleum, & tunc exprime ea cum cocleari,& manabit abunde.

COMMEN. MANLII.

Istud oleum non est in usu:secundum intentionem Mes. potest componi tribus modis.Leonard.de Præda palea in cap.de fistulis habet etiam hanc descriptionem.

Quorum species sunt plures.Auic.in.2.can.ait oua nota sunt,& meliora ex eis sunt oua gallinæ recentia, & melius quod in eis est,est uitellus,& melius eorum artificium est, ut non cum alio congelentur.Gale.autem inquit. oua quæ eligimus sunt oua gallinarum:non ergo oportet, quod narremus naturam aliorum ouorum.

XLI.

DE FRVMENTO.

Pone frumentum super laminam ferream ignitam non multum,& comprime,& manabit oleum. secundus modus ponatur frumentum excorticatum in uase sublimationis,& fiat sicut dicemus:in oleo Philosophorum.

COMMENTA. MANLII.

Istud oleum est in usu Leonar.de Præda palea in cap. de fistulis habet huius olei descriptionem.Frumentū.i.triticū. Isid.ait:frumenta sunt propriæ quæ aristas habent, fruges autem reliqua frumēta autem uel fruges a fruendo hoc est a uescendo dicta sunt. nam frumen.dicitur summa pars gulæ primitiæ quæ sunt de frugibus percipiuntur.triticum vel a tritura,dictum,quod purissimum horreo condatur, vel quia granum eius commollitur,& teritur.

XLII.

SINAPINVM.

Fit ut oleum de Frumento.

COMMENTA. MANLII.

Istud oleū est in usu:fm intentionem Mes. eius operatio est sicut operatio olei de frumento. ego autem uidi fieri oleum de sinapi sicut fit oleum de amygdalis sinapis autem duæ sunt species.s.nigra,& alba nigra autē est illa quæ intelligitur quando simpliciter ponitur,& utraq; nota est.

APPENDIX.

Sinapinum sic quam breuissime Actuario paratur.

Sinapi fracto,aqua feruenti perfuso,dein additur oleum & simul exprimitur.

Facit ad inueteratos dolores,ex alto id q̄ infestat euocans.

XLIII.

DE IVNIPERO.

℞.Ex lignis iuniperi quātitatē sufficientem, & scinde in fusta,& imple ex eis dolium magnum uitreatū interius,cuius orificiū sit arctū,& fac foueam in terra,& præpara parietes

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 200 sur 335

eius cum terra figuli:deinde pone ollam vitreatam ex directo infundo foueæ habentem orificium amplum, & cooperiatur lamina ferrea ſubtili perforata foraminibus multis ſicut cribatorium tritici ita quod lamina undiq; ollæ orificiũ cooperiat deinde ſuper laminam præparet orificium dolii ex inuerſo,& præparetur cum terra figuli,ut nihil ex utriſque orificiis reſpiret:poſt illud accende ignẽ ſuper totũ corpus dolii,& dimitte ardere ſic per horas duas, manebit.n. ex arte ac oleũ,quòd reconde,& adminiſtra ubi oportet.

CMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum eſt in uſu Leonardus de Præda palea in ca. de fiſtulis, habet etiam hanc eandem deſcriptionem.

Iuniperus autem apud Auic. eſt cupreſſus ſylueſtris, & eius quidem alia eſt parua,alia magna,& arbor multiplicatur in terris Romanorum, & occidente, & aſſumuntur ex ea ligna ad fabricas magnas,& granum ipſius apud eundem uocatur abel,ſed ille textus eſt corruptus : nam abel eſt ſauina quæ uocatur bracteos,& ſic ſi bene legis illud cap.de abel apud Aui.videbis quod eſt falſum.nam Ser.in ca.de iunipero inquit ex authoritate Dioſ.iuniperus eſt una ex ſpeciebus cupreſsi maſculi.& oẽs ſunt quatuor ſpecies, & ſunt iuniperus.i.pinus indus,& abel.i. ſauina,& ſerbin, & gar. uidelicet iuniperus qua nominatur arconas, & gũmi ipſius ſecũdũ Mod.opinionẽ eſt ſandaracha,ſeu uernix ſcriptorũ.

Terra figuli.i.terra ſeu argilla.unde uaſa fiunt. Iſidor.in cap.de pulueribus,& glebis terre inquit. Argilla ab argis uocata apud quos primum ex ea, uaſa confecta ſunt Creta ab inſula creta ubi melior eſt.Io.Angli.in ca. de ſterilitate ait.Argilla Anglicæ clei,& eſt terra rubea uilcoſa & tenax.

XLIIII.
FRAXININVM.

Valet ſicut oleum de Iunipero,& confert ſpleni,& fit ſicut illud.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum apud nos non eſt in uſu.

Fraxinus autem eſt arbor ſatis nota, eius ſemen apud Modernos dicitur lingua auis de fraxino:apud noſtros doctores reperiuntur uariæ opiniones,quidã uolunt(ut Matheus Sylua.)quod hæc arbor ſit illa quæ ab Auic.in.2. can. dicitur arbor cimicum,ſed non recte:verum Mattheus Sylua.inquit dirdam vel dirdar eſt arbor cimicum ſiue fraxinus quod falſum eſt.nam dirdar eſt ptelea, & ptelea apud græcos eſt vlmus & ſic eſt,quod dirdar:ſiue arbor cimicum eſt ulmus : fraxinus autem ſecundum Iſid. uocari fertur quòd magis in aſperis locis montaniſque fragis naſcitur.hinc per deriuationem fraxinus ſicut a monte montanus.

XLV.
DE GAGATE, ſacratum.

℞. Ex lapidibus gagatis quantum uis,& fac ex eis ſicut diximus in oleo de iunipero. ſecundus modus eſt cum opere ſublimationis,vt dicemus.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum non eſt in uſu: ſecundum intentionem Meſuæ eſt oleam quòd fit ex lapidibus qui gagates dicuntur, & ipſum eſt oleum ſacratum.

Gagates autem ſecundum Dio.eſt lapis qui inuenitur in licia circa ripam quæ ganges appellatur, color niger, & aridus,& quaſi luminoſus mediocriter,leuis ualde. Et eſt melior qui facile exarſerit igne:& odorem aſpalti habens. ſecundum Pli. optimus eſt qui ad lucernam accenditur. quidam extimauerunr ipſum eſſe oleum petroleum, alii dixerunt, quod eſt carabe, ſed aliud eſt.

XLVI.
PHILOSOPHORVM.

℞. Ex lateribus antiquis multæ antiquitatis, & propriæ factis e terra rubea,& cõminue eos in fruſta, & accẽde ſuper eos ignem carbonũ ſine fumo uſque dũ inflammentur,& ruheãt,deinde ſubmerge eos in cõca plena oleo de alchechil aut oleo antiquo claro vſq; dũ imbibantur imbibitione ultima & pone in cazola,& permitte exiccari per ſe,poſt illud comminue eos cõminutione ultima.& pone in cazola, & figilla orificiũ cazolę cum orificio alẽbici,& figilla cum luto alchymiſtarum,& poñe in fornace,cuius ignis ſint prunæ & coquatur vſq; dum diſtillet oleum, & tu ordinabis vas ſub roſtro alembici in quo fluat oleum, deinde reconde illud & ſtringe orificium uaſis in quo recondis,& adminiſtra ubi oportet, & quanto antiquius tanto melius.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum eſt in uſu, ſed oportet ipſum fieri cum bona diligentia: ſecundum intentionem Meſuæ eſt oleum in quo concordati ſunt antiqui, & uerificauerunt eſſe oleũ ſecretorum iuuamentorum.Alii illud oleum ſapientiæ dixerunt,& alii oleum benedictum, & alii diuinum,alii uero ſanctum, & a pluribus oleum perfecti magiſterii uocatũ eſt, ipſe Meſue in ſua diſtinctione de oleis ponit duas alias deſcriptiones olei quæ uocantur oleum benedictum:& ſunt oleum camæmillæ,& oleum nardinum, & hoc quia ſunt olea multæ utilitatis, ſed propriæ oleum benedictum eſt oleum philoſophorum.nam uide apud Raſim in ſuo tract. de oleis qui habet oleum benedictum,& eſt idem in fine uero eius deſcriptionis inquit,hoc oleum eſt de ſecretis philoſophorũ, & ualet ſicut oleum balſami. Liber qui dicitur Bulchaſis.i. Seruitor in tract.2. habet unam aliam deſcriptionem quæ eadem eſt cum iſta. uerum Meſ.dicit quod accipiantur ex lateribus antiqs multe antiquitatis.Albuchaſis autem inquit.

Accipe lateres rubeos nouos quos aqua non tetigit.Leonardus de Præda palea in cap.de fiſtulis,habet unam aliam deſcriptionem quæ eſt ſimilis huic quam ponit Meſue Ioa. Anglicus in cap.de dolore iũcturarum ait petroleum.& eſt oleum benedictum factum de lateribus, tamen fœtidum eſt,ſed ſumme penetratiuum.

Oleum alchichil.i.oleum quod fit ex floribus roriſmarini.Bulchaſis.i.Seruitor habet oleum uetuſtiſsimũ. Leonardus habet oleum oliuæ,uel oleum antiquum clarum,ſi uero componere vis cum oleo de alchichil, accipiantur florum alchichil.i.roriſmarini.3.x.& proiiciantur in li.i.s.olei oliuæ,aut ſiſamini & dimittatur ſoli donec accipiat uirtutem roriſmarini & poſtea coletur & adminiſtretur.

EX PETRO DE EBANO.

XLVII.
BALSAMINVM, in capitulo de ægritudinibus cordis.

℞.Myrrhæ electæ,aloes hepatici,ſpicæ nardi,ſanguinis draconis,thuris, mumiæ, opopanacis, bdellii, carpobalſami, armoniaci,* ſarcocollæ,croci,maſticis,gummi aro. ſtoracis liquidæ. † ana.3.ii.laudani electi,* ſucci caſtorei ana.3.ii.s. muſci.3.s.terebenthinæ ad pondus ſingularium rerum miſce omnia hæc puluerizando cum terebentina, & pone hoc totum in alembico, & ingenioſe diſtilla.eſt enim ars ſicut de aqua roſata,& poſtea uſui reſeruetur.

*al. ſagpeni. †al.vncia. *al.ſtoracis.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum eſt illud quod meo tempore uidi componere,& uidi ipſum poni in tyriaca:mithridato:diacurcuma.aurea alexandrina ac aliis confectionibus in quibus ingredit balſamus:uerũ ſupra fuit poſita una alia deſcriptio olei qđ ex ligno balſami manat,& illa eſt nobilior iſta, ſed quia illud apud nos non poteſt fieri noſtri doctores cõpoſuerint deſcriptiones olei cum tanta diligẽtia quod poteſt poni in omni loco ubi ingreditur balſamus, & ſic iſta deſcriptio magis eſt laudata q̃ aliæ deſcriptiones ſinautem ſecundum iſtã deſcriptionem facere uolueris infra apparebit alia deſcriptio ex authoritate Guliel.Placen.& oleum quod fit ſecundum illam deſcriptionem poteſt poni in omni loco ubi ingreditur balſamus : etiam oſtendam facere balſamum artificioſum ſicut docet Bartholomæus Montagnana. Succi caſtorei. hæc litera eſt corrupta. debet enim dicere ficci caſtorei, aut caſtorei ficci : quod idem eſt. Caſtoreum autem eſt animal quod uocatur caſtor.Gal.in lib. ad Parthenianũ inquit.caſtoreum animaliculum quadrupedis & caſtor appellatur teſticulus eius.

EX

EX NICOLAO.
XLVIII.
FRIGIDISSMVM, uiride.

℞. Olei communis albi vel abluti lib. iii. cimarum rubi tenerrimarum, foliorum uiolarum, vermicularis, cimbalariæ, ſemperuiuæ, ſolatri, foliorũ papaueris, iuſquiami, mandragoræ craſſulæ maioris, portulacæ, lactucæ, bardanæ, omnium ana ℥.iii. hæc oĩa ſimul terantur, & in ſupradicto oleo mittantur per tres dies poſt tres uero dies ſuper ignem ponantur & uſq; ad ſpiſſitudinem bulliant poſtea colentur bene expreſſa cum panno: deinde iterum in ſtannato vaſe ponantur ſuper ignem, & bulliant ad ſucci conſumptionem, tunc ab igne deponantur, & reſidere permittantur, & illud clarum quod ſupernatat colligatur, & vſui reſeruetur.

COMMEN. MANLII.

Iſtud oleum non eſt in uſu: dicitur oleum frigidiſſimum viride ab herbis frigidis, & uiribus quæ in ipſo ingrediuntur, & ſic ipſas herbas quæ difficiles ſunt declarabo.

Vermicularis ſecundum Compoſitorem eſt ſemperuiua minor, aut portulaca agreſtis, in tectis domorum naſcitur. ſecundum autem Lumen malelucens eſt craſſula: quod falſum eſt; quia in iſto oleo utrunque ingreditur. Macer ait, Semperuiua minor ſpecies eſt iſtius herbæ. Quam ſemperuiuam dicunt: quoniam viret omni tempore. Barba iouis vulgari more uocatur ſecundum intentionem. Macri barba iouis eſt ſemperuiua minor. ſecundum uero Matth. Syl. barba iouis eſt herculis, uel bonades. i. ſtœcados citrinum. ſecũdum autem Nicolaum eſt ſtœcados citrinum ſeu ſantonicum marinum. ergo eſt herba marina. i. herba lumbricorũ. Aduertendum eſt autem quod Macer non dicit ipſam vocari barbam iouis niſi a uulgaribus, ſed Deus hoc nouit.

Cimbalaria vmbilicus veneris ſcantuncellus idem apud Dioſc. vocatur cotilidon, ſiue ut alii cimbalion, ſiue ut latini vmbilicus veneris: hæc eſt herba quæ folia habet rotunda, & lata, quæ in maris naſcitur, & eſt quam noſtri ruſtici herbam Rotundellam vulgariter dicunt.

Graſſula maior ſecundum compoſitorem eſt faba groſſa, ſecundum aliquos eſt ſemperuiua maior, ſed non recte: nam in iſto oleo poſſumus certificari, quod idem non ſunt, quia in hoc ambæ ingrediuntur. Craſſulæ vero ſpecies tres ſunt ſ. maior minor & media. maior uero eſt herba quæ habet folia virida, & pinguiora, vt ſemperuiua, & florem tẽdentem ad albedinem. naſcitur autem apud nos iuxta foſſos, & hæc eſt faba graſſa. minor vero eſt vermicularis. & media ſecundum Copoſitorem eſt cardus benedictus.

EX ANTID. IOAN. SERAPIONIS.
XLIX.
DE LILIIS, Purum.

℞. Ex liliis albis mundatis ℥.ii.s. proiiciantur in lib. iii. olei ſiſamini, & maneant donec accipiant virtutem liliorum, & coletur & adminiſtretur.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum eſt illud quod apud nos eſt in vſu ſub nomine olei de liliis puri: aut ſimplicis. Guliel. Placen. in ſuo antidotario habet oleũ de liliis ſimplex, quod idem eſt. ſupra fuit poſitum oleum de liliis compoſitum, quod etiam eſt in vſu, ſed non tantum.

APPENDIX.

Hanc ne dum puram, uerum ſimplicisſimam compoſitionem lib. primo Actius hunc in modum belliſsime explicat.

Liliaceum, ſiue ſuſinum, aut lirinon oleum, fit ex albis liii foliis exanguibus, & ſolum iniectis, citra ipſorum croceum filamentum, ad ſextarium Italicum olei dulciſsimi põdere ſextantis, ſiccare autem etiam hæc oportet in vmbra per diem, ac noctem. Deinde vaſi iniicere, & diligẽter obturata inſolare per triduum. Deinde excolare: & alium ſextantem foliorum immittere prioribus videlicet velut inutilibus eiectis. Ternis enim alterationibus folia iniicere expedit, quare ubi rurſus per triduum inſolaueris, rurſuſq; ex colaueris, tertium ſextantem liliorum immites ſimiliterq; per triduum inſolabis, & ſic excolatum in umbra repones. Siquis enim mox a principio ſexcuncem foliorum immittat putrefacta oleum fœtidum reddent.

L.
DARSISAHAN.

℞. Selib. & eſt darſiſahan. ℥.vi. caſſiæ ligneæ. ℥.viii. coſti. ℥.iiii. cinnamomi. ℥.v. calami aroma. ℥.ii. olei li.vii.s. decoquãtur omnia bene lento igne, & coletur, & adminiſtretur.

COMMEN. MANLII.

Iſtud oleum: non eſt in uſu Darſiſahan uero eſt arbor quæ apud Diſc. vocatur aſpalium: vt dictum fuit in confectione de chifodea.

EX RASI.
LI.
FOENVGRAECI, in tractatu de oleis.

℞. Fœnugræci lib. i. elaterii li. viii. cyperi lib. ii. calami aro. lib. j. pone in oleo per decem dies quotidie moue ter, & exprime oleum & reſerua.

COMMEN. MANLII.

Iſtud oleum nõ eſt in uſu. Dioſ. habet unam aliam deſcriptionem ſub nomine olei telini, ſed non eſt ſimile huic.

Fœnugræci farinam multi buceron. aut egloceras: aut loton appellauerunt: vide apud Gal. in octauo ſimplicium, qđ telinum eſt fœnugræcum, & iſta nomina non ſunt referenda farinæ, ſed ipſi fœnugręco. bucerũ enim ſonat bouis cornu: egloceron vero capræ cornu. nam ſemina ipſius in cornículis ſimilibus faſeolis ſunt, & hoc ſemen notum eſt. inuenitur apud nos quædam herba quæ multum ſibi aſſimilatur in foliis & in reliquis, & hæc apud quoſdam dicitur capricornu, & de hoc ſemine multi falſi herbatici vendunt aromatariis ignorantibus loco fœnugræci, ſed errant.

Electuarium ſiue elateriũ, ut apud Dioſ. & eſt ſuccus cucumeris aſinini. vide ſupra vbi poſitæ fuerunt pilulæ de elaterio & ibi melius oſtenſum fuit.

LII.
EX SALIVNCA, vulgo ſalmenta.

℞. Salmentam, & piſta, & pone in aqua, coq; & pone oleũ, & coq; ad ignem & ſerua colatum.

COMMEN. MANLII.

Iſtud oleum non eſt in uſu, ſecundum intentionem Raſis eſt oleum de ſalmenta, ſed textus eſt corruptus. debet. n. dicere oleum de ſaliunca. i. ſpica celtica. ſecundum Matthæũ Syl. ſed non recte: quia Dioſ. ac Plin. de ſaliunca ſpeciale faciunt cap. & eſt aliud, ſed ſecundum plurimum loco ſaliuncæ ſpica celtica ponitur. & ſic hodie herbatici vendunt apothecariis ſaliuncam pro ſpica celtica: quæ idem non eſt, ut dictum fuit: tamen poteſt poni loco eius, licet fit debilior. hanc teutonici, & aliæ gentes apud quas naſcitur ſaliuncam vulgari nomine appellant. naſcitur apud teutonicos plurima. in alpibus Italiæ, & in montibus Pireneis, in deſertis, & aſperis ſummitatibus montium, & eſt cibus caprearum ſiue damarum.

LIII.
DE OLEANDRO.

℞. Succi oleandri lib. i. roſarum lib. s. olei omphacini lib. ii. coque donec conſumetur ſuccus cola, & ſerua. nam valet ſcabiei, & aufert eam omnino.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum non eſt in uſu.

Oleander autem ſm Aui. in. 2. can. eſt ſylueſtris, & fluuialis, & ipſe computat ipſum inter ſpecies venenoſorum. idẽ in quarto in fen. 6. in cap. ſumma. 2. venenorum ex plantis inquit oleander plurimum interficit homines, & animalia, & hæc planta eſt quã Dioſc. nereon uocat. hæc plura nomina habet. nã ab aliquibus dicitur neredendron, & ab aliis redodendron, & ab aliis lorandrũ, & ab aliis rododaphne & ab aliis nereo. eius folia ſunt ſimilia amygdalæ. ſed maiora, & pinguiora, & florem habet ſimilem roſæ, in locis, maritimis naſcitur. Leona. de preda palea, in ca. de pruno, & igne perſico inquit oleum de dandro. i. de oleandro.

Oleum omphacinũ. i. oleum de oliuis non maturis. Auic. in. 2. can. in cap. de oliuis inquit oleum qũq; exprimitur ex oliuis ultimæ maturis, & oleũ omphacinũ eſt illud quòd ex preſſum eſt ex immaturis & qñque exprimitur ex oliuis ru-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 202 sur 335

beis mediis inter immaturas,& vltime maturas.

EX ANTIDO. AVICENNAE.
LIIII.
DE VSNEA.

℞.Vſneæ ſextaria.v.coſti.3.x.caſſiæ ligneæ.calami.aro.an. 3.iii.marmacor.3.ii.ſtoracis calamitæ.3.v.olei myrtini li. i. s.terantur medicinæ,& infundantur in aceto, & dimittãtur tribus diebus continuis, & coquantur cũ oleo donec conſumetur acetum,& remaneat oleũ, & coletur & recondatur.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum non eſt in uſu,de uſnea uide in electuario de vſnea:quia ibi ample determinatum eſt.

Marmacor.i.meliſſa,quidam crediderunt eſſe marrubiũ, ſed non recte.nam vide Sera.in ca.de meliſſa qui inquit. be derangiæ.i.turungẽ,& dicitur marmacor.i.meliſſa.Auic.in 2.can.in cap.de maru, inquit Maru dicunt indi, quod ſunt ſpecies plures. eſt enim quædam ſpecies eius quæ eſt boni odoris,& eſt marmacor ibi ipſe Auic.in plures ſpecies diſtinguit.Leonar.de preda palea in cap.de ademenul inquit. ſemen almaru ideſt ſemen bugloſſæ ſiue linguæ bouis ſine dubio almaru eſt eius ſpecies, ſed pro marmacor intelligitur meliſſa ſiue ozymum citratum.

EX IOAN. ANGLICO.
LV.

De Staphiſagria,in ca.de cura tinnitus Aurium.

℞.Staphiſagriç.ʒ.i.s.coquatur in ſucco rutæ,vel in aqua fœniculi,deinde apponatur oleum laurinum,uel nardinum ad pondus.ʒ.vi. vel lib.i.coquatur vſq; ad cõſumptionem quartæ partis,& coletur,& fiat oleum de Staphiſagria.

COMMEN. MANLII.

Iſtud oleum nõ eſt in uſu.Staphiſagria apud Auic.eſt vua paſſa montana & eſt granum capitis. Dioſ. ſtaphiſagria quã latini pedicularíam vocant,& nominatur hoc nomine quia interficit pediculos, & lendines. quidam vocant ipſam caput purgium,& quod caput a pediculis purgat.

LVI.
DE LAVDANO, in lib.v.capitulo de modo abluendi oleum.

℞.Laudani.ʒ.i.olei laurini lib.i.conficiantur ſimul,& eſt oleum de laudano ſimplex q̃ valet in confortatione ſtomachi mollificati,& capillos cadentes detinet.

COMMEN. MANLII.

Iſtud oleum non eſt in uſu.Idem in capit.de lepra habet hoc oleum.Laudanum autem eſt notum.

EX ANTID. BARTH. MONTAG.
LVII.
BALSAMINVM.

℞.Terebentinæ lib.i.thuris albi.ʒ.iiii.gũmi elemi.ʒ.vi. granorum lauri.i.baccarũ lauri.ʒ.iiii.maſticis,galangæ, garyophillorum,cinnamomi,zedoariæ,nucis muſcatæ,cubebæ ligni aloes bene triti an.ʒ.i.omnia ſimul mixta ponãtur ad diſtillãdum primo cum lento igne.& prima aqua dicitur aqua balſami iterum pone aliam,& ſic fac ter,& tunc veniet balſamus in omni probatione, ſed quanto plus diſtillatus fuerit tanto erit fortior,ſerua in uaſe bene obturato.

COMMEN. MANLII.

Iſte eſt modus artificii balſami ſecundum quem ſecundũ intentionem Bartholomei veniet balſamus in omni probatione prout balſamus naturalis.verum ſupra eſt poſitum oleum balſaminum quod apud noſtros doct.ſatis eſt laudatũ. ſi autem illam deſcriptionem facere nolueris,fac iſtam Bartho.ſi autem iſtam Batholomei facere nolueris, fac deſcriptionem Guliel.de qua infra.

EX GVLIEL. PLACENTINO.
LVIII.
BALSAMINVM.

℞.Myrrhæ,carpobalſami, nucis indæ an.ʒ.s. hypericon. ʒ. ii.terantur groſſo modo,& miſceantur cum.ʒ.v.olei, vel.ʒ. i.s.largati,& in fine addãtur gra.v.muſci.& gra.iii.ambræ. &.ʒ. i. olei de lateribus hoc enim loco balſami põt poni in omni loco, facit enim operationes,vt balſamus.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum maxime ſecundum iſtam deſcriptionem poteſt poni in omni loco ubi balſamus ingreditur,& ſecundum intentionem Guliel. facit operationes,ut balſamus uerum ipſe Guliel.deſcribit duas alias deſcriptiones olei quod ponitur loco balſami,ſed ſecundum intentionem ſuam ac Moder.doctorum ex illis tribus hæc eſt nobilior: ſed ipſe Guliel.non ponit qualiter ipſum oleum debeat componi, uerũ eſt,quod in ſecunda deſcriptione melius docet, & eſt quod omnia bene terantur, & malaxentur adinuicem in mortario,& ponantur in uaſe alembici,& diſtillentur ut aqua roſacea.Lumen malelucens habet unam deſcriptionem ſecundum intentionem Guliel.ſed ipſe Guliel.non ſcripſit talem deſcriptionem in ſuo antidota.

Alargatum.i.largatum, & eſt uulgare uocabulum, ſed a latinis terebintina nuncupatur, & non reſina. nam in multis locis ubi ipſa inuenitur uocatur largatum.

Oleum de lateribus. i. oleum philoſophorum ſeu oleum benedictum. eius enim deſcriptionem deſcribit idem,& eſt ſimilis deſcriptioni quæ inuenitur in antidotario Meſue:de qua ſupra.

EX LEONAR. de Præda palea.
LIX.
DE CALCE, in capitulo de curatione corruptionis oſſis.

℞. Calcis viuæ unum fruſtum integrum antequam extinguatur,& infundatur in oleo communi donec extinguatur,& calx in puluere reducatur. & poſtea pone in alembico uitreo & diſtilletur, & emanabit oleum, quòd uocatur oleum calcinum.

COMMEN. MANLII.

Iſtud oleum non eſt in uſu:tamen ſecundum intẽtionem Compoſitoris valet mirabiliter in illa materia.

Calx ſecundum Sera.ex authoritate Dioſ. quædã eſt quæ fit ex conchiliis marinis,& quædam quæ fit ex lapidibus,& & quædam fit ex marmore, quoniam hæc comburuntur in igne donec fiunt alba interius,& exterius,& fiunt calx,ſed melior omnibus eſt calx quæ fit ex marmore.

EX PETRO ARGILLATA.
LX.
DE TARTARO in cap.de his quæ abſtergunt faciem.

℞.Tartarum puluerizatum, & funde in aceto poſtea ponatur in pano lini:deinde ponatur in ſtupis balneatis, & ponatur ſub cineribus, poſtea ponatur in ſcutella vitreata per tres dies ita tamen quod ſcutella ſtet plicata, & diſtillabit quædam humiditas magna vergens in ſubruſſum, & hoc eſt oleum de tartaro.

COMMEN. MANLII.

Iſtud oleum eſt in uſu:maxime apud proſtitutas,eo quod ex ipſo liniant faciem.Dinus Flor.in ſuo antido.habet hoc: ſed lumen tenebroſum inquit.quod hoc oleum eſt magiſtrale quod falſum eſt.

Tartarum uero ſecundum Nicolaum eſt lapis uini apud nos uulgariter dicitur greppola. Leonard. de Preda palea in capi.de remotione carnis ſuperfluæ inquit:pul.tartari.i. fœcis uini adhærentis parieti uidelicet uaſis ubi collocatur vinum quia uulgari ſermone dicitur Greppola, de hoc inuenitur album & rubeum, ſed album magis ad faciendum hoc eſt laudatum.

EX OFFICINIS, vulgo Olea magiſtralia.
LXI.
DE HYPERICO, mirabile.

℞.Summitatum hyperici.ʒ.iii.infundãtur in vino odorifero tribus diebus,& noctibus: deinde bulliãt in duplici uaſe .i.in balneo mariæ bene obturato, & fiat expreſsio fortis poſtea.& totidem hyperici bene cõtuſi,& infundantur in ſu praſcripto vino trib⁹ diebus,& noctibus:deinde addant te-

reben.

rebenthinæ.ʒ.iii.olei antiqui.ʒ.vi.croci.℈.i.& miſceãtur,& coquantur in bocia in duplici uaſe ad conſumptionem vini:deinde reſeruetur in uaſe vitreo.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum non eſt multum in uſu. Hypericon autẽ herba eſt ſatis nota,quæ a Dioſ.uocatur hypericon Aui.inquit hypericon nominatur arabice alharib,& nominatur ſyriace uua dæmonis. Dioſ.de hypericon facit tria capitula, & diſtinguit ipſas ſpecies. unum facit ſub nomine aſquiron. aliud ſub nomine corim:quod eſt rapa ruſtica. aliud de hypericon.ſed Sera.in cap.de omnibus loquitur,ſed illud hypericon quo utimur habet folia parua, & in eis foramina minuta,& fuga dæmonũ:apud nos in ciuitatibus naſcitur.

LXII.

DE SVLPHVRE.

℞. Sulphuris citrini,terebenthinæ,an.ʒ.iii.uini boni.ʒ.iii. olei roſati lib.i.bulliant omnia ad conſumptionem uini lento igne & fiat oleum de ſulphure.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum eſt in uſu:maxime apud Mediolanenſes.

Sulphur citrinum.i.uſuale,quod ſatis eſt notum. Dioſ.dicit ſulphur eligendum uiuũ colorem habens limpidum, & reſplendens,& perlucidum, & ſine lapide: quod miſſum in focum.uiridem,& pinguem colorem facit. naſcitur in meloſda & liparia.iſtud eſt capitulum de ſulphure uiuo: quòd hic non debet intelligi,de ipſo uide in di:ſulphur.

APPENDIX.

Et ſulphure inſuper oleum nonnullis ſic prope paratur.

Sulphur ignẽ non expertum,uel flauiſsimũ inter vrendũ fumũ craſſum remittit,excipiendum campana uitrea,aut ſilicea,in qua ex uapore craſſo oleũ concretũ diſtillat in uas planũ capax,in cuius medio ſulphur uaſculo conditũ uritur.

Aliis trito ſulphuri per aquam uitæ incenſam ginea conſumitur ſubſtantia, poſt reliquum diſtillatur, ut oleum philoſophorum.

LXIII.

DE CAPPARIBVS.

℞. Corticum radicum capparorum. ʒ.viij.ireos, agni caſti,tamariſci an.ʒ.iiij.olei communis libr.ij.uini.ʒ. iiij.hæc omnia bulliant ſimul uſque ad conſumptionem uini, deinde coletur,& reſeruetur.

COMMENTA. MANLII.

Iſtud oleum eſt multũ in uſu.Miror tamen ex quo apud docto.& Moder.& antiquos erat multũ uſuale: quod eius deſcriptio apud authorem authenticũ non inueniatur.verũ liber qui dicitur Aggregator Paduenſis inquit. in illo cap. vbi hoc ualet. oleum de capparibus ponit Gal.ad Glauconem. ego autem miratus fui,quia legi omnia cap.Gal. quæ ſunt adGlauconem,& id non reperiri,tamen iſta deſcriptio fuit approbata in duritie ſplenis:quod multum valet.

Cappares ſiue Kappares noti ſunt.Serap.autem in ca.de cappare inquit.in fine ex authoritate Raſis.attulit mihi quidam amicus meus confectionem quandam capparum recẽtium, & cum comediſſem ex eis,induxerunt mihi tenaſmonem,&conſueui facere clyſtere ad ſciaticam cum ſucco capparum,& iuuat multum.

Duplex ſolet litera reperiri in ac recepta de ſandalis, una enim dicit ſandali mazucchari. Alia ſandali maſurnæ. Et una & altera poteſt ſtare quia idem eſt quod ſandali citrini, ſed ſunt qui exponunt & dicunt ꝙ idem eſt quòd ſandali rubei, & expoſitio hæc falſa eſt: & prima uera. Quid autem intelligatur per duas partes alterius drachmæ ut author ſuprapo-
In confectione de cinnamomo hoc melius declarare uidetur.
nit. Dico ꝙ duæ partes unius drachmæ ſunt.℈.ii.cum quælibet drachma ex tribus ſcropulis conſtet.

Aduertendum bene eſt adhuc propter communem apothecariorum errorem. Quod in quibuſdam compoſitionibus in quibus ſcriptum reperitur Cardamomi tunc & maius & minus apponenda ſunt, & de eis intelligendum eſt, ſin uero de maiori ſolum intelligas. Et hæc fuit & eſt opinio Gentilis ſuper quintum Auic. Et de hoc multi errores occurrerunt imperitia apothecariorum.

Deſcriptio. VI.

DIACYMINVM Meſ. contra ſtomachi & uiſcerũ uẽ toſitatem, digeſtionẽ ꝓcurat, ſtomachũ & uiſcera calefacit.

℞. Cymini per diẽ in aceto infuſi & exiccati.ʒ.x. zingi. cinnamomi, an.ʒ̃.s. garyophyllorum, ligni aloes, macis, ana. ʒ.ii.s. galangæ piperis longi, cardamomi.ſ.maioris & minoris an.ʒ.ii.muſci.℈.s. puluerizentur puluerizanda, mellis cocti & deſpumati lib.i.&.ʒ̃.iiii. fiat confectio in forma liquida, ſed quia communiter fit in forma ſolida facias ut ſupra oſtenſum in aliis eſt &c. doſis eſt a.ʒ.iii. uſque ad. iiii.

Variæ.n. reperiuntur receptæ de hac cõpõne, ſed iſta eſt melior & in uſu: Reperitur qñq; magnus error in hac cõpoſitione apud apothecarios & medicos: Aliqui.n. habent in ſuis receptis Cymini carmeni, & apothecarii dicunt ꝙ carmeni, nihil aliud eſt q̃ prouincia in qua dictũ cyminũ naſcit ut v.g. opii thebaici &c. Sed multum errant ut uideri põt a Matheo Syl.ca. de cymino. ubi dicit ꝙ cyminum carmenum idem eſt quod ſiſeleos, & ſiſeleos.i.ſiler mõtanum. Cauſa autẽ quare infunditur cyminum in aceto per diẽ eſt: quia acetũ addit ſibi in uirtute profundationis & inciſionis, & temperat eius calorem aliqualiter. Nota inſuper ꝙ contritio medicinarum huius confectionis non debet eſſe ſubtilis ſed groſſa. Cũ intentio ipſius medicinæ non ſit niſi ꝙ ſit fortius in reſoluendo & euacuando uẽtoſitatem: ꝙ ſi ultimate contereretur uentoſitatẽ non reſolueret ſed per urinã educeret &c. hoc declarat Aui.in.5.can.cap. de diacymino &c.

Deſcriptio. VII.

DIAMBRA Meſ. eſt medicina ſublimis. cerebrum & cor confortans, & ſtomachum, & omnia membra: digeſtionem procurat, & utentem eo lætificat: & membra nutricationis calefacit: ſenibus quoq; conuenit & frigidis natura & mulieribus & ægritudinibus matricum.

℞. Cinnamomi, doronici, garyophyl. macis, nucis muſ. folii, galangæ, an.ʒ.ii. ſpicæ, cardamomi maioris & minoris an. ʒ.i. zingiberis.ʒ.i.s. ſandali citrini, ligni al. piperis lon. an.ʒ. ii. ambræ.ʒ.i.s. muſci.ʒ.s. puluerizentur puluerizanda. Et cõfice cum ſyrupo roſato facto cum aqua roſ.i.cum iulep roſato, & ſit eius qnantitas lib.i.&.ʒ̃.iiii.s. ſed communiter fit in forma ſolida ut ſupra &c. & doſis eius eſt.ʒ.iii.vel.iiii.

Circa ꝑſcripta & ſequentia unũ generale eſt notandũ ꝙ ſpecies huius confectionis & oẽs ſpecies medicinarũ cõfortantiũ mẽbra & aperientium oppilationes debẽt ſubtiliter puluerizari: & eo maxime ſi ad longinqua membra confortanda debent tranſire. Non tamen ultimate. Vltima.n. contritio perdit uirtutem aromaticæ, ſed media fit inter ultimã & ſubtilem. Et ſi noſtro tẽpore hæ cõfectiones fiant in morſellis: maior operatio tamen & efficacior ut plurimum fit ab electuario quam a confectione preparata, ut ſuperiores. Et hoc multis rationibus. Prima propter meliorẽ fermentationem quæ fit aromatum in electuarijs quæ fieri põt in confectionibus. Secũda quia de aromatibus plus ponitur in electuario conſtruendo quam in confectione.

Tertia: quia melius & facilius euaporat & tranſit uirtus electuarii ad membra remota quam uirtus confectionis aſſumptæ ut in paſſionibus pectoris & cerebri. Et hoc uerificari poteſt in omnibus confectionibus & electuariis.

Deſcriptio. VIII.

DIACORALLI magiſtralis mirabiliter ualens ad cõfortationem cordis, & ſtomachi, & maxime cum ex longa ægritudine & calida ſunt debilitata.

℞. Specierum diarhodon abbatis.ʒ.iii. corallorum utriuſq; fragmentorum precioſorum, margaritarum an.ʒ.s. puluerizentur ſubtiliter, & additis.ʒ̃.vii.s. zucchari diſſoluti in aqua roſa. fiat confectio in morſellis.

Intelligendũ quòd quando ſcribitur fragmentorum precioſorum abſolute de quinq; deſcriptionibus ſupra in electuario de gemmis eſt intelligendum & non de aliquibus aliis. Secundo etiam eſt intelligendum ꝙ quando dicitur ſpecierum diarhodon abbatis uel ſpecierum triaſandalorũ vel aliarum ſpecierum de ipſis complete intelligendum eſt .i. de ipſis ſecundum integram deſcriptionem poſitam a doctoribus, non ut quidam fatui dicebant: qui cum ſcriptũ inuenerunt diarhodon abbatis illas ſine muſco ponebant dicentes quòd illa erat doctoris intentio & fatuæ.

Deſcriptio. IX.

TRIASANDALI Nico. taliter dicti a tribus generibus ſandalorum qui deſcriptionẽ ingrediuntur. Dantur pro prie cõtra calorẽ hepatis & ſtomachi, phthiſicis & ictericis.

℞. Sandalorũ alborũ, rub, citrinorũ, zucchari albi an. ſolidos duos.i.an.ʒ.iii. rheubarbari, ſpodii.ſ.de cãna, ſucci liquiritiæ, ſemi. portulacæ.ſ. domeſticæ an. ſolidum.i.s.i.ʒ.ii.gra. xv. amydi, gummi arab. dragacanthi, ſem. melonum, ſemi. cucumeris, ſem. citrulli, ſem. cucurbite, ſem. ſcariolæ. an. ſolidum.i. ideſt.ʒ.i.s. camphoræ.℈.i.s. roſarum rub.ʒ̃.i.s. puluerizentur ſubtiliter, ſyrupi roſati, lib.ii.& fiat electuarium, ſed communiter fiat in forma ut ſupra ſcilicet ſolida.

Solidus.n. idẽ eſt quod.ʒ.i.s.& oẽs doctores affirmant & exagiũ idẽ ẽt eſt, & non differt a ſolido niſi ſolum nomine. Oĩa ſimplicia ex quibus confectiones electuaria & cõpõnes oẽs cõponuntur non ſunt ſimul terẽda. ſed quælibet ſimplex medicina per ſe conterenda eſt puluerizanda. Et ratio eſt quia oĩa non ſunt eiuſdẽ cõplexionis & ſubiæ. Immo quædã fuſtinẽt multum de contritione, & quædã minus. Cinnamomum.n. & macis ſunt raræ ſubſtantiæ: garyophylli uero & gummæ ſunt denſioris ſubſtantię. Quapropter ut ex contritione uirtus ipſorum non deperdatur, omnia & per ſe debent puluerizari: quod ſecus faciunt apothecarii noſtri temporis & male. Ideo nimirum ſi compoſita non habent virtutem a doctoribus limitatam. Et hoc idem in decoctionibus eſt aduertendum ut in tractatu ſyruporum te ſcire faciam.

Deſcriptio. X.

ELECTVARIVM de aromatibus Meſ. qđ ſcripſit Gale. expertorũ iuuamẽtorũ ad cauſas ſtomachi, & hepatis, & ægritudines in eis factas ex phlegmate groſſo, & uẽtoſitate digeſtionem cõfortat, inflationẽ remouet, & morbos ex eis factos curat. Retardet canos, colorẽ efficit bonũ: & oris, & ſudoris oderẽ. Renes quoq; calefacit & coitũ excitat. Acidos ructus curat, & faſtidium & abominationem remouet.

℞. Ligni aloes crudi.i. non cocti, roſarum. an. aur. xii. ideſt. ʒ.xviii. gallię muſcatæ, doronigi, piperis lon. nucis muſcatę mẽtæ ſiccæ, ſpicæ, caſsiæ ligneæ, macis, garyophy. macis cinnamomi, aſſari, an. aur. iii. ideſt. ʒ.iiii.s. calami aromatici aureos. iiii. ideſt. ʒ.vi. croci, cardamomi.ſ. maioris, cardamomi minoris. i. melegetæ, trium ſandalorum, rheubarbari, cubebæ, coſti, zingiberis, ſeminis fœniculi, ſemi. aniſi, Keiſim. i. leuiſtici ana aur. ii.s. ideſt. ʒ.iii.℈.ii.gra.v. zucchari.ʒ̃.vi. miuæ aromaticæ. i. miuæ cydoniorum cum ſpeciebus lib.i. mellis cocti & deſpumati lib.i.&.ʒ̃.ii.& fiat electuarium puluerizatis prius puluerizandis. Sed ſi in morſellis facere uis, facias ut ſupra: doſis eius eſt a.ʒ.ii.vſq; ad aur.iii.

Lignum aloes crudum eſt illud quod non eſt coctũ. Arabes.n. ſolẽt ipſum decoquere antequam illud ad nos uenire permittant: decoquendo illud in aqua per quã decoctionẽ

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 214 sur 335

quædam humiditas quæ in illo erat seu gũmositas amouetur quæ natans est super aquã: illam reseruant: deinde mittunt ad nos illud coctum. quod est sine anima, & nullã habet virtutem uel bene paucã, & ob hoc author dicit: crudi. Cognoscitur ꝙ sit crudum hoc modo. Nam si in igne ponitur emittit quandam humiditatem aromaticam, quæ illud a combustione prohibet. secundo si in aqua proiiciatur subito fundũ petit propter ipsius grauitatem, & talis est eius cognitio.

Descriptio. XI.

DIARHODON abbatis Nicolai a rosis quæ ibi intrãt plus quã de aliis spẽbus, nomẽ accepit abbatis ab abbate de curia cõpositum: datur ꝓprie ictericis, hepaticis, phthisicis, hecticis, & cardiacis qui patiuntur ex calore, & ad calefactionẽ stomachi, pulmonis & totius corporis & conualescẽtibus ex lõgis & acutis ægritudinibus mirabiliter auxiliat.

℞. Sandalorũ alborum, sandalorũ rubeorũ, an. ʒ.ii.s. dragacanthi, gũmi arab. spodii, an. ℈.ii. assari, spicæ masti. cardamomi. ſ. maioris & minoris, croci, xyloaloes. i. lignialoes, garyophyl. galliæ musc. anisi. ſ. ſem. marathri. ſ. ſem. fœniculi cinnamo. succi liquiri. rheubarbari, ſem. basiliconis, berberis, scariolæ. ſ. feminis, seminis portulacæ. ſ. domesticæ, semi. papaue. albi, ſem. citrulli, ſem. melonũ, ſem. cucumeris, ſem. cucurbitæ an. ℈.i. ossis de corde cerui, margaritarũ. an. ℔.s. zucchari cãdi, rosarũ. ſ. rubearũ an. ʒ.i. & ʒ.iii. cãphoræ tertiam partẽ unius. ℈. & gr.vii. musci gra.iii.s. puluerizentur puluerizãda subtiliter. Et cũ li.i.s. syrupi facti cũ aqua ros. i. cũ iulep rosato fiat confectio. Et si in forma solida facere vis modum habes supra descriptũ & dosis est a ʒ.ii. usq; ad. iii.

Nico. dicit ꝙ hæc cõfectio debet dari cũ rhodostomate vt cũ frigida, ut igitur ois pars clara sit scias ꝙ cũ rhodostomate. i. cũ decoctione rosarũ, uel cũ frigida. i. uel cũ decoctione facta cũ frigidis. Sed decoctio hæc hoc tpe nõ est in usu, sed loco ipsius datur cũ syrupo ros. De spodio inter doctores magna est cõtrouersia. Quidã. n. dicunt ꝙ est radix cannæ ultra marinæ adustæ: quidã uero ꝙ est spica cuiusdã arbusculi in Alexãdria crescentis. Alii ꝙ est fuligo quæ in domibus inuenitur in quibus funduntur metalla: quæ postquã cecidit a tecto dr̃ spodiũ, quę uero remanet dicitur põpholix. Nõnulli uero dicunt ꝙ est cinis qui inuenitur super fornaces argẽtariorũ qui lauatur ut ferrugo. Quæ oẽs opiniones abiiciendæ sunt tanquã friuolæ: & dicendũ ꝙ spodiũ est os elephantes cõbustum. Elephas ossa habet solida ut sunt dentes, & illa non comburuntur, sed ad diuersa accidentia seruantur. Sed illa quæ medullam habent comburuntur, & cõbusta spodium de canna dicitur. & hæc uera est opinio.

Si spodiũ est res cuius origo nos latet, res tamen adusta uidetur. Auicen. dicit radices canarum aduſtarum. Spodium est species thuciæ.

Descriptio. XII.

CONFECTIO de storace magistralis. Illa Mes. & Nicola. non est in usu propter opium.

℞. Passularum electarũ & ultimate contritarum. ʒ.i. liquiritiæ. rasæ & mundæ. ʒ.vi. ligni aloes. nucis musc. cinnamomi electi an. ʒ.i.s. storacis. ſ. calamitæ. ℈.v. boli armeni loti & præparati. ʒ.iii. puluerizentur subtiliter oia, & cum. ʒ.xv. zucchari dissoluti in aqua betonicę & foliorum uiolarum fiat confectio in morsellis faciendo omnem morsellum de. ʒ.ii.

Confectio. n. nihil aliud est quàm cõpositio diuersorum. Modus lauandi & præparandi bolum armenũ talis est. Accipe de eo quantitatẽ quàm uolueris & tere subtiliter: postea infundatur super eum quantitas aquæ rosę qua irroretur: deinde in umbra permittatur exiccari: & iterum post exiccationẽ conteratur, & aqua ros. irroretur, & ter ut primo hoc fiat postea reseruat: illud enim dicitur lotum & pręparatum.

Storax simpliciter si scriptum reperiatur de storace calamitæ, intelligendum est tanquam de perfectiori.

Descriptio. XIII.

CONFECTIO de cinnamomo Mes. sana & experta ad humorositatem stomachi & putrefactionẽ in eo, phlegma digerit, & digestionem procurat.

℞. Cinnamomi subtilis & electi. i. cannellæ. ʒ.xv. siue darseni. i. cinnamomi grossi, cymini enulę. ſ. radicis an. ʒ.iiii. dicit Mes. ʒ.s. galangæ. ʒ.vii. garyophy. piperis lon. cardamomi. ſ. maioris, zingiberis, heil. i. cardamomi minoris, & est melegeta, macis, nucis musc. ligni aloes an. ʒ.iii. croci. ʒ.i. zucchari tabarzet. i. albi. ʒ.v. musci. ʒ.i. partes duas. i. ℈.ii. puluerizẽtur subtiliter oia, mellis colati li.i. & ʒ.iiii. fiat pfectio, & sit i forma solida, ut supra. tibi oltẽsũ ẽ. dosis est a. ʒ.i. usq; ad. v.

Cõfectio hæc licet in usu nõ sit: tñ quia in ea apothecarii solent dubitare. igitur qñ in una cõpositione scriptum reperis darseni per se, semper debes apponere cinnamomũ electum, si uero darseni & cinnamomi ut in superiori uidisti, utrunq; ſ. & subtile & grossum est ponendum: nec auscultes illos dicentes ꝙ per darseni intelligit macis. hæc enim opinio reprobata est a Christoph. de honestis super Mes.

Secũdo est intelligendũ ꝙ cũ reperis in una recepta heil p se: de cardamomo maiori semper est intelligẽdũ: Si uero cardamomũ p se reperiat ẽt de maiori est intelligẽdũ. Si uero ambo reperiãtur ut in superiori. Et maiorẽ & minorẽ debes apponere. Non aũt garyophyllos ut quidã fatui dicunt.

In aromatico Rasis dicit ubi reperitur cardamomũ intelligendũ est de maiori & minori, & in rosata ℞ diarhodõ cõmuni.

Descriptio. XIIII.

ROSATA nouella Nico. dr̃ rosata a rosis: nouella respectu ueteris q̃ recipiebat sulphur uiuũ uomitũ & subuersionẽ stomachi aufert, debilitatẽ & sitim reprimit defectis ex lõga infirmitate mire subuenit, & sudoris diaphore. cõpescit.

℞. Rosarũ liqui. zucchari. ſ. albi an. ʒ.i. ʒ.i. & ℈.ii.s. cinnam. ʒ.ii. ℈.ii. gr.ii. garyophy. spicæ nardi. galangę, zingibe. nucis musc. zedoariæ, storacis. ſ. calamitæ, cardamomi. ſ. maioris & minoris, apii. ſ. ſem. an. ℈.i. gr.viii. puluerizentur puluerizãda mellis cocti & despumati li.i. & ʒ.viii. & fiat in forma liquida. Si uero in forma solida facias ut supra te assuefeci.

Nardi si reperiatur scriptum in aliqua compositione ut in hac communiter reperitur: de spica nardi intelligendum est. Non autem de compositione cuiusdam unguenti pretiosi ut quidam dementes ausi sunt dicere.

Descriptio. XV.

DIADRAGACANTHVM frigidũ Nicolai a dragãto nomẽ accepit, sanat oẽ uitiũ pectoris & pulmonis, qđ fit a colore & siccitate, & confert maxime phthisicis, hecticis pleureticis, peripleumõicis, & ad oẽm tussim q̃ fit ex caliditate uel siccitate. Ad oẽm linguæ & gutturis asperitatẽ, cũ uero sumitur, tãdiu in ore teneatur donec ibi dissoluat.

℞. Dragacanti albi. ʒ.ii. gũmi arab. ʒ.i. & ʒ.ii. amydi. ʒ.s. liquritiæ. ʒ.ii. sem. melonis, sem. cucumeris, sem. citrulli, se. cucurbitæ an. ʒ.ii. penidiarũ. ʒ.iii. cãphoræ. ℈.s. syrupi uiolati. i. iulep uiolati li.ii. contundantur subtiliter omnia: deinde permisceantur bene in mortario paulatine miscendo & reseruetur. Sed hoc cõmuniter fit in forma solida hoc modo.

De cõpõne ista est intelligẽdũ, ꝙ cum fit in forma solida nõ debet fieri vt de superioribus tibi dixi. ſ. accipiẽdo spẽrũ ʒ. i. zucchari li.i. eo quia paucæ spẽs cribellatæ in ea intrant. Sed de eis supra descriptis debes accipere. ʒ.iii. zucchari li.i. & facere in morsellis. Tm̃. n. zuccharum ꝙ pdictæ spẽs possunt simul teneri debet apponi & non plus. Igitur præscripta regula ab apothecariis renenda est. Et ego oppositũ uidi semper facere ab eis: quanquã sæpe ac sæpius a me moniti essent. Oẽs docto. cõueniunt ꝙ gũmæ debẽt dissolui in cõfectionibus: in quibus intrant & non cõteri eo quia puluerizari non possunt: & pistando uirtus illorum deperditur: quare cũ in aliqua confectione intrant dissolui debent in aqua appropriata: in ista. n. dissoluantur cum parum aquæ uiolarum in aliis uero cum aliis aquis ſm diuersas intentiones.

Descriptio. XVI.

DIARHODON descriptione cõmuni Mes. conferẽs ad dolorem stomachi, & hepatis & punctũrã in eis a caliditate & acuitate choleræ citrinæ faciens digerere cibum; & est ex conferentibus stomacho & hepati debilibus.

℞. Rosarũ rubearũ. ʒ.xxx. trochiscorũ diarhodon, trochiscorũ de spodio, liquiri. an. ʒ.s. garyophyl. galliæ musc. an. ʒ.iii. spodii, croci, masticis, herberis, ligni al. an. ʒ.ii. sandalorũ alborum, sandalorum rub. sandalorum citrinorum, an. ʒ.iii. assari, spicæ indæ, macis, cardamomi. ſ. maioris & minoris, sem. portulacæ, sem. lactucæ, sem. scariolæ, sem. citrulli. se. melonum, sem. cucumeris. sem. cucurbitæ, margaritarum albarum alfelengemisch. i. ozimi, rasuræ eboris. dragacanthi, gummi arab. ana. ʒ.i. camphoræ. ʒ.i.s. musci. ℈.s. puluerizentur subtiliter puluerizãda. Confice cũ li. iii. & ʒ.iiii. syrupi facti

Mes. dicit ʒ.iiii.

ſacti ex roſ.& aqua roſata,doſis eſt an.ʒ.ii. uſq; ad aur. Sed in forma ſolida fieri ſolet ut ſupra.

Syrupus factus ex roſ.& aqua roſata cũ quo debet confici hæc cõfectio ſi in forma liquida facere volumus hoc modo fit.℞.roſarũ uiridium li.ii.ponat in uaſe uitreato ſtricti orificii.& ſuper eas infundantur feruentis aquæ ro.li.v.con ſtringatur orificiũ uaſis,& pmittatur infrigidari: deinde dictæ roſ.bene manibus exprimãtur:& duæ aliæ libræ roſarũ uiridiũ accipiãtur,& ꝑdicta aqua roſ.calefiat bene & iterũ ſupra eas ponatur:deinde coletur & exprimatur:deinde iterũ & tertio hoc fiat innouãdo roſas & aq̃ calefaciendo:deinde coletur.Accipe dictã colaturã,& adde li.iiii.zucchari clarificati,fiat ſyrupus de quo fit ſupraſcripta cõfectio.De muſco & opio in medicinis parũ ponitur: muſcus.n.in modica quãtitate eſt magnæ qualitatis & operationis, opium ſimiliter.Et ideo ſufficit parũ aponere:ne in magnã quãtitate noceat,aut operationes aliarũ medicinarũ corrũpat,aut occulter.Et ſicut de opio & muſco exemplifico: ita & de aliis medicinis fortibus eſt intelligẽdũ.Nota hæc de ptritione ſpẽrum electuariorum & confectionũ.Nã quæ ſpẽs q̃ ponuntur in electuariis confortantibus aperiẽtibus uel alterantibus: vel alterantibus & confortantibus ſubtiliter debent conteri.Cã eſt quia non alterant nec confortant niſi attrahantur: & ideo ad hoc ut alterent membrũ,uel confortent, indigẽt ut attracta a mẽbris poſſint penetrare:facilis aũt penetratio fit per contritionem multã.Secus aũt eſt de medicina ſoluti ua. Nam ipſa manens quieta in ſtomacho ſm cõem opinionem euaporat ad membra,q; ſi attraherentur a membris eſſet malum. Et ideo groſſo modo debent conteri, & hoc reſpectu ſubtilis, nec citius debito tranſeat a ſtomacho, & hoc notato habes perfectam doctrinam conterendorum.

Deſcriptio. XVII.

AROMATICVM roſatum Meſ.ſtomachum & cor cõfortat,humiditatem uiſcerum exiccat,appetitum excitat,& digeſtionem confortat.Vomitum & nauſeam ſedat.

Meſ. dicit drach.iiii. ℞.Foliorum roſarum rubearum.ʒ.i.s.ligni aloes, macis,garyophyllorum,trochiſcorum diarhodon,gallię muſc.ana.ʒ.ii.s.liquiritię mundę.ʒ.i.cinnamomi ſubtilis & electi.ʒ.iii. galangæ,zingi.nucis muſc.an.ʒ.ii.s.heil.i.cardamomi maioris,ſpicæ ana.ʒ.i.puluerizentur ſubtiliter,& cum ſyrupo ro. & de corticibus citri ana.ʒ.viii.fiat confectio. aromatizando illam cum.℈.s.optimi muſci.Sed in forma ſolida fieri ſolet ut ſupra doſis eſt a.ʒ.iii.uſque ad v.

Si roſarum in aliqua compõne ſcriptum reperis ſine determinatione tunc de rubeis intelligendum eſt tanquam de perfectioribus & melioribus.Hic & pro hac compoſitione & pro anteſcriptis & infra ſcribendis eſt notandum quòd deſcriptiones trochiſcorum in ipſis ingredientes infra deſcribentur in ſumma.4.quæ de trochiſcis tantum erit.

Deſcriptio. XVIII.

AROMATICVM roſatum minus Meſue, ſtomachum & cor confortans,& eorum inflammationes ſedans.

Meſ. dicit ʒ.iiii. ℞.Roſarum rubea.ʒ.x.ligni aloes,ſandali macoziri.i. citrini an.ʒ.ii.cinnamomi electi.ʒ.s.maſti.ʒ.i.& ℈.i.ambræ.℈.ii. muſci.℈.i.puluerizentur ſubtiliter & cum.ʒ.x.ſyr.roſ. fiat in forma liquida.In forma ſolida fit ut ſupra,de cæteris dixi.

Inuenitur in hac cõpõne magna diuerſitas literę;aliqua.n. dicit ut in ſuprioi annotaui,& bñ litera ſtat. In aliquo Meſ. ſcriptum reperitur maſticis exagiũ vnũ, & hæc litera corrupta eſt,quia ſuperior tenenda eſt. Inſuper intelligendum q; ſi aliqua in cõpõne ſcriptũ reperies ſandali:de ſandalis citrinis eſt intelligendũ,cum meliores ſint,eo q; participãt de utraq; natura:& quoddã mediũ ſunt inter aloos & rubeos.Si vero reperiatur ſandalorum:de oĩbus ſandalis intelligas.

Deſcriptio. XIX.

AROMATICVM muſcatũ Meſ.cõfert ſyncopi,& tremori cordis,& confortat cerebrum & cor, & confert epileptię & præfocationi matricis,& facit oris odorem bonum.

℞.Ligni aloes.ʒ.vi.darſeni.i.cinnamomi fini uel ſubtilis ʒ.x.ambræ.ʒ.iii.muſci boni.℈.ii. puluerizentur ſubtiliter, & cum lib.i.ſyrupi roſati fiat confectio. Si in forma ſolida, vt ſupra oſtendi facias.

De muſco nota quòd uim ſuam & odorem:amittit ſi cum ſpeciebus aromaticis conſeruatur ſeu ponitur, & uirtus ſua amiſſa recuperatur ſi in cloacha ponatur odorem recuperat quem amiſerat ex permixtione aromaticorũ Conſeruatur autem ſi in ſuo folliculo tenetur uel in ampulla uitrea, & cum eo permiſcetur plumbum in parua fruſtra inciſum, ſed ab aromatibus elongetur. Medicinæ ſimplices plures ponũtur in compoſita,eo quia ex his ſimplicibus fiat una uirtus communis quæ in nulla ſimplici inueniebatur.

Deſcriptio. XX.

AROMATICVM garyophyllatũ Meſ. ſtomachum & cor confortat,nauſeam & uomitum ſedeat. & ualet contrafactionem in partibus ſtomachi: membra uero nutritionis calefacit,& uentoſitates diſſoluit & carminat.

Meſ. dicit ʒ.viii. ℞.Garyophyllo.ʒ.vii.macis,zedoariæ,galangæ,ſandali,macoziri.i.citrini,trochiſcorum,diarhodon,cinnamomi,ligni aloes,ſpicæ indæ,piperis lon.heil.i.cardamomi maioris ana ʒ.i.roſarum.f.rub.vnc.s.liquiritiæ,galliæ muſcatæ an.ʒ.ii.folii,cubebæ an.partes tres.ʒ.vnius.i.℈.ii.& gr.v. ambræ.ʒ.i. muſci.℈.s.puluerizentur ſubtiliter omnia, & cum libr.i.& vnc.ii.ſyrupi citrini.i.iulep roſati fiat confectio, ſed in forma ſolida ut ſupra faciendum eſt.

De folio inter doctores magna eſt differentia,& ꝑtrouerſia.Quidã.n.dicunt quòd eſt quædã herba naſcens in aquis dulcibus abſq; radice:& ſuper eas natat quẽadmodũ lẽtigo aquæ.Alii quòd eſt arbuſcum naſcẽs in India, & folia ipſius eſt folium. Alii uero dicunt, & hæc opinio tenetur,q; ſunt folia garyophyl.& ſic res eſt.Partes tres unius dra.ſunt duo ℈.& gra.v.Nam diuidendo drachmam per.iiii. omnis pars erit gra.xv.& ſic ter multiplicandũ. xv.erunt.ii.℈. & gra.v. Cum.℈.moder.reſultet ſiue ſint gra.xx.quare &c.

Deſcriptio. XXI.

AROMATICVM nardinum Meſ.ſtomachum & hepar & uiſcera confortat,& renes,& ueſicã, & addit deſiderium coeundi,oris & ſudoris odorẽ bonum facit,& confortat anhelitũ,& facit digeſtionẽ cibi,& reſoluit vẽtoſitates.

℞. Spicæ indæ.ʒ.ii.roſarũ.f.rub.vnc.s. liquiritiæ.ʒ. ii.s. galliæ, ſebelinæ,& eſt quædam confectio quæ fit in trochiſcis,cubebæ,ligni alo.macis,garyophyllorum,folii indi.cinnamomi,aniſi, corticum citri.trochiſcorum diarhodon an. ʒ.i.& ℈.i.pinearum purgatarum, amygdalarum purgatarũ & excorticatarum an.ʒ.v.dragacanti,gummi arab.an.ʒ.ii. muſci.℈.ii.puluerizentur ſubtiliter & conficiantur cum li.i. & vnc.ſyrupi roſ.& fit in morſellis ut ſupra. drach.iii.

Purgentur pineæ,& amygd.hoc mõ. Accipitur bacilonũ ſub quo ſit ignis carbonũ & in eo ponunt̃ amygda. & pineæ excorticatæ ſeu mundæ a ſubtili cortice,& manibus ducunt̃ hinc & inde vſquequo ſint bene calidæ & illa caliditate conſumitur illud humidũ corruptũ.Alio ẽt modo fieri põt cum amygdalis & pineis ponant̃.m̃.iii.uel.iiii.ſm ipſorũ quantitatẽ turſuris,& bene ſupra dictũ ignẽ oĩa ſimul uolue quouſque bene calefactæ ſint,& ab illo furfure amouetur illa ranceitas & pure.f.ſine malo ſapore reddunt̃:& hic modus melior eſt.Sebeliæ eſt quædam compõ quæ deſcribitur infra in trac.trochiſcorum quæ a Meſ.gallia ſebelinæ appellatur & dicitur.Item notandũ eſt q; in ꝑſcriptis compõnibus in quibus Meſ.ſcribit,& confice cũ ſyrupo roſ.uult quòd cõponãtur cum iulep roſato,quia perfectior eſt & magis confortatiuum.igitur exponas confice cum ſyrupo roſ.f.facto ex aqua roſ.uel.i.cum iulep.roſa.& hæc eſt authoris intentio.

Deſcriptio. XXII.

ELECTVARIVM de citro Meſuæ confortans ſtomachum & procurans digeſtionem & odorem oris facit bonum, groſſas uentoſitates expellit,& confortat cor.

℞. Corticum citri aur.xx.i.ʒ.xxx.garyophy.ligni alo.cinnamomi,macis,galangæ ana.ii. muſci.ʒ.s. cardamomi.f. maioris & minoris,zingi.an.ʒ.i.puluerizentur hæc non multum ſubtiliter.mellis cocti deſpuma.ʒ.viii.et fiat confectio. Sed fieri ſolet in forma ſolida ut ſupra doſis eſt.vnc.s.

Vellẽ etiam poſtquàm prouinciã hanc accepi Ioan. Franciſce mi,partem omnem apothecarijs neceſſariam declarare,ne illi ſua ignorantia ad tenebras exteriores ducerẽtur.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 216 sur 335

Contingit nonunq̃ ad eos accedere viros & hoīes afflictos ſtomachi dolore petentes ab eis ſuffragium. Ipſi pietate moti exhibent vel aromaticum, uel diacyminum, vel dianiſum non ultra conſiderantes de hora exhibitionis, quæ res qñq; ducit ægrū ad non parua pericula. Et pp indocti me audiāt, notentq; digeſtionem hanc. Confectiones quæ dantur, aut dant ad digerendum materiam facientem ægritudinē & de oppilādum, ac ad confortandum membrū ut tria ſandali, & tunc dari debent ante cibū ſaltem per horas quatuor vt poſſint a natura p̄parari, & ad loca neceſſaria tranſmitti. Si vero pp ſtomachum aut propter proſtrationē appetitus dantur, tunc parum ante cibum dandę ſunt. Si vero propter virtutem digeſtiuam exhibentur, immediate poſt prandiū exhibendæ ſunt. Si uero dantur ad confortationem cerebri & uirtutis aīalis poſt prādium & poſt cenam per longum tempus ſaltem per duas horas dandæ ſunt. Si uero ad cordis cōfortationem debent dari circa mediam noctem & tenendæ ſunt multum in ore vt paulatine reſoluantur. Si uero ad reſolutionem ventoſitatis ſtomacho vacuo a cibo & ſuperfluitatibus mundato exhibeantur. Et in hoc aduertendum eſt q̄ nullo mō exhibeantur, neq; tyriaca, neq; confectiones aperitiuæ ſeu diureticæ cibo exiſtente in ſtomacho vel in ipſo repleto malis humoribus Igitur conſuetudo Vercellenſium quæ eſt accipere tyriacam cum aqua ardenti p̄p nauſeam vituperatur. Ac corruptela Italicorum qui eam cum maluati co aſſumunt. Et ratio eſt, quia cibus indigeſtus ac ſuperfluitates malorum humorum ducūtur ſubtilitate maluatici vel aquæ ardētis ad hepar & opilationem faciunt: & ad prauas ægritudines homines præcipitant. quare &c.

Huius electuarii ſpecies ſunt ſatis groſſæ terendæ cū ſua virtus ſit in confortando ſtomachum & non tranſit ipſum. ſed uētoſitates reſoluit. & hoc propter cauſas aſſignatas in recepta diacymini.

Modus accipiendi cortices citri, & aliorum pomorum ſuauem & aromaticum habentium odorem, hoc mō facias. igit qui uult vti corticibus pomorum citri in compōnibus eligat poma quæ habeant acetoſitatē maiorē intrinſecus eo quia cortices eorum ſunt magis odoriferi, & oportet q̄ excorientur illa die qua collecta ſunt ab arbore, terātur ergo primo bene cum mantili aſpero, & mundo, & excorientur cū cultello acutæ acutici paulatim & leuiter, ne accipiatur ex carne cum cortice, & ſimili modo oportet fieri de cydoniis & aliis pomis. deinde in umbra exiccentur.

Mota q̄ iſta oīa electuaria dulcia ſupra deſcripta per annum integrū ſeruantur & ultra oīa alia p̄ter electuariū quo utuntur reges & prelati, qđ non pōt diu ſeruari, eo quia rancēſcit, ſed ſolum per dies xv. vel p menſem ad plus ſeruatur.

Et ex his habentur deſcriptiones cōfectionum delectabilium cum ſua declaratione, & eſt finis primæ diſtinctionis.

Incipit Secunda diſtinctio: quę eſt de electuariis amaris, & continet 26. deſcriptiones. Quarum prima eſt.

TYriaca Andromachi quæ eſt ſublimior medicinarum compoſitarum, & melior earum p̄p multitudines ſui iuuamenti & proprie in venenis quæ ſunt & punctūris, ſicut ſerpentū & ſcorpionis, & canis rabidi, & venenis ebibitis interficientibus. Et ad ægritudines phlegmaticas & melancholicas, & ad febres earum, & ad ventoſitates malignas & paraliſim, & apoplexiam, & ad epilepſiam, & torturam, & tremorē, & ad eū qui ſecum loquitur, & maniam, & ad leprā proprie & albaras. Et confortat cor, & acuit ſenſus, & confortat ſtomachū, & alleuiat anhelitū, & delet pulſum cordis, & retinet ſputū ſanguinis. Et confert ad plures dolores renū & veſicæ ex quacunq; cā ſint. & frangit lapidē p̄prie in ueſica, & confert ad ulcerā inteſtinoꝝ & duricies itrinſecas in hepate & ſplene, & melior deſcriptionū huius medicinæ eſt deſcriptio radicalis Andromachi, & ē illa quæ fieri deberet: quāuis aliqui apothecarii noſtri tp̄is illā Galeni faciant, hanc aūt deſcriptionem repperi in quodā libello Gentilis de venenis, quē ut ipſe teſtat habuit & extraxit a quodam libello Andromachi propria manu ſcripto &c.

℞. Trochiſcorū ſquillæ li. i. trochiſcorum viperę, trochiſcorū alindaracharon. i. Andromachi, pipe. nigri, opii thebaici an. ʒ. vi. cinnamomi, ſeminis napi. i. ſylueſtris, ſcordeon. i. alliorꝝ ſylueſtriū, roſarum rubearū, ireos. i. lilii cœleſtis. ſ. radicis, agarici, ſucci liqui. balſami. i. liquoris emanātis a ſtipite, myrrhæ, croci, zingib. rheubarbari, pētaphyllonis. i. quinq; folii, calamenti mōtani, praſſii. i. marubii, doronici, & ali qui ponūt ſem. macedonici, & aliqui petroſellini, ſtęcados, arabici, coſti, piperis lon. pipe. albi, pulegii, olibani, ſquināti, terebintinæ, caſsiæ lignęæ, ſpicæ nardi, polii montani, naſturtii an. ʒ. i. s. ſtoracis liquidæ, ſe. apii, ſiſeleos. i. ſileris montani, ſemē accipiēdū eſt, ameos, chamedryos, chamepityos, hypoquiſtidos, ſpicæ celticæ, ſcheæ mōtanæ, folii gentianæ, radix ſumitur, ſe. feni. terrę ſigillatæ, colcotar adūſti. i. uitrioli, amomi, acori. ſ. radicis, carpobalſami. i. ſemē ſ. balſami hypericon. i. perforatæ uel herbæ ſancti Ioan. rubeæ tinctorū, valerianæ. i. radicis an. ʒ. ii. gummi arabici, cardumeni, aniſi achatiæ, dauci. i. paſtinacæ ſylueſtris, ſemen accipitur ā. ʒ. ii. bdelii, ſubalbidi, bedeguar, albezard, aſpalti, opopanacis, cō taureæ minoris, ariſtolochiæ. ſ. rotundæ an. ʒ. s. caſtorii, ſerapini an. ʒ. i. diſſoluantur gummæ prædictæ in uino albo odorifero. q. ſ. Mellis cocti & deſpumati. rub. i. & lib. xxiii. quod eſt pro oī lib. i. mellis. ʒ. iii. ſp̄erum prædictarū, & hoc uoluit bonus Andromachus, & apponi debēt ſi tyriaca dēt habere virtutē deſcriptā a doctorib⁹. doſis aūt exhibēda de tyriaca ī unaquaq; ægritudine diuerſa ē ſm diuerſitates ægritudinū.

In hac deſcriptione multa ſunt intelligenda. Et primo de opio thebaico. dicitur. n. opium thebaicum. quia factum & collectum eſt Thebis, quia illud eſt melius & perfectius quocunq: alio opio ubicunq; collecto: & eſt minoris periculi & timoris uſus eius.

De calamento dicitur montanum, & ponitur hoc, quia habet maiorem caliditatem & ſiccitatem quam calamētum fluuiale quod naſcitur iuxta aquas.

Stœcados arabici. dicitur arabici quia in Arabia oritur, & illud melius eſt, & in illis partibus multū colligitur. Sed nos utimur ſtœcados, quod quidem colligitur in prouincia Romana, & eſt perfectum.

Loco chamæpithyos ſi non haberetur, accipi poteſt iua muſcata, qđ a Meſ. in cap. de ægritudinibus neruorum appellatur zirzen.

Hypoquiſtidos ſuccus eſt barbæ hircinæ, & ille ponitur non herba: non ſolum in hac compōne, ſed in omnibus medicinis in quibus ſimpliciter reperies ſcriptum hypoquiſtidos: & qui herbam ponunt male, immo peſſime faciunt.

Centaurea de minori intelligēdū eſt, & illa in medicinis adminiſtrāt, quia ſi ſimplr reperitur, de ea eſt intelligendū. Et radix accipi debet non herba ut quidam rudes faciunt.

Vitriolum ſeu colcotar hoc modo aduritur. Accipe de eo quantitatem quam volueris & pone in patella ad ignem & continue ſub ea inſuffletur donec igniatur, & continue vitriolum uoluatur, & tantum hoc fiat q̄ eius naturalis color mutetur, & tunc moueatur, quia aduſtum eſt.

Species iſte tyriacæ debent ſubtiliter teri ſeu puluerizari, & bene cribellari per ſubtilem & ſpiſſum ſetacium ut melius & citius res ſimul fermentari poſſint, vt Meſ. & Auic. ſcribunt cap. de tyriaca.

Puluerizabile. n. eſt quod comminuibile vel diuiſibile eſt in partes paruas, & eſt aliud quam frangibile.

Vtilitas autem puluerizationis, eſt quia facit penetrare virtutes medicinarum ad partes, ad quas non penetrarent.

Aetates. n. tyriacę ſunt quatuor. prima dicitur infantia, & incipit a die compōis uſq; ad ſex menſes. ſecunda pubertas quæ incipit poſt illud tempus & durat uſq; ad 10. annos. tertia adoleſcentia, & incipit poſt illud & durat uſq; ad 20. annos. quarta ſenectus, & incipit poſt illud & durat uſq; ad 40. annos poſt illud expoliatur a virtute tyriacæ.

In uaſe plūbi tyriaca debet poni vel conſeruari vel argēti: in alio. n. uaſe poſita facit quādā ferruginem, q̃ appellatur ziniar, & conſumitur humiditas eius naturalis & neceſſaria in tyriaca, quare in plūbo bene ſeruat. Et uas in quo ponitur nū dēt repleri, ſed ſaltē tertia pars uaſis dēt eſſe vacua vt

medicinæ

medicinæ posſint reſpirare & exhalare ne ſeſe ſuffocent.

Deſcriptio. II.

TYRIACA Gal. quæ communiter fit, licet non ſit tan tæ perfectioni quantæ eſt præſcripta Andro.

℞. Trochi. de ſquilla lib. iii. piperis lon. lib. ii. & ℥. iii. trochi. tyr. li. i. s. trochi. diacoralli li. i. s. xylo. i. ligni balſa. ℥. iiii. &. s. opii thebaici. i. illius prouinciæ, agarici, roſarũ, ireos. i. radi. lilii cœleſtis, leuiſtici, ſcordeon. i. allii ſylueſtris, ſe. rapæ ſyl ueſtris, cinnamo. opobalſami an. ℥. vii. s. rheubarbari, ſpicæ nardi, coſti, ſquinanti, croci zingib. caſſiæ ligneæ, ſtoracis ca lamitæ, myrrhæ, terebinthinę, calamenti montani, thuris, di ptami, ſtœcados arabici, polii, montani, pentaphylon, pipe ris, an. ℥. vi. folii petroſilii, gummi arabi. chalcanthi vſti. i. vi trioli, ſerapini, terræ ſigil. rubeæ, hypoquiſtidos. i. ſuc. barbæ hirci. ſpicæ, celticæ, acori. ſ. radicum, chamædryos, gentianę ſ. radicis, ſitræ. i. valerianæ, carpobalſami. i. ſem. balſami an. ℥. iiii. s. ſe. apii, ameos, amomi, ſe. fœniculi, carui, ſileris, mon tani, ſemen accipitur naſturtii, aniſi, hypericõ. an. ℥. iiii. s. mũ miæ, caſtorei, opapanaci, aſphalti, galbani, centaureæ mino ris. ſ. radicis, ariſtolo. ſ. longæ, dauci an. ℥. ii. &. ℨ. vi. eſt paſti naca ſylueſtris. ſ. ſeminis, mellis cocti & deſpumati Rubrica v. & li. v. quod eſt oĩ pro oĩ li. i. mellis ℥. iii ſpẽrum. Sed apo thecarii auaritia ducti hoc tpe ſolum ponunt li. iiii. ſpẽrum pro Rubrica. i. mellis, & male faciunt, & ob hoc tyriaca nõ habet uirtutes a doctoribus deſcriptas, quare ſemp ponas. ℥. iii. ſpẽrum pro oĩ lib. i. mellis. Et præſcriptum mel ſit coctũ bona coctione. Crocus vero & hypoquiſtidos per ſe puluerizẽtur ac uitriolum, gummæ vero in optimo uino albo diſſoluantur, alia uero oia ſimul. Mel uero infrigidatum, tere benthina, & hypoquiſtidos intus ponantur deinde oẽs aliæ ſpecies Crocus uero infundatur in uno boccali optimi uini nigri, & dimittatur per tres dies, deinde cum dicto vino in tyriaca ponatur, vitriolum uero in uino diſſoluatur & in ty riaca ponatur, & ſimul miſceantur. Sunt qui addunt galleti ſubtiliter puluerizati. ℥. s. vt tyriaca maiorẽ nigredinem ha beat. Sed hoc ego non laudo, cum extra mentem Galeni & omnium doctorum fuerit, & nunc præſentium ſit.

Hoc nomen tyriaca eſt nomen impoſitum ab effectu, idẽ .n. eſt dicere tyriaca qđ conferens venenis ſerpentũ & alia rum medicinarum uenenoſarum. Et ideo hoc nomen habet duas partes. ſ. tyri & ſignificat ſerpentem, & aca quod ſigni ficat medicinas uenenoſas, cum componitur. igitur tyriaca eſt nomen ꝙ ſignãt rem quæ iuuat in uenenis ſerpentum & medicinas uenenoſarum, & eſt uocata tyriaca a carne tyri.

Agaricus ireos, & radix acori ponuntur in hoc recepto, & in aliis quia habent in ſe uirtutem conſeruandi alias medicinas ne cito corrumpantur, & augent earum uirtutes. & ſic piper conſeruat & zingiber a corruptione.

Anacardi corrumpunt uirtutem trochiſcorũ tyr. Dictiq; trochiſci debent eſſe parui & bene compreſſi ſi conſeruari debent, & nõ debẽt exiccari in ſole. Sol. n. habet virtutẽ diſ ſoluendi & deſtruendi virtutẽ carnium tyri & uiperarum.

Tyriaca nõ debet dari niſi ſit fermẽtata, & fermentatio fit in tempore vi. menſium. Quid autem ſit fermentatio nota. Nam compoſitum habens unam formam & uirtutem reſul tantem ex ſimplicium compoſitione ſignificat, hoc uocabu lum fermentata.

Vinum in tyriaca ponitur primo ut per ipſum fiat medi cinarum conſeruatio & cõmixtio. ſecundo ut per ipſum cõ fortetur cor, & eſt contra uenenum in exhibitione tyriacæ iſtæ conditiones ſunt ſeruandæ. Primo ꝙ ſit fermentata Secundo ꝙ detur ſanis in parua quantitate & raro. Tertio ꝙ non detur in tempore calido, ſed in temperato uel frigido. Quarto ꝙ non detur pueris uſq; ad xiiii. annos. Quinto ꝙ non exhibeatur in complexione calida nec in homine para to inflammari. Sexto ꝙ non detur ſtomacho repleto cibo. Et hæ ſunt conditiones attendendæ in exhibitione tyriacæ.

Duæ præſcriptæ deſcriptiones tyriacæ per annos. xxx. ac etiam uſque ad. xl. annos ſeruantur, dummodo ſint conue nienter debitæ factæ.

Deſcriptio. III.

MITHRIDATVM Nicolai. mater omniũ antido torum, ſiue a Mithridate rege dictum qui ipſum compoſuit faciens ad oẽs paſſiones capitis uirorum uel mulierũ ſi fue runt ex infrigidatis & maxime melancholicis & timidis, epilepticis, & hemicranicis, & dolorem cilii patiẽtibus & lachrymãtibus. oculis, & ad oĩa capitis uitia uel aurium ſub uenit dentium doloribus, & palato, & omnibus uitiis oris maxillarum medetur ſi ſuper locum dolentem ponatur, & iterũ ad modũ emplaſtri ponatur in tpibus, vnde fit diſcur ſio. Squinantiam ſoluit, apoplecticis, tuſſientibus, aſthmati cis, æmoptoicis, peripleumonicis, & oĩbus doloribus qui in tra corpus humanũ fiunt. Succurrit iliacis, dyſentericis, & lientericis optimum ſi detur cũ decoctione balauſtiæ, exten ſionem humerũ thetanos ſiue ſpaſmos patientes & paralyti cos ſine mora curat. diaphragmati & hypocondriis ſubue nit, renibus & ueſicæ opitulat, calculos frangit, menſtrua ꝓ uocat, omniaq; uitia matricis excludit, ſclirioſum patienti bus & podagricis ſingulis præſidiũ eſt, præcipue datur con tra venena oĩa. Reprimit uenenatos morſus ſiue rabidi ca nis ſeu cuiuſcunq; reptilis impoſitum ſiue bibitum, cum ma gna admiratione emendat. Quotidianariis & quartanariis etiã ante horam acceſionis datum mirifice prodeſt &c.

℞. Garyophillorum, ſtoracis calamitæ, ſpicæ nardi, xylo balſami. i. ligni balſami, orobi, lentiſci. i. laccæ. alia litera ha bet leuiſtici, dragacanti, maſticis, galbani, gũmi cedri, & qa nõ habemus loco eius ponimus gummi iuniperi, aſpalti, ca ſtorei, offei, gummi hederæ, bdelii, terræ ſigillatæ, meliloti, laudani, opopanacis, armoniaci, opii, liquiritiæ, ſulfuris vi ui, nitri. i. ſalnitri, hypoqſtidos, achatię, roſarũ, chamędryos, hypericon, abrotani, pœoniæ, heleni. i. enulæ, origani, hyſſo pi, rami cedri, quia non reperiuntur loco ipſoꝝ ponitur flos & folia ſanien. quidam uero ramuſculos iuniperi, ſed ſanien melius eſt daphnidem. i. laurus ariſtolochiæ lon. epithymi, peucedani, centaureæ. ſ. minoris, roriſmarini, radicũ, iringo rum, balauſtiarum, ſquillæ, cimarum myrti, iuſquiami, corti cum granatorum, aniſi, raphani, carpobalſami. ſ. ſemi. balſa mi, cymini, cardamomi. ſ. maioris, ſem. fœniculi, ſiſeleos. i. ſi leris montani ſemen accipit: ſe. apii, ameos, petroſilii. ſ. her bæ rutæ. i. herbæ, ſe. papaue. nigri: alia litera hẽt albi, dauci, naſeos. i. ſem. git. i. lapæ, ſe. rapæ, ſynapis albæ, alia litera ha bet ſynapis uſualis, macropiperis. i. pipe. longi, ozimi, amo mi an. ℨ. iii. acori. i. radicis ilafeos. i. berbenæ, panis porcini. i. cyclaminis, philis. i. capparis, zucchozariæ. i. floris agni ca ſti, cornu cerui an. ℈. iiii. balſami. i. liquoris emanantis ab ar bore balſami, cinnamomi, croci, zingib. coſti, ſquinanti, tere binthinæ, myrrhæ, olibani, caſſiæ ligneæ, agarici, ſpicæ celti cæ, ireos reupõtici. aſſari, praſii, diptami, colloquintidæ, ſil ſei. i. cõſolidæ minoris, ſtœcados, artemiſiæ, calamenti. ſ. mõ tani, ſcordeon. i. allii ſylueſtris, leucopiperis. i. piperis albi, camepityos melanopiperis. i. piperis nigri, pẽtaphylon, pe troſellini, ideſt. ſ. petroſellii, ſemi. anagodan. i. ſumach. mala batri. i. folij ĩdi, cardamomi. ſ. minoris, i. meligete an. ℈. iiii. baccarum lauri. ℈. i. gra. vii. vini uetuſtiſſimi. ℥. ii. puluerizen tur ſubtiliter omnia. Sed gummæ diſſoluantur in optimo ui no albo: quemadmodum dictum eſt in tyriaca, mellis cocti & deſpumati lib. viii. & ℥. ii. & fiat in bona forma.

Laudanum non eſt terribile: immo ſi laboretur in eius tri turatione prius corrumpetur quam fiat malaxabile. ideo de bet diſſolui & liquefieri in uino quemadmodum gũmæ: lau danum res eſt cap. & ſic in primo gradu.

Inſuper ſcias ꝙ oẽs gũmæ parũ ſuſtinent de contritione, & oẽs medicinæ ſubtilis ſubſtãriæ & acutæ & raræ, ſicut ſca monea, aloes, & oẽs medicinæ inflãmabiles: ſicut gummę vt bdellium & ſerapinum. Et rõ eſt, quia per triturationem ac quiritur inflãmatio, quæ inflãmatio fit per motũ qui motus calefacit. Et hoc quia iſtæ medicinæ ſunt aptæ inflammatio ni rõne ſubſtantiæ & ſubtiliratis, & ex hac inflãmatione & motu duo fiunt. Vnum quia partes ſubtiles euolant. Aliud quia ipſa intenſa contritio corrumpit ſubſtantiam earum.

Ariſtolochię oẽs ſpẽs & de triturationę & decoctione rẽ plenam ſuſtinet. Ana. n. eſt dictio arabica, & tantum impor tat in linga latina: quantum æqualiter. Radix ireos debet in vmbra exiccari & incidi in parua fruſta. Et in filo infilari,

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 218 sur 335

& partes seu frustra separata esse debēt: ita ꝙ una pars nō tā gat aliā & reseruetur. Peucedani colligi debēt de mēse Nouem. Spica uero celtica colligi debet de mense Iulii. Vnum vle in oībus cōpositis est intelligendum de ethimologia uocabuli. Medicinis .n. compositis imponūtur nomina varia. Qñq; .n. a medicina quæ est basis denominatur. Sicut dyacidonitem, a carnibus cydoniorū. Aliqñ a quantitate licet nō sit basis, sicut diaphinicon a fenichiis dactylis. Aliqñ a componente sicut philonium a Philone medico, & Mitridatū a Mitridate rege. Aliqñ ab effectu cōi, sicut benedicta, quia ab oībus sumētibus benedicitur. Aliqñ a ꝓpriis effectibus. Sicut blanca: quia blancos .s. albos purgat humores. Aliqñ a similitudine, ut diacurcuma, quia similatur radici curcumæ. Aliqñ a loco ut syrupus de byssantiis, Byssantium quidē est locus in confinibus Macedoniæ. Aliqñ a quantitate medicinę & authore cōponente, sicut dicit diarhodon abbatis, diarhodon dicitur a rosis: abbatis, quia Abbas quidā cōposuit. Aliqñ ex effectu, & authore ut ygia græca ygia. i. saluatrix græca quia græci eam inuenerunt. Aliqñ ex medicina & similitudiue, sicut opopyra. i. succus similis igni. Aliqñ a numero medicinarum, ut tyriaca diatesseron. i. de quatuor rebus. Aliqñ a loco in quo aliqua suarum medicinarum fuerit collecta, sicut medicina asuledatio scripta in ca. de lepra, asuledati est mons quidam super cuius lapides mingunt hirci montani, & ibi colligitur. Et quia tantum duodecim modi sunt hic positi, tamē plurimum sunt alii modi impositionis: qui apud nos sunt noti, & qui ignoti: & qui procedunt a uoluntate hominis: ideo omnes describi non possunt.

Istæ species subtiliter etiam sunt puluerizandæ, & cribellandæ. Nā cribellatio & puluerizatio subtilis duo facit primo quia transeunt ad loca remotissima. secundo a calore nostro alterantur & præparantur. Mithridatum si canonice & secundum artem factum est, durat usq; ad annos quadraginta in sua uirtute & bonitate.

Descriptio. IIII.

AVREA Alexādrina Nico. aurea dicta ab auro qđ ingreditur eius descriptionē, uel ab auro, pp eius excellētiam. sicut .n. aurū præexcellit oīb' metallis, sic hæc medicina aliis in multis passionibus. Alexandrina ab Alexandro peritissimo philosopho inuentore. ualet proprie ad oē capitis vitiū ex frigiditate. & ad oēm rheumaticam passionem quæ a capite, ad oculos, aures, & gingiuas descendit. & ad grauedinem omnium membrorum quæ fit de eodem humore.

℞. Assari, iusquiami, carpobalsa. i. seminis plantæ, balsami an. ʒ. ii. s. garyophy. opii, myrrhæ, cyperi an. ʒ. ii. balsami. i. liquoris emanantis ab arbore balsami, cinnamo. folii, zedoariæ, zingib. costi corallorum rub. casiæ lign. euphorbii, dragacanthi, thuris, stora. calamitę, spicæ celticæ, quā pro saliūca ponimus, meu. i. se. anethi sylueſtris, uel fistre, cardamomi. i. maioris & mi. siselei sinapis, saxifragiæ sem. anę. se. anisi ana. ʒ. i. ligni alo. rheubarba. aliptæ muscatæ, castorei, spicæ nar. galangæ, opopana. anacardi. masti. sulphuris uiui, pœoniæ, iringorum, rosarum. s. rubearū, thymi, achori. s. radicis, pulegii: aristolochiæ rotun. alia litera habet lōgæ, gentianæ corticum mādragoræ, chamedryos, ualerianæ. s. radicis, baccarum lauri, ameos, dauci, macropiperis i. piperis lon. leucopiperis. i. piperis al. xylobasa. i. ligni balsami, carui, amomi, petrosilii. i. sem. petrosellii, rutæ. s. feminis, leuisticī. se. finoni. i. petrosellii agre. an. ʒ. s. auri cocti, argenti meri, alba rum margaritarum, blattæ byssantiæ, esis de corde cer. an. ℈. i. gra. xiii. limaturæ eboris, calami aro. pyrethri ana. gra. viii. puluerizanda puluerizentur additis libris. ii. mellis cocti & despumati, fiat confectio in bona forma, detur in modum auellanæ eunti dormitum cū uino calido non febricitantibus, febricitantibus uero cum aqua calida.

Opium quod fit in nostris partibus ex capitibus papaueris nigri fieri debet in mense Maii uel Aprilis, & ita opium thebaicū illo in tempore fieri debet. De meu magna inter doctores est differentia. quidā dñt qđ est peucedanū, & hæc opinio ab oībus reprobatur. Alii quod est radix cuiusdam herbæ nascētis in India, & falsa ēt est. Sed meu idem est qđ semen anethi sylueſtris. Si nō habetur loco eius ponitur semē aneti domestici hoc uoluit Christof. de hone. Pro balsamo ponitur terebenthina subtilis, uel oleū laurinū, uel oleū balsaminum. uel gummi hederæ, uel q̄dam compō olei, quæ describetur infra i recepta diacurcumæ. De aristolochia absolute scripta apparet magna cōtrouersia inter doctores, q̄ dam dicunt ꝙ de rotunda est intelligendū, quidā uero de lōga, dicentes ꝙ una est perfectior, alii uero aliam. Qui uero longā dicūt esse perfectiorē, intelligunt in calefaciēdo, magisq; terrestris est quæ rotūda. Qui uero rotunda perfectiorē dñt, est: quia subtilior aptiorq; ad aperiendū est quā longa. Cū igitur absolute scripta inuenit, de rotunda intelligatur. Quia illa prōptior est ad oēs operatiōes & melior &c. Radices oēs in autumno sunt colligendę, & cyperi mensę Octobris. Et nota ꝙ si radices alicuius herbæ uel arboris colligantur: tunc debent colligi quando flores habent.

Descriptio. V.

IVSTINVM Nicolai, taliter dictum, quia a Iustino Imperatore primo fuit inuentum, præcipue datur calculosis & patientibus dolorem illi, ualet strangurię, & dyssuriæ, & his qui mingunt mucos.

℞. Cinnamomi, costi, foli, spicæ nar. casiæ lig. aristolo. lon. aristolochiæ rotun. enulæ. s. radicis, hyssopi, pulegii, artemisiæ, pentaphylonis, leucopiperis. i. piperis longi, albi, orobi. i. arbiliæ. Nota qđ frequens usus eius facit mingere sanguinē pectoselli. s. sem. leuisticī, macedonici, sem. urtice, millii solis. i. anisi sylueſtris, saxifrag. iuniperi. s. seminis, semi. alpa ragi, sileris montani, apii. s. sem. anethi. s. seminis, rutæ agrestis. s. seminis, loco eius poni pōt domesticę: se. citri, se. fœn. anisi, baccarū lauri an. ʒ. i. s. puluerizentur oīa subtilissime. Mellis cocti & despuma. lib. ii. & fiat electuarium.

Nota ꝙ hoc electuarium solum per annum seruat. De costo qñ in receptis scriptū reperitur absolute, de costo amaro intelligēdum est. Nec auscultes dicentes dulce costū reperiri. Nam illos oino vituperat Symon Ianuen. hoc modo dicens, Inuenitur autē in multis locis costum dulce scriptū i cōfectionibus, sed nec uidi nec audiui, ab aliquo dici. Sed quidā empirici dicūt costum dulce esse radicē enulæ artificiose paratam. Igitur & si in receptis inueniatur scriptū costum dulce, amarum ponatur, cum illud dulce in rerū natura non sit. Duæ tñ reperiuntur diuersitates costi. vnus .n. est Indus & est rufus seu subniger, & alter Arabicus qui est albus & est tēperatior, & illo utimur, quare nota, & hoc oēs clamāt doctores. A nullo .n. reperies dulce costum scribi de doctoribus medicinæ, quare acquiescant tantis authoribus viri hi ignari dicentes costum dulce reperiri. De saxifragia est controuersia inter apothecarios. multi .n. ignorātes pro ea ponunt quādam herbam habentem folia similia fere chelidoniæ siue pimpinellæ, minus tñ lata, & habentem radicē grassam & errant. nam illa est pastinaca sylueſtris. Sed uera saxifragia est quædam herba nascens in montibus adhærens saxis, quę herba facit plantam multis foliis subtilissimis, subtilitatis fere capillorum longitudinis digiti, & hæc uere saxifragia est, & illa in medicinis debet apponi & non alia & ex hoc apparet corruptela apothecariorum, quare non habetur uirtus medicinæ a doctoribus limitata.

Descriptio. VI.

ELECTVARIVM de baccis lauri. Rasis. 9. Almā. ca. colica, & appellat confectionem non electuarium, mirabiliter valens in doloribus stomachi & intestinorum & a uentositate factis, datur præcipue in dolore colico a ventositate facto & per os & in clysteribus apponitur.

℞. Foliorum rutæ ficco. ʒ. x. ameos, cimini, nigel, cheisim. i. sem. leuisticī. origani carui, amygdalarum amararum, piper. nigr. macropiperis. i. piperis longi, mentastri, dauci, acori. baccarum lauri, castorei an. ʒ. ii. serapini. ℥. s. opopanacis. ʒ. iii. puluerizentur puluerizanda non multum subtiliter vt dictum est de dyacimino, mellis cocti & despumati ad pondus omnium, & est. ℥. v. & ʒ. v. gummę uero dissoluantur in aqua rutæ. & facias in bona forma. Et nota ꝙ Rasis dicit ꝙ nō habet parem in resoluendo uentositatem.

Ruta quæ in hac compōne intrat ac in oībus aliis debet exiccari cum mensura, & hoc ideo, quoniā si exiccatur ve-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 219 sur 335

hementer est calidissimæ complexionis, et eius calefactio est ultra mensurã: Et si non exiccatur debito modo, remanet in ea humiditas superflua, quæ prohibet eam digeri & uentositatem facit. quare in ipsius exiccatione diligentia habenda est. Et debet in umbra exiccari, non autem in sole ut quidam empirici faciunt. De nigella multi sunt qui errant ponentes in receptis semen quoddam cinerulentum odorem satis triangulare pro ipsa nigella, & errant. Sed nigella est quoddam semen nigrum clarum, aromaticum multum, faciens folia fere similia fumiterræ, & id in medicinis apponendum est. Origanum colligendum est in mense Iulii postquam sol tendit ad occasum. s. in uesperis. Non autem in mane ante solis ortum ut quidam fatui faciunt.

Mel & omnes medicinę triplici causa coquunt. primo ut mundificẽtur ut mel, quia coquitur ut sua impuritas remoueatur. secũdo ut expellamus aliquã substantiã nostro proposito repugnãtẽ, ut multa decoctio cauliũ. quæ illos stypti cos facit. tertio ut uirtus ipsius in oleo uel aqua transeat.

Descriptio. VII.

DIACALAMENTVM Nicolai a calamento dictum ualet ꝑcipue ad oẽ uitiũ pectoris ex frigiditate, & maxima his qui sunt senili ętate, ualet tussiẽtibus ex frigida cã.

℞. Calamẽti syluestris, pulegii, hyssopi, melanopiperis. i. piperis nigri, siseleos, sileris mõtani. i. seminis, seminis petrosilii an. ʒ. iiii. & ℈. ii. leuisti. ʒ. i. & ℈. i. semi. apii ℈. i. ameos thymi, anethi. s. seminis, cinnamomi, zingi. an. ℈. ii. pulue rizentur omnia subtiliter, mellis, cocti & despumati lib. i. et ʒ. iiii. & fiat electuarium, & detur post prandium & cœnã.

Calamentum quod in hac compõne ingreditur, debet esse syluestre, eo ꝙ magis cõfortatiuum & absterſiuũ est quã domesticum. In mense Iulii & Augusti ista semina colligenda sunt. s. semẽ petroselli ii: laureolæ, cataputiæ, rutæ, fœniculi, caulis, milii solis, lactucæ, pastinacæ rapæ, & similium.

Anethum si simplr scriptũ reperiatur semper de semine est intelligendũ, non de herba, ut est cõmunis corruptela.

Descriptio. VIII.

DIACALAMENTVM Mes. de mente Gal. conferens ad ægritudines frigida membrũ nutritionis, & ad malitiam digestionis, & facit penetrare cibum qui non posset penetrare ad hepar: & ad corpus reliquum, & hæc est eius proprietas, & confert rigori febrium, & emplastratum & inunctum in spina est ex maxime subtiliantibus humiditates grossas & uiscosas, & ex resoluentibus uentositates, & confert singultui uehementi frigido & uentoso, cuius difficilis est resolutio. & prouocat urinam & menstrua.

℞. Calamenti mõtani & fluuialis, siseleos. i. sileris mõtani, semi petrosilii, ana. ʒ. vi. zingi. ʒ. iii. seminis apii, extremitatum alasce. i. thymi ana. ʒ. ii. Heisim. i. leuistici. ʒ. vi. piperis. s. nigri. ʒ. i. s. pulueriẓentur omnia subtiliter, mellis cocti & despumati lib. ii. & fiat electuarium: dosis eius est. ʒ. i.

Mes. dicit dra. xii.

Calamentũ tam montanum quã fluuiale colligendum est in mense Iulii, & exiccandum est in umbra: exiccatio. n. facta in sole operationẽ eius debilitat, & eo tempore colligitur pulegium. Quinq; de causis medicinæ miscentur simul. Primo ut uirtus earum fortificetur: & hac de causa scamonea miscetur cum medicinis aloeticis, & zingiber cum turbith. Secundo ut cito faciat alias medicinas transire ad locũ debitum, & sic crocus admiscetur auro & argento: aurum. n. & argentum sua ponderositate ad intestina descendunt, nec ad uenas possunt penetrare: & crocus facit eas ad cor penetrare. Tertio miscemus ut cito medicina non transeat ad uenas, ut cum uolumus hepar deoppilare per diuretica, quia illa sunt cito penetrãtia ad uenas permiscemus aliã medicinam ut raphanum. Raphanus. n. habet proprietatem attrahendi humores ad stomachum. Quarto ut una per aliã stabilietur: & sic miscemus cum uiolis, uel cum cassia fistula myrobalanos. Quinto ut malitiam alterius remoueat uel impediat, ut zingiber cum scamonea iunctum: scamonea enim debilitat stomachum, & zingiber confortat.

Descriptio IX.

DIANISVM Mes. ualet grossæ uentositati stomachi & frigiditati & abundantiæ phlegmatis crudi in ipso.

℞. Anisi. ʒ. xx. liquiritiæ, masticis an. ℥. j. carui, macis, galangæ, zingiberis, seminis, fœniculi, cinnamomi an. ʒ. v. triũ piperũ. s. piperis albi nigri & longi, calamenti. s. montani, pirethri, cassiæ ligneæ an. ʒ. ii. heil. i. cardamo. maioris, garyophyllorum, cubebarum croci, spicæ. ʒ. i. s. zucchari. ℥. ii. pulueriẓentur ista satis subtiliter: mellis lib. iii. & fiat electuarium in bona forma. Mes. dicit an. ʒ. viii.

Notandum quòd in electuariis de melle ac de zuccharo, semper in eis species aromaticæ ponendæ sunt post eorum aliqualem infrigidationem quia si ponerentur de melle uel de zuccharo existente adhuc ad ignem ut quidam mente capti faciunt, uirtus aromatum perderetur &c. Fœniculi & anisi cum simpliciter scripti reperiuntur in confectionibus uel electuariis: de ipsorum seminibus est intelligendum cum ea magis ad usum medicinæ conueniant.

Descriptio. X.

DIATRION pipereon Mesuæ qđ calefacit stomachũ & uentrem. remouet doloreẽ eorum ex humiditatibus phlegmaticis multis & crudis, & mundificat stomachum ab ipsis, & ualet contra acidos ructos, & digestione procurat.

℞. Trium piperum. s. albi, longi, & nigri an. ʒ. v. zingiberis, hasce. i. thymi, anisi an. ʒ. ii. spicę, ameos, amomi cinnamomi an. ʒ. i. cassiæ ligneæ, seminis apii, siseleos. i. sileris mõtani, seminis assari, enulæ ficcæ. s. radicis ana. ʒ. s. pulueriẓentur omnia satis subtiliter: mellis colati cocti & despuma. ℥. viii. fiat electuarium, dosis est a. ʒ. i. usque ad. ʒ. ii.

Piper album non est illud quod est paruum contractum, et ꝙ habet corticem grossum. Sed est illud qđ est magnum grauis põderis sine cõtractione subtilissimi corticis. Et illud plus confortat stomachum q̃ duæ aliæ spẽs. Enula debet eẽ ficca: eo quia maioris est deficcationis quã qñ est recẽs. Casfia qñ in libris authorum reperitur absolute scripta, considerandum est si compositio illa in qua intrat est solutiua uel lenitiua & tunc debemus ponere cassiam fistulam. Si autem nõ est solutiua nec lenitiua, sed calefactiua confortatiua uel aperitiua oppilationum: tunc debemus ponere cassiam ligneam, & hoc sit de generali regula & documento.

Descriptio. XI.

DIACVRCVMA magna Mes. cõferens ad ægritudines antiquas & chacheã & hydropisim iuuamentũ manifestum, & eradicat ægritudines hepatis & splenis chronicas quæ iam induratæ sunt, & cõfert ad fœtiditatem coloris & corruptionẽ stomachi, & humiditatẽ frigidã & uẽtositates grossas in eis, & dolori renũ et ueficæ, & urinã prouocat.

℞. Croci, assari, sem. petrosilii, dauci, anisi, sem. apii an. ℥. s. rauedseni. i. rebubar. meu. i. semi. anethi syluestris. Aliqui dicũt ꝙ radix est efficacior, spicæ nardi an. ʒ. vi. costi, myrrhæ, cassiæ ligneæ, squinanti, carpobalsami. i. semi. balsami, rubeæ tinctorum, succi absinthii, succi eupatorii, olei balsami. i. liquoris emanantis ab arbore balsami ana. ʒ. ii. calami aro. cinnamomi an. ʒ. i. s. scordeon. i. alii syluestris, scolopendriæ, succi liquiritiæ an. ʒ. ii. s. dragacanthi. ʒ. i. pulueriẓẽtur subtiliter omnia mellis despumati & cocti lib. iii. & fiat electuarium in bona forma: dosis eius est a. ʒ. i. usque ad. iii. Mes. dicit ʒ. iiii.

Dicitur diacurcuma, quia color assimilatur curcumæ, uel dicitur a croco qui crocus apud Græcos dicitur crocõ qui, in ea ingreditur in bona quantitate. Et quia uocabulum est corruptũ dicitur diacurcuma. Sed debet dicere diacrocon. Insuper nota ꝙ omnes medicinæ confortantes hepar, & ualentes hepati debent bene teri & subtiliter cribellari.

Balsamus est liquor emanãs a stipite illius arbusculi, & dicit opobalsamũ, et oleũ balsami, uel balsamum absolute. Et quia perfectum & uerum non nisi cum difficultate haberi potest. igitur loco eius ponitur istud oleum hoc modo factũ: ꝙ discribitur a Guliel. Placen. dicente quo habet uirtutẽ balsami, & ponitur in omni compositione in qua balsamum intrat loco ipsius. Modus faciendi oleũ illud talis est. ℞. Terebentinæ lib. ii. olei communis lib. iii. olei laurini ℥. xvi. cinnamomi. ℥. iii. euphorbii. garyophyllorum, baccarũ lauri, gummi hederæ, serapini, galba. aroma. opopanacis, an. ℥. i. thuris, masti. ana. ℥. ii. terantur terenda & distillentur ad alembicum lento igne, & reserua.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 220 sur 335

Descriptio. XII.

DIALACCA magna Mes. conferens ad debilitatem stomachi,& hepatis, & ægritudines factas in eis,oppilationes hepatis aperit,& omnem duritiem resoluit, lapidem renum & ueficæ frangit, urinam prouocat, & est ad hydropisim & cachexiam medicina sublimis.

℞.Laccæ ablutæ rauedseni.i.rheubarbari an.3.iii.spicę nardi,malticis,sem.apii,cimarũ,squinanti.i.extremitatum squinanti,absinthii,succi,eupatorii,ameos,sauinæ, amygdalarũ amararũ,costi amari,myrrhæ,rubeæ tinctorum,sem.fœniculi,anisi,assari,aristo.s.rotundæ,gentianæ.s.radicis,croci,cinamomi, hissopi siccæ,casiæ ligneæ, bdellii, an.3.i.s. piperis.s.nigri,zingib.an.3.i. infunde myrrhã & bdellium in uino & cætera tere subtiliter & cõfice cũ lib.i.& ℥.viii.mellis colati cocti & despumati, dosis eius est ab aur.i. usq; ad. ii.

Modus lauandi laccã,ponit a pandectis ca. ꝓprio de lacca in hunc modũ. Tere gũmam laccę, & laua illam in mortario postq̃ bene pistata fuerit lauationibus pluribꝰ ex aqua fontis, in qua bullierint aristo. longæ & squinanti ana. partes æquales,& tãdiu lauetur cũ hac aqua, ꝙ clarescat semp cum pistello agitando,deinde dimittatur residere postea coletur aqua & in umbra permittat desiccari,quæ desiccata reseruet,& hic est modus.Et ex ista lotione lacca acquirit subtilitatem,& apertionẽ maiorem. Medicinarum ablutio fit quinq; de causis. Primo ut acuitasque in medicina est auferatur.& hoc mõ abluitur calx. Secundo ut sordes remoueãtur & abiiciantur,et hoc modo abluitur oleum & cera.Tertio ut possit melius cõteri,& hoc modo abluit thutia.Quarto ut eius malitia auferatur,& hoc modo lauatur lapis lazuli,ut remoueat quædam uirtus nauseatiua, et compressiua sola remaneat. Quinto ut acquirat maiorem subtilitatem, et hoc modo lauet lacca quæ efficitur subtilior ad aperiẽdũ.

Descriptio. XIII.

CONFECTIO anacardina Mes. & est cõfectio sapientum,& eorum qui desiderant scire.Acuit.enim intellectum & subtiliat sensum,& memoriam reparat,& confert dolori stomachi & uentris a frigiditate facto, et clarificat sanguinem,& colorem bonum facit.

℞.Piperis,macropiperis.i.piperis lon.myroba.Kebulorũ. emblicorum,bellerico.indorum,uidebedust.i.castorei ana. 3.ii.costi,anacardi,zucchari tabarzet.i.zucchari.al.burungi .i.nigellæ,baccarum lauri.an.3.vi. cyperi.℥.s. Tere anacardos per se deinde medicinas alias & cõfice cum butyro uaccino & melle an.lib.,piiciendo primo butyrum,postea mel, deinde alias medicinas subtiliter pulueriz atas, datur post sex menses,& dosis eius est.3.ii.cum aqua fœniculi & apii, & caueat assumens a labore ira, coitu, & ebrietate.

Oẽs mirobalani ponuntur in hac cõfectione ad frangendum malitiam anacardorũ. Nisi.n.illi ponerẽtur,ipsorũ malitia oẽs alias medicinas corrũperent.igitur in hoc bene advertãt apothecarii.Anacardi sunt fructus cuiusdã arboris, qui hñt similitudinem cum corde auium paruarum habentes intrinsecus rubedinem quandã ad similitudinem sanguinis,& nascuntur in Sicilia in montibus igneis qui cõtinue cõburunt,& ab ipsis denominatur confectio anacardina.Et nota ꝙ isti fructus dum sunt recẽtes condiunt cũ melle hoc modo. Liquefacto melle in eo ponuntur, et illud tale mel uocatur mel anacardinum,& habetur in usu absq; dictis anacardis.Et aliqñ ingreditur in electuariis ut inferius apparebit.Et illud tale mel habet intẽsiorem gradum caloris et sicitatis q̃ mel purũ, quia anacardi sunt calidi & sicci in quarto gradu.Nec sunt pediculi elephantis,ut quidã falsę dicũt. Burungi de eo est magna inter doctores differẽtia.Christof. de honestis super illũ passum exponit ꝙ est nigella, & ꝙ nigella,est semen nigrũ odoriferum. Gentilis uero exponens illam confectionem inquit.burũgi sunt grana similia piperi quæ non habemus, sed illorum loco ſm quosdã ponitur cataputia. alii uero dicunt quod est quædam herba habens folia similia rutæ faciens semen in uaginis similem nasturtii q̃ mordent linguam. Sed prima opinio est melior, magisq; ad mentem authoris,cum nigella cerebrum confortet,humidi tatemq; ipsius deficcet quẽadmodum confectionis uirtus est quare nigella ponenda est &c.

Descriptio. XIIII.

CONFECTIO de scoria ferri Rasis.9. Almans.cap.de hæmorrhoidibus.quam dicit mirabiliter ualere pro cõstringendo fluxu immoderato hæmorrhoidarum,retinens etiã fluxum exuberantem menstruorum in mulieribus, afferens etiam iuuamentum in fluxibus uentris chronicis, & datur inquit ipse omni mane ad quantitatem castaneæ.

℞.Myrobalanorũ emblicorum, nigrorũ.i.indorum, bellerii.ana.3.s.spicæ,squinãti,cyperi,zingi.pipe.s.nigri,ameos, oliba.ana.3.ii.scoriæ ferri ꝑparatæ.3.i.s. pulueriz entur oia subtilissime,& conficiantur cum melle disp. quod sit coctũ cum apozimate emblico.℥.x.& fiat in bona forma.

Præparat scoria fer.hoc modo.Accipe scoriã fer. quantitatem q̃ uolueris,& eam infunde in aceto fortissimo p hebdomadam.omni die acetum mutando,postea proiiciatur super laminam ignitam & torrefiat,deinde subtilissime pulueriz etur & reserua,hæc enim est ipsius preparatio quare &c. Mel cum apozimate emblicorum hoc modo fit.

℞.Myrobalanorum Kebulorum, & emblic.ana.3.xx.terantur & in tribus libris aquæ coquantur donec ad unam remaneat,& postea coletur, in colatura uero ponatur mel lis boni lib.i.deinde bulliant donec aqua a melle consumpta sit.Et hoc facto habes mel cum apozimate emblicorum quod in hac confectione ingreditur.

Descriptio XV.

ELECTVARIVM de cineribus Aui. fen. decimaoctaua tertii.ca.xix.ꝙ dicit esse medicamen forte, & ab ipso expertum in comminuendo lapidem renum, & conueniens etiam lapidi ueficæ extrahens ipsum.

℞. Cineris, uitri, cineris scorpionum ,cineris radicum caulium,nabati sunt caules non transplantati, cineris leporis,lapidis spongiæ, sanguinis hir.exiccati,& ꝑparati,cineris corticum ouorum a quo pullus egressus fuerit, lapidis iudaici,gummi nucis.s.usualis,acori.s.radicis,ana.3.i.seminis petrosilii,dauci.i.semẽ pastinacę sylvestris,pulegii,gummi ara.seminis altheæ piperis.s.nigri.ana.3.i.s. pulueriz entur omnia subtilissime,mellis cocti & despumati.℥.x. & fiat electuarium quod bene obturetur:ac sæpe cum spatula cõmisceatur,& dosis eius est usque ad au.ii.cum aqua tribulorum decoctorum cum cineribus nigris.

Vitrum cõburitur hoc mõ. Teratur bene deinde reponatur in crucibulo uel captia ferri, & pone super prunas semper insufflãdo donec rubeũ fiat, deinde ab igne remoueat. Si erit incineratũ,bene est.Aliter iterũ ponat super prunas insufflet,& nõ desinas sic facere donec incineretur & de eo utere. Scorpiones hoc modo comburũtur.Accipe scorpiones uiuos,qualitatẽ quã uolueris & pone in olla noua, claude eã lutãdo illã.cũ pasta uel cum terra, & pone illã in furno calido,& dimitte illã ꝑ diẽ et noctem, deinde extrahe, & cinerẽ ipsorum habebis.Caules nabati.i.caules trãsplantati hoc modo cõburentur,extrahe radices a terra, mũdenẽ ab oi ĩmunditia, deinde infrusta incidantur & ponantur in olla, & cooperiatur olla coopertorio ꝑforato,ita ut fumus possit exire, & ponantur in furno,& dimittãtur per totum diem, in sero remoueant & reperies in dicta olla tãquã carbones postea dictos carbones tere bene, & in alia olla parua repone, & cooperi luto eam, & reponat in furno,& dimitte p diẽ & noctem, et tãtum ac tã sæpe hoc facias ꝙ carbones in cinerẽ alpũ esse cõuersum reperies, et de illo utere.Modus incinerãdi leporẽ. Accipe leporẽ uiuũ et decolla illũ, & repone in olla noua cũ toto sanguine, et pelle bene obturãdo ollã, deinde ponatur in furno, et tm dimittat ꝙ incineretur, et dicta cinere utere in electuario suprascripto. Cortices ouorum hoc modo incinerẽtur. Accipe cortices oui a quo pullus egressus fuit, et bene pistentur, deinde ponant in olla noua quæ bene obturata, sit ponantur in furno et dimittantur per noctem in mane.si sunt incineratæ bene est,sin autem bene in furno dimittantur usquequo sint incineratæ. et nota ꝙ quãto amplius coquuntur:tanto magis albiores reddunt et incinerant,et de eis utere.Sera. author pandectarũ uult ꝙ differentia sit inter dauci et baucię

& dicit q̄ dauci est pastinaca sylvestris, bauciæ vero pastinaca domestica. Auic. uero & Mes. inter eas nullã differentiã faciunt tñ in vso est, & tenetur opinio pandectarum, & Sera. Sanguis hirci in hoc electuario ingrediens hoc mõ præparandus est. Accipe hircum quatuor annorũ in diebus caniculatibus, qui sint dies caniculares infra describentur in rob nucũ, & nutriatur saxifrag. fœni. apio, petro. puleg. hedera, squinanto, genestra, capil. ven. polytricho uel lupulis. Potetur vero optimo vino, & si ad aliqualẽ acetositatẽ tenderet, melius esset, semperq; in sole teneatur, & hoc modo nutriatur saltim per dies quadraginta, deinde cũ incipit vrina eius denigrari, sumatur olla noua, & fundat in ea aqua, & ferueat donec auferatur ab ea terreitas quæ in ea est.

Deinde decolletur hircus, & accipiat ex medio sanguine qui currit ex eo in olla, & nõ accipiat primus sanguis neq; postremus, & non moueat donec coaguletur, deinde incidatur in partes duas coexistente in concauitate ollæ, & cooperiatur cũ rete stricto, aut cũ panno subtili raro. Et dimittat sub cœlo donec recipiat radios solis, & lunæ, & dimittatur ipsum: donec exicceẽ bene: & caue ne adueniat ei humectatio ex rore. Nec decollandus est nisi sanus sit hircus, & ex dicto sanguine vtere in oĩ medicina, & in oĩ loco in quo scriptum reperis sanguis hirci. In collectione mineraliũ tres cõditiones considerandæ sunt. primo eligãtur a mineris notis & famosis. secundo q̄ non sit admixtum q̄ impediat eius cognitionẽ. tertio quòd nõ habeat substantiam transmutatam.

Descriptio. XVI.

DIASATYRION Mesue seu confectio testiculorum vulpis, & est secunda descriptio, quæ est melior, & in vsu, faciens ad erectionem virgæ, & multiplicans sperma & desiderium coeundi.

℞. Secacul albi & mundi elixati. i. cocti in aqua cicerũ, quorum eiecta sit aqua prima li. i. satyriorum. i. testiculorũ vulpis qui abscinduntur a pãtre suo. i. a stypite suo, & elixatorũ in aqua dicta. ʒ. viii. radicum rapha. s. sylvestris. ʒ. iii. luf. plani. i. serpentariæ vel dragontæ. ʒ. ii. terãtur hæc oĩa & infundantur sup eis lactis vaccini uel ouini quantitas quæ supereminet radicibus duobus digitis, olei sisamini, butyri vaccini recentis an. ʒ. iiii. coquantur hæc oĩa cũ facilitate usq; ad spissitudinem, & si adhuc radices nõ bene coctæ sint, fundantur iterũ super eas ex lacte & oleo & butyro an. partes æquales usq; dũ perfecte coquantur, post hoc infunde super hoc totũ mellis boni & despumati, li. vi. succi cepæ humidę. i. recentis lib. i. s. decoq; oĩa simul usq; ad perfectam coctionem, & post hoc remoueantur ab igne, & proiice super ea puluerem hunc: cuius hæc est permix. ℞. caudarũ stinci cũ renibus & semine. i. ab vmbilico infra. ʒ. i. seminis, crucæ, zingi. albi & mundi, been albi & rube. linguæ auis. i. semi. fraxini semi. nastur. cinnamo. piperis long. bauciæ. seminis pastinacæ domesticæ, synapis. s. semi. napi. sem. asparagi, an. ʒ. s. cõficiantur cũ eis, his primo subtiliter puluerizatis. vltimo vero ponantur hæc alia in medicina prædicta pinearum mun. lib. i. s. phisticorum mundatorum. ʒ. x. cerebellorum passerũ ʒ. ii. pistẽtur tria hæc subtilissime oĩa per se, deinde bene cõmisceantur simul, & in fine aromatizẽtur cum ʒ. i. musci boni, & dosis eius est ab ʒ. s. usq; ad ʒ. i. cum bono vino puro & pauco, & sumitur in sero cum itur dormitum.

De secacul inter doctores est diuersitas. Author pãdec. & Mes. dicunt, quod secacul idẽ est quod iringus, & iringus idem quod secacul. Simon uero Ian. Sera. in lib. de simplici medici. in. 7. lib. sui breuiarii. & Aui. dicũt quod secacul est radix sicut zingiber quæ apportatur ab India, uerũ in vsu ẽ, & accipit iringus pro secacul, quia eo caremus. Aliqui dñt quòd secacul est sigillum sanctæ Mariæ. Quare prima aqua ciceris abijcitur & in secũda lauãtur satyriones & secacul, quia prima est absterſiua prohibens inflationem & ventositatem generari. secunda uero est multum uentosa & inflatiua, & cum hoc portatiua aliarum medicinarũ ad genitalia mẽbra. Stincus est quoddã animal simile lacertæ degens in ripis aquarũ fm flumen Nili. In hac confectione pro omni li. i. mellis cocti & despumati ponendę sunt. ʒ. iii. spẽrum cribellatarum, si habere debet uirtutem a Mes. scriptam, Iringus & tassus barbassus colligendi sunt in mense Octob. Inci denter hoc notandum est. quòd hoc electuariũ duplici rõne solet dari hominibus. primo exhibetur corporibus exiccatis ad humectandum, & tunc debemus exibere de eo. ʒ. s. in mane per horas quatuor uel duas ad minus, ante prandium datur. & secundo ad augmentum coitus & uirilis membri, erectionem. & tunc ipsum exhibere debemus uespere ante cœnam per duas horas cum modico uini subtilis & odorife ri: complexio dicti electuarii est temperata inter calidum & frigidum, humida tamen ad secundum gradum.

Descriptio. XVII.

DIAIRIS Nicolai, sic dicitur a radice illa quæ ireos uocatur, prodest dispniacis, orthonicis, & tussientibus ex phlegmate grosso, & uocẽ deperditam restaurat si fuerit ex frigiditate &c.

℞. Radicum ireos. ʒ. i. pulegii, hyssopi, liquiritiæ an. ʒ. vi. amygdalarum. s. amararum, dragacanti, pinearum, cinnamomi, zingib. piperis an. ʒ. iii. caricarum carnium, dactylorum, passularum enucleatarũ an. ʒ. iii. s. storacis rub. ʒ. ii. &. ℈. i. puluerizentur subtiliter omnia, mellis cocti & despumati lib. i. s. et fiat electuarium.

Hyssopi si simpliciter scriptum reperiatur de herba sicca est, intelligendum, et in umbra exiccandum est & nõ solum ipsum, sed omnes herbæ aromaticæ. sol. n. aromaticitatem illam resoluere facit: uirtutem destruit. Pineæ et amygdalæ *nisi sint recẽtes antequam in confectionibus et electuariis pectoralibus ponantur semper debent purgari ut supra ostẽ sum est, aliter rauceitas sua nocet pectori, et tussim prouocat*: quare bene notent apothecarii *in hoc* et aduertant.

Descriptio. XVIII.

DIAPENIDION Nicolai. sic dicitur a penidiis, quæ ibi intrant plusquã de aliis speciebus: valet ad omne vitium pulmonis et tussis, ad raucedinem uocis factam ex siccitate, et phthisicis subuenit.

℞. Penidiarum. ʒ. xvi. s. pinearum amygdalarum preparata. hoc est mundatarum, sem. papaueris. al. ana. ʒ. iii. ℈. i. garyophy. cinnam. zingib. succi liquiri. dragan. gummi arabi. amydi, se. citrulli, se. melonum, se. cucumeris, se. cucurbitæ mũdatorum an. ʒ. i. s. cãphoræ tertiam partem vnius. ℈. i. gra. vii. syrupi uiolati. q. s. puluerizentur subtiliter puluerizanda, et conterantur cõterenda, deinde confice sic. In lib. i. aquæ florum uiolarum. ʒ. iii. bulliant donec aqua aliquantulum inficiatur, postea coletur et colaturæ addatur lib. i. zucchari, et bulliant donec incipiant inspissari. Tũc addatur pineæ, amygdalæ, et suprascripta semina, unumquodq; per se bene contusum, cum spatula semper mouendo. deinde addantur penidii subtiliter puluerizati, et cũ liquefacti fuerint illud grossum quod supernatat cum cacia despumetur, et iterum in mortario proiiciatur, et bene terendo, et cõmiscendo, deinde camphora admiscetur. Ad vltimum puluis suprascriptarum specierum cum supradicto syrupo *in mortario* semper agitãdo moueatur, donec incorporetur. demum reseruetur in uase vitreato.

Gumme *ingrediẽtes in* hac cõpositione dissolui possunt in aqua florum uiolarũ, uel *in* decoctione præscripta a Nicolao. et pineæ etiam et amygdalæ cum altero prædictorũ humectari possunt ad hoc ut bene conterantur.

Desciptio. XIX.

DIADRAGACANTVM calidum Nicolai. Taliter dictũ a dragacãto quod recipit, et dicit calidũ ad dñiam diadragacanthi frigidi alterius descriptionis. datur autẽ in strictura pectoris facta a materia frigida grossa et uiscosa.

℞. Dragacãthi triduo in aqua temperati li. i. hyssopi, pinearum, amygdalarũ mundatarũ et excorticatarũ sem. lini asfi. an. ʒ. iiii. fœnugræci. s. semi. cinnamo. an. ʒ. ii. zingiberis, liquiritiæ. s. radix, succi liquiritiæ. an. ʒ. i. puluerizentur subtiliter puluerizanda, et conterantur, cõterenda, et confice sic, dragacantum infusum *in* aqua per linteolum extorque et cũ li. ii. et ʒ. viii. mellis cocti usq; ad spissitudinẽ lẽto igne semper cum spatula agitando misceatur, deinde additis pineis, amygdalis, semi. lini et fœnugręci ab igne deponantur, et puluis suprascriptarum specierum addatur, et usui seruetur.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 222 sur 335

Modus assandi semina lini in eo intrantia talis est,accipe patellam vel bernacium, & super ignem multũ calefacias postquã bene fuerit calefactũ remoue ab igne, & intus ponas lini semina semp mouẽdo vsq;quo sint assata,& si tũc bene assata non sunt,iterum uas calefiat amotis seminibus,deinde ab igne remoto iterũ semina supraponantur semp mouendo usquequo sint bene assata,deinde reserua, & sm hãc doctrinã oia alia semina debent assari.Lini semen assatur ut amoueatur humiditas superflua & uiscositas, & plus assari debet quã alia semina. Ideo nota ꝙ oia semina per se assanda sunt, eo quia aliquod semen multũ assandum est propter eius uiscositatem multam ut lini semen,& psyllii,quoddam minus propter eius paucam humiditatem ut semen anisi,& cymini,& hmõi.quare bene notent apothecarii. Confectiones hæ amaræ per duos annos conseruãtur,tyriaca vero magna longiori tempore seruatur,ut in ipsa scripsi.

Descriptio. XX.

Tryphera magna Nicolai cũ opio & sine opio quæ taliter dicta est,quia magnã utilitatẽ, & fructũ mulieribus confert.Datur contra dolorem stomachi virorũ & mulierũ cũ aqua in qua cocta sint semina fœniculi anisi,& masticis, datur contra uitium matricis ex frigiditate si distemperata bibatur cum uino in quo cocta sit artemisia, prouocat etiã menstrua si ex ea cum artemisia bene trita & cum oleo muscelino cõmixta fiat pessarium ex bõbice quod ex istis inunctum in vulua mulieris immittatur,et prouocat etiam menstrua mulieri non concipienti si detur cum vino in quo cocta sit mandragora, uel sambucus, miro mõ prodest pueris qui non possunt dormire,& in nocte nimis garriunt distemperata cũ lacte mulieris in modũ ciceris & bibita prodest. ℞.Cinnamomi,galangæ,garyoph.spicæ nardi,zedoariæ,zingiberis,costi,storacis calamitæ, calami aro. cyperi ireos. ſ. radicis,peucedani,corticum mandragoræ,spicæ celticæ,acori,rosarum.ſ.rubearum piperis.ſ.nigri, anisi seminis apij, seminis petrosillii,seminis fœniculi,macedonici.i.apij mõtani,dauci,ozimi,iusquiami,cymini.diptami,an.ʒ.i.pulueri zentur subtiliter omnia,mellis cocti & despumati lib.i.& ʒ. ii. & hoc modo faciendo nihil addendo uel minuendo erit tryphera sine opio.Si uero cum opio facere uis, addas prædictis omnibus opij thebaici.ʒ.ii. & cũ opio tryphera erit. Sed in hac patria mulieres volunt illam in zuccharo. Accipias igitur suprascriptarum specierum sine opio.ʒ. i.zuc. li. i.& facias,& datur in modum castaneæ.

Confectio hæc danda est a stomacho vacuo, & differenda ẽ comestio vsquequo de ea facta sit digestio,& dictæ species subtilissime sunt terendæ ac pulueizandæ. Dicitur.n. compositio hæc tryphera.i.hominem iuuenem reddens.

Nota ꝙ q̃uis in multis cõfectionibus reperies scriptum mellis cocti,ꝙ tamen etiam cum melle crudo & mũdo possunt confectiones fieri, & illud habet minus de spissitudine,& magis de penetratione.Igitur ab authoribus sæpe inuenies scriptũ mellis cocti,& qnq; mellis crudi, ut per hoc intelligas,ꝙ utrunque pores ponere,& conuenienter.

Descriptio. XXI.

Diaolibanvm Nicõlai dictum ab olibano ingrediẽte descriptionem, ualet ad omnes capiti passiones. lachrymas potenter stringit dolorem hemicraneum & supercilio rum sanat,& squinantiam curat &c.

℞.Castorei,opij,thebaici,iusquiami.an.ʒ.ii.cassiæ lig.ʒ.i.et ϑ.i.folij,croci,thuris an.ʒ.s.rheupontici,amomi.an.ϑ.ii.s. pæoniæ.ſ.radicis,macropiperis.i.piper longum,storacis,calamitæ,an.ʒ.s.myrrhę.ϑ.ii.gra.v.spicę,pyrethri,euphorbij, leucopiperis,i.piperis al.ana.ϑ.i.gra.xv. pulueizentur subtiliter omnia,mellis cocti & despumati.ʒ.viii.& fiat electuarium in bona forma.

De iusquiamo cum scriptum reperitur semper de semine & non de herba est intelligendum, herba enim maioris est venenositatis quam sit semen.

Peonia si simpliciter scribatur de radice intelligendũ est: cũ illa magis vsui medicinæ cõueniat quã folia uel semina.

Descriptio. XXII.

Requies Nicolai. Sic dicta eo ꝙ requiẽ patientibus præstet & somnum,& maxime typicæ febriẽtibus quotidianarijs:tertianarijs,quaternarijs acutis & peracutis &c.

℞.Rosarum.ſ.rub.violarum an.ʒ.iii.opij,iusquiami.ſ.seminis papa.albi,corticum mandragoræ,scariolæ,seminis lactucæ,seminis portulacæ,psyllij.ſ.seminis nucis musc. cinnamomi,zucchari an.ʒ.i.s sandalorum alb.sandalorum rub sandalorum citrinorum,spodij.ſ.de canna,dragacãti.an.ϑ.ii. gra. v.pulueizentur subtiliter pulueizanda mellis cocti & despumati lib.i.&.ʒ.iiii.& fiat electuarium.

Ista compositio a multis corrupte & male componitur, multi enim addunt & in suis receptis reperiũt ultra præscripta Miconis:& exponunt ꝙ est papauer nigrum & falsę. nã idem est ꝙ papauer album, ut uult Gentilis super quintum can.sed litera debet stare ut præscripsi.

Vsus istorum opiatorum nõ debet esse nisi transactis sex mensibus. Et inueterata ultra,sex annos non uigorose electuaria hæc operantur,immo declinant ab eius virtute,maxime stupefactus seu opiata.

Descriptio. XXIII.

Zazenea Mesue,experta ad dolorem stomachi a frigiditate factum,& ad omnes dolores factos a simili causa, & a uentositate grossa,& ad dolorem colicæ, & difficultatem urinæ,& dolorem dentium,& ad uentositates matricum, & confert iuuamentum maximum ad sterilitatem bibita,& supposita cum lana & oleo de lilio.

℞. Castorei, myrrhæ, opij piperis,macropiperis.i.piperis longi,galbani,costi cinnamomi.phu.i.valerianæ,meu. i. seminis anethi Sylueſtris. Aliqui dicũt quod radix est ponenda & non semen,dauci,assari,croci,an.ʒ.i.pulueizẽtur subtiliter omnia,mellis cocti & despumati lib.s. & fiat electuarium in bona forma,dosis eius est aur.i.

Mel ponitur in ista medicina. & non solum in ista, sed in omnibus alijs triplici ratione. Primo ut placet horribilitatem medicinarum.Secundo ut mundificet & resoluat. Tertio ut conseruet species sua uiscositate.

Stupefactio est dispositio inducta in membro a frigiditate:per quam,membrum,non sentit,aut obtuse sentit.

Descriptio. XXIIII.

Atanasia Mesue sic dicta, quia hominẽ a morte præseruat,confert ad dolorem hepatis & splenis,& oppillationi in eis,& ad dolorem stomachi,& ad asthma, & ad tussim antiquam, & mundificat pectus, & ad fluxum uentris antiquum & ad dyssenteriam,& ad fluxum sanguinis,& est in sedatione doloris sicut Philonium, & confert ad dolorem renum & hæmorrohoidarum, & Galenus quidem præcepit misceri in confectione hac hepar adib. ualet.n.sua proprietate ad morbos hepatis.

℞.Croci,opij,myrrhæ,castorei,iusquiami,costi,carui,semis papaueris nigri,spicæ,eupatorij,hepatis adib.i.lupi,cornu dextrum capræ uel cerui.ana.ʒ.i.pulueizẽtur subtiliter omnia mellis cocti & despumati lib.s.& fiat electuarium in bona forma.

Hepar adip.i lupi præparatur hoc modo & conseruatur, primo debet optime lauari cum uino albo optimo, & bene mundari ab omnibus immunditijs,deinde saliatur seu aspergatur sandalis citrinis bene & subtiliter pulueizatis, deinde permittatur exiccari,demum inuoluatur absinthio, omni hebdomada absinthium mutando.

Lupi uero intestinum hoc modo præparatur & conseruatur, lauetur optimo uino albo, deinde tumefiat & ponatur ad exiccandum,sed caueatur a fumo, & puluere, deinde etiam in absinthio inuoluatur, & reseruetur,ualet .n.colica mirabiliter.

Descriptio. XXV.

Philonivm Persicum Mes.in sua pra.ca.de sputo sanguinis in fine capituli, quod dicit esse uehementis uirtutis ad emanationem sanguinis undecunque & screatum eius cum tussi:& sine tussi,& ad superfluitatẽ menstruorum doloroſam.& hæmorrhoidarum,& ad egestionem sanguineã, & ad mulieres prægnantes:quibus erumpũtur menstrua,& conseruat fœtum in matricibus earum.

℞.Papaueris albi.ſ.seminis,iusquiami.ſ.semi.ana.ʒ.xx.terræ si

ræ ſigillatæ,opii,an.ʒ.x.ſcehedengi.i.ſemi.canapis,croci, an.ʒ.v.caſtorei ſpicæ,euphorbii,pyrethri,margaritarũ non perforatarum charabæ,zedoariæ,doronici,ramich.eſt quædam compoſitio infra deſcripta an.ʒ.i.camphoræ.℈.i.pulue rizentur ſubtiliter oĩa,mellis roſati colati lib.ii.& fiat electuarium in bona forma,doſis eſt a.ʒ.ſ.uſq; ad.ʒ.i.cum ſucco arnogloſſæ,aut cum aqua roſata & modico uini puri.

Differentia.n.eſt in ſcedenegi et ſcehendegi, ſcedenegi .n idẽ eſt qđ lapis hæmathitis.ſcehendegi.i.ſemen canapis, quare bene cõſiderãdæ sũt literæ in oĩ cõpõne et uocabulo.

Caſtoreũ.n.in hac compõne ponit,ut prohibeat cõgelationẽ ab opio.Margaritę uero ad confortationẽ mẽbrorum principalium,pp læſionem opii.Margaritæ a natura perforatę,meliores ſunt quã non pforatæ.Et rõ eſt:quia per illud foramen ſupfluitates ipſarũ nõ ſunt conſumptæ,et purgatæ.

Philonium enim dicitur a Compoſitore,quiaPhilon me dicus illud compoſuit.

Deſcriptio. XXVI.

PHILONIVM Meſ.deſcriptione prima, quæ in vſu eſt:quod eſt expertorum iuuamẽtorum in ſedatione dolorũ ex ſeparatione a caſibus mortis,et proprie dolori ſtomachi a frigiditate facto,aut humore crudo,aut a uentoſita te groſſa extendente,et ſedat dolorem colicæ,et uiſcerũ,et doloré renũ,et matricũ,et doloré laterũ,et præfocationem anhelitus,et difficultatẽ urinæ.et ſingultum vehementem.

℞.Piperis albi,iuſquiami.ſ.ſeminis an.ʒ.xx.opii.ʒ.x.croci. ʒ.v.ſpicæ.pyrethri,caſtorei an.ʒ.i.puluerizẽtur omnia ſubtiliſſime,mellis cocti colati et deſpumati li.ii.et ʒ.xi.et fiat confectio in bona forma.

Medicinæ aũt omnes opiatæ quomodo ſtupefaciunt.Nota.omne enim membrum ſentiens habet quandam menſurã frigoris terminati,cum ſuo calido,in quo frigore,ſi fiat addi tio in cera menſura membrorum ſtupefit,et hoc modo medicinæ omnes opiatæ ſtupefaciunt.

Contritio.n.medicinarum oĩum ſtupefacientium debet eſſe ſubtiliſſima,ad hoc ꝙ poſsit p paruas venas penetrare ad ardua loca,aliter.n.mẽbrum ab eis non poſſet ſtupefieri, neq; ſenſus ipſius obtundi.In actu practico,notent iuuenes medici,et nõ ſolum de hac cõpoſitione,ſed de omnibus narcoticis et ſtupefactiuis,tam ſimplicibus q̃ cõpoſitis.Quod ſi intentio medici eſt ſomnium prouocare:illa danda ſunt poſt cœnam in ſero,tranſacta hora.Cum autem intendimus ſedare dolores,ſeu fluxum ſanguinis prohibere,non niſi vacuo ſtomaco a cibo et ſuperfluitatibus ſunt exhibenda.Neque poſt per quinque horas eſt cibus aſſumendus,et ſic de tyriaca noua intelligitur.Et his imponitur finis diſtinctioni ſecundæ,quæ fuit de medicinis amaris etc.

Incipit tertia diſtinctio quę eſt de medicinis ſolutiuis,et continet deſcriptiones 51. Quarum prima eſt.

HIERAPICRA Meſ.de mẽte Gal.hiera ſ.ſacra, picra.i.amara:habet.n.nomẽ amaritudinis, et eſt medicina ſublimis,in qua aggregantur virtutes et operationes nobiles.eſt.n.ſubtiliatiua et reſolutiua materierũ malarum groſſarum et uiſcoſarum,et exiccatiua earũ quæ imbibitæ ſunt in poris &anguſtationibus,ſicut imbibitur in ſpongia,& perficitur ab ea ſolutio bona & conueniens,& eſt calefactiua & aperitiua oppillationum & abſterſiua,& uirtus huius medicinæ affert iuuamenta multa experta ad ægritudines capitis,ſtomachi,hepatis,iuncturarum,renum, & matricum,& membrorum frigidas.

℞.Cinnamo.maſti.aſſari,ſpicæ,carpobalſa.croci,xylobalſami.i.ligni balſa.caſiæ lig.an.ʒ.i.Aloes ſuccotrini.ʒ.ii.mellis colati & deſpu.ʒ.iii.fiat electuarium in bona forma.

Quantitas mellis in hac cõpoſitione debet eſſe pauca.ſ. ſpecierum & mellis an.partes æquales,eo quia mel frangit virtutem aloes.Et non ſolum de hac compoſitione eſt intelligendum ſed & de omnibus aliis in quibus aloes eſt baſis. Baſis in medicina dicitur illa medicina ſimplex,cuius operatio principaliter quæritur in medicina compoſita.Et per cõ ſequens operationem,cuius aliæ medicinæ intendunt, ſicut finem,& ipſa eſt efficiens principale.Et ſic ratio eſſendi baſim eſt ratio finis intenti.Vel illud dicitur baſis in medicina per quod laudes medicinę ei conueniunt.quare bene nota. Hiera non exhibenda eſt ilico cum eſt facta, & hoc contra indoctos medicos & ignaros apothecarios. Albucaſis enim uult quod poſtquã eſt facta ſepeliatur per ſex menſes in hordeo vt fermentetur, & debet confici in menſe Iulii vel Iunii,& non in frumento, quia calore æſtatis & frumenti corrumperetur. Cuius contrarium faciunt apothecarii noſtri temporis. De aloe ſuccotrino & hepatico differentia eſt inter doctores.Aui.Meſ.& quidam alii laudant ſuccotrinum, Halyabas hepaticum.Igitur nota quod aloes hepaticũ magis eſt ſolutiuum,& hoc eſt ꝙ Halyabas dicere uoluit. Sed in aliis ſuccotrinum hepaticũ in bonitate ſuperat. Et ideo cum aloes ſimpliciter ſcriptum reperitur, de ſuccotrino eſt intelligendum tanquam de perfectiori.

Deſcriptio. II.

HIERA ſimplex Gal.7.therapenticæ.quæ eſt illa quæ in uſu eſt.Et de qua intelligunt doctores, cui tantas laudes attribuunt.Sicut in antepoſita hiera dictũ fuit, & dicunt ꝙ doſis eſt, ʒ. i. ꝙ non intelligant de præſcripta ſatis patet,eo quia de ea exhibui & exhibere vidi a famoſis doctoribus. ʒ. i.& aliquando.ʒ.x.& parum operabatur.

℞.Cinnam.maſti.aſſari,ſpicæ nardi,croci,xylobalſa.i.ligni balſami ana.ʒ.i.aloes ſuccotrini.ʒ.c.mellis colati & deſpumati.ʒ.c.& ſex,ita ꝙ eſt æqualis quantitas cum ſpeciebus & hæc deſcriptio hierę quæ fieri debet non alia.

Si reperiatur ſcriptum hiera ſimplex,uel hierapicra Galeni,uel hiera ex octo rebus, uel hierapicra,uel hiera, ſemper de nunc præſcripta eſt intelligendum,non de alia.

Hierę omnes ſeruari poſſunt a ſex menſibus vſq; ad quatuor annos in ſua bonitate. Cum uero dictum tempus tranſeunt,a bonitate & perfectione declinant &c.

Deſcriptio. III.

HIERA cõpoſita Gal.quæ in clyſteriis apponitur, & põt etiã per os exhiberi, & eſt deſcriptio Nicolai.Quæ facit ad diuerſas capitis paſsiones,& ad auriũ & oculorum di ſtemperantiã,ſtomachũ quoq; optime purgat,cauſas hepatis emendat, ſplenis durities remouet et extenuat,renibus & ueſicæ proficit,& matricis diſtẽperantiã emendat &c.

℞.Cinnamo.ſpicæ,croci,ſquinanti,aſſari,caſsiæ lig.xylobalſa.i.ligni balſami,carpobalſa. i. ſemi. balſami:uiolarum, abſinthii,epithymi,agari.roſarum turbith,colloquin. maſti. an.ʒ. ii. aloes electi.ʒ.iiii.puluerizent ſubtiliter oĩa. Mellis colati & deſpumati. ʒ.viii. ꝙ eſt ad põdus ſpẽrũ & confice.

Squinantum per ſe terendum eſt puluerizandum,eo quia multum ſuſtinet de cõtritione & ſi permiſceretur cum aliis medicinis ad puluerizandum ante ipſius puluerizationem euaneſceret virtus aliarum medicinarum, & bonitas deperderetur per ſe conterendum eſt. Hierę ſpecies ſunt omnes ſubtiliſsime terendæ,vt ſua ſubtilitate virtus aloes tranſeat per anguſtas vias,& hoc uoluit Albuchaſis particula quinta cap.hierę antiquæ,cum dicit & unaquęq; pars teratur & cũ panno ſerico triconizetur,& puluis in aliquo vaſe vitreo reponatur.Mel in electuariis ſolutiuis parum uel nihil decoquendum eſt. mel enim quanto magis coctum tanto magis reſtrictiuũ, ac etiã quia per coctionem magis viſcoſum reddit:mel enim coctum magis nutrit & minus laxat.

Deſcriptio. IIII.

BENEDICTA Nicolai, ſic dicta quoniam ab omnibus a quibus ſumitur benedicitur, ſi detur habentibus infirmitates contra quas inuenta fuit,ualet ad guttam arthriticã & podagram ex frigiditate,& renes & ueſicam purgat.

℞.Eſulæ,turbith,zucch.an.ʒ.x.diagrydii,hermodactylo.roſarum an.ʒ.v.garyophyllorum,ſpicæ nardi, croci, apii ſaxifragiæ,p iperis longi,cardamomi,amomi,ſaliſgẽmæ, zingiberis,galangæ,macis,carui,fœniculi.ſ.ſemi.agarici,ſeminis aſparagi,polypodii,milii,ſolis,bruſci,an.ʒ.i. puluerizentur ſubtiliter omnia,mellis colati & deſpumati lib.iii.& fiat electuariũ in bona forma.Aliqui addunt huic deſcriptioni,maſticis,ameos,lapidis lincis ana.ʒ.i.

Benedicta dicitur ab effectu, & ab eo denominatur,quia

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 224 sur 335

bonum effectum inducit. vnde ab omnibus ſumentibus benedicitur. Fœniculi, ſi ſimpliciter ſcriptum inuenitur de ſemine ipſius intelligendum eſt,nõ autem de radice, neq; de herba,ut fol.5.ſupra etiam ſcripſi.

Sextaria multiplicia ſunt & diuerſificantur ſm diuerſitatẽ rerũ.Si.n.dicitur aquæ ſextariũ vnum:tunc idem eſt q̃ li. ii.s.Si aũt vini ſextarium vnum idem eſt quod lib.ii. ℥. viii. Si uero ſextarium unum olei, & idẽ eſt q̃ lib.i.ultimo ſæpe inuenitur ſextarium unum mellis, & idem eſt q̃ lib.iii.quare nota has differentias, quia ſæpe vidi errores contingere in cõpõne medicinarũ, & non a uulgaribus apothecariis.

Deſcriptio. V.

ELECTVARIVM indum Meſ.maius, educens ſolutione ſuperfluitates humor& & proprie phlegmaticor& & putridorũ a ſtomacho,& a membris nutritionis, uẽtoſitatẽ groſſam in eis reſoluit,& morbos factos ab eorũ exuberantia cura,ſicut eſt dolor ſtomachi,& uiſcerũ & colica, & dolores renum:& educit materias quæ ſunt in iuncturis.

℞.Cinnamomi,garyophyllorũ ſpicæ, roſarũ,caſsiæ,macis, cyperi an.℥.s.ſandalorũ citrinorũ.3.ii.s.ligni aloes nu.muſ. an.3.ii.turbith albi & boni.3.i.zuccha.al.pe.an.3.xx.galangæ,heil.i.cardamomi,maioris cardamo.ſ.minoris.i.melegetæ,aſſari,maſti.an.3.i.s.diagrydii.3.xii.oia hæc fricẽtur manibus cũ oleo amygdalarũ dulciũ,deinde accipe ſucci cydoniorum,ſucci granatorũ,ſucci apii,ſucci fœni.an.lib.s. puluerizentur puluerizãda ſatis groſſo modo. Mellis colati & deſpumari lib.iii.s.miſce,& fiat electuariũ in bona forma.

De caſſ.hoc eſt notandum,q̃ ſecundum doctrinam ſupra tibi datam in diatrion pipereon, caſsia fiſtula ponenda eſt, cũ ſit electuarium ſolutiuum. Nec caſ. lig.hoc in electuario eſt ponenda, q̃ tamen ſecus eſſe quidam tenent. Ego enim apponi facio caſsiam fiſtulam. Cum nullum ſolutiuum ſine lenitiuo eſſe debeat,ut uolunt doctores.

Nota q̃ doctores non ponunt in electuariis a remotis attrahentibus penidios in ſuis receptis, ſed duntaxat in illis quorum intentio eſt a ſtomacho & inteſtinis, & uenis magnis attrahere,ut in diaphœnicon,& hoc electuario.

Aſſarum cum ſimpliciter ſcriptum reperitur radix ipſius ponenda eſt,quia radix melior pars eſt plantæ.

Licet Meſ.in litera ponat q̃ doſis huius electuarii eſt uſque ad aureos tres, hoc intelligendum eſt quando ad lib.i. mellis ponuntur.℥.iii.ut apothecarii noſtri tẽporis faciunt, & male,maior quantitas dari poteſt.

Deſcriptio. VI.

ELECTVARIVM indum minus Meſue habens intentionem maioris.

℞.Turbith albi & gũmi.3.c.zucchari.3.c.macis,garyophyllor&,piperis,zingib.cinnamo.heil.i.cardamomi maioris,nucis muſc.an.3.vii.ſcamoneæ.3.xii.puluerizẽtur omnia ſatis groſſo modo, mellis colati & deſpu.lib.ii.& ℥.ii.miſce,& fiat electuarium liquefaciendo zuccharum cum melle.

Nota hic unum generale intelligendum in oi cõpoſito q̃ cũ ſcamonea acuitur.Medicina.n.qñq; fit in principio veris,& acuitur ut per totum annum poſsit ſeruari & dari qñ uolumus. Et tunc cũ ſcamonea nõ cocta acuenda eſt ne ſua virtus longa mora debilitetur.Nec timetur eius malitia eo quia per temporis diuturnitatem ſatis auferetur: Aliqñ aũt acuitur,medicina,non quæ dẽt diu conſeruari;ſed quæ infra tres uel quatuor dies debet exhiberi. Et tũc cum ſcamonea cocta debet acui,ut ſua malitia coctura remoueatur. Et idẽ intelligas tam in electuariis quam pilulis & cõfectionibus.

Si ſimpliciter ſcriptũ reperiatur electuarium indum, de minori eſt intelligendũ tanquã de meliori & perfectiori,& ſi non de perfectiori,ſaltem de eo q̃ magis eſt in uſu.

Inſuper nota q̃ Meſ.acuit hoc electuariũ cũ ſcamonea,et &nõ cũ diagrydio.eo qa intentio eſt q̃ longe tpe conſeruetur. Si uero dare illũ intendimus oi die,acuatur cũ diagrydio & nõ cum ſcamonea propter cauſam ſupra aſsignatam.

Deſcriptio. VII.

CONFECTIO amech Meſ.prima,quæ ĩ uſu ẽ,& ualet oi paſſioni quæ fit ex phlegmate ſalſo & cholera,& ꝓprie q̃ eſt ſicut ipetigo & ſcabies, lepra,& cãcer corrodẽs, & ſiſ'ia.

℞.Myrobalanor& citrinorũ.℥.iiii.Kebulorũ,nigror&. i.indorũ,rheubar.boni an.℥.ii.agatici, colloquintidæ, polypodii an.3.xviii.abſinthii,haſce.i.thymi.ſenæ an.℥.i. & in alio an. ℥.vi.violar&.3.xv.epithymi.℥.ii.aniſi.ſ.ſemi.fœniculi.ſ.ſe.roſarũ an.3.vi.ſucci fumiterre lib.i.prunorum num.lx.paſſularum enucleatarum. ℥.vi. infundantur hæc oĩa in aqua caſei quantitate ſufficienti,prius tñ oĩa ſint ſimul contuſa. Et ponantur in vitreato uaſe ſtricti orificii, & obturetur os eius. Et dimittatur per dies quinq; : deinde bulliant ebullitione una,& fricentur manibus,poſtmodũ colentur, & tali colaturæ infraſcripta addantur caſsiæ fiſtulæ mundæ.℥.iiii.tamarindorum.℥.v.tereniabin. ℥.ii.non inuenitur apud nos, ſed loco eius ponitur manna.Fricentur manibus,& diſſoluãtur cũ decoctione prędicta:deinde colentur.Et proiiciantur ſuper ipſum zucchari albi li.i.s.ſcamoneæ. ℥.i.s. confringatur ſeu puluerizetur ſatis groſſo mõ. Et hæc oĩa ſimul coquãtur donec habeat ſpiſsitudinem mellis:deinde puluerizentur ſuper iſtud myrobalanorum citrinorum, chebulorum,indorũ an.℥.s.bellericorũ,emblicorum,rheubar.fumiter.ana. 3.iii. uel herba,uel ſuccus poni debet,ſemi.aniſi,ſpicæ.ſ.nardi an. 3.ii.Et in uaſe uitreo ponantur & reſeruentur.

Tereniabin eſt ſpẽs mannæ,quæ apud nos non reperitur, ſed loco ipſius accipimus mãnã.Eſt.n.tereniabin ros qui de nocte cadit in quibuſdã partibus.Aegypti ſuper frondes aliquarum arborum,& ſic colligitur.In iſta confectione intelligẽdum eſt, q̃ author coquit ſcamoneã ut amoueat malitiã eius,eo quia ſi præparata eſſet non deberet decoqui, ſed reſeruari:deinde puluerizare eã debito mõ:& cum aliis rebus puluerizatis opponi, q̃ ſi decoqueretur virtus ſolutiua ipſius deperderetur. Incidẽter de aqua lactis hic intelligendũ q̃ ponitur ad ſerenum,ut eius acuitas remoueaẽ: frigida.n. aſſumenda eſt.Et quæ in uſu eſt:eſt aqua lactis capræ.

Deſcriptio. VIII.

ELECTVARIVM eleſcof Meſ. Quod educit ſuperfluitates a toto corpore,& expellit ventoſitatem & ualet ad iuncturarum dolorem,& laterum,& colicam, & mundificat renes & veſicam,& addit in coitu.

℞.Scamonea antiochiæ,turbith albi an.3 vi.garyophyllorum,cinnamomi,zingiberis,myrobalanorum emblicorum, nucis muſca.polypodii an.3.ii.s.zucchari albi.3.vi.puluerizentur omnia groſſo ſatis modo:mellis deſpumati lib.i.miſce,& fiat electuarium in bona forma.

Scamonea dicitur antiochia.i.illius prouinciæ, eo quia melior & perfectior eſt. Inſuper nota q̃ ſi in medicinis ſolutiuis reperis ſcriptum ſcamoneæ, intelligendum eſt de præparata niſi in duobus ſequentibus caſibus. Primo ſi in dicto electuario coquatur,ut in cõfectione amech, & electuario roſa. & tunc ſcamonea ponatur non cocta, quia coquendo præparatur.Secũdo ſi illud compoſitum longo tempore reſeruari debeat, & hoc modo nõ præparata ponitur propter cauſam ſupra allegatã. In aliis vero ſi reperitur litera Meſ. ſuppleatur & dicatur ſcamoneæ.ſ.coctæ.

Deſcriptio. IX.

DIACATOLICON Nicolai.Quod datur in acutis & peracutis,quia mollificat,digerit,& confortat, & ualet hepaticis,& ſpleneticis.

℞.Foliorũ ſenæ,caſsiæ fiſtulæ,tamarindorũ an.℥.ii.rheubarbari,uiolarum,polypodii,aniſi ſemi.an.℥.i.liquiritiæ, ſeminum cõium frigidorum,penidiarum.an.3.ii. puluerizentur puluerizanda. Diſſoluantur tamarindi & caſsia fiſtula cum aqua decoctionis infraſcriptarum rerum,polypodii, liquiritiæ,prunorum,ſeminis aniſi,fœniculi.ſ.ſem.ana parum zucchari albi lib.ii.& fiat electuarium in bona forma.

Species electuariorum ſolutiuorum ſunt groſſo mõ conterendę,& per ſatis ratum cribrum tranſire debent.Et non ſolũ electuaria ſolutiua,ſed & confectiones ſolutiuæ, ut diatrob & diacartamum.Et groſſa hæc puluerizatio duplici cauſa fit.Primo ut diu in ſtumacho maneant,& ibidem diu operentur.Secundo ut uirtus eorum cito non erubeſcat, & ne ſua ſubtilitate ad membra tranſirent, quia maximum nocumentum inducerent ut ſupra declarauí.

Medicinæ ſolutiuæ dñr,eo quia habent corruptos humores

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 225 sur 335

res ſoluere.i.educere & euacuare.

Deſcriptio. X.

ELECTVARIVM roſatum Meſ. Solutione educens choleram ſine moleſtia, & ualet ad ægritudines ex ea factas: & ad ægritudines iuncturarum calidas, & ad ſodam calidam & uertiginem. Ad oculorum dolores, & ad icteritiam citrinam, & eſt ſanum & expertum.

℞. Succi roſarũ rube. cõpletarũ. ſ. in maturitate lib. iiii. zucchari tabarzeth. i. illius regionis li. i. s. tereniabin puri et recentis: loco ipſius ponit mãna. ʒ. vi. ſcamonea antiochię. ʒ. i. s. cõteratur groſſo ſatis modo: coquantur oĩa ſuper prunas vſq; dũ mellis habeat ſpiſsitudinẽ: deinde proiice ſuper illud trochiſcorũ de ſpodio. ʒ. i. galliæ muſ. croci an. ʒ. ii. trochiſcorũ de berberis. ʒ. s. & repone i uaſe uitreo & reſerua.

Succi roſarũ cõpletarum eo quia roſæ ſeu ſuccus earum magis eſt ſolutiuus quã ſuccus cõpletarũ, & ideo explicauit de completis, & nulli ſunt apothecarii ad hoc aduertentes.

Nota inſuper quòd de hoc electuario reformari debent pilulæ aggregatiuæ Mæſuæ ex inuentione noſtra, & pilulæ de hermodactylis minores, et pilulæ de hermodactylis inuentione noſtra ipſius Meſuæ. Non cum electuario de ſucco roſarum, ut quidam beſtiales faciunt.

Deſcriptio. XI.

ELECTVARIVM de ſucco roſarum Nicolai, ab eodem ſucco dictum. expertũ contra guttam calidam, choleram rubeam purgat, & cõualeſcẽtibus ex ægritudine tertianariis et quotidianariis, mirifice prodeſt purgando eos ſine moleſtia, & reliquias malorũ humorũ potẽter educit.

℞. Zucchari albi, ſucci roſa. an. lib. i. &. ʒ. iiii. ſandalorum alb. citri. rubeo. an. ʒ. vi. ſpodii. ſ. de canna. ʒ. iii. diagrydii. ʒ. i. s. camphoræ. ℈. i. Miſce, et fiat electuarium in bona forma, puluerizando prius puluerizanda.

Succus roſarum hoc modo fit. Accipiãtur roſæ cõpletæ, & poſt earum collectionẽ permittant p diẽ: deinde in marmoreo uaſe cũ piſtello ligneo bene terant: deinde in pecia inuoluãtur, & in torculari ad exprimendũ ponant: poſtea colet, & in uitreato uaſe reponatur, & ſoli p aliquos dies permittat: deinde a reſiſtentia ſeu fæce facta amoueat, ponendo in alio uaſe, & ſup eũ ponat parũ olei oliuarũ, & reſerua. Conſeruat enim in ſua bonitate per annos duos &c.

Electuariũ. n. idẽ eſt quòd electũ ex uariis: quia ex multis & uariis rebus electuaria cõficiuntur. Et electuariũ dicitur oĩs cõpõ non reducta ad ſoliditatem, ſiue cũ zuc. ſiue cũ melle fiat. Cõfectio uero dr qñ dureſcit, et in dura forma fit.

Deſcriptio. XII.

DIASENE Nico. Sic dicit, quia plus de ſena ingredit deſcriptionẽ quàm de aliis ſpẽb⁹. Valet ꝑprie melãcholicis maniacis, cardiacis, et triſtibus, quartanariis et ſplẽneticis.

℞. Folliculorũ ſenæ. ʒ. iii. auellanarũ aſſatarum. nu. 50. ſerici cõbuſti. ʒ. ii. lapidis arm. ʒ. i. lapidis lazuli loti. ʒ. iii. zucchari. ʒ. vi. cinnamomi. ʒ. i. garyophyllorum, galangę, piper. ſpicæ, ozimi. ſ. ſeminis baſiliconis, zingiberis, folii, cardamomi. ſ. maioris et minoris, croci, zedoariæ, floris roriſmarini, macropiper. i. piperis longi an. ʒ. ii. puluerizentur ſubtiliter omnia. Mellis colati et deſpumati lib. ii. et fiat electuarium in bona forma hoc modo. Auellanę ſubtiliter conterantur: deinde ad bulliendum cum melle ponantur, ſemper ſpumam a melle amouendo: poſt uero aliqualem coctionem mellis remoueantur ab igne. Et ſpecies ponantur.

Lapis lazuli & lapis armenus hoc modo lauãtur: terant ambo p ſe ſubtiliſsime: deinde accipe mortariũ lapideum, et proiice ipſorum alterũ, et aquã clarã in eo, et cum piſtello agitando fit miſceant: et hoc facto p aliquod tempus permitte reſidentiã facere, et primam aquam abiicias, et ſic ter facias, ſemper aquam innouando. Poſtea loco aquæ claræ accipias aquã roſa. et ſic facias ut de cõi aqua dixi. Et tantum cum dicta aqua lauet qd aqua remaneat clara. Et tunc ipſorũ perfecta erit lotio, ſed per ſe conteri debẽt et lauari.

De ſerico, nota qd ſericũ qd apponit in medicinis cordialibus ꝑ cõfortatione cordis, nullo mõ debet cõburi, ſed minutiſsime incidi et teri. Quod uero ponit in medicinis ad materiæ conſumptionem, ut in hoc electuario ponitur: tunc comburendum eſt. Modus combuſtionis poſitus eſt ſupra fol. i. ibi recurras.

Deſcriptio. XIII.

CONFECTIO de manna Meſ. de mente Gal. Solutionem facilẽ efficiens, et educẽs cholerã citrinam ſine moleſtia: et ualet ad ægritudines ex ea factas: et eſt medicina delectabilis ſaporis: cuius ꝑmixtio remanet pure et recẽtis li. i. ſcamoneæ antiochenæ. ʒ. i. ſucci roſa. lib. i. diſſoluat mãna cũ ſucco roſa. et coquant ſimul debito mõ vſq; ad ſpiſsitudinem mellis: deinde remoueant ab igne, & ponatur ſup illud maſticis puluerizati. ʒ. iii. et reſeruetur. Inquit Gal. oſtẽdit cõpoſitio huius medicinæ nobilitatem eius, eſt. n. cõpoſita ex partibus conuenientibus complexione & proprietate.

Tereniabin ſyracoſt et manna inter ſe differunt, nec ſunt ſpecies ut quidam dicunt. Immo differunt & ſecundum patriam, & ſecundum locum in quem cadũt, & ſecundum uirtutem & complexionem ſyracoſt: enim et tereniabin ęlidiores & humidiores ſunt manna, ſed quia ad nos non portantur, ideo ipſorum loco ponimus mannam.

Quidam doctores uolunt quòd diagrydium & non ſcamonea hoc in loco ponatur. Sed ſuæ ſemper pace ſalua: ſi poneretur & decoqueretur, uirtus ſolutiua fere in totum deperderetur. Coctio. n. eſt præparatio dictæ ſcamoneę: quare illa non diagrydium eſt ponenda.

Deſcriptio. XIIII.

ELECTVARIVM de pſylio Meſ. Solutione educens choleram citrinam: & conferens ad febres difficiles, et ad ſodam & uertiginem, quæ fiunt a fumis cholericis.

℞. Succi bugloſ. domeſticæ & ſylueſtris, ſucci endiuiæ ſucci apii, oĩum coctorum et deſpumatorũ, an. lib. ii. ꝑiice ſup ipſis cuſcu. aniſi, folliculorũ. ſenæ an. ʒ. s. capil. uene. m̃. i. ſucci fumiterræ. ʒ. iii. aſſari. ʒ. iiii. ſpicæ. ʒ. ii infundantur hęc oĩa in dictis ſuccis per diem ac noctẽ, deinde bulliant bullitione & una: poſt dictã ebullitionẽ proiiciatur ſuper ea vio. ʒ. iii. epith. ʒ. ii. & iterũ alia bulliant ebullitione: deinde oĩa colentur & bene exprimant. & in dicta colatura ponat ſem. pſylii. ʒ. iii. & permittatur per diẽ & noctẽ omni hora: tamen agitando illud cũ ſpatula: deinde exprimatur uiſcoſitas eius tota: deinde accipiantur huius uiſcoſitatis lib. iiii. et proiiciantur ſuper eam zucchari albi lib. ii. s. ſcamoneæ coctæ in pomo. ʒ. iii. s. coquant omnia ſimul cum facilitate: poſt uerum coctionem addantur trochiſcorum diarhodon, trochiſcorum de ſpodio rheubar. an. ʒ. i. trochi. de berberis. ʒ. s. puluerizentur hæc ſatis ſubtiliter & miſceantur & reſeruentur in uitreato uaſe: & doſis eſt a. ʒ. iii. vſque ad aur. iii.

Viole ſi ſimplr ſcriptæ aliquę in compoſito reperiantur de ipſis ſiccis intelligendũ eſt, quę colligẽdæ ſunt in menſe Martii, exiccandæque in vmbra, & reſeruandæ in loco ſicco: humiditas. n. in eis putrefactionem inducit.

Sunt aliqui textus qui dicunt ſcamoneæ nõ coctæ: & hęc litera magis conſona eſt, quia ponẽdo ſcamoneam coctam & illam iterum decoquendo uirtus ſolutiua deperditur. Sed nota quòd quando præparata coquitur: intentio eſt ut illud electuarium ſit lenitiuum et non ſolutiuum. Potes igitur cum in his electuariis reperies hãc literam. ſ. Diagrydii, & iubet illud iterato decoquere loco ipſius ſcamoneam ponere, et coquere, uel diagrydium puluerizare groſſo modo: et cum aliis ſpeciebus in fine in electuario ponere ſine coctione: et altero duorum modorum facias &c.

Deſcriptio. XV.

MICLETA Nicolai. i. expecta: ualet proprie ad hæ morrhoidas et ad uentris tortionem et rugitum lienteriæ, & diſenteriæ: & optima eſt omni ſolutioni uentris.

℞. Myrobalano. citrinorũ, indorum, chebulorum mundatorum & aſſatorũ an. ʒ. ii. s. cimini, aniſi, marathri. i. ſemen fœniculi an. ʒ. i. s. bellericorũ, embli. aſſatorũ an. ʒ. ii. naſturtii, ʒ. ii. s. ameos, carui an. ʒ. i. s. infundant hæc oĩa in fortiſsimo aceto per diẽ & noctẽ: deinde extrahantur, & exiccari permittant: deinde puluerizẽtur ſpodii, balauſtiarũ, maſticis, ſumach, gũmi ara. an. ʒ. i. & gra. xv. fricentur hæc oĩa manibus cum oleo roſ. Et poſtea puluerizentur ſubtiliter. & cũ lib. i. & ʒ. iii. ſyrupi myrtini: fiat electuarium in bona forma.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 226 sur 335

Myrobalani omnes assantur hoc modo. Infundant myrobalani qui assari debent in succi cydoniorum uel granatorum deinde linteo exicca eos: postea madefiant in oleo ros. uel masticino: deinde eos assa super patellam ferream bene calefactam semper ducendo & mouendo. Et anteq̃ incipiãt nigre fieri ab igne siue a patella calida, amoueatur ne cõburãtur. & sic sunt assati, & hoc modo in usu administrantur.

Sex sunt modi præparationis medicinarum. primus est coctio. secundus contritio. tertius adustio quartus ablutio. quintus congelatio. sextus commixtio. et causam omnium historum hoc in libello reperies descriptam.

Descriptio. XVI.

DIAPHOENICON Mes. & est confectio de dactylis quã scripsit filius Zezar: conferens ad febres composi tas. & chronicas, & est medicina securitatis, & confert ad colicã, & dolorem uentris, & humorem crudum & frigora.

℞. Dactylorũ heyron infusorum in aceto tribus diebus & noctibus. ʒ.c. penidiarũ sihari. i. facti ex zuccha. albo infu so in aqua decoctionis hordei. ʒ.i. amygdalarum mundatarum. ʒ.xxx. turbith. ʒ.xxxv. scamoneæ. ʒ.xii. ſ. preparatæ, zin gi. piperis lon. foliorum rutę siccorum, cinnamo. macis, li gni alo. semi. anisi, fœniculi. ſ. seminis, dauci, galangæ an. ʒ. ii. s. conterantur subtiliter; dactyli penidii, & amygdalæ. Cæ tera uero puluerizentur non multum subtiliter. Mellis co lati & despumati lib. i. & ʒ.i.s. fiat electuarium.

Dactyli heyron, dicuntur heyron ab illa regione in qua dactyli multum abundant, & qui in ea nascuntur, sunt meliores omnibus aliis aliarum regionum. *Alii* uero dicunt quòd est una maneries dactylorum quæ melior est: quemadmodum sunt pruna damas. quæ meliora sunt aliis prunis: & una & altera opinio bona est.

Penidii et dactyli hac in compositione ponuntur, ut inui scent & ingrossent medicinas solutiuas, ne ad longinqua pe netrent & hac de causa ponunt in hac compositione a Mes. & in omnibus aliis medicinis solutiuis in quibus ponũtur.

De hac cõpõne uaria reperit̃ litera, & paucissimi sunt apothecarii qui usq; adeo cõpositionem hanc rite cõposuerint ob literæ uarietatem. reperio. n. in aliquibus Mes. scriptũ sihari. in aliis sihant, in aliis sihati: in quibusdam sahiri in aliis schari: & in aliis syhari & syhari: quæ omnes corrupte sunt præter illam quæ penidiarũ syhari dicit, & multipliciter exponitur. Quidã. n. dicũt q̃ penidii sihari sunt penidii facti ex zuccharo illius *puinciæ*, & quod sihari est pro uincia & hæc falsa est. Alii. dicunt q̃ sunt penidii qui fiũt ex zucchato prius infuso in aqua hordei: cũ fier idẽ sit q̃ hordeũ: & tunc illo mõ facti, sic appellandi sunt, magis lenitiui sunt et absterſiui, minusq̃ uiscosi et oppilatiui. Alia expõ est: q̃ sihari idẽ est q̃ solidi albi & leues: & hi fiunt ex bono zuccharo: & duæ hę opiniones bonæ sunt, sed prima magis ad mentẽ doctoris & fuit & est mea opio Igitur cum cõpositionem hanc facere uis, accipe zuccharum album et infunde in aqua decoctionis hordei per horas sex: deinde zuccharum coque illa in aqua, et penidios fac: & habetis perfectã et uerã descriptionẽ diaphœniconis, sm authoris mentem.

Penidii fiunt ex solo zuccha. ultimate ducto, & ex longa & continua ductione, & manibus pertractatione dealbantur, & de bono zucc. faciendi sunt, non de puluere zucchari ut quidam faciunt apothecarii.

Diaphœnicon dicitur a fenichiis. i. dactylis: de quibus plus intrat quam de aliis medicinis: basis tamen non sunt in hac medicina. Sed turbith & scamonea sunt basis.

Descriptio. XVII.

DIAPRVNIS nõ solutiuũ Nicolai. Datur acutas et pacutas patiẽtibus. et maxime causoni et synochę, in pri cipio, in augmẽto, et statuæ ægritudinis, et sine diagrydio põt exhiberi in omni hora diei: cũ diagrydio uero in hora matutinali, & cum cautela: quoniam est solutiuum forte.

℞. Prunorũ damascenorũ quãtitatem quã uolueris aquæ claræ in quantitate cõuenienti, qua dicta pruna cooperiantur. Ponãtur duo hæc in uase ad ignẽ, & tandiu bulliant usquequo dissolui uideãtur, & dissoluti ab igne deponãtur: deinde in cribro perforato ponãtur, et tãdiu manibus fricent, q̃ pulpa dictorũ prunorũ transeat, et solum ossa et cortices remaneant, deinde de dicta pasta accipe lib. i. zuccha. lib. ii. aquæ in qua cocta sunt pruna lib. vi. uiolarũ. ʒ. s. bulliãt leui ebullitione in dicta aqua: deinde coletur, et in ea colatura ponãt zuccharũ et pasta prunorũ prescripta, et usquequo ad spissitudinẽ oia ueniant simul bulliant semper agitando, et tũc addãtur cassiæ fistulæ, tamarindorum an. ʒ.i. duo hæc dissolui debẽt cũ aqua prunorũ in qua uiolæ bullierint. Postea tandiu simul bulliant usquequo reducantur ad perfectã coctionẽ, et electuarii habeant formã, et ab igne remota in frigidari pmittãtur: demũ infrascriptæ spẽs sup piiciantur.

℞. sandalorũ alb. sandalorũ rube. spodii, rheubar. cinnamomi an. ʒ.iii. violarũ ros. semi. portulacæ, scariolæ, berberorũ, succi liquiritiæ, dragacãthi an. ʒ.ii. semi. citrulli, melonũ. ſ. seminis, semi. cucurbitæ mundato. an. ʒ.i. puluerizẽtur oia satis subtiliter et bene pmisceant. Et habes diaprunis.

Descriptio. XVIII.

DIAPRVNIS solutiuum. ℞. diaprunis non solutiui cõpositi in omnibus ut supra lib. ii. diagrydii. ʒ.ii. misce, & sic habes diaprunis solutiuum Aliqui textus habent, & si laxatiuum facere uolueris, ponatur in unaquaq̃ lib. ʒ. vii. diagrydii quando ab igne deponitur.

Pruna et oẽs fructus colligẽdi sunt qñ iã maturitatẽ acce perunt, et anteq̃ cadãt ab arbore: et sic debent conseruari.

Pruna ex quibus supradicta cõpõ fit, debẽt esse medio cris maturitatis, non multũ matura uel muza. Muzum autẽ proprie dicit, cuius sapor est cõpositus ex dulci & acetoso.

Descriptio. XIX.

DIACASSIA inuentione mea, quę est lenitiua uentris et leuis, et est medicina pro delicatis: carens acuitate et mordicatione, et omni excessu ledente.

℞. Cassiæ mundæ et electæ lib. ii. tamarindorũ. ʒ.i. prunorum nu. xii. uiolarum, hordei, anisi, polypodii, cartami, liquiritiæ, capil. uene. thimi, epithymi an. ñ. s. passularũ. ʒ.i. semi. fœni ʒ.ii. semi. portulacæ, seminis maluarum an. ʒ.iii. cinnamomi. ʒ. s. misceantur et confringant omnia grosso modo, et ebull iant in lib. xii. aquæ secundum artem: deinde colentur manibus exprimendo: de qua colatura, cassiæ et tamarindi extrahantur, & dissoluantur: Et addatur lib. i. zucchari: deinde coquantur, et usq; ad formam electuarii redu cantur lento igne cum spatula semper agitando.

Drachma nomen est ponderis, et ponderat nonam partem vnciæ. et sic accipiebat antiquitas, & illa est uera drachma. Moder. uero octauum partem uncię pro drachma accipiunt, quæ est scropuli tres. Et drachma græce idem est quod manipulus uel fasiculus moder.

Grana ex q̃bus medicinæ põderant debẽt esse grana uel hordei uel frumenti. Si. n. sunt frumẽti debet illud granũ eẽ a superiore cortice mundatũ. Si uero hordei, illud granum esse debet cũ cortice: et sic habebis debitũ ordinẽ põderũ.

Descriptio. XX.

CASSIA FISTVLA pro clysteribus magistralis.

℞. Florum uiolarum, foliorũ earum, maluarũ, mercurialis, bletarũ, parietariæ an. ñ. i. absinthii romani. ñ. s. omniũ uiridium: fiat omnium decoctio in sufficienti quantitate aquæ secundum artem, postea colentur manibus exprimendo de qua colatura cassia extrahatur, qua extracta, pro omni lib. i. dictæ cassię addatur mellis electi lib. s. & coquatur usquę ad spissitudinem, & reseruetur.

Herbæ omnes præscriptæ ex quibus decoctio hæc fieri debet uirides esse debẽt, eo quia sunt magis lenitiuæ. Si uero haberi non possunt, siccæ ponantur.

De absinthio nota, quòd ipsum diuersificatur secundum diuersitatem loci et patriæ in quibus orit̃. Ideo qñ dicitur: et reperitur in receptis absinthii romani: hoc est, quia illud est melius aliis, una tamen & eadem est species. Sed quia illud haberi non põt, eligat illud q̃ in montibus et locis saxosis oritur quia melius est q̃ qđ nascitur in locis humidis & umbrosi et colligi debet in Iulii mense, et umbra exiccari.

Inter enema et clyster dria est. Nam clyster est instrumentum quod decoctio in intestinis impellitur. Enema autem est ipsa decoctio et medicina quę iniicitur.

Descri-

Qño tepe in omnibus descriptionibus Mes. & Nicolai ubi dicunt. j. iiii. illeperunt. vnciæ & ubi dicũt. ʒ.vi. ponit vi. .i. & ita in multis locis in margine reperiũtur dosses Mesue & Nicolai & Venetiis fiunt more antiquo.

Descriptio. XXI.

DIAROB cum turbith & rheubarbaro magistralis, quę est confectio delectabilis in forma solida. & euacuat choleram & phlegma, & humores uiscosos putridos a stomacho, & a partibus remotis & iuncturis.

℞.Zingiberis.ʒ.s.galangæ, piperis longi, cardamomi.ſ. maioris & minoris,an.ℨ.i.croci.ℨ.i. macis.ℨ.s. turbith albi & gummosi.ʒ.x.rheubar. boni & electi.ʒ.s. diagrydii infusi in aqua ros. per diem unum.ʒ.s.zucchari boni.ʒ.xvi. & fiat confectio in morsellis faciendo omnem morsellum de drach.vi.& hæc est eius dosis.

Pondera communia ex quibus medicinæ commensuran tur et ponderantur sunt sex. primo libræ: cuius talis est figura lib.secundo unciæ et talis est figura.ʒ.tertio drachma, & talis est.ʒ.quarto scropulus,& talis est ℨ.quinto granum,& talis est gra.Manipulus,& talis est M.& his sex ponderibus communiter omnes mensuræ mensurantur medicinarum

Descriptio. XXII.

DIAROB sine rheubarbaro magistralis.Cum uirtute superioris, plus tamen euacuans phlegma quam Colerā.

℞.Turbith albi gummosi.ʒ.i.zingiberis.ʒ.s. cinnamo.garyophyllorum an.ʒ.ii. galangæ,piperis longi,macis an. ʒ.i. diagrydii.ʒ.s.zuch.albi.lib.i.fiat confectio in morsellis dissoluendo zuccharum cum uino cydoniorum et aqua simplici,& si omne morsellum de.ʒ.s.puluerizando hæc solutiuorum more &c.Inter antiquos modernos de ponderibus est differentia.Ideo intelligendum quòd libra modernorum constat & resultat ex xii.ʒ.uncia constat ex viii.drachma ex iii.ℨ.scropulus ex gr.xx. & sic medicinæ a medicis & apothecariis commensurantur hoc tempore.

Descriptio. XXIII.

DIACARTAMVM magistrale ualens in euacuatione choleræ, phlegmatis.

℞.Medullæ cartami.ʒ.i. & ℨ.i. specierū diadragacanthi frigidi ℨ.ii.carnium cydoniorum.ʒ.ii.s.zingiberis albi.ℨ.i. turbith.electi.ℨ.ii.diagry.ℨ.ii.&.ʒ.i.mannæ granatæ: mellis ros.an.ʒ.i. zucch. alb.ʒ.vi. et fiat confectio in morsellis uel in forma manus christi:de ʒ.s.pro singulo.Cuius est dos.

Dosis.n.est limitata mēsura uel quātitas simplicis uel cōpositæ medicinæ solutiuę uel nō solutiuę, q̄ de se apta nata est facere sufficiētē operationē non diminutā nec superfluā.

Carnes cydoniorum.i. pulpa cydoniorū debent subtiliter conteri cū cartamo a quo amotus sit cortex exterior:& hoc mō dicit medulla,deinde ambo debent dissolui cū mel le rosato & māna & zuccharo fere cocto bene miscere,in fine uero spēs præscriptæ misceri debent, & confectio fieri.

Medicinæ omnes solutiuæ conseruantur per duos annos in sua bonitate & solutione: elapso uero dicto tempore amittunt uirtutem suam solutiuam.

Descriptio. XXIIII.

PILVLAE alephangine Mes.quæ dicūtur pilulæ de aromatibus: & ualent ad dolorem stomachi ꝓpter phlegma,& sunt uehemētis iuuamēti in mundificādo stomachum & cerebrum,& instra sensuū ab humoribus grosis & putridis.

℞.Cincamomi,cubebæ, ligni aloes, calami aroma. macis, nucis muscatæ, cardamo.ſ.maioris & minoris, garyophyllorū, assari,masticis,squinanti, spicæ, carpobalsami an.ʒ.i. absinthii sicci, rosarū ana.ʒ.v. terantur hæc oīa contritione grossa,& fundant super ea aquę lib.xii. & coquantur usque ad consumptionem duarū partium: deinde frizentur manibus,& colentur exprimendo aquositatem eius: postea accipe aloes succotri lib.i.laueť in scutella lapidea uitreata lauationibus pluribus cū aqua pluuiali. Postea remota aqua ꝓiiciatur sup eū de prædicta decoctione lib.ii. & ponatur i sole,& permittat desiccari omni die cum spatula agitando: deinde post ipsius exiccationē conterant subtiliter, puluerizent myrrhę,aloes,masticis an.ʒ.v.croci.ʒ.iii.Et ea pmisce cū aloe loto,& tere cōtritione bona. Et postea residuū decoctiōis expressiōis adde, & soli expone oī die cōmiscēdo cū spatula,& tm̄ pmittant stare ꝙ exiccatæ sit, et serua.

Istæ pilulæ nō possunt confici nisi semel in anno. ſ.pilulæ alephāginæ,in ęstate.ſ.in mense Iunii & Iulii: & sic tm̄ ista spēs pilularū p annū conseruatur in sua uirtute, et nō plus.

Magna diuersitas reperitur in Mes. de dosi rosarū et absinthii:quidam ponunt an.ʒ.v.quidam uero an.ʒ et ista litera uerior & melior est.Nam rosæ ponūtur ut expellant malitiam caliditatis aloes a stomacho & capite absinthium uero ut aggreget sua stypticitate partes lassatas ab aloe: quare.ʒ.v.est dosis quæ in dicta recepta apponi debet.

Aloes lauatur cum aqua pluuiali propter hanc causam, quia illa subtilior est quàm communis: ideoque magis penetrat per omnes partes aloes quàm posset communis facere propter grositiem suæ substantiæ: quare cū illa lauetur.

Aloes lauatur hoc mō. Accipe de aloe succotrino mūdo cito frangatur & boni sit odoris quantitatem quam uolueris,bene terat & cribelletur:deinde ꝓiiciatur in scutella lapidea uitreata & roret aloes ex aqua pluuiali: donec imbiat ab ea per totū:deinde soli exponatur,et exiccari pmittat ab illa aqua. Et cū desiccatū fuerit:iterū terat & scd̄o:& iterū ibibat ex aqua pluuiali, & dimitte siccari sicut prius.

Descriptio. XXV.

PILVLAE masticinæ. Petri de Abano sup additionibus factis Mesuæ,ca. de medicinis appetitus corrupti. in fine capituli. Quæ præseruant stomachum ab omni læsione intrinseca nec permittunt humores putrefieri in eo, & multas alias laudes eis attribuit.

℞.Masticis boni.ʒ.s. aloes electi.ʒ.x. agarici boni.ʒ.iii. confice cum succo altilæ.i.cum uino cocto uel sapa uel rob quòd idem sunt prius puluerizatis omnibus.

Dr̄ia.n.est inter rob, robub, & syrupum. Nā rob.idē est ꝙ uinū ultimate decoctū. Robub idē ē ꝙ succus inspissatus uel caliditate soli uel ab igne. Syrupus uero ē decoctio in spissata ab igne cum qua ponit zuccharū uel mel uel sapa.

Descriptio. XXVI.

PILVLAE aureæ Nicolai:sic dictæ pp earū excellētiā: ꝓprie purgant caput,lumen oculorū acuunt, uētositatē stomachi,et itestinorū expellūt, et sine molestia purgāt.

℞.Aloes electi,diagrydii an.ʒ.v.rosarū,semi.apii an.ʒ.ii. s.semi. anisi,semi.fœniculi an.ʒ.i.s.croci, interioris colloquintidæ,masticis,an.ʒ.i.puluerizētur no multū subtiliter, & formentur pilulæ cum aqua infusionis dragacanthi.

Dicuntur pilulæ aureæ per metaphorā, quia sicut aurum preciosius est cæteris metallis:ita istæ pilulæ ad complendos effectus ad quos faciēdo dant sunt præciosiores aliis cōparatis ad suos effectus cōplēdos,& multū in usu habentur.

De colloquintida inter docto. est dr̄ia:multi ponunt quādo reperiunt interiora colloquintidæ & semina & pulpam ut uult Circainstans & malefaciunt. Alii uero ponunt pulpam sine semine,ut alii omnes scribunt doctores:& isti melius faciunt & sic communiter ab omnibus ponitur ut seruitor de modo præparationis ponit:sic Mesuæ in descriptione trochiscorum alandal iubet illam a granis mundari.

Descriptio. XXVII.

PILVLAE turbithathæ & dicunt aureæ Mesuæ:quæ choleram & phlegma sine molestia purgant stomachum & hepar confortant, & digestionem procurant: turbithathæ a turbith, & sunt primæ quæ sunt in usu.

℞.Turbith boni.ʒ.xvi.aloes.ʒ.i.s. masticis, rosarum an.ʒ. vii.myrobalanorum citrinorum.ʒ.x.croci.ʒ.iii. puluerizentur,& confice cum succo absinthii.

In istis pilulis non ponitur zingiber, & hoc est ut debiliores sint & a longe non trahant: ꝙ secus facerent si in eis poneretur zingiber enim permixtum cum turbith fortificat ipsius solutionem, & facit quòd a longinquo attrahat.

Descriptio. XXVIII.

PILVLAE aggregatiuæ ex inuentione Mes.descriptione nostra ut ipse inquit. Expertorum iuuamentorum ad febres antiquas:& ad febres diuersitatis,& ad ægritudines capitis,stomachi, & hepatis:& educūt putrefactiones utriusq;choleræ,& phlegmatū,& mūdificāt instra sensuum.

℞.Mirobalanorū citrinorum,rauedseni,an.ʒ.s.succi eupatorii, succi absinthii an.ʒ.ii.diagrydii.ʒ.vi. chebulorū indorū agarici,colloqntidæ,polipodii an.ʒ.ii. turbith boni, aloes ana.ʒ.vi masticis, rosarum, salis gemmæ,epithymi, anisi,

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 228 sur 335

zingiberis aa.ʒ.i.miſce, & reformentur cum electuario roſato omnibus prius pulueriz atis.

Nota quòd ſucci intrantes in iſtis & aliis pilulis ſeu confectionibus hoc modo fiunt,accipiatur abſinthium et bene conteratur deinde in pecia rara inuoluatur: poſtea cum torculari exprimatur,& abſque alia colatura in uefica ponatur & ſoli ad exiccandum permittatur:ſi enim parte groſſa colaretur in uefica nihil remaneret,eo quia pars aquea a ſole cõſumeretur , & vt de abſinthio dico, ita & de aliis omnibus herbis intelligatur &c. & per annum conſeruatur.

Nota quòd iſtæ pilulæ & pilulæ de hermodactylis deſcriptione noſtra Meſuæ : & de hermodactylis minores reformantur cum electuario roſato , quanquam quidam ignari apothecarii reforment cum electuario de ſucco roſarum , & ualde errant, & hoc auaritia ducti.

Nota inſuper quòd ſimpliciter ſcriptum reperis pilularum aggregatiuarum de iſtis ſupra deſcriptis eſt intelligendum, quæ ſunt perfectiores aliis magiſque correctæ.

Deſcriptio. XXIX.

PILVLAE de fumoterræ Auic.li.4.fen.7.ca.de ſcabiei cura. Valentes ad pruritum & ſcabiem , & ad ægritudines de materia aduſta.

℞.Myrobalanorũ citrinorũ,chebulorum, nigrorum , indorũ,an.ʒ.v.aloes ſuccotri.ʒ.vii. ſcamoneæ.ʒ.v. pulueriz enẽ omnia non multum ſubtiliter.Et confice cum aqua fumiterræ irrorãdo ea & dimittanẽ donec exiccẽtur , & imbibanẽ uice altera,et dimittanẽ donec exiccẽtur, & fiat tribus uicibus ſic,& in omni uice fiat ſicut ſorbitio : deinde dimittantur donec inſpiſſenẽ, & cõpactum fiat , & fiant inde pilulæ.

Hic intelligendum eſt , & in omnibus aliis locis in quibus ſcribuatur Myrobalani quòd ſolum cortices amotis oſſibus accipi debent myrobalanorum.

Modus faciendi ſupraſcriptarum pilularum fere uidetur obſcurus,ſed hoc modo fieri debent:terantur præſcripta in eis:deinde irrorentur aqua fumiterræ:in tantum quod omnes partes ipſarum penetrent: deinde in ſole ad exiccandũ ponantur & ante perfectam exiccationem, ſed poſt aliquam ſuctionem iterum aqua fumiterræ irrorentur & ſoli exponantur,& hoc ter fiat:ultimo in ſole exponantur, & tantum permittantur donec pilularum formam accipere poſſint : deinde remoueantur & conſeruentur.

Deſcriptio. XXX.

PILVLAE de mezereõ Meſ. quę ſunt mirabiles ad hydropiſim , educunt aquam citrinam , & ſunt expertæ.

℞.Foliorũ mezereon præparatorũ.ʒ.v. myrobalanorũ citrinorũ .ʒ.iiii. chebulorũ.ʒ.iii.miſce & pulueriz ẽtur oia nõ multũ ſubtiliter.Et cõfice cũ aqua endiuię, in qua diſſoluti ſint tamarindi,& tereniabi.i.mãna an.ʒ.i. et fiat maſſa.

Mezereon pręparatur hoc modo infundatur in fortiſſimo aceto & per diẽ dimittatur,et exiccari permittatur: deinde conteratur,& adminiſtretur. Hoc enim modo præparatur ut ſero ſitas & inflammatio quæ in eo eſt amoueatur: parum enim ſuſtinet de decoctione , & laborioſa contritio uirtutem eius deſtruit & reſoluit.

Deſcriptio. XXXI.

PILVLAE de hiera ſimplici Gal. ſeptimo therap.ca. 12. Quæ ſunt ſublimes , & laudes earum ſunt dictæ ſuperius in capit. de hiera.

℞.Specierum hieræ ſimplicis. Gal.ʒ.i. Et conficiantur cũ melle roſato,& fiat maſſa. Nec aliud eſt addendũ nec diminuendũ,& hoc modo Gal.deſcribit loco allegato ſupra.

Neceſsitas cõpoſitionis pilularum fuit : quia medici uolẽtes dare ſubſtantiã medicinæ in forma , in qua diu moretur in ſtomacho oportuit eas aptare in forma pilularum : cum ſolidum magis in ſtomacho ſtet,quã quæq; alia forma.

Deſcriptio. XXXII.

PILVLAE de hiera compoſita ſiue de hiera cum agarico magiſtrales,quę ſunt maxime iuuamenti ſolutione educentes vtramque coleram , & phlegma , & humores uiſcoſos & putridos, & earum proprietas eſt mundificans cerebrum & membra ſenſuum.

℞.Specierũ hieræ ſimplicis Galeni, agarici trochiſcati aa ʒ.s.aloes boni ſubtiliter pulueriz ati , ſeu contriti.ʒ.i.miſce cum m. lle roſ. & fiant pilule ſeu maſſa.

Hoc meo libello notandum eſt,quòd aliquibus in deſcriptionibus & compoſitionibus reperjtur terant,& in aliquibus conteranẽ. Illa differentia eſt inter tero & contero.Terere.n.idem eſt ꝙ rem aliquam diuidere p partes groſſas. Conterere uero idem eſt quod rem diuidere per partes ſubtiliſsimas.Ideo qñ intẽdo ſpecies ſubtiliſsime teri debere , ſcribo conterantur.Qñ uero uolo quòd groſſo modo pulueriz enẽ,dico & ſcribo terantur:quare et inſupraſcriptis et infraſcriptis compoſitionibus ad hæc bene aduertatur .

Deſcriptio. XXXIII.

PILVLAE fœtidæ maiores Meſ. quæ expellũt humores groſſos,& cõferunt ad doloré iuncturarũ , & podagræ,& ad oẽm dolorem ex humore crudo, & ad doloré ſtomachi & colicam , & ad albaras , morpheam , & lepram.

℞.Serapini,armoniaci,opopanaci,bdellii,colloqntidæ, harmel.i.ſemi.cicutæ, aloes , epithymi aa.ʒ.v. alſebram.i. eſulę:colligẽda eſt in mẽſe Octobris,hermodactylo an.ʒ.ii. ſcamoneæ.ℓ.preparatæ.ʒ.iii.cinnamo.ſpicæ,croci, caſtorei an.ʒ.i.turbith.ʒ.s.zingibe.ʒ.i.s.euphorbii.ℨ. ii. teantur oĩa & gummæ diſſoluanrur in aqua porri,& fiãt pilulæ.ſ.maſſa. Meſ.dict. ʒ.iiii.

Nota de mente authoris pandectarũ ꝙ harmel ſcriptum cum h, idem ſigñat quod ſemen cicutæ: quando uero ſcribitur cum a,idẽ quod ſemen rutæ . Ex hoc igitur intelligas ꝙ diuerſus modus ſcribendi diuerſificat nomen uocabuli:quare ſemper reſpiciendæ ſunt literæ , & ſyllabæ , uocabulum componentes in medicina ſcriptum :eo ꝙ uariatur ſecundum uarietatem compoſitionis literarũ : quare bene nota .

Deſcriptio. XXXIIII.

PILVLAE fœtide minores Meſuæ,& ſunt eiuſdem uirtutis cum maioribus.

℞.Serapini,armonia.opopanaci, bdellii , myrrhæ , an.ʒ.v. turbith.ʒ.x. colloquintidę.ʒ.vi. diſſoluantur gummæ in aqua porri &c. terantur,& cum ea conficiantur.

Vnum generale hic nota, & incidenter, ꝙ illud quod de natura ſua eſt aromaticum quãto eſt aromaticius, tanto melius,& quod eſt fœtidum,quanto fœtidius tanto melius,excepto aloe. Sic̃ etiam omne quod debet habere aliquem ſaporem,quanto in ſuo ſapore eſt intenſius,tanto melius, excepto oleo.Nam cum ſit de natura rerum amaritudinem habentium quanto minus amarum tanto laudabilius &c.

Gũmę diſſoluunt̃ in aqua porri uel ĩ aceto uel in aliquo alio liquore hoc mõ.infundunt̃ in aqua uel aceto p noctẽ, & debet acetũ uel aqua eſſe in tanta copia ꝙ eas tegat : in mane ſi gummæ totam biberunt aquam uel acetum & duræ ſint adiungatur ipſorum alterum: & poſtea accipias eas & fricabis manibus ſuper ſetaciũ,qua fricatione, bona tranſibit ſuba:paleæ uero & imuditiæ remanebunt, et tũc utere.

Deſcriptio. XXXV.

PILVLAE de ſarcocolla Meſ.in ca. de ſarcocolla & in antidotario:ſolutione educentes phlegma,& conferunt ad ægritudines phlegmaticas.

℞.Sarcocollæ pręparatę.ʒ.iii.turbith.ʒ.s.interioris colloquintidæ,zingiberis an.ʒ.i.s.ſalis gẽme.ʒ.i. diſſolue ſarcocollam in aqua roſata:cætera terantur,& cum ea fiat maſſa. Meſ.dict. ʒ.iiii.

Sarcocolla hoc modo præparatur.infundatur in lacte aſinæ per dies quinquæ,ſemper & omni die lac innouando, & primum abiiciendo , demum diſſoluatur in aqua roſata , ut in ſuperioris pilulis tibi monſtraui.

Deſcriptio. XXXVI.

PILVLAE de bdellio maiores Meſ. expte ad fluxũ hæmorrhoidarũ & ulcerũ in eis, & ad fluxum menſtruorũ .

℞.Bdellii.ʒ.i.s.ameos,chebulorum,indorum, bellericorum,emblicorum,ueneriarum aduſtarum.i. radicis acori , charabæ,an.ʒ.ii.s.Infundatur Bdellium in ſucco porri,cætera terantur,& cum eo fiat maſſa . Et dentur pilulæ in modum ciceris & cætera.

De porro nota,quoddam eſt porrum capitatũ.i. tranſplãtatũ & eſui illud cõpetit.Aliud eſt ſectile.i. non tranſplãtatũ, et illud uſui medicinæ cõpetit : igit̃ de iſto fit ſuccus de quo iſtę pil.reformanẽ: et ex his ẽt fit aqua vł p ſublimatio-

nem

nẽ vel per decoctionem, & iſte ultimus modus magis mihi placet. de qua reformantur & diſſoluantur gummæ intrantes in pilulis fœtidis: quare nota.

Diuerſitas magna reperitur in receptis harum pilularũ Meſ. fere oẽs dicũt uenarum aduſtarũ. Et hãc literam reprobat Matth. Syl. in ſynonymis ponitur ſub cap. 690. dicẽs qđ eſt error ſcriptoris, & ꝙ debet dicere auellanarũ aduſtarũ: Sed ſalua ſemper pace, in errore eſt. Sed debet dicere uenariarum aduſtarũ, ut in quodã antiquiſsimo Meſ. ſcriptum reperi. Et ꝙ ſic dicere debeat, patet eo quia uenariæ. i. acorus .ſ. radix, quæ radix ſupra aliquem portata illum conſeruat a fluxu ſanguinis, ut ipſe ponit ca. 281. quare ſeipm corrigat.

Radix acori hoc modo aduritur: poſt ipſius exiccationẽ per groſſa ſatis fruſta incidatur deinde ſuper laminã ferreã ignitam inceſſanter reuoluatur, donec & quouſque color eius de toto mutetur, & tunc remoueatur, quia aduſta eſt.

Deſcriptio. XXXVII.

PILVLAE lucis Meſ. maiores: quæ addũt in uiſu, & corroborant eum, & abſtergunt inſtrumenta ſenſuum, & expellunt ſuperfluitates, & cuſtodiunt ſanitatem corporis.

℞. Roſarũ uiolarũ, abſinthii coloquintidæ, turbith, cucubæ, calami, arom. nucis muſ. ſpicæ, epithymi, carpobalſami, xylobalſami. i. ligni balſami, ſileꝛis, montani, ſem. rutæ ſquinanti, aſſari, maſticis, garyophy. ciunamomi, aniſi, fœniculi, .ſ. ſeminis apij. ſ. ſeminis caſiæ ligneæ, croci, macis, an. ʒ. ii. myrobalano. citrinorũ, chebulorũ indorũ, bellericorũ, emblicorũ, rauedſeni. i. rheubarbari an. ʒ. ſ. agarici, ſenæ, an. ʒ. v. euphragiæ. ʒ. vi. aloes ſuccotrini ad pondus omniũ. Terãtur omnia, & conficiãtur cum ſucco fœniculi, & fiat maſſa.

De colloquintida, pauci ſunt q̃ in receptis ponant colloquintidã, fundantes ſe ſuper dictũ Meſ. in deſcriptione trochiſcorũ alandal, qui dicit. Trochiſci alandal qui ponũtur in hiera Hermetis & in aliis confectionibus loco colloquintidæ: ac ẽt propter ſuã uenenoſitatẽ dicunt non eſſe auſi in receptis ponere. Alii uero ponũt colloquintidã & nõ trochiſcos alandal dicẽtes ꝙ magis ſolutiua eſt & ꝙ a doctoribus ponitur in cõpoſitionibus tanq̃ calcar, ut ẽt faciunt diagrydiũ, & ſic his rationibus uarii uarias cõpoſitiones faciunt. Ego uero ſoleo hoc fieri facere, ſi in receptis authorũ reperio, conſidero ſi in eis, ipſius malitiã frangentia ſunt poſita uel non: ſi ſic audacter illã apponi facio, ut in iſta recepta, ſi non loco ipſius pono trochiſcos alandal. Et hoc eſt quod dicit bonus Meſ. & propter hoc in hiera Hermetis poſuit in qua multæ & multæ ſunt medicinæ uenenoſæ & paucæ earum uenenoſitatem corrigentes & tu hoc conſidera.

Deſcriptio. XXXVIII.

PILVLAE de hermodactylis maiores Meſuæ expertæ ad dolorem iuncturarum & podagræ frigidæ.

℞. Hermodactylorũ, aloes, myroba. citrinorum, turbith, colloquintidę, bdellii, ſerapini an. ʒ. vi. caſtorei, ſarcocol. euphorbij, opopa. harmel. i. ſem. cicutæ, ſe. apii. ana. ʒ. iiii. cro. ʒ. i. ſ. Conterantur omnia, & cum ſucco caulium fiat maſſa &c.

Colloquintida anteq̃ in cõpoſito ponatur debet ultima te cõteri ut iubet Meſ. in ca. de rectificatione medicinarũ per triturationẽ. Cũ dicit, oportet ꝙ colloquintida ultime puluerizetur, nec ſit contentus aliquis in trituratione eius.

De contritione iterũ nota, ꝙ dupliciter eſt: quædã. n. multa quædam pauca. Multa contritio fit duabus de cauſis. Primo ut per illam contritionẽ remoueatur malitia medicinæ quam faceret ſi groſſa eſſet, & ob hoc bene conteritur pulpa colloquintidæ. Secunda eſt, quia membrũ quod curare uolumus, eſt ſituatum in remotis partibus, & ideo bene cõterendæ ſunt medicinæ renum & hepatis. Groſſa uero contritio fit duabus de cauſis: una eſt ut ultimata cõtritione uirtus medicinæ, & operatio eius propria corrumpatur, ut ſcamonea, ſi in vltimo conteratur deperdit uirtutem ſolutiuam. Secunda eſt ut multo tempore remaneat in ſtomacho & iuuet digeſtionem, uel magis attrahat, & ſic medicinę ſtomachæ & ſolutiuæ groſſo modo conteruntur.

Deſcriptio. XXXIX.

PILVLAE de rheubar. Meſuę: conferentes ad febres antiquas ex diuerſis generatas humoribus viſcoſis & putridis multarum putredinum, & ad dolorem hepatis, & principium hydropiſis.

℞. Rauedſeni. i. rheubar. ʒ. iii. ſucci liquiritiæ. ſucci abſinthii maſticis an. ʒ. i. myroba. citrinorũ. ʒ. iii. ſ. ſem. apij, ſem. fœniculi ana. ʒ. ſ. trochiſcorum diarhodon. ʒ. iii. ſ. ſpecierũ hieræ picræ. i. hieræ ſimplicis. ʒ. x. Terantur terenda, & conficiantur in magdaleone cum aqua fœniculi.

Pro reformatione pilularum. Nota ꝙ niſi pilulæ reformentur cum aliqua re uiſcoſa, non poſſunt ſimul teneri ut faciunt iſtæ pilulæ cochiæ, quæ reformantur cum uino albo. Ideo ſi iſtæ reformarentur cũ ſyrupo acetoſo uel cum oxymelle ſimplici, non eſſet inconueniens, ut pilulæ cochiæ cum melle roſato. Igitur ut dico de iſtis, & de aliis etiam intelligas, quæ cum aqua uel uino reformantur &c.

Deſcriptio. XL.

PILVLAE de hermodactylis minores Meſ. experte ad dolorem iuncturarum, & podagræ calidæ.

℞. Hermodactylorum. ʒ. v. ſcamoneæ. ʒ. ii. ſ. præparatæ myrobala. citri. ʒ. iii. roſarum. ʒ. ii. aloes. ʒ. x. Confice cum cathartico. i. cum electuario roſato, terendo prius terenda.

Catharticum. i. purgatiuum ut doctores exponunt igitur catharticum roſatum idem eſt quod purgatiuum factum cũ ſucco roſarum. Et ſic electuarium roſatum dici poteſt catharticum roſatum. Verum ego magis laudo reformari debere cum electuario roſato, quia illud magis benignum eſt & minori uenenoſitate participat.

Deſcriptio. XLI.

PILVLAE indæ Meſ. quarũ iuuamentũ eſt ultimum ad ægritudines melancholicas, & ad cancrũ, & lepram, & morpheã nigrã difficilẽ: & ſunt bonæ melancholiæ, & timori, & ad dolorẽ ſplenis, & icteritiã ſplenalem, & ad quartanam.

℞. Myrobala. nigrorũ. i. indorum, ellebori nigri, polypodij ana. ʒ. v. epithymi, ſtœcados an. ʒ. vi. lapidis lazuli loti. Modus lauãdi ſupra oſtẽſus eſt: colloquintidæ, ſalis, indi. an. ʒ. ſ. ſucci eupatorii, ſpicæ an. ʒ. ii. garyophyl. ʒ. i. ſpecierũ hieræ picræ. i. ſimplicis. ʒ. i. s. terãtur, & fiat maſſa cum ſucco apii.

Nota ꝙ pilulæ oẽs conſeruanẽ cum bona earũ uirtute & operatione uſq; ad ſex mẽſes. Et debẽt teneri in magdaleonibus & non in puluere, quia non conſeruantur, immo nullam uel remiſſam faciunt operationem, & nõ debẽt conſeruari in loco exceſſiuæ calido, nec prope ignẽ, nec ad ſolem, quia in exceſſiuã duritiẽ & lapideitatẽ cõuerterẽtur, & tũc nullo mõ debent apothecarii eas exhibere, eo quia ſi darẽt torquerent corpus, & nullã penitus operationẽ facerent.

Deſcriptio. XLII.

PILVLAE ſine quibus eſſe nolo Nico. taliter dictæ propter ſummam efficaciam, mirabiliter a cholera phlegmate & melancholia purgant, & ualent propriæ ad cataractas, & obſcuritates oculorum, uiſum cuſtodientes, & aurium dolorem ſanant, & ilioſis mirabiliter conferunt.

℞. Aloes electi abluti. ſ. cum aqua communi. ʒ. xiii. myrobalanorũ citri. chebul. bellericorũ, emblicorum, indorũ, rheubarbari, roſarũ, maſticis, abſinthii, uiolarũ, ſenæ. ſ. folliculi, agari. cuſcutæ. an. ʒ. i. terantur hæc omnia, deinde accipe ſcamoneæ. ſ. præparatæ ſubtiliter puluerizatæ. ʒ. vi. ſ. ligetur in petia dicta ſcamonea: deinde infundatur in ſucco fœniculi quantitate qua pilulæ poſſint reformari: deinde exprimatur dicta ſcamonea, manibus prius tamen inunctis oleo uiolato uel communi. Et tantum dicta ſcamonea exprimatur & manibus pertractetur, ꝙ in lactis ſimilitudinẽ a panno exeat tota eius humiditas, & de illa expreſſione pilulæ formentur: abiiciendo quod intra peciam de ſcamonea remanebit. Succum fœniculi cum expreſſione facta de ſcamonea accipiendo & pilulas formando.

Aloes quando ſimpliciter ponitur pro ſuccotrino & de ſuccotrino intelligitur, ut ponit Mat. Syl. ca. proprio &c.

Pilulæ a pila dicuntur. quia ſicut pila eſt rotunda, ita pilulæ debent eſſe rotundæ.

Pilulæ quare dantur in forma rotũda. Eſt quia figura ſpherica non tãgit planũ niſi in puncto. Sed concauum ipſum tãgit undiq; qũ ergo pilula ponitur in ſtomacho quod eſt concauum ipſa, æqualiter tangitur a qualibet parte ſtomachi:

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 230 sur 335

& ideo undiq; & in omni ſui parte ad actum reducitur propter calorem ſtomachi:& ideo ipſa in qualibet ſui parte reducta ad actum attrahit undiq; æqualiter a membris omnibus:ideo datur & dari debet in forma rotunda.

Deſcriptio. XLIII.

PILVLAE cochiæ Nicolai probate ad hemicraneum dolorem,& ad dolorem ſtomachi,& iliorum.

℞.Aloes,ſcamoneæ.ſ.præparatæ abſinthij,pulpæ colloquintidæ,an. maſticis dimidium unius prædictorum conficiantur,cum ſucco abſinthiij, uel fœniculi,vel ſolatri.

Quare enim hæ pilulæ dicuntur chochiæ.Cochiæ.i.capitales a cochos quod eſt caput.

Pilulæ quare dantur in impari numero eſt. Pythagoras enim poſuit in impari numero uirtutem multam: & dixit numerum imparem maſculum: igitur perfectiorem. Et ob hoc uulgares ſequentes eum credunt ꝙ dando eas in numero impari ſit maior perfectio, & multi errant. Numerus enim non eſt principium actionis & paſſionis, ut.5.Meta. comment. 2. Et ideo facta doſi conuenienti medicinæ poteſt formari numerus pilularum par & impar &c.

Deſcriptio. XLIIII.

PILVLAE cochiæ Almanſoris.i. capitales. cochos.n. græce idem eſt quod caput latine:caput.n.mirabiliter mundificant,& maxime ab humoribus groſsis & frigidis,conferunt cephaleæ, & hemicraneæ.

℞. Specierum hieræ ſimplicis.3.x. coloquintidæ.3.iii.ℑ.i. ſcamoneæ præparatæ.3.ii.s.turbir,ſtœcados, an.3.v.terantur hæc,& conficiantur cum uino albo.

Pilulæ fuerunt inuentæ:primo propter earum minorem diſplicentiam in guſtu, cum uniuerſaliter componantur ex rebus amaris:ſecundo ut magis a remotis attrahant, quanto enim medicina longiori tempore ſtat in ſtomacho, tanto magis a longinquioribus attrahit.

Deſcriptio. XLV.

PILVLAE arabicæ Nico.contra omnem dolorem capitis purgantes mirabiliter omnes humores,generantes letitiam,& mentem acuentes,uiſum,auditum, & memoriam reſtaurantes:ſcotomiã,vertiginem,oculos, dẽtes gingiuas ſtomachum, ſplenem purgant,omnibus his conferentes.

℞.Aloes electi.ℨ.iiii.bryoniæ.i.radicis cucurbitæ ſaluaticę quinque generum myrobalanorum, maſticis,diagrydij, aſſari,roſarum an.3.i.croci.3.i.coſtorei.3.iii.Terãtur omnia, & conficiantur cum ſucco fœniculi vel abſinthij.

Si in pilularum deſcriptione reperitur ſcriptum ſcamonea ſuppleatur.i.præparata.Nec ullo modo non præparata ponatur, quia longa mora non poteſt præparari, ut in electuariis ſupra declaraui, eo quia earum uirtus non tranſit ſex menſes.Sed ſemper diagrydium eſt ponendum.

Deſcriptio. XLVI.

PILVLAE aſſaieret Aui.in.1.fen.tertii in ca.de canonibus uniuerſalibus curationis capitis,& exponitur a Gentili in hunc modum,quæ faciliter ſine moleſtia caput purgant & mundificant.

℞.Pulueris hieræ.i.ſpecierum hierę ſimplicis.3.ii.myrobalanorum citri.maſticis an.3.i.aloes boni.ℨ.s. Terantur & cum uino optimo fiat pilulæ ſeu maſſa.

De myrobalanis nota ꝙ aliquando reperitur ſcriptum in receptis myrobalanorum abſolutæ:& tunc de omnibus myrobalanis eſt intelligendum.ſ.de quinq; generibus myrobalanorũ.Si uero ſcriptũ reperiat myrobalani abſolutæ:de citrinis eſt intelligẽdũ,tanꝙ de melioribus & perfectioribus.

Deſcriptio. XLVII.

PILVLAE ſtomachichæ Meſ.deſcriptione ſua,ꝙ inquit, dari & accipi poſſunt omni tẽpore,& ſunt illæ quæ ſunt in uſu,quæ caput & ſtomachum miro modo mundificant.

℞. Turbith.3.x.maſticis.ℨ.s.roſa.3.iii.aloes optimi.3.xvii. quod eſt ad pondus omnium.Terantur & conficiantur cum ſucco abſinthii, & reſerua.

Tres alias deſcriptiones pilularum ſtomachicharum ponit Meſuæ,quas uide ſi placet.

Hic nota,ꝙ ſi zingiber cũ turbith poneretur fortificaret opationẽ eius.Nã turbith ſui uirtute, & de ſe phlegma ſubtile trahit, ſed ſi cum eo zingiber admiſcetur fortificando ipſum facit quòd attrahit etiam phlegma groſſum.

Deſcriptio. XLVIII.

PILVLAE imperiales magiſtrales:& ſunt illæ quæ ſunt in uſu,& bonæ ad digeſtionẽ, & uirtutem digeſtiuam confortandam,mundificantes ſtomachum ab omnibus putridis & prauis humoribus,& dicuntur imperiales, uel quia fuerunt a quodam Imperatore inuentæ, uel quia ſunt multum in uſu apud reges & principes.

℞.Nucis muſ.ſpicæ,croci,ligni aloes,cardamomi.ſ.maioris & minoris,garyophy.amomi,cinnamomi, zingiberis galangæ zedoariæ,cubebarum,macis,aniſi, maſticis, fœniculi.ſ. ſem.carpobalſami,quinq; generũ myrobalano. turbith electi,mannæ, agarici,ſene.ſ.folliculi ana.3.s.rheubarbari, ad pondus omnium ſcilicet.3.xiii.s.aloes ad pondus omnium .ſ.3.xxvii. Terantur omnia & aloes de per ſe: deinde conficiantur cum optimo uino albo, & inunctis manibus cum oleo laurino reformentur,& reſeruentur.

Senæ cum ſimpliciter ſcriptum reperitur in compoſitis ſolutiuis uel lenitiuis: de folliculus ſemper eſt intelligendum cum magis ſolutiui & meliores ſint.

Deſcriptio. XLIX.

PILVLAE communes Aui.prima fen. quarti tractatu. iiii.ca.v.& ſunt de illis ex quibus fit præſeruatio & euaſio a peſtilentia, & conſimilem deſcriptionem poſuit Raſis in iiii.Almanſ.in cap.de peſtilentia & eius cautela.

℞.Aloes electi.3.ii.myrrhæ,croci an.3.i.Terantur, & cum uino optimo fiant pilulæ.

Pilulæ oẽs præſcriptæ & infra ſcribendæ exhibendæ nõ ſunt immediatæ poſt ipſarũ cõpoſitionem:ſed ſaltim ſtandũ eſt per quindecim dies,ut poſsint ſimul commiſceri. Et tũc agent operationem ſuam ratione compoſitionis.Secus aũt faciunt ſi ante dictum tempus exhibeantur:utrum autem in illo tẽpore fermentẽtur,& nunquid dici poſsit uera fermẽtatio.Satis in quæſtiuncula mea de narcoticis per longum proceſſum declaraui:qui uidere uult ad illam recurrat.

Deſcriptio L.

PILVLAE de agarico Meſ.mundificantes pectus ab humoribus groſsis & putridis,& conferentes aſthmati,& tuſſi antiquæ.

℞.Agarici electi maſti.an.3.iii.radicis lilii cœleſtis.i.ireos, praſij.an.3.i.turbit. 3.v.ſpẽrũ hierę picræ.i.ſimplicis.3.iiii. coloqntidæ,ſarcocollæ a.3.ii.myrrhæ.ℨ.i.terant oĩa, & cõficiant cũ uino cocto.i.cũ ſapa vel rob vel tila, ꝙ idẽ ſignat.

In iſtis pilulis ſoleo apponi facere loco agarici agaricũ trochiſcatũ,eo quia in eis ſunt multæ medicinæ uenenoſæ, & feræ nullæ ſunt medicinæ earum uentoſitatem refrangẽtes:& ideo refractæ eſſe debent medicinæ apponendæ, ut ſunt trochiſci alandal,& agaricus trochiſcatus, & tu nota.

Deſcriptio. LI.

PILVLAE bihichiæ Meſ.in ſua de appropriatis cap. de cura tuſsis ficcæ,quę ſunt fiendæ ſicut lupini, & tenendæ ſub lingua,conferentes raucedini uocis, & aſperitati, & tuſsi calidæ & ſiccæ.

℞.Succi liquiritiæ,zucchari albi,ana.3.ii.amydi, dragacanthi,amygdalarum dulciũ excorticatarum ana.3.iii.s.terantur oĩa,& cum mucillagine ſeminis cydoniorum fiat maſſa.

Species omnium pilularum groſſo modo ſunt terendæ, & per raram ſtamineam tranſiri debent, & melior eſt ſua operatio. & a longinquioribus partibus atrahunt:ratio ſupra eſt aſsignata in electuariis ſolutiuis.

Ex his finis ſit tertiæ diſtinctioni,quæ fuit de medicinis ſolutiuis.Cũ igr nõ minori iactura Io.Frã.mi.pilulæ ab apothecariis exhibeanꝰ cõfectiones.Si tpe debito non exhibentur:ideo modũ exhibitionis inſcribam, ne ſua imperitia ac temeritate uiri ad aliquas graues ægritudines incurrant.

Pilulæ ꝙ dantur quantum nunc noſtro propoſito ſpectat aut dantur ad euacuandũ aliqualẽ materiã in ſtomacho exiſtentẽ,& tunc dari debent ante cœnam immediate. Aut ad euacuandum aliquam humiditatẽ cerebri:& tunc poſt cœnã per duas horas ſaltẽ exhibẽdæ ſunt,& hoc intelligatur de pilulis nõ ſcamoneatis,& leuibus,ut maſticinæ,elephangi-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 231 sur 335

næ,de hiera.ſ.&c.Aut dantur ad purgandum humorem loco medicinę,& tunc dari debent facta digeſtione cibi in ſtomacho,& poſt eas tardandus eſt cibus ſaltem per horas ſex, & hoc modo doctores exhiberi iubent.

Incipit quarta diſtinctio,quæ eſt de trochiſcis, & continet xxxi. deſcriptiones. Quarum prima eſt.

TROCHISCI Diarhodon Meſ.quorũ iuuamentum eſt magnum ad febres antiquas, & febres permixtionum,& febres phlegmaticas,& febres in quibus corrumpitur forma.

℞.Foliorum roſarum rubearum aureos.vi.i.ʒ.ix.ſpicæ aureos.ii.i.ʒ.iii.liquiritiæ aureos.iii.i.ʒ.iiii.ſ.ligni aloes aur. ii.i.ʒ.iii.ſpodii.de canna aureum.i.ideſt.ʒ.i.ſ.croci aureũ. ſ.i.ℨ.ii.& gr.v.maſticis.ʒ.ii.conterantur omnia, & conficiantur cum uino albo optimo in forma pilularum, ſed in medio deprimantur.

Quid ſit trochiſcus nota.Eſt trochiſcus compoſitio quædam ex diuerſis palueribus & ſpeciebus mediante aliquo liquore aggregatis,& dicitur trochiſcus a trochos quod eſt rota,quia trochiſcus eſt ſimilis rotæ currus.

Deſcriptio. II.

TROCHISCI de roſis minores Meſ. ſolutiui, qui ſtomachum,& hepar confortant, & conferunt febri hecticæ euacuando & abſtergendo humoroſitatem ſtomachi.

℞.Foliorum roſarum.ʒ.x.liquiritiæ.ʒ.v.ſpicæ.ʒ.ii.ſ.ſcamoneæ præparatæ.ʒ.iii.conterantur hæc,& conficiantur cum uino albo optimo.

Quare autem trochiſci fiant eſt ut medicinæ poſſint melius conſeruari:acquirunt etiam iſta permixtione aliquam uirtutẽ confortandi quam prius per naturam non habebãt.

Deſcriptio. III.

TROCHISCI de roſis maiores Meſ.plurimorum iuuamentorum,quorum maius eſt ad dolorem ſtomachi, & malitiam digeſtionis, & eis propriæ quibus corrumpitur forma & principia hydropiſis,& ad febres antiquas.

℞.Foliorũ roſarũ.ʒ.ſ.ligni aloes.ʒ.ii.maſti.ʒ.ſ.abſinthij, ſpicæ,cinnamomi, caſſiæ ligneæ, florum ſquinanti an.ʒ.i. conterantur,& fiant trochiſci cum uino albo optimo.

De floribus ſquinanti nota.Non enim ad nos portantur, ſed ipſorum loco ponimus rami partem.

Deſcriptio. IIII.

TROCHISCI de eupatorio & roſis Meſuæ:expertorum iuuamentorum ad febres antiquas & compoſitas,& ad dolorem hepatis,& opilationem,& icteritiam.

℞.Foliorum roſarum.ʒ.i.ſpicæ.ʒ.iii.rauedſeni.i.rheubarbari.ʒ.i.ſpodii.ʒ.i.ſ.liquiritiæ.ʒ.iij.ſ.ſucci eupatorii.ʒ.x. tereniabin,& accipitur eius loco manna diſſoluta in ſucco præſcripto.ʒ.ii.& fiant trochiſci.Conterendo prius omnia.

Liquiritia ſi ſimpliciter ſcripta reperitur, de radice ſicca ſemper intelligitur,de qua duæ tantum partes, uſui medicinæ conueniunt.ſ.radix & ſuccus.

Deſcriptio. V.

TROCHISCI de rheubarbaro Meſuæ conferentes ad dolorem hepatis, & oppilationem ipſius, & ad apoſtemata eius & antiquas ægrytudines in ipſo, & hydropiſim,& corruptionem formæ & icteritiam.

℞.Raued.boni.i.rheubarbari.ʒ.x.ſucci eupatorii.ʒ.ſ.roſarum.ʒ.iii.ſpicæ aniſi.ſ.ſeminis,rubeæ tinctorum, ſem.apii, abſinthii,aſſari, an.ʒ.i.amygdalarum amararum.ʒ.ſ.conterantur,& fiant trochiſci de aureo uno pro ſingulo.

Nota ꝙ iſti trochiſci quia nõ poſſunt reformari cum ſupra ſcriptis humiditatibus in ipſis ingredientibus: iõ addat de ſucco eupatorii intantum ꝙ reformari poſſint, & quẽad modum dixi de iſtis:ita de cęteris intelligatur ſequentibus.

Deſcriptio. VI.

TROCHISCI de camphora Meſ. ualentes ad febres multæ inflãmationis, & ſitim uehementẽ,& incẽſionẽ cholerę rubeæ,ebullitionẽ ſanguinis, & ſup calefactionẽ ſtomachi,& hepatis,& icteritiã,& cõferũt hecticis et phthiſicis.

℞.Foliorũ roſarum.ʒ.ſ. ſpodii de canna.ʒ.ii. ſandalorum citrinorum.ʒ.ii.ſ.croci.ʒ.i.ſeminis citrulli, ſeminis. cucumeris,ſem.mellonis,ſem.cucurbitæ,dragacanthi,gummi.ſ. arabici,ſpicæ, an.ʒ.i. ligni aloes, cardamomi.ſ. maioris, & minoris amydi, camphoræ an. ℨ.ii. zucchari albi, tereniabin,loco eius accipitur manna an.ʒ.iii.conterantur,& conficiantur cum mucillagine pſylli facti in aqua roſata.

Ad faciẽdum mucillaginem pſyllii accipiẽdum eſt.ʒ.i.ſeminis.&.ʒ.iiii.aquæ,& nõ ſolũ de hoc ſemine intelligas.ſed de omni re de qua mucillaginẽ facere intendis Nota inſup ꝙ ſunt quidã ignari apothecarii qui frangũt dictum ſemen ad faciendũ mucillaginẽ, & male: eo quia interior & medullaris pars eſt calida: ſuperior uero eſt frigidiſſima. hoc in loco quærimus infrigidationẽ,& hẽremus intẽtiſſimã calefactionẽ,& nõ ſolũ cõfrangẽdũ nõ eſt: ſed nec diu in aqua debet dimitti pp cauſam ſupra allegatam de confractione.

Deſcriptio. VII.

TROCHISCI de ſpodio Meſ. qui ſunt ultimi ad febres acutas,& inflammationem ſtomachi,& hepatis, & ad ſitim uehementem.

℞.Spodi.ʒ.ſ.roſarum rubearũ.ʒ.vii.ſem. portulacæ, ſucci liquiritiæ an.ʒ.ii.quatuor ſeminum communium frigidorũ maiorum,gummi arabici,dragacanthi,croci an.ʒ.i.ſ.conterantur omnia & fac trochiſchos cum mucillagine pſyllii.

Quatuor ſemina cõia frigida maiora ſunt iſta:ſemen melonum,cucumeris,cucurbitæ,& citrulli: quare ſi quatuor ſemina cõia maiora ſcripta reperiantẽ,ſupraſcripta ponantur.

Confice cum mucillagine pſyllii,uel cydoniorum,uel alterius cuiuſuis,& eſt intelligendum quòd fieri debet in aqua communi: & hoc intelligas in omnibus in quibus non ſpecificatur liquor, in quo fieri debet &c.

Sunt qui in iſtis trochiſcis nõ ponũt niſi quatuor res a ſuco liquiritiæ ſupra.Sed non ſunt tãtæ uirtutis,quare ponenda ſunt alia quatuor,& fiant ut ſupra & erunt efficacisſimi.

Deſcriptio. VIII.

TROCHISCI de ſpodio cũ ſemine acetoſæ Meſ.cõferẽtes ad febres cholericas cũ quibus eſt ſolutio uẽtris,& ſedãt inflãmationẽ ſtomachi,& hepatis, & ſitim continuam.

℞. Roſarũ rubearum.ʒ.i.ſ. ſpodii.ʒ.x.ſem. acetoſæ.ʒ.vi.ſe. portulacæ,ſeminum coriandrorum præparatorum & torre factorũ,ſumach.an.ʒ.ii.ſ.amydi,aſſi,berberorum, balauſtiarum ana.ʒ.ii.'gummi ara.aſſi.ʒ.i.ſ. conterantur omnia, & conficiantur cum ſucco agreſte.i.cum ſucco uuæ acerbæ.

Modus aſſandi gummã arabicam & oẽs gummas: gũmæ franguntur in fruſta ad magnitudinem ciceris:deinde accipe patellam uel bernacium,ut calefac forti calefactione,de inde ab igne remota ponantur ſupra gummæ,& ſine intermiſſione miſceantur: & ſuper dictam laminam calidam ſemper miſcendo permittantur donec albeſcant,& ſi illa caliditas non ſufficit,calefiat denuo remotis tamen gummis: deinde calefactis,ſupra gummæ ponantur, & miſceantur donec albeſcant & albefactæ remoueantur,quia aſſate ſunt,& hoc modo facias de omnibus gummis.

Coriandrorum ſemina hoc modo præparantur: bene cũ aqua communi lauentur,ut ab eis puluis amoueatur: deinde ab aqua extrahantur:& ſupra ea infundatur acetũ fortiſſimũ,& in eo dimittantur per dies nouẽ,& omni die ea mouendo, & elapſis nouem diebus ab aceto remoueantur, ſoli adexiccandum apponantur, & ſic præparati dicuntur. Sed unum nota ꝙ bene exiccari ab aceto permittantur,aliter acquirerent malum ſaporem.

Semina coriandrorum hoc modo torrefiũt Calefiat bernacium uel patella ad ignem mediocri caliditate:deinde ſupra ſemina ponantur quæ torrefieri debent, & ſic ſupra ponantur,& ducantur hinc & inde donec calorem undiq; ſentiant.ſ.per omnem eius ſubſtantiam: deinde remoueantur & hoc modo omnia ſemina torrefiunt.

Præparantur autem coriandrorũ ſemina,ut quędã uenenoſitas quæ in eis eſt amoueatur.Torrefiunt ut magis ſtypti ca reddantur. Torrefactio enim idem eſt quod ſemicoctio.

Amydum aſſatur ut fiunt gummæ, ducendo ſuper laminam bene calidam.Et cum incipit eius naturalis color alterari,remouetur,& aſſum eſt.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 232 sur 335

Descriptio. IX.

TROCHISCI de berberis Mes.primi:q̃ sunt ĩ usu boni ab febres inflãmatiuas,extiguũt.n.eas, & sitim angustiosã. ℞.Berberorum,aut succi eius,spodii,succi liquiritiæ,sem. portulacæ,an.3.iii.rosarum.3.vi.spicæ,croci,amydi,dragacanthi an.3.i.sem.citrulli.3.iii.s.camphoræ.3.s. conterãtur omnia & conficiantur cum.3.ii.mannæ dissolutæ in succo berberorum. Et si succus non reperitur, dissoluantur cum decoctione ipsorum,& reformentur.

Gummi si simpliciter scriptum reperiatur,de gumma arabica est semper intelligendum.

Trochisci a pilulis in tribus diuersificantur.s.quantitate operatione,& exhibitione. In quantitate diuersificantur, eo quia in maiori quantitatẽ formãtur. Vnde trochisci semper debẽt formari ad quantitatẽ.3.i.vt dictũ est de trochiscis de tyro,pilulæ.n.a remotis trahunt trochisci uero nõ at trahunt, tertio diuersificãtur in exhibitione,quia trochisci semper debẽt exhiberi cũ aliquo liquore uel succo habente respectũ ad proprietatem trochiscorum,non autem pilulæ.

Descriptio. X.

TROCHISCI de absinthio Mesuæ:qui conferunt febribus antiquis,& aperiunt oppilationes hepatis,& stomachi & confortant stomachum, & conferunt dolori membrorum nutricationis,& confortant appetitum.

℞.Ablinthij sicci,rosarũ,anisi,an.3.ii.raued.i.rheubar. succi eupatorii,assari,amygd.amararum,spicæ,masticis, folii,an. 3.i.conterantur,& fiant trochisci cum succo endiuiæ.

Necessitas & causa cõpositionis trochiscorũ est cõseruatio alicuius rei lõgo tpe,& cõmoditas portãdi.Alia est, qa medici aliqñ uolebant dare aliquas res cum tota substantia & puras,& hoc modo præparari iusserunt.Alii uero dicunt quòd trochisci fiunt vt medicinæ possint melius conseruari:acquirunt etiam aliquam uirtutem confortatiuam per artem quam prius per naturam non potuerunt habere.

Descriptio. XI.

TROCHISCI de alchechengi Mes.mirabiliter conferentes ad ulcera in renibus,& uesica,& doloré qñ mingit. ℞.Granorum alchechengi.3.iii.sem.citrullorum,sem.alba thecæ,sem. cucurbitæ an.3.iii.s.boli armeni,gummi arabici,thuris,sanguinis draconis,sem.papaueris albi, amygdalarum amararum, succi liquiritiæ,dragacanthi,amydi,granorum pini,ana.3.vi.sem.apii,charabæ,boli.i.terræ sigillatę, iusquiami,opii,an.3.ii.conterantur omnia, & conficiantur cum aqua mellis, uel iulep uiolato.

Batecæ semen,est semen cuiusdã mellonis indi uiridis ad similitudinẽ cucumeris bene maturi,qđ anguria alio nomine appellatur,sed si semen illorũ non reperitur apud nos ipsorum loco accipere possumus semina mellonum nostrorũ.

Amygdalæ amaræ & quatuor semina ponuntur in hac descriptione trochiscorũ hac ratione bolus.n.armenus & sanguis draconis habẽt stationẽ & morã in primis uenis & sua uirtute illas non transcendunt, sed quia in hoc casu indigemus q̃ ad consolidandũ cũ sua stypticitate ad uesicã uadant, & per se non possunt: ideo posuit author amygdalas & semina frigida ut penetrationem faciant, & ad locũ ducant.

De bolo nota,quòd bolus idem est quòd terra sigillata, quæ in multis proprietatibus est similis bolo armeno,& ad huc habet excellentiorem uirtutem & operationem.

Descriptio. XII.

TROCHISCI de capparibus Mesuæ: resoluentes duritiem splenis & uentositatem.

℞.Corticum radicum capparorum,sem. agni casti.an.3.vi. nigellæ, calamenti,succi eupatorii,acori.s.radicis, amygdalarum amararum,nasturtii,foliorum rutæ, aristolochiæ rotundæ an.3.ii.cyperi,scolopendriæ,ana.3.i. armoniaci.ʒ.s. dissoluatur armoniacum cum aceto forti,& cum dicto aceto trochisci reformentur conterendo omnia alia.

Capparorum radix & genestræ flores colligendi sunt in mense Decembris.

Trochisci ꝑseruãtur usq; ad sex menses,& debent formari in forma rotunda, & de primi in medio, & habent bonã uirtutem,& cum transeunt dictum tempus amittunt uirtutẽ & hoc de omnibus trochiscis est intelligendum. Exceptis trochiscis stellæ qui conseruantur usq; ad duos annos.

Descriptio. XIII.

TROCHISCI de eupatorio Mes. conferentes ad febres antiquas,& rigorem earum, oppilationem hepatis & splenis aperiunt, & sunt medicina bona apostematum in ipsis & ictericis,& principio hydropisis.

℞.Tereniabin si est. si non, loco eius accipitur manna,succi eupatorii,an.ʒ.i.rosarum.ʒ.s.spicæ.3.iii. raued.i.rheubarbari,assari,anisi,an.3.ii.s.spodii.3.iii.s. conterantur omnia & fiant trochisci cum succis herbarum, & reseruetur.

Succi herbarum sunt succi ex quibus componitur syrupus de bizantiis.Et sunt quatuor.s.succi endiuiæ, succi apii, succi lupulorum,succi boraginis uel bugloſſæ:& ex his succis dicti trochisci reformentur,quòd si haberi non possent ipsorum loco accipere possemus syrupum de byzantiis.

Descriptio. XIIII.

TROCHSCI de charabe Mesuæ abscindentes sanguinem de omni emanationis eius.

℞. Charabæ.3.vi.cornu cerui adusti,gummi arabici adusti, corallorum adustorũ,dragacãthi,hypoquistidos, balaustię, ma.laccæ, papaue. nigri asi.an.3.ii.thu.cro.opii ana.3.i.s, cõterantur omnia,& fiant trochisci cũ mucillagine psyllii.

Modus cõburendi oẽs gũmas & cornu cerui & corallos talis est. Terantur & ponantur in olla terrea, & ponanẽ in furno,& dimittãtur p totã noctẽ:si quod posuisti siue coralli uel cornu cerui uel gũmæ sunt cõbustæ extrahe, aliter iterũ in sequenti nocte in furno apponantur, & tm apponanẽ q̃ cõburantur & reserua,& habes cõbustionis modum. Et hoc modo conchilia oĩa cõburuntur, & ossa animaliũ &c.

Operatio ignis in medicinis est triplex, q̃dam.n.torrefiunt,& cognoscũtur q̃ñ sunt torrefactæ,quia cum calor penetrauit totam substantiam medicinę:tunc operatio est perfecta,& per illã remouetur q̃dam parua humiditas quæ in medicina erat.Secũda operatio est assatio per quam remouetur pars humida & uiscosa subtiliatur ut in semine lini,ipsius assatio cognoscitur,quia qñ incipit in superficie colorẽ mutare,& ad contrariũ quod ante erat reducitur assata est. Tertia operatio est cõbustio,& hoc fit transmutando uirtutem unã: & fortificando aliã,ut in rheubarbaro & myrobalanis: qñ comburuntur pars subtilis solutiua debilitatur, & terrestris stiptica augetur. Et ipsius combustio cognoscitur quando naturalem & proprium colorem in tota ipsius substantia deperdit,& alium acquirit,tunc combusta est. Et hoc notent bene apothecarii.

Medicina sex de causis aduritur.Prima ut eius acuitas amoueatur, vt de uitriolo.Secũdo ut per adustionẽ acuitas acquiratur,& sic lapides aduruntur,& in calcẽ transmutantur.Tertia qñ ipsa est ualde grossa,propter quod ipsa ad partes remotas non põt penetrare nisi subtilietur,ut cornu cerui.Quarta ut melius possit conteri ut sericũ.Quinta vt malitia medicinæ remoueatur,& sic scorpiones aduruntur. Sexta causa ut humiditas superflua consumetur, & sic myrobalani & omnes medicinæ quæ dantur contra fluxum ventris aduruntur,ut auferatur gummositas illa per quã laxabant.

Papauer si simpliciter scriptum reperitur semper de albo intelligatur:& de semine non de alia parte plantæ. Modus uero assationes eius est sicut cætera semina: supra in diadragacantho calido,clare modum reperies.

Descriptio. XV.

TROCHISCI de myrrha Rasis in.9.Almanso. cap. de prouocatione menstruorum,optimi & efficaces in prouocatione menstruorum.

℞. Myrrhæ.3.iii. lupinorum optime tritorum.3.v.foliorũ rutæ,mentastri,pulegii, cimini, rubeæ tinctorum,asæ.i.asæ fœtidæ,serapini,opopanaci an.3.ii.conterantur omnia, & conficiantur trochisci cum aqua in qua bullierint & coctæ fuerint.3.ii.seminis iuniperi.

Notent apothecarij ut suis erroribus corrigantur.Nã reperitur in receptis asa simplici ſſcriptũ,& idẽ est qđ asa fœtida.Et assa duplici ſſ,idem est quod thymus:quare hãc notate differentiã.Et ideo in cõpositione multi errant ponen

tes thymum pro assa fœtida.

Si reperitur scriptum in receptis simpliciter rubeæ uel rubea, semper debes intelligere de rubea tinctorum quæ est quædam radix, cum qua tinctores in rubeum tingunt.

Descriptio. XVI.

TROCHISCI de terra sigillata Mes. inuentione nostra qui sunt in usu: ultimi iuuamenti ad sputū & ad egressio nē sanguinis, & propriæ sumpti cū aqua arnoglossæ, & leniti super frontem sedant fluxum sanguinis, ex naribus & linīti super matricem sedant fluxum menstruorum, & qñq; injiciuntur in matricem, & in ueficam, & liniuntur partes pectinis, & omne membrum emanationis sanguinis.

℞. Sanguinis draconis, gummi arab. asfi, ramich. i. cuiusdā cōpositionis infra describendæ, foliorum rosarum, seminū earum. s. rosarum, amydi asfi, spodii, achaciæ, lapidis hæmatitis, eufistides. i. hypoquistidos, balaustiæ, boli armeni, seu luti armeni quod idem est: terræ sigillatæ, sehedengi. i. seminis canapis, coralli. s. rubei, charabæ, an. ʒ .ii. margaritarum, dragachanthi, papaueris nigri, an. ʒ .i. s. se. portulacæ assæ, cornu cerui usti, thuris, gallarū, croci, ana. ʒ .ii. conterantur oīa & fiant trochisci cum aqua arnoglossæ. i. cum aqua plantaginis & hi sunt sine opio. Sed si cum opio facere vis, addas suprascriptis opii thebaici. ʒ .ii.

Differentia est inter sedenagi & schedengi, sedenagi est lapis hæmatitis, schedengi vero idem est quod semen canapis, contrariæ tamen opinionis fuerunt Gentilis & Christophorus de Honestis exponentes de mente aliquorum ꝙ est fumus terræ, sehedengi non semen canapis. Ego uero appoīi facio dictum semen cum magis hoc in casu conueniat.

Varia est opinio inter homines de semine rosæ: quidam .n. dñt ꝙ semina rosæ sunt quædam grana quæ reperiuntur inclusa in illa parua grossitiæ q̄ sustinet folia rosæ, & sunt piłosa. Quidam dñt ꝙ nō illa, sed illa sunt quæ reperiuntur in medio rosæ habentia colorem glaucū, & ista opinio est falsa. Nā illa a doctoribus appellatur anthera. Prima ergo opinio est vera, eo ꝙ semen alicuius dicitur esse: illud quo semināto producit sibi simile, sed hoc facit illud semen pilosum grossitudinis grossi milii nō rotundū, sed cōpressum, qđ reperit apiēdo illā paruā grossitiē, ut supra dictū est, & uulgo dicitur grataculo. Et colligendū est de mēse Maii vel Apri.

In receptis quando simpliciter scriptum reperitur corali rubei apponendi sunt, de eis intelligendo, & non de aliis. Si uero scriptum reperiatur corallorum, et de rubeis & albis est intelligendum.

Hypoquistidos, ideſt succus ipsius herbæ in medicinis apponitur ut supra dixi: qui fieri debet in mense Aprilis & Maii, & vsui reseruari.

Descriptio. XVII.

TROCHISCI de anisso Mes. qui auferunt febres antiquas, & aperiūt oppilationes, & emendāt malitias hepatis.

℞. Anisi. s. seminis, eupatorii an. ʒ .ii. seminis anethi, spicæ, masticis, folii, absinthii, assari, apii. s. seminis, amygdalarum amararum an. ʒ .s. aloes. ʒ .ii. conterantur omnia, & fiant trochisci cum succo absinthii.

Amygdalarum si simpliciter scriptæ reperiantur & absolute, tūc de amaris est intelligēdum, & nō de aliis nisi exprimant. Eo qa dulces cōpetūt esui. Amaræ vero usui medicię.

Medicinæ quę sumuntur a superfluitatibus animalium debent sumi ab animalibus viuentibus sanis, et temporeveris, vt cornu cerui &c.

Descriptio. XVIII.

TROCHISCI de agarico extracti ex dictis Mes. cap. de agarico, & sunt incolumes, & hoc modo agaricus cōiter præparatur & dicitur agaricus trochiscatus cuius magnificata ē operatio. De quo Democritus dixit, qđ est medicina familiæ, quia ad singulas partes corporis cōmoditatē affert.

℞. Agarici electi & mundi. ʒ .i. s. salis gemmæ. ʒ . s. zingiberis mundi. ʒ .i. ℈. i. conterantur omnia, & cū oxymelle simplici fiāt trochisci uel in pasta permittant.

Aliqui sunt qui hāc compositionē faciunt, & relinquunt in pasta, & dicunt quod tūc appellari debet agaricus trochiscatus. Si uero reformantur ad formam trochisci, ꝙ tūc appellandi sunt trochisci de agarico. Sed ipsorum salua pace sub quacunq; forma appellari possunt & agaricus trochiscatus, et trochisci de agarico.

Descriptio. XIX.

TROCHISCI alandal Mes. qui ponūtur in hiera Hermetis, & in aliis confectionibus loco colloquintidæ, & sic generaliter faciunt apothecarii.

℞. Colloquintidæ albæ & bonæ mundatæ a granis interioribus. ʒ .x. incidatur cū inciſorio incisione minuta, & fricetur, manibus prius tamen inunctis cum oleo rosato: deinde accipe dragacanthi, gummi arabi. bdellii an. ʒ .s. & gra. xv. aquæ rosatæ. ʒ .iiii. infundantur præscriptæ gummæ in dicta aqua, & dimittantur per dies quatuor, & cum dictis mucillaginibus fiāt trochisci de dicta colloquintida subtiliter incisa, et exiccentur in vmbra. Deinde iterum terantur contritione bona, & iterum cōfice cum glutine eorum, & facias trochiscos, & iterum exicca in umbra, & reserua.

Gummæ colligendæ sunt antequam indurentur & minorentur, quia si non colliguntur illo tempore reducuntur in puluerem, & virtus ipsarum deperditur.

Quare autem medicinæ coagulentur est vt virtus calida quæ in eis est extinguatur uel in totum remoueatur.

Descriptio. XX.

TROCHISCI diacoralli Nicolai, qui ingrediuntur descriptionem tyriacæ de mente Galeni.

℞. Coralli rubei, cinnamomi, myrrhæ, amomi, papaueris albi. an. ʒ .s. squinanti, croci. an. ʒ .ii. calami aromatici. xylobalsami, casiæ lignæ, folii, masticis, polii, fu. i. valerianæ, assari, pedis columbini. an. ʒ .i. Conterantur omnia, & cum vino optimo formentur trochisci de solido uno pro symbolo.

Hic incidenter est notandum ꝙ habens defectum appetitus nunquam debet vti croco, & hæc est regula generalis, quoniam malum fastidium generat. hoc Ioannes de sancto Amando in fine opusculi sui dicit.

Descriptio. XXI.

TROCHISCI de tyro Nicolai, qui etiam in magna tyriaca Galeni ingrediūtur, & inde sortita est nomen tyriaca.

℞. Tyros longitudinis unius palmi existentes, oculos habentes rubeos, & linguam mobilem, & cornua in modum grani frumenti. Caput & caudam tribus digitis mensuratis abscinde medium quod remanet excoria. Et intestinis projectis optime dulci aqua laua, & in dicta aqua pura & munda coq; donec spinæ a carnibus separētur, postea spinis projectis carnē in marmoreo mortario tere. Et cōmixta eiusdē ponderis farina orobi uel panis frumenti, asfi cum iure suo tempera, & fac inde trochiscos, & reserua.

Trochisci isti non debent esse multæ quantitatis, & bene in medio sunt cōprimendi, & in vmbra exiccandi. Et in sua bonitate & uirtute per annum seruantur & non plus.

Descriptio. XXII.

TROCHISCI de squilla Nicolai qui etiam ingrediūtur compositionem tyriacæ.

℞. Squillam integram, & diuide interiorem, & posteriorē partem abiiciendo, mediam vero partem inuolue in pasta fermentata, & in furno coq;, cocta abstrahatur de pasta, teratur in mortario bene, & tantundem farinæ orobi adde, & exinde trochiscos reforma cū uino vel melle puro & mundo & in umbra exiccentur. Et si deest orobum tantundem panis asfi subtilissime triti pone.

Mel purum & electum hoc modo cognoscitur & habet sex conditiones prout infrascriptum. Primo debet esse vernale, quia illud melius est hyemali. Secundo ꝙ sit rubeum. Tertio ꝙ sit graue, unde quod in fundo est melius est. Quarto ꝙ sit dulce, quia quanto dulcius tanto melius. Quinto ꝙ sit densum quia quanto densius tanto perfectius. Item mel apum melius est quam mel cannæ.

Cōmemorare insuper, ꝙ infra tāgetur, ꝙ squilla cū cultello ferreo non est incidēda, nec interior & exterior pars accipiēda, cā aūt infra assignabit in tractatu syrupo℞, & loch.

Descriptio. XXIII.

TROCHISCI Alindaracarō. i. Andromachi Aui. ʒ .cā. & est tertia descriptio, qui ingrediuntur cōpositionē tyria-

ex magnx Andromachi.

℞. Asselibet.i.arboris cornutæ uel mespillũ 3.vi. squinanti ʒ.i.calami aromatici,myrrhę,assari,xylobalsami.an.3.vi.cinnamomi,amomi.an.3.iii.casiæ lignex.3.vi.amaracon.i.maioranæ.3.xx.spicæ indæ.3.xvi.polii.3.vi.myr.ʒ.iii.ma. 3.vi. cro.ʒ.i.s.cõterantur oia p se,& fiãt trochis. cum uino albo.

Species trochiscorum omnium subtilissime conterendæ sunt,& per spissum setatium transeundæ, ut melius per omnia membra transire possint & per paruas venas.

Asselibet dicit Gentilis q̃ ignoratur quid sit, sed eius loco dẽt poni xylocarates,xylocarates not.i. arbor cornuta q̃ est arbor portans cornales vel mespilos loco summitatis alteri⁹ accipi põt,ut ab antiq̃s doctorib⁹ colligere potuit &c.

Descriptio. XXIIII.

TROCHISCI de vipera Aui.5.can. qui sunt trochisci de tyro qui ingrediuntur tyriacã, Rasis tñ & Andromachus melius ostendunt de forma viperæ quam faciat Auic.

℞. Viperas nouiter captas, & abiciant̃ a parte capitis eius quatuor digiti, & similiter a parte caudæ ipsius,medium vero q̃d remanet cõseruet̃,& aperiatur, & extrahãtur viscera eius,& ꝓpriæ fel eius.Et bene abluatur cũ aqua salita ablutione exquisitissima,hoc facto decoquantur in aqua bene salita,& cũ eis addatur anethũ,& coquãtur leui coctione,donec leuis fiat collectio carnis ab osse ipsarũ, & carnes earũ in mortario lapideo bene pistent̃,deinde misceãtur cũ quãtitate æquali tortellarũ de seni bene contritarũ, & fiant trochisci cũ iure earũ,& qui eos facere vult ungat digitos suos oleo balsami,et fiant trochisci parui bene cõpressi,qui exiccentur in umbra,ꝓ annũ cõseruantur, et administrẽtur &c.

Vipera de qua suprascripti trochisci fieri debẽt debet habere has cõditiones.Primo dẽt habere planũ & latũ, apud propinquitatẽ colli debet esse minuta & subtilis ualde.Cauda curta strepitũ faciens & sonitũ in incessu,uel oxymotu, & aspectus eius prosumptuosus & audax & flaua & de flauis fœmina.Cuius cognitio est, quia masculi hñt unũ dẽtem in oi latere,& fœminæ plures,& capi debent in loco sicco,humidæ.n.sunt malæ,et sint velocis motus,tenentes caput altũ ac eleuatũ,& ut capiunt̃,illico incidatur pars capitis & caudæ sm quantitatẽ in trochiscis dictam, & si ab eis currit sanguis plurimus fuerit motus eius in illa dispositiõe plurimus & mors ipsius tarda,tunc scias q̃ est electa.Ex vipera igitur suprascripta signa habentia trochisci fieri debent.

Trochisci sint parui,immo minuti,subtiles,exiccentur in vmbra & reponãtur. Custodiantur etiam a radiis solaribus ante et post exiccationem. Sol enim destruit,et priuat eos a uirtute appropriata carnibus uiperarum &c.

Descriptio. XXV.

GALLIA muscata Mes.quæ cerebrum & cor confortat, & ingreditur in descriptionibus medicinarum, & facit cor poris & oris odorem bonum.

℞. Xyloaloes crudi.i.ligni aloes crudi.3.v.ambræ.3.iii.musci boni.3.i.gũmi dragacanthi liquefacti in aqua rosata. q.s. & fiant trochisci conterendo conterenda,& sigillentur.

Muscus.n.& ambra teréda nõ sunt,nec puluerizanda.sed dissoluenda sunt cum aqua, eo quia puluerizando euaporat uirtus sua ut de gummis,dixi in recepta diadragacanthi.

Descriptio. XXVI.

GALLIA sebelia Mes. quæ stomachum & cor cõfortat, & hepar debilitat,et ingreditur in medicinis magnis.

℞. Foliorum rosarum recentium et humidarum quæ iam incipiunt referare nodos.i.quæ quasi sunt completæ,dilatatæ. ʒ.i.s.terantur contritione ultima in mortario lapideo, deinde accipi ligni aloes boni et electi, garyophyl. gummi arabi.spicæ indæ.an.3.i.s.sãdalorum citrinorum.3.ii.ramich.i. cuiusdam compositionis.3.iii.Terantur omnia hæc subtilissimæ,et misceantur cum suprascriptis rosis,et simul pistando bene misceantur humectando omnia cum pauco aquæ rosæ infusionis gummi arabici,et iterum terantur,deinde iterum humectentur et terantur,et hoc facias per totam unam diẽ, postea aromatizẽtur cum ℈.ii.musci, ambræ,et camphoræ. an.aureũ mediũ.i.℈.ii.et 3.v.et fiant trochisci,et sigillentur.

Galliæ omnes species sunt subtilissime terendæ, et per spissum cribrum transeundæ, ut ipsarum confortatio ad longinqua membra penetrare possit.

Ista compositio est illa quę intrat in aroma.nardino Mes. et de ista intelligitur cũ scriptũ reperitur gallia sebelia etc.

Descriptio. XXVII.

GALLIA alefangina Mes.de qua plurimi loquuntur ce rebrum,cor,stomachum,et hepar confortans,et omnia mẽbra nutritionis,et linitur super neruos debiles,et confortat eos,et ingreditur in medicinis magnis.

℞. Myrobalanorum emblicorum abiectis ossibus. ʒ.iii.conterantur contritione grossa,et ponantur in uase vitreo stricti orificii,et super eos fundatur aquæ rosæ li.s.in qua prius fuerit infusum per diem et noctem rosarum siccarũ,et corticũ citri.an.3.ii.et stringatur os uasis, et dimittat̃ p dies tres deinde iterũ infundantur.ʒ.iiii. aquæ rosæ præparatæ ut supra super eos,et iterum per triduum dimittatur, postea et tertio iterꝝ.ʒ.iiii.de dicta aqua ros.ꝑparata ut supra sup eos ponatur,et per triduum dimittatur obturãdo os uasis ut supra usquequo uirtus in dicta aqua rosata myrobalanorum relicta sit:deinde colentur,et aquæ reseruentur,postea accipiatur ligni aloes boni. ʒ.i. Ramich. i. illius compositionis ʒ.i.s.rosarũ.3.x.garyophyl.ʒ.x.spicæ indæ.3.iii. sandali citrini aromatici.i. odoriferi.ʒ.s.gũmi arabi.3.vi. Terantur oia subtilissime,et fundatur paulatim super eos de suprascripta aqua ro.colata a myrobalanis et intantum conterantur, q̃ dicta aqua tota permisceatur cum dictis pulueribus,ultimo uero aromatizetur cum camphoræ.3.i.ambrę.3.ii.musci boni.3.i.et fiant inde trochisci,et sigillentur.

Si ſm doctrinam tibi supra datam non uelles camphorã dissoluere,sed puluerizare,tũc ne tota circum mortario deperdatur hoc modo facias,primo sic, in dicto mortario pistabis duas uel tres amygdalas a quibus exit quædã unctuositas,quæ circũuoluta mortario, non permittit camphoram mortario adhærere,pistatis amygdalis abiiciãtur,et cãphora itra ponatur et pistetur,et sic nihil de ea deperditur, hæc an notare uolui propter iuuenes, quanquam ego antiquos quandoq; in hoc errare uiderim,et non sine risu etc.

Descriptio. XXVIII.

GALLIA magna,siue regalis,seu zucha alertif.Mes.quę stomachum,cor,& hepar, & omnia membra nutritiua confortat,appetitum excitat.& digestionem procurat.

℞. Succi albelah lib.i.bulliat ebullitione vna,deinde coletur & proiiciatur super ipsum, gallarum recentium contritarum contritione vltima ʒ.iii.& simul bulliant donec fiant sicut mel.deinde accipe rosarum. ʒ. i. cardamomi.s.maioris & minoris,linguæ auis.i.sem.fraxini,garyophyl. nucis musca.masticis,ligni aloes.an. 3.vii.s.darseni.i.cinnamomi electi.3.iii. sandali mazachari. i. citrini. 3.v.croci. 3.s.gummi ara.ʒ.i.Terantur contritione subtilissima, & cribellentur, deinde misce cum prædicto succo,postea expandantur omnia hæc mixta super marmor inunctum oleo amygdalarum, & dimittantur donec siccentur,deinde puluerizentur subtilissime,& aromatizentur cum aureo.s.musci dissoluti in aqua ros.& cum dicta aqua fiant trochisci, qui exiccentur in vmbra.& sigillentur & reseruentur.

Inter doctores magna est diuersitas de albelah, quidã.n. dicunt q̃ est flos palmæ:ut Aui.quidam q̃ est species dactylorum.Alii q̃ sunt dactyli immaturi,& hæc opinio uera est: Sed quia non portantur nostra in patriam ita uirides,q̃ succus ab eis extrahi possit,igitur hoc modo faciẽdum est.Accipias dactylos immaturos quantitatem quã uolueris, ut libras duas bene pistentur vel minutissime incidãtur, & post incisionem apponantur ad ignẽ cum lib.duabus aquæ cõis, & permittantur simul bullire donec aqua remaneat in lib: s.deinde dicti dactyli exprimantur bene in pecia vel staminea,& succositas ab eis exiens reseruetur, & utatur in confectione.& hoc facias si succum dactylorum habere non potes,q̃ si haberi põt succus magis conueniens esset: quanquã .n.ab ipsa decoctione uirtus ipsorum extrahatur, tñ per dictam decoctionem de virtute eius indubie resoluitur.

Descriptio. XXIX.

CONFECTIO seu trochisci ramich. Mes.quæ est medicina

dicina compoſita, & recipitur in aliis medicinis,& confortat ſtomachum,cor,& hepar,& ualet ad lubricitatem uiſcerum, & inteſtinorum,& ſedat acuitatem, & ſiſtit fluxum cholericum, & uomitum.

In Meſue etiã antiquo habetur ſuci granatorũ myrthi un.4. ſi.iſte forte careſt mirtillis ideo hoc mõ ſcripſit.

℞.Succi acetoſæ uel cydoniorum.℥.xvi.roſarũ.℥.i.granorum myrti.℥.ii.bulliant ſimul ebullitione una, poſtea colentur, & colaturæ miſceantur gallarũ recentiũ & humidarum contritarũ contritione ultima.℥.iii.& iterũ coquant, deinde puluerizẽtur ſuper ea foliorum roſarum.℥.i. ſandali mazachari.i.citrini.3.x. gũmi arab.3.s.ſumach, ſpodii de canna.an.3.viii. ſucci agreſtæ.3.vii. ſucci granatorũ myrtillorũ tritorũ ultima cõtritione.an.℥.s. ligni aloes, garyophyllo. macis nucis muſc.an.℥.s. miſceantur omnia ſimul in ſcutella lapidea,& illic permittant donec exiccent. Poſtea puluerizentur ſubtiliſsime, & cũ.3.i.s. camphoræ diſſolutæ in aqua roſata fiant trochiſci.ad pondus.3.i.&.reſerua.

Hic multi hæſitant propter falſitatem literæ, una enim litera dicit ſucci granorum,myrtyllorũ, & illa falſa eſt.Sed dicere debet ut præſcripſi.ſ.ſucci granatorum,myrtillorum tritorum, & ſic bene,fiat,& in hac patria fieri poſſunt &c.

Deſcriptio. XXX.

TORTELLAE de ſeni ſcdm Mattheum.Syl. quæ ingrediuntur deſcriptionem trochiſcorum de uipera, & in emplaſtro diaphœniconis, & in aliis deſcriptionibus.

℞.Farinæ tritici bene purgatæ a tritico ſeu furfuræ lib.i.impaſtetur cum aqua infuſionis maſticis, ponendo pro omni vnc.i.aquæ communis.3.i.maſticis electi, & de dicta farina fiant placentæ paruæ quæ in furno decoquantur, & coctæ puluerizentur,& cum prædicta aqua iterum reformẽtur ad formam trochiſcorum & decoquantur,poſtea reſeruentur.

Appellat compoſitio hæc tortella de ſeni nam tortella.i. panis azimus bis coctus, de ſeni de terra Hieruſalẽ: qm̃ ibi Arabes ipaſtãt eas cũ aqua maſticis,habes igitur ex his modum faciendi & ethymologiã uocabuli tortellarũ de ſeni.

Deſcriptio. XXXI.

MODVS ſigillandi trochiſcos.

℞. Aſsides duas planas longitudinis & latitudinis æquales quæ ſint ex forti ligno & plano. Et dictas aſsides concauabis ad formam unius trochiſci, & concauatio ſit profunda ſecundum quòd intendis q trochiſci remaneant groſsi, & illa concauatio ſit æqualis in dictis duabus aſsidibus. Et poſtquàm feceris paſtam tuorum trochiſcorum inunge dictam concauationem quæ in aſsidibus eſt oleo amygdalarum dulcium deinde impleas paſta,& poſtea dictas aſsides æquabis,& ambas fortiter comprimes, & quod ſuperfluum erit amouebis, & ita habes trochiſcos factos.

Sed ſunt qui uolunt aliquod ſignũ uel figuram in trochiſcis imprimere.Igitur ſcribas quicquid tibi uidetur in dictis cõcauitatibus,& iſtud idẽ in trochiſcis imprimetur.Et hic ẽ modus ſigillandi omnes trochiſcos.Et his præſcriptis & intellectis finis ẽ quartæ diſtinctioni quę ẽ de trochiſcis.

Incipit quinta diſtinctio quæ eſt de pulueribus.Et continet 11.deſcriptiones. Quarum prima eſt.

PVLVIS pro epithymate cordis magiſtralis.Et ego eam fieri facio.

℞.Florũ bugloſſæ,florum boraginis, florum meliſſæ an. M.s. ſandalorũ omnium roſarum rubearum. an. 3.ii.doronigi,been albi & rubei,Karabe, oſsis de corde cerui.an.℈.iiii. corticum citri,ſem.acetoſæ ligni, aloes, garyophyllorum an. 3.i.s.croci.℈.s.margaritarum.3.s.muſci.gra. iii.camphoræ gra.vi.fragmentorum pretioſorum omnium 3.i. corallorum vtriuſq; ſpodii an.3.s. conterantur omnia per ſe, deinde miſceantur & uſui reſeruentur.

Flores omnes in umbra exiccari debent. Nam ſi in ſole exiccarentur pars uirtutis ipſorum deperderetur: ſol enim reſoluit partes ſubtiles & uaporoſas. Apparet & quibuſdam extraneum quòd in hac compoſitione frigida & quæ ad infrigidandum facta eſt crocus apponatur. Sed hoc factum eſt,ut dirigat uirtutem aliarum medicinarum ad cor, & ſic inſtruit Auic.fen.quarta primi cap.2.&c.

Deſcriptio. II.

PVLVIS cordialis magiſtralis.

℞.Corallorum vtriuſq;terræ ſigillatæ an.3.s.raſuræ eboris, cornu cerui an.3.ii.margaritarum.3.i.ſeminum coriandrorum præparatorum,ſpodii,roſarũ an.℈.ii.ſeminis acetoſæ, fragmentorũ precioſorum omnium, oſsis de corde cerui, ana.3.s.zucchari albi.℥.iij.foliorum auri & argenti numero.xxv.conterantur oia per ſe ſubtiliſsime & reſeruentur.

In hac compoſitione zuccharum apponitur duplici cauſa primo ut ſit magis guſtu delectabilis. ſecundo ut citius a natura attrahatur.

Præſcripta autem quomodo cor confortent uel ratione nutrimenti uel qualitatis uel occultæ proprietatis in quæſtione mea de remouentibus uenenoſitatem & malitiam narcoticorum a membris principalibus ſubtiliter excuſi. Quantũ uero ad locũ iſtum pertinet. dico q agũt & rõne qualitatis,& rõne proprietatis occultæ, & hoc magis &c.

Deſcriptio. III.

PVLVIS contra uermes magiſtralis.

℞.Cornu cerui vſti,granellæ præparatę,diptami,ſemi. cauſem.acetoſæ, ſeminum coriandrorum præparatorum ſem.portulacæ oſsis de corde cerui ana.3.s. fragmentorum precioſorum omnium.3.i. rheubarbari electi.3.i.s. foliorum auri numero.7.ſeminis leuiſtici.℈.iiij.conterantur omnia ſubtiliſsimæ & reſeruetur.

Granella hoc modo præparatur. Mundetur ab omni immunditia, & ſuper eam proiiciatur tantum acetum quòd cooperiatur, & omni die acetum permutetur, & hoc fiat per dies nouem,deinde extrahatur ab aceto, & ſuper aſsidem dilatetur & permittatur in umbra exiccari.

Deſcriptio. IIII.

PVLVIS pro bocio Montagnanæ efficax multum.

℞.Auellanę ſpongiæ,combuſtæ, paleæ, marinæ.i. balæ marinæ,chartæ combuſtæ,oſsis ſepiæ,ſem.plantaginis.ana.℥.s. trium pipereon.ſ.albi,longi,& nigri, zingiberis, ſalis gemmæ,pumicis,lapis eſt perforatus, nucis muſcatę, gallarum ariſtolochiæ lon.cinnamo. ellebori albi ellebori nigri,ana. 3.ii.limaturæ acus præparatæ, cineris corticũ ouorum an. 3.s.Conterant ſubtiliſsime, & detur oĩ die.3.i. cũ aqua ſaluiæ p duas horas ante cibum, & uidebis optimum effectũ.

Spongia hoc modo comburitur. primo bene laueur & purgetur a lapilis interioribus. deinde in furno temperato exiccetur,deinde comburatur, & cognoſcitur eius combuſtio quando omnis eius pars puluerizari poteſt, & hoc modo comburitur charta.Cauſa quare hæc duo comburuntur eſt, ut ſint magis corroſiua & penetratiua.

Modus incinerandi cortices ouorum poſitus eſt ſupra in electuario de cineribus.

Limatura uero acus præparatur eo modo quo ſcoria ferri,ut in electuario de ſcoria ferri oſtenditur.

Deſcriptio. V.

PVLVIS nucis magiſtralis pro ſtomacho.

℞.Cinnamomi ſubtilis et electi.3.ii.zingiberis galangę,an. 3.i.garyophyl. nucis muſc. cardamomi.ſ. maioris & minoris, cubebæ, piperis lon. ana.℈.i. zucch. albi.3.vi. miſce & fiat puluis,piſtando prius ſpecies, deinde zuccharum ad faciendum compoſitionem hanc bonam pro omni.℥.i.ſpecierũ apponi debet.℥.i.zucchari ſi perfecta & bona eſſe debet.

Deſcriptio. VI.

PVLVIS ſenę Montagnanæ in antidotario, educens cũ facilitate melancholiã et cholerã aduſtã, mundificans cerebrum,& mẽbra ſenſuum, et aperit oppilationes uiſcerum.

℞.Folliculorũ ſenæ.℥.i.zin.macis,an.3.iii.cinnam. tartari, an.3.s.terant oia ſatis groſſo mõ, et doſis eius eſt.3.i. &c. Folliculi ponẽdi ſunt ĩ hac cõpoſitiõe qa meliores toti⁹ plãtę magiſq; ſolutiui.In foliis uero uirt⁹ ẽ debilis ualde &c.

Deſcriptio. VII.

PVLVIS ſenæ magis ſoluens magiſtralis, habens uirtutem ſuperioris plus tamen ſolutiuus propter diagrydium debet tamen exhiberi in minori doſi.

℞.Folliculorũ ſenæ.℥.ix.tartari.℥.iiii.macis.3.iii.cinna.3.i. s.ſalis idi.℥.s.diagrydii.3.s.terant oia et fiat pul.doſis.ẽ.3.s.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 236 sur 335

Tartarum quod apponi debet in hac compositione est tartarum,uini albi,eo quia magis solutiuum est & penetratiuum quam tartarum uini nigri.

Decriptio. VIII.

PVLVIS pro mingentibus in lecto Montagnanæ efficax multum.

℞. Stomachorum gallinarum præparatorũ ʒ.s. agrimoniæ ʒ.i. cineris heritii cõbusti.ʒ.iii. conterant oia, & detur patienti.ʒ.i.cũ pauco uini uel brodii quando uadit dormitum.

Stomachi gallinarum hoc mõ prẽparant. Accipe aquam capitelli calidã.i.lisciuii quantitatũ conuenientẽ, & infundas stomachos gallinarũ *vel* caponũ per horã, postea abluedo duabus uel tribus uicibus, deinde abiecto lisciuio infunde in uino nigro sicut dictum est de aqua.Et iterum infunde in aquas, ut supra:& iterũ infunde in uino,ut dictũ est abluendo,postea ponantur in furno a quo nouiter panis fuerit extractus,& permittantur exiccari,& reseruentur usui &c.

Hieritium comburitur eo modo quo lepus comburitur. Modus cõbustionis positus est in electuario de cineribus.

Descriptio. IX.

PVLVIS restrictiuus magistralis.

℞.Boli armeni lib.i.myrtillorum lib.s.sanguinis draconis. ʒ.iij.thuris,masticis,an.ʒ.i.rosarũ rubearũ, balaustiarũ an. ʒ.ii. conterantur omnia subtilissime, & usui reseruentur.

Oẽs spẽs puluerũ in hac spuma supra descripta subtilissime sunt cõterendæ & p spissum setaciũ sunt trãseundæ, &c.

Descriptio. X.

PVLVIS pro sacculo capitis magistralis. Qui ẽt põt, sine sacculo apponi sup caput in loco cõmissuræ coronalis, in pauca cum quantitate, & alternatis uicibus, & potest etiam diuersificari sẽdm diuersitatem dispositionis capitis.

℞.Florum camo.stœcados,maioranæ.an.M.s.macis,mastichis,cubebarum,nucis mosc.corticũ citri.ros.an.ʒ.i. coralorum rub.ℨ.ii. salis usti.ℨ.iiii. conterantur hæc, & in pecia suantur, & capiti approximentur.

Quãtitas suprascriptarũ & infrascriptarũ spẽrũ in sacculis apponẽda est.i.ʒ.pro singulo, vt.ʒ.i.s.ad plus, forma sacculi capitis debet eẽ quadrata ad latitudinẽ palmæ manus sacculus uero pro corde debet habere formam cordis &c.

Descriptio. XI.

PVLVIS pro sacculo cordis magistralis, qui satis tẽperatus est,põt tñ fieri & magis calidus & frigidus etiam secundum exigentiam & diuersitatem dispositionis cordis.

℞.Florum bor.buglossæ,melissæ, an.M.i.rosarum rub.M.i. florũ camemillæ, anthos.an. M.s.sandalorũ oium been al.& rubei,ossis de corde cerui.an.ʒ.i.corallorum rub.sem. acetosæ,corticum citri an.ʒ.s.ligni aloes,garyophy.an.ℨ.ii. misce,& oia grosso modo puluerizentur,& usui reseruentur.

Duæ pscriptæ cõpositiones spẽrũ sunt terendæ grosso mõ, & per cribrũ medicinarũ transeundæ, ut cõmodius possint in saculis stare, ac ut uirtus ipsarum longiori tẽpore duret. Et sic finis imponit ꝙntę distinctioni ꝙ fuit de pulueribus.

De pulueribus fuit opinio quorundam quòd uirtus earum duraret vsquę ad sex menses:sed huic opinioni ego nõ adhereo eo quia in spatio sex mensium uirtutes puluerum resoluuntur,& efficiuntur debiles. Igitur dicas quòd per duos menses conseruantur in bonitate sua & non plus.

Incipit sexta distinctio quæ est de loch. Et continet nouem descriptiones. Quarum prima est.

LOCH de pino Mesuę. conferens ad tussim antiquam ad asthma, & sputi uiscositatem,& constrictionem anhelitus.

℞.Granorum pini mundatorum & recentium.ʒ.xxx. amygdalarum dulcium excorticatarum, auellanarum assatarum,dragacanthi gummi arabi.liquiritiæ.ſ. radicis, succi liquiritiæ,amyli,capil.ven.radicũ lilii cœlestis.i. ireos. an. ʒ.s.carnium dactylorum heyron.i. illius prouinciæ.ʒ.xxxv. amygdalarũ amararum etiã excorticatarũ.ʒ.iii.mellis passularũ,zuc. rabarzeth,butyri recentis.an.ʒ.s. mellis rabarzet, quid sit supra declaratum est li.i.& ʒ.v.s.& fiat loch,mel coquendo & depurando.

Auellanæ assantur quemadmodum femina, igitur facias ut supra tibi ostendi de seminibus, & hoc modo habes doctrinam assationis earum. Assantur autem quoniam assatæ maturant catarrhum, sed cortex interior abiicitur, & hoc modo assando remouetur quædam superflua humiditas.

Dragacanthum, quod ponitur in omni loch præparatur hoc modo. Accipiatur mellis & aquæ,an. quantum sufficit, & in eis infundatur dragacanthum,& permittatur, deinde per setacium fricando transeatur, & hoc modo utatur & sic facias de omnibus gummis in loch intrantibus.

Nucleus si simpliciter scribit̃,de nucleo pini intelligit̃ ꝙdam uero alii de nucleo oliuę intelligũt.Aui.uero.ɔ.can.de nucleo dactyli itellexit.Sed pria opinio uerior et melior ẽ.

Mel.passulatum fit hoc mõ.Exprimantur passulæ donec ex eis exeat succus,et accipe de dicto succo partẽ unã, mellis ptes duas,uidelicet succi passularũ.ʒ.i.mellis.ʒ.ii.misce, & bulliant simul vsq; ad consumptionem succi, & tunc erit mel passulatũ.Et hoc mõ ostendit facere Gal.mel. myrtinũ quòd fit ex duabus ptibus mellis & una myrtillorum.ſ.succi In suo antidotario minori in confectione,quæ incipit.Confectio mellis myrtini Quod si succus earum haberi nõ põt, hoc modo facias, passularum.ʒ.ii. aquæ.ʒ.vi. bulliant simul vsq; fere ad consumptionem aquæ,deinde exprime passulas & adde duplum mellis,& coque & erit mel passulatum.

Varia reperitur litera in hac cõpositione, quædã.n. dicit ut supra annotatum est,& ista litera bona est. Alia uero dicit mel cannæ.q.ſ.& idẽ est ꝙ puluis zucchari, eo quia puluis ille extrahitur ex cannis,& condensari nõ põt, & antiqui mel cannæ appellabant.Alia uero dicit zucchari tabarzet & idem significat ꝙ zuccharum illius regionis quod est albissimum,purum,et bene coctum,uerum quia non cognoscitur ipsorum diuersitas accipitur zuccharum me derę.

Descriptio. II.

LOCH de papauere seu diapapauer Mes.Conferens ad tussim calidam,et pectoris asperitatem,et cuius sputum est tenue ingens ingrossatione & immaturatione, & confert ad febrem calidam, et dolorem pectoris, & pleurisim.

℞.Seminis papaueris al.ʒ.xxv.amygdalarum dulcium excorticatarũ,granorũ pini, gummi arab. dragacanthi, succi liquiritiæ,an.ʒ.x.amydi.ʒ.s.sem. portulacæ, seminis lactucæ,seminis cydoniorum,ana.ʒ.s.croci.ʒ.i. penidiarum albarum.ʒ.iiii.syrupi de papauere hoc modo facti lib.i. & fiat loch in bona forma.

Syrupus iste debet hoc mõ fieri. ℞. capita papaueris albi & nigri, & an.M.s sem.lact.uiolarũ an.ʒ.i.bulliãt hæc in libris.iiii.aquæ secũdum artem,deinde colentur, & additis lib.ii.zucchari fiat syrupus,de quo fiat loch præscriptum.

Descriptio. III.

LOCH sanum & expertum Mes. conferens ad tussim & raucedinẽ uocis,quæ est propter frigiditatem, & phlegma grossum quod in pectore contineatur & pulmone.

℞.Cinnamo.hyssopi siccæ,liquiritiæ,an.ʒ.s.iuiubarũ, sebestẽn,ana numero.xxx.passularũ enucleatarũ, ficuũ siccarum dactylorum pinguiũ ana.ʒ.ii.fœnugræ.ireos.ſ. radicis calamenti.ſ.montani,sem.lini.ana.ʒ.i.hæc oia coquantur ſm artem in lib.iiii.aquæ vsq; ad consumptionem medietatis,deinde colentur, & in colatura addantur penidiarum lib.ii.& coquant vsq; ad spissitudinẽ mellis, deinde proiiciantur super eis pinearum mundatarum.ʒ.v. amygdalarũ mundatarum,liquiritiæ,dragacanthi,gummi arabici prẽparati ut supra.amydi,an.ʒ.iii.ireos.ʒ.ii.misce oia simul, prius tñ bene contusis conterendis,& puluerizatis puluerizandis, et reducantur ad formam loch, bene omnia commiscendo.

Coqui secundum artem est plus et minus res bullire secundum quod sui natura plus et minus sustinent de decoctione.Quæ uero sint illa quę sustineãt multum de decoctione, q iæ uero minus in ultima distinctione declarabitur pro nunc his sis contentus.

Descriptio. IIII.

LOCH ad asthma.Mes. bonum etiam ad constrictionem anhelitus,et ad tussim antiquã,et subtiliat humo.ẽ grossum

℞.Squillæ

℞.Squillæ assatę.ʒ.s.ireos.ſ.radicis.ʒ.ii.hyſſopi,praſi.an.ʒ.i.myrrhæ,croci,an.ʒ.i.mellis cocti & bene deſpumati.ʒ.ii. & fiat loch prius conterendo ſubtiliter præſcripta.

Modus aſſandi ſquillam talis eſt.Accipe cepæ ſquillæ mediocris magnitudinis,& amoue cortices exteriores & interiores obiiciendo ambas. Quæ uero in medio ſunt inuoluas in paſta hordei, & ſit paſta groſſa groſsitudinis digiti, deinde ponantur in furno,tādiu dimittātur, ꝙ paſta effecta ſit rubea,deinde extrahe,& dimitte infrigidari,poſt infrigidationem aperiatur. ſi bene aſſata eſt, contere ſubtiliter,& utere.Aliter, iterum inuoluas in alia paſta,& in furno ponas,& tantum hoc facias quòd bene aſſata ſit.nam niſi bene aſſentut,remanet in eis acuitas mala, quare nocent ſtomacho & uentri ualde,uomitumq; & nauſeam faciunt.

Mel,nota ꝙ bene deſpumari dēt in quacūq; cōpōne ponatur,& maxime in loch,& ꝓfectionibus pectoralibus, eo ꝙ qñ ſpuma ab eo nō eſt ablata,facit tuſſim,& laxat uētrē,quare notent apothecarii,quia qūq; ſunt cā magni detrimenti.

Deſcriptio. V.

LOCH de ſquilla Meſ.qđ eſt medicamē iuuamēti magni eis quibus materia groſſa & uiſcoſa & difficilis maturationis exuberat ī mēbris anhelitus,reddēs eā facilē ad expellēdū,& ꝓfert difficultati anhelit⁹ & dolori pectoris, & late℞. ℞.Succi ſquillę,mellis colati & bene deſpumati an.ʒ.vi. miſce,& ſimul coq; uſq; ad formam loch, & reſeruetur.

Modus extrahendi ſuccū a ſquilla talis eſt.Mūdeē ſquilla a ſupioribus,& interioribus corticibus,quia uenenoſæ,sūt & mediæ ſumantur.Et bene inuoluant in paſta factā cū farina hordei uel ſiliginis,vł fruměti,nō aūt ex luto ut quidā fatui faciūt.Et notāter dictū eſt ī paſta hordei ſiliginis,uel fruměti,nō aūt in luto.Lutū.n.hēt ſorditiē,immo addūt in uirtute earū,& ſubtiliāt & mūdificant ipſas,& poſt inuolutionē in dicta paſta ponantur in furno tēperate calido,& ꝓmittant uſq; ad coctură paſtæ in qua laminę ſquillę ſunt,deinde extrahant,& abiecta paſta accipiant laminæ ſquillæ ita calidę,& ꝓiciant in mortario lapideo prius calefacto,& piſtello ligneo bene piſtent,nō aūt cū piſtello ferri, ferrum.n.facit eis rubiginē quæ rubigo uenenoſa ē, & poſt ꝓfectā piſtationē cōfeſtim ante infrigidationē ipſarū in ſubtili petia inuoluantur,& exprimant fortiter,& ſic ſuccū habebis. Nec infrigidari ꝓmittant,eo quia infrigidatæ ſuccus haberi non poſſet propter maximā uiſcoſitatem quā facerēt &c. Quod ſi ſquilla careremus,apponi poteſt loco eius raphanus.

Deſcriptio. VI.

LOCH de pulmone uulpis magiſtralis.Et Meſ.cap.de phthiſi ponit ipſum de mēte Gal.Auic. ēt.13.ca.de cura ulcerū pectoris,& eſt ex medicinis mirabilis iuuamēti aggregantibus uirtutē cōfortationis & mūdificationis pulmonis. ℞.Succi liqui.pulmonis uulpis præparati,ſem.fœniculi,capil.ve.an.ʒ.i.mellis lib.i.coquantur, beneq; deſpumentur, & commiſceantur &c.prius bene conterendo.

Pulmo uulpis hoc mō præparatur & cōſeruatur,mundetur per optime ab oībus ſuis immūditiis,deinde illum bene laues cū aqua uitæ,& poſtea illum aſpergas zuccharo optimo bene puluerizato,deinde ꝓmittatur exiccari in ſtupha uel furno leuiter calido.Et poſt ipſius exiccationē inuoluatur in abſinthio,conſeruat.n.illū a corroſione uermiū.Alio modo conſeruari & præparari pōt hoc mō.Accipe pulmones uulpis numero.vi.ſcindantur per uenas & cannas, poſtea abluantur cum uino albo dulci & calido & odorifero, quatuor uel quinque uicibus per horam pro qualibet uice, poſtea exiccentur in abſinthio.& modus iſte melior eſt.

Deſcriptio. VII.

LOCH de althea magiſtralis.Cōferēs mirabiłr in plenitudine pectoris,& pulmōis,facilitādo ſputū, abſtergēdo & reſcindēdo materias groſſas,& prohibēdo ab apoſtemate. ℞.Radicū altheæ quantū placet,lauent optime,& a ligno interiori mūdentur.Poſtea incidantur per tranſuerſum minutiſsimæ,& coquantur in aqua cōplera decoctione,poſtea optime piſtent, deinde ſtamignentur cū ſua decoctione, ſi per ſe non poſſent manibus tranſire fortiter cōprimant: de hac colatura accipe lib.iiii.mellis bñ deſpumati li.ii. liqui. mundæ & bene puluerizatæ.ʒ.vi.paſſularum bene contuſarum.ʒ.iii.pulmonis uulpis ſem. cotti.ana.ℨ.iiii. Conterantur omnia ſubtiliſsime & miſceantur, & bulliant uſquequo habeant formam loch,& in fine poſt aliqualem infrigidationem apponantur præſcriptæ ſpecies &c.

Species omnes in loch intrantes debent ſubtiliſsime cōteri,& per ſpiſſum ſetacium tranſiri,& non tantum ſpecies loch,ſed omnes medicinæ pectorales. Loch omnes in ſua bonitate per duos annos ſeruantur propriæ delectabiles, horribiles uero uſque ad tres annos ſeruari poſſunt.

Deſcriptio. VIII.

MIXTVRA pectoralis per me compoſita.

℞.Zucchari uiolati,zucchari buglоſſati,zucchari boraginati,manuſchriſti uiolati,an.ʒ.iiii.diairis zuccha.penidiarum, dragacanthi.an.ʒ.vi.diacalamenti,loch de althæa an.ʒ.ii.miſce,& cum ſyrup.uiol.fiat mixtura, & reſeruetur.

In iſta cōpōne eſt notandū ꝙ ſi debitā formā habere debet, neceſſe eſt ꝙ manuſchriſti, penidii, diadragacanthi & diairi,ſubtiliſsime prius per ſe terantur,deinde cum aliis rebus miſceantur, & cum ſyrupo prædicto humectentur.

Deſcriptio. IX.

MIXTVRA cordialis per me compoſita.

℞.Diaboraginati,diabuglоſſati,zucchari uiol.ana.ʒ.iii.zuccha.roſa.vnc.ii.amaræ natæ vnc.vi.zuc.candidi.vnc.ii.conteratur ſubtiliſsime zuccharū candidum,deinde omnia miſceantur & cum ſyrupo de acetoſitate citri fiat mixtura.

Candi ſi ſimpliciter ſcriptum reperiatur, uel candi uiolati uel roſati.Illud eſt zuccharum roſatum uel uiolatum in duratum quod reperitur in fundo uaſis ubi reconditur iulep roſatum,& de eo eſt intelligendum.

Iſta componentia hanc mixturam debent multum bene commiſceri in mortario ſemper & paulatim ſyrupum addendo, donec ipſorum debita fuerit facta permixtio.Et ſic fit concluſum de ſexta diſtinctione quæ fuit de loch &c.

Incipit ſeptima diſtinctio quæ eſt de ſyrupis. Et continet 46. deſcriptiones. Quarum prima eſt.

SYRVPVS acetoſus ſimplex Meſ.cuius iam magnificata eſt uirtus,& excellentia in communitate, & poſſe ipſius in materias calidas,& frigidas,& ſubtiles & groſſas & uiſcoſas ſiue adhærentes.

℞.Zuccha.li.v.aquæ lib.iiii.& cū ea clarificeē zuccharum, quo clarificato cū igne lēto ſemp ſpumā abiiciendo,deinde proiiciatur ſup illud aceti uini albi lib.ii.in leui & forti partes quatuor.ſ.lib.iiii.& in mediocri partes tres.ſ.li.iii.& da ei poſt illud perfectionem decoctionis.Sed uſitatus modus eſt ponere lib.ii.aceti & facere ſyrupum,& hic in uſu eſt.

Multi dubitant in hac recepta,& apparet eis ambiguum id quod Meſ. dicit,& referunt illud forte, & illud debile, & illud leue ad acetum.Et non debet referri ad acetum,ſed ad uirtutem ſyrupi. Et ſic clara eſt litera.

Deſcriptio. II.

SYRVPVS magiſtralis de duabus radicibus efficax & conueniēs in digerēdo materias mixtas cholericas & phlegmaticas,uſus tamen eius eſt plus ad materiam phlegmaticam,aperit etiam oppilationem ſplenis & renum:.

℞.Radicū petroſilii,radicū fœniculi an.M.i.bene lauent, & a ligno interiori mūdentur,& abradantur,deinde bulliāt in lib.viii.aquæ uſq; ad conſumptionē medietatis, deinde colētur,& ꝑdictæ colaturæ addantur zucch.clarificati li.ii. & bulliant uſq; ad perfectā decoctionē & formam ſyrupi.

In iſto ſyru.ſunt qui ponūt radicē apii loco radici petroſillii.Sed quia apiū hēt ī ſe hāc ꝓprietatē ꝙ epilepſiā mouet ideo mihi ſuſpectū eſt,& loco ipſius poni facio petroſilliū.

Deſcriptio. III.

SYRVPVS roſatus Meſ.ex infuſione, conueniēs ad extinguendā ſitim in febribus acutis,& ad remittendum exceſſum caliditatis in eis,confortans ſtomachum relaxatum, & hepar ſuper calefactum,& cor,reſiſtens putredini,& conueniens tempore peſtilentiæ,& reſidens uenenoſitati.

℞.Aquæ infuſionis roſarum lib.iiii.zucchari clarificati lib.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 238 sur 335

iii.miſce,& fiat ſyrupus, coquendo debito modo.

Modus infuſionis roſarum talis eſt.Accipe foliorum roſarum uiridiū mundatarū li.vi.ponantur in uaſe uitreato ſtricti orificii.& ſuper eas fundantur aquæ feruentis lib.xv. & ſtringat orificiū uaſis,& dimittant p horas.ix.deinde coleꝫ & bene roſæ exprimant.& poſtea abiiciant. Et iterū tātundē foliorum roſarū recētiū in dicto uaſe ponatur,& ſupradicta aqua colata quæ denuo fuerit calefacta ꝓiiciatur,& obturetur,& ꝓmittat ut ſupra.& iterū tertio hoc fiat, deinde coleꝫ,& ſi reſeruare uolueris apponat ad ſolē per dies. 40. in uaſe uitreo ſtricti orificii,& diſtilletur parū olei oliuarū in orificio eius,poſtmodū reſerua,de dicta infuſione accipe qū uolueris,ponendo æqualē quantitatem zucchari cū ea.

Deſcriptio. IIII.

SYRVPVS roſatus ex infuſione roſarum ſiccarum magiſtralis mirabiliter confortans & ſtypticans.

℞.Infuſionis roſarum ſiccarum,zucchari clarificati ana. lib.ii.miſce & fiat ſyrupus coquendo debito modo.

Infuſio roſarum ſiccarum fit ut infuſio roſarū uiridiū hoc excepto,ꝙ loco uiridium ponuntur roſæ ſiccæ, ſed ſecundum eandem quantitatem,tam de roſis quam de aqua.

Omnes ſyrupi reſtringentes,ut ſyrupus roſatus,de granatis,de myrtis, & cæteri conſtrictiui debent bene decoqui lenitiui uero ut uiolarum econtrario.

Deſcriptio. V.

SYRVPVS de endi.magiſtralis qui in uſu eſt ualens præcipue ad ſuper calefactiones hepatis, cordis, & aliorum membrorum nutritiuorum,& generaliter confert cuilibet complexioni calidæ.

℞.Foliorum endi.hepaticæ,capil.uene.an. M.iii. dianthos. M.ii.radicum endi.aquæ endi.ana.lib.i.bulliant autem hæc ſm artem in li.xviii.aquæ ad conſumptionem duarum partium, deinde colentur,& colaturæ addantur zuccha.clarificati lib.vi. & fiat ſyrupus coquendo debito modo.

Nota hic unū uniuerſale,ꝙ ſi uis facere ſyrupū magis clarum tunc cū decoctione debes zuccharū clarificare,ſed tūc ſyrupus nō eſt tantæ uirtutis,ideo ſemper zuccharum per ſe clarificari ſoleo facere,deinde decoctionem ſupra addo.

Deſcriptio. VI.

SYRVPVS de end.cuius inuētor fuit Gētilis de fulgineo quē manu ꝓpria eius deſcriptū ego iā uidi efficacior & melior ꝓſcripto,ualens ad ſuprafcripta.& ultra illud eſt aliqualiter apitiuus oppilationū,& ꝓfortatiuus mēbroꝝ debilitatorū a mala cōplexione calida, illam notabiliter remouendo:eſt etiam digeſtiuus materiæ cholericæ acutarū.

℞.Succi end.ſucci hepa.an.li.iii. clarificentur ſeu purgentur ꝓdicti ſucci ad ignē ut expediat roſarū,uiol.lenticulæ,aquæ florū nenupharis,polytrichi,an.ʒ.s. capil.ve.hordei mundi ſeminū cōium frigidorum maio.an.ʒ.i. bulliant omnia hæc ſm artē in lib.vi.aquæ uſq; ad cōſumptionē tertiæ partis deinde colentur & colaturæ addantur zucch.clarificati.li.iiii. & fiat ſyrupus qui aromatizetur cū infraſcriptis ſubtili mō puluerizatis,ſandalorū albor,ſandalorū ru.berberorū ſeminum cydonio.ligni alo.cinna.corticū citri.an.ℨ.i.ſubtiliter puluerizentur,& ſyrupus aromatizetur,eſt.n.efficacior.

Aromatizatio dupliciter fieri pōt.Primo ꝙ poſtquā ſyrupus pfecte coctus eſt, ꝓiiciantur ea ex quibus debet aromatizari,& permittantur ſolū una ebullitione bullire, deinde ab igne remoueantur, & reſeruētur.Alio mō,poſtquam ſyrupus perfecte coctus eſt & ab igne remotus, pūt aromata ex quibus aromatizari debet intus apponi, ſimul lōgo tēpore concutiendo miſceri, & ſic uirtutem accipit earum, & hoc modo aromatizatio fit,uterq; modus eſt laudabilis.

Deſcriptio. VII.

SYRVPVS de ſucco acetoſæ Meſ.cōferēs febribus cholericis,& inflammationi ſtomachi,& confortat cor calidū & ſtomachum,& eſt conueniens febribus peſtilentialibus.

℞.Succi acetoſæ purificati lib.iii.zucchari clarificati lib.ii. & fiat ſyrupus debito modo coquendo.

In ſyrupis unū vīe nota.Syrupi.n.aut cū zuc.aut cū melle,aut cū ſapa fiunt,ſyrupus qui de zucc.fit melius debet decoqui quā qui cū melle cōponitur,cū mel ſit magis conſeruatiuū & minus corruptibile.Et ideo ſyrup.cū melle factus diutius ꝓſeruat.Syrupus factus de melle,quāto minus decoquit tāto magis laxat,& quāto plus coquit tāto plus reſtringit.Syrupi in ęſtate magis coquēdi ſunt quā in hyeme & oī tempore ſyrupus quanto magis coquitur tanto melior eſt.

Deſcriptio. VIII.

SYRVPVS de agreſta Meſ.conferens uomitui & ſolutioni cholericæ,& inflammationi ſtomachi,& ſiti laboriоſæ,& febribus colericis,& confortat ſtomachos prægnātiū qui facile recipiunt ſuperfluitates,& ualet contra uenena.

℞.Succi uuæ acerbæ lib.xii.decoquātur lento igne uſq; ad conſumptionem tertiæ partis,deinde colentur,& poſtea dimittantur donec clareſcant.Accipe igitur de eo claro libr. vii.zucchari clarificati lib.v.Et ſimul coquantur uſq; ad perfectam coctionem,& reſeruentur.

Succus iſte extrahi debet ex uuis citrinis declinātibus ad rubedinē nō maturis,collectis ultima hebdomada Iulii & poſt ipſaꝝ collectionē ſtēt ꝓ tres dies,deinde ſuccꝰ extrahatur anteq̄ hebdomada illa trāſeat,quia elapſa illa hebdomada ſtella canis abſcōditur,& ſuccus nō eſt tātę perfectionis.

Inſuper incidenter hoc eſt notandum, ꝙ illa quæ dantur pro fluxu uentris ad conſtringendum,debent exhiberi ſtatim ante cibum. Quæ uero propter uomitum dantur, immediatæ ſumpto cibo danda ſunt.

Deſcriptio. IX.

SYRVPVS de papauere Meſ.cōferens catarrho, & tuſsi quæ uigilare facit,& faciens ad ſomnum,& ad ſitim extinguendam,& etiam lenitiuus partiū pectoris & pulmonis.

℞.Seminis papaueris nigri.an.ʒ.i.capil.ve.ʒ.xv.liquiritiæ. ʒ.x.iuiubarum num.xx.ſem.lactucæ.ʒ. lx.ſem. cydoniorum ʒ.vi.Coquantur omnia in lib.iiii. aquæ pluuialis uſque ad conſumptionem medietatis,deinde colentur, & cum zuccha.clarificati,& penidiarum an ʒ.viii. fiat ſyrupus addendo uini cocti ſeu ſapæ.ʒ.vi.

Semina oīa mucillaginē faciētia nō sūt ſic ad bulliēdū ſeu decoquēdū cū aliis rebus ponēda,ſed ſunt in pecia liganda demū ad bulliendū ponēda,& ſic uirtus earū in ſyrupo tranſit,ut uiſcoſitas,quæ ſyrupum uiſcoſum reddere, retinetur.

Sapa in hoc ſyrupo ponitur ut dirigat uirtutem aliarum medicinarum ad pectus,ſapa.n. multum pectoti amicatur.

Deſcriptio. X.

SYRVPVS de ſucco endi.magiſtralis, ualens principaliter ad omnes ſupercalefactiones hepatis, & aliorum membrorum nutritiuorum.

℞.Succi endi.purificati lib.iiii.zucchari clarificati lib.ii.& ʒ.viii.& fiat ſyrupus debito modo omnia decoquendo.

Succi oium herbarū cōſeruātur per annū,& nō ultra ſi ſupra eos ponat parū olei oliuarū,& bene ſint clarificati,ut in ſyrupo de bizantiis oſtendetur,& apponēdi ſunt in uaſe uitri uel ſaltem uitreato,demū tranſacto anno ſunt abiiciēdi.

Deſcriptio. XI.

OXYZACCHARA Nicolai ſic dicta ab oxy,quod eſt acetum, & zuccharo,ualens tertianę acutæ & quartanæ non uere, purgans choleram in ſtomacho exiſtentem.

℞.Zucchari li.i.ſucci malorū granatorū. ʒ.viii. aceti.ʒ.iiii. ponantur oīa ad ignē,& tandiu bulliant cū ſpatula ſemper agitādo,& ſpumā remouēdo,donec ad formā ſyru. redeat.

Hoc in loco zuccharū non clarificatur,ſi aūt illud clarificare uis ſaltem tm̄ bulliat,ꝙ aqua conſumetur antequā aceto pmiſceatur,q̄ poſtq̄ cōſumpta erit,acetū & ſuccus granatorum ponantur,& hoc fit ut aceti uirtus non deperdatur.

Deſcriptio. XII.

SYRVPVS de pomis ſimplex.Meſ. confortans cor debile,& ſanans ſyncopim, & tremorem cordis.

℞.Succi pomorū dulciū,ſucci pomorū acetoſorū an. lib.v. bulliāt ambo ſimul uſq; ad cōſumptionē medietatis,deinde in eis infundantur ſeta tincta in Kermes.i.in gra.ʒ.s. & dimittatur in eis per dies duos uſq; dū clareſcāt,deide colenē & colaturæ addatur zucch.clarificati lib.iii.& fiat ſyrupus.

Seta tincta in Kermes,nota ꝙ Kermes ſcriptū cum r idē eſt quod granū cū quo ſeta tingitur,ſcriptum uero cū ſ,Keſmes,idē eſt quod paſſulæ,hoc bene nota, quia diuerſitas literæ

teræ diuersificat rem.

Omnes syrupi facti ex succis, semper zuccharum debent recipere clarificatum,& coctũ per se,postea uero succi sunt addendi. & ratio est, quia per longam ebullitionem succi uirtus deperditur, & hoc intelligas de succis fructuum & uinis aromaticis, quia hi parum sustinent de decoctione.

Succi uero radicum quanto decoquuntur tanto puriores redduntur. Herbarum uero succi mediocrem sustinent decoctionem, & illa mediocri purificantur.

Pomum simpliciter si scriptum reperiatur, de malo est intelligendum, ut Matth.Syl.scribit.

Descriptio. XIII.

SYRVPVS de pomis compositus Mes. in sua practica ca. de soda frigida ab humore melancholico, conferens ad sodam dictam,& quartanæ, & oppilationi splenis,& omni ægritudini de melancholia, & est expertus.

℞.Capil.ve.radicũ buglossæ domesticæ,radicũ buglossę sylvestris,foliorum ambarum,polypodii, epythymi, an.℥.i. folliculi sennæ,chamypithyos, camæ. stœcados an.ʒ.vii. camædryos squinan.ellebo.nigri.an.ʒ.iii. fumiterræ.℥.i.eupatorii.℥.s.succi pomorum dulcium.℥. viii. omnia præscripta præter epithymũ.succum pomorum, et capil. ven. bulliant in lib.iiii.aquæ vsque ad consumptionem medietatis, deinde bulliant cum eis ebullitione una epithymum, & capilli ueneri postea colentur & cum succo pomorum, & zucchari clarificati lib.ii.fiat syrupus debito modo decoquendo.

Zuccharum quod in syrupus ingreditur semper debet clarificari & purgari,& non solum in syrupis, sed in omnibus compositis in quibus zuccharum intrat. Modus igitur clarificandi talis est. quòd pro omni lib. zucch. accipienda sunt duo albumina ouorum uel vnum ad minus, & lib.i. aquæ & simul aqua & albumina ouorum manibus sunt concutienda. Illa concussione multa spuma resultabit.& quanto magis concutientur tanto maior fiet. In illa igitur spuma & aqua proiicias tuum zuccharum, & igne exponatur, & diu bullire permittatur,vsque ad consumptionem medietatis. deinde per staminiam panni bene lotam illa colabis, & sic erit zucch. clarificatum. Sed si vis clarificari syrupos & iulep sine albuminibus ouorum, ita q; remaneant clarissimi & aurei coloris,dũ coquunt,ponat i uase succi granatorũ acetosorũ i fine decoctionis.℥.i.s.mirabiliter.n.clarificat

Et idem facit parum uini boni electi quando granatorum non habetur.

Descriptio. XIIII.

SYRVPVS de myrtis magistralis, ualens præcipue contra omnem fluxum uentris antiquum,& maxime excoriatiuum,& contra omnem fluxum sanguinis a renibus,uel a pectore, uel amatrice.

℞. Granatorum myrtillorum, carnium cydoniorum, sumach,acaciæ,rosarum,an.℥.i.spodii,hypoquistidos. an.ʒ.ii. masticis.ʒ.s. bulliant hæc omnia in lib.iii. aquæ secundùm artem vsq; ad consumptionẽ tertiæ partis, deinde colentur & colaturæ addant zucchari clarificati lib.i. & fiat syrupus.

Syrupus de myrtis Mesuæ non fit, eo quia succus myrtillorum haberi non potest apud nos,quòd si haberi posset melior & perfectior isto esset.

Descriptio. XV.

MEL uiolatum Nic. Quod ualet tepide febrientibus, corpus humectat & relaxat,& ualet ad siccitatem pectoris. ℞.Mellis electi & purificati lib.x. uiolarum. lib.v. bulliant duo hæc simul leui ebullitione,deinde colentur,coquantur postea ad debitam coctionem & reseruentur.

Mel de quo fit mel rosatum & uiolatum anteq; uiolæ uel rosæ in eo ponant debet bene purgari ponendo in eo aquã & bulliendo cum ea debet continue despumari, demum, cum aqua per decoctionem fere est consumpta, uiolæ uel rosæ sunt intus ponendæ, & post pusillum colari, debet,deinde in integrum decoqui, & hoc modo mel purificatur.

Descriptio. XVI.

MEL rosatum Nicolai, stomachum confortans & mundificans, & est digestiuum materierum phlegmaticarum in stomacho,& mesceraica contentarum.

℞.Mellis purificati lib.x.succi rosarum recentiũ.lib.i.ponantur in chacabo ad ignem, & cum bullire inceperint,uiridium rosarum cum forficibus uel cum cultello incisarum lib.iiii.addantur, & tandiu bulliant,quousque ad succi deueniant consumptionem, & dum bullierint, semper agitetur cum spatula,& cum coctum fuerit recondatur.

Et ẽm istum modum deberet fieri etiam mel uiolatum suprascriptum, sed apothecarii hodierni temporis auaritia ducti,nec hoc,nec illud,hoc modo faciunt,sed accipiunt solum mel & rosas ut supra de uiolato dictum est. Quidã sunt qui ad purificandum mel non faciunt ut supra ostensum est. Sed illud clarificant cũ ouis quemadmodum dixi de zucchara.& hic modus non est,inutilis facias modo ut ibi placet.

Descriptio. XVII.

SYRVPVS de acetositate citri Mes.cuius iuuamentum est magnum in extinguendo inflammationes choleræ rubeæ, & febres inflammatiuas uehementes, & confert ebrietati, uertigni & siti uehementi.

℞. Succi acetositatis citri lib.xii. Decoquantur in uase uitreato super prunas vsq; ad consumptionem tertiæ partis deide coletur, et permittat clarescere,postea accipe ex eo claro lib.vii.zuc. albi clarificati lib.v. misceantur simul, & coquantur ad ignem vsque ad perfectam coctionem.

Ego aũt aliter soleo fieri facere,& pauci sunt apothecarii qui sciãt illud facere:immo fere oẽs errant facientes hũc syrupum: quia diu in formã syrupi non pôt stare,sed congelatur tanquam gelu, & hoc aduenit imperitiam facentium. Sic igitur est.faciẽdũ.Accipiat acetositas citri, & ipsam in pecia subtili & spissa ponas, leuiterq; peciã exprimas non uiolenter exiet liquor clarus non mucillaginosus. Accipe igitur de dicto liquore q̃titatẽ dictã zucch. al.bene clarificati & debito modo cocti quantitatẽ ut supra. & cum eo pone acetositatem,& soli exponas. Sol.n. cõsumet paruo tpe humiditatẽ & superfluã acetositatis, & remanebit clarũ & lustr. tanq̃ aqua:hoc.n. mõ Cipriani faciũt,& ab eis accepi.

Nota quòd Mes. dicit accipe de iulep claro & depurato .i.accipe de zuccharo clarificato & iulepizato, non autem de iulep intelligit, ut quidam apothecarii fatue credunt.

Descriptio. XVIII.

OXYMEL simplex Mes.cõferẽs in materieb' phlegmaticis grossis,et uiscosis,subtiliãdo,incidẽdo,et abstergẽdo, apiendo & diuidẽdo,& digerit materias febriũ longi tpis.

℞.Mellis boni lib.ii.aquæ fontiũ lib.iiii.misceant duo hæc, & bulliant lento & claro igne vsq; fere ad consumptionem aquæ,deinde his addat aceti boni lib.i. decoquantur vsque ad perfectam decoctionem, et reseruetur in uitreato uase.

Secaniabin.i.syrupus factus ex melle,aceto, & aqua.

Squingibin est syrupus factus ex aqua, aceto, & zucch.

Hyeleniabin est quod aqua mellis.

Descriptio. XIX.

SYRVPVS uiolatus cõpositus Mes. conferens tussi calidę,et pleuresi,digerit enim materiã subtilẽ,cholericam, & est alteratiuus malæ complexionis, calidæ.& siccæ.

℞.Violarum.℥.ii.sem. cydoniorum, sem. maluæ. an.℥.i. iuiubarum, sebesten, an. numero.xx. Coquantur hæc cum lib.vi. aquæ cucurbitæ secundum artem vsque ad consumptionem tertiæ partis, zucchari clarificati lib.i.et.s. et fiat syrupus debito modo decoquendo.

Aqua cucurbitæ fit incidendo cucurbitas in grossa frusta,deinde ponantur in alembico, et aqua extrahatur.

Descriptio. XX.

SYRVPVS de iuiubis Mes.cõferẽs ad raucedinẽ uocis,et tussim, et pleuresim.

℞.Iuiubarum numero.40.et plures textus habent lib.x. uiolarum,sem.maluarum,an.ʒ.v.capil.vene.℥.i. sem. cydoniorum,sem.papaueris albi, sem. mellonum, sem. lactucæ, dragacanthi.an.ʒ.iii. liquiritiæ, hordei mundi excorticati. an.℥.i.decoquantur in lib.iiij. aquæ fontium secundum artem, uel aquæ pluuialis vsque ad consumptionem medietatis, deinde colentur, et colaturæ addantur zucchari clarificati lib.ii.et fiat syrupus debito modo decoquendo.

In hac cõpositione fere oẽs textus sunt corrupti,litera.n.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 240 sur 335

multorum dicit iuiubarum lib. x. Quod hæc litera falſa ſit. apparet cum dicit, coquantur in lib. iiii. aquæ non. n. poſsibile eſt, cum maior ſit quantitas iuiubarum quam aquæ.

Dicit inſuper in aqua fontis coqui debere, eo quia poſt pluuialem ſubtilior eſt, & penetrationi aptior aqua fontis, infra de aqua pluuiali multa dicentur.

De hordeo, nota ꝙ author uult ꝙ excorticetur, amoto enim cortice exteriori tollitur uirtus eius abſterſiua, & remanet uirtus lenitiua cum aliquali ſiccitate.

Deſcriptio. XXI.

SYRVPVS de ſcabioſa magiſtralis, de qua ſcabioſa nota uerſus.

Vrbanus per ſe neſcit pretium ſcabioſæ.
Nam purgat pectus, comprimit ægra ſenectus.
Pulmonem lateris ſimiliter & regionem.
Rumpit apoſtemata, lenit uirtute probata.
Emplaſtrata foris necat antracem tribus horis.
Intus potatur, & ſic vulnus euacuatur.

℞. Hordei mundi a cortice ſuperiori. M. ii. radicũ ſcabioſæ. M. i. corallorũ rubeorũ. 3. ii. aquæ pluuialis lib. x. bulliant oĩa ſimul uſq; ad crepaturã hordei & cocturã radicis deinde colentur exprimendo, cui colaturæ & expreſsioni addatur ſucci ſcabioſæ lib. i. Et iterũ cũ prædictis bulliat ſuccus uſq; ad ipſius purificationem, deinde coletur, & his addatur zuccha. clari. lib. ii. puluis corallorum rubeorum. 3. ii. coquantur uſq; ad perfectam coctionem & reſeruentur.

De aqua pluuiali & de corallis in iſto ſyru. cũ reſtringãt & ſyrupus iſte dilatat partem pectoris, ratio dicetur in ſyrupo de liquiritia, ubi ponitur aqua roſ. quia eadem eſt rõ.

Deſcriptio. XXII.

IVLEP Meſ. conueniens ad extinguendam ſitim in febribus acutis, & ad remittẽdum exceſſum caliditatis in eis, confortatiuum ſtomachi relaxati & hepatis ſuper calefacti. & cordis, & reſiſtens putredini.

℞. Aquæ roſæ lib. iii. zucchari albi clarificati & cocti lib. ii. & fiat iulep lento igne, debito modo coquendo & leuiter.

Apothecarii noſtri temporis non faciunt hoc mõ, ſed clarificato zuccha. cum aqua cõi, cum propinquum eſt coctioni, addunt pro oĩ li. i. zucchari aquæ roſæ ℥. ii. & iſte non eſt modus, & ideo non habetur utilitas a doctoribus poſita, & hoc propter auaritiam apothecariorum.

Quotiẽs n. ſcriptũ reperitur iulep abſolutæ, de iulep roſato ſemper eſt intelligẽdũ tanq; de perfectiori & meliori.

Deſcriptio. XXIII.

IVLEP violatũ Meſ. conueniens acute febrientibus, & habentibus hepar calefactum & cor, & confert aſperitati cannæ, & gutturis, & pleuriſi, & tuſi ſiccæ.

℞. Aquæ florum uiolarum lib. iii. zucchari albi clari & cocti lib. ii. miſce, & fiat iulep.

Iulep omnes ſunt parum decoquendi, eo quia ſi multum decoquuntur candeſcunt. Nec propter leuẽ eius coctionẽ timetur eorũ corruptio, eo quia aqua eſt aromatica & eos a corruptione conſeruat. Et nota ꝙ dico ꝙ non ſunt multum decoquendi: coquendi tamen ſunt.

Differt ſyrupus a iulep dupliciter. primo, quia ſyrupus lõge melius decoquit q̃ iulep. ſecundo, quia iulep abſq; alicuius rei commixtione decoquitur, ſecus autem ſyrupus.

Deſcriptio. XXIIII.

SYRVPVS violatus ex iſuſione Meſ. pueniẽs ut ſupra.

℞. Aquæ infuſionis uiolarum li. v. zuccha. clarificati lib. iiii. miſce & coquantur cum facilitate, & reſeruentur.

Modus infuſionis uiolarum hoc modo fit. Accipe uiolarum recentium lib. vi. ponantur in uaſe uitreato ſtricti orificii, & poſtea fundantur ſuper eas aquæ pluuialis bullientis lib. xv. & ſtringatur orificium uaſis, deinde permittatur per horas nouem. His elapſis colentur aliqualiter exprimendo, denuo in uaſe prædicto tantum de floribus uiolarum recentium ponatur, & denuo eadem aqua bene calefacta ſuper eas, mittatur, et ſtringatur orificium uaſis. & ſic. per horas ix, dimittatur, & iterum tertio hoc fiat ſeruando modũ bis per te ſeruatum, & dimittatur per horas nouem & poſt quam aqua infrigidata fuerit, coletur a uiolis. & ſi illam conſeruare uolueris ponatur in uaſe uitreato ſtricti orificii, & diſtilletur parum olei in orificio eius & ſtringatur caput eius, deinde ſoli exponatur per dies. 40. deinde remoueatur & conſeruetur.

Violæ ſunt colligendæ in Menſe Martii, et de eis ſyrupũ facias, & omnia alia neceſſaria.

Syrupus uiolatus ſi ſimpliciter reperiatur ſcriptũ de ſyrupo iſto, ex infuſione ſemper intelligẽdum non de cõpoſito.

Deſcriptio. XXV.

SYRVPVS de granatis Meſ. ualens contra febres cholericas & phlegmaticas multæ inflammationis.

℞. Vini gra. dulcium & acetoſorum, an. lib. v. coquantur ſimul uſq; ad conſumptionem medietatis, & dimittantur poſtea per duos dies dum clareſcant & reſideant, poſtea remotis a reſidentia colentur, & his addantur zucchari clarificati lib. iii. & coquãtur ad formam ſyrupi, & in medio coctionis addantur ſetæ tinctæ in Kermes. i. in grana. 3. ii. & permittatur uſquequo facta ſit perfecta decoctio.

Vinum granatorũ ſit: Accipiendo grana granati mũdata a corticibus, inuoluuntur pecia, & ſub torculari ponuntur, & exprimuntur, & facta expreſsione, colatura colatur & in ampullis ponitur, & ſoli exponitur per aliquos dies, deinde a reſidentia ſeu fœce mundatur, & poſt modum oleum oliuarum ſuper illud apponitur & reſeruatur bene, per annos tres conſeruãtur in bonitate.

Hic notandum ꝙ zuccharum quod ingreditur in iſto ſyrupo debet eſſe ab aqua de toto purgatũ, ita ꝙ in eo nulla uel bene pauca ſit aqua quando vinum prædictum granatorum cum eo miſcetur, eo quia ſi longa coctione cũ aqua coqueretur, uirtus eius deperderetur.

Deſcriptio. XXVI.

OXYMEL ſquilliticum Meſ. uirtuoſum cõtra materias frigidas, difficiles, & ſubmerſas in locis difficilis eradicationis, & eructationem acetoſam.

℞. Mellis deſpumati & purificati lib. iii. aceti ſquilliticĩ lib. ii. coquantur uſq; ad perfectam coctionem & reſeruentur.

Ad purificandum mel debet eſſe dupla quãtitas aquæ ad mel, ut mellis lib. iii. aquæ communis lib. vi. & ſimul debent bullire uſq; ad conſumptionem medietatis, ſemper ſpumam abiiciendo, et hoc modo purificatur.

Modus faciẽdi acetũ ſquilliticũ talis eſt. Accipe laminas ſquillę quæ in medio ſunt abiiciẽdo primas & ultimas, quia venenoſæ & malæ. primæ ſunt venenoſæ, quia ẽt ſunt multũ calidæ. Interiores vero ſunt abiiciendę, quia mortiferę ſunt nimia frigiditate. Mediæ uero ſunt temperatæ. Diuidenda eſt igitur ſquilla, & tot tunicæ ſunt ab exteriori parte abiiciẽdę, qđ interiori, & mediæ reſeruandę. Accipe igit de mediocrib⁹ q̃titatẽ quã uolueris, & ſue eas i filo cũ ſtilo ligneo, & ſit diſtãtia inter eas & dimitte ſiccare ſic in umbra p dies 40. poſtea icide eas i fruſta mediocria, cũ inciſorio ligneo.

Et pone ad oẽm libram dictarum corticum ſquillæ aceti albi boni lib. viii. & ambo pone in uaſe uitreato ſtricti orificij, & obturetur os eius, et exponatur ſoli per dies. 40. poſt illud cola & reſerua adminiſtrando vbi oportet.

Inciſio & perforatio ſquillę cum inſtrumento ligneo eſt, ne inſurgat ex ferro in ea rubigo, quã excitat ſui acuitate, et ob hoc doctores dubitãtes, cũ inſtrumẽto ligneo fieri faciunt &c. Miua hæc ſine ſpeciebus durat in ſua uirtute per annum, & forte per annos duos.

Deſcriptio. XXVII.

MIVA cydoniorum ſine ſpeciebus Meſ. cuius iuuamẽta inferius in ca. de miua cydoniorum cum ſpeciebus dicẽtur.

℞. Succi cydoniorum acetoſorũ lib. xx. vini boni lib. x. coquãtur omnia cum facilitate ſimul uſquequo conſumpta ſit tertia pars, ſemper auferendo ſpumam, deinde colentur, et reſidere permittantur, demum reſidentia amoueatur, deinde addatur mellis deſpumati & purificati lib. vi. coquãtur uſq; ad perfectam coctionem & reſeruentur.

Succus ſeu vinũ cydoniorum hoc mõ fit. Cydonia cum grataſia raſpantur uſq; ad interiorem aĩam, deinde pecia inuoluunt, et cũ torculari exprimunt, & colatura præparatur vt vinũ granatorum: durat. n. in eius virute per annos tres &c.

Nota

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 241 sur 335

Nota hic, ꝙ in condiendo radices, faciendo ſyrupo cum ſuccis, apponenda eſt magna quãtitas mellis, quia eos cõſeruat. Et ſic in condendo radices ponitur quadruplum mellis.

Deſcriptio. XXVIII.

SYRVPVS de bizantiis Meſ. ſine aceto: faciens ad febres oppillationum, & febres cholericas & phlegmaticas, quarum difficilis eſt eradicatio, & ad icteritiam.

℞. Succi endiuiæ, ſucci apii an. lib. ii. ſucci lupulorũ, ſucci boraginis, uel ſucci bugloſſæ. an. lib. i. bene depurentẽ, deinde bulliãt in eis foliorũ roſarũ. ʒ. ii. liquiritiæ. ʒ. s. ſpicæ. ʒ. ii. ſemi. aniſi, fœniculi, ſe. apii. an. ʒ. iii. poſtea colentur. Accipe igitur de prædicta colatura lib. iiii. zucchari boni & clarificati lib. ii. s. & coquantur cum facilitate oĩa ſimul, donec ad formã ſyrupi coquantur, reſeruentur, & hic erit ſyrupus de bizantiis ſine aceto. Si vero facere volueris dictum ſyrupũ cũ aceto, addas ad oẽm partem ſuccorum depuratorum aceti albi boni & clari partem mediam. Cum igitur in dicto ſyrupo appoſueris li. iiii. ſuccos in quibus fuerint bullitæ res præſcriptæ, ponas aceti lib. ii. Et erit ſyrupus de bizantiis, cum aceto, nihil vltra erit addendum vel minuendum.

Syruporũ conſeruatio.

Hic multi laborãt apothecarii & diuerſimode, vt ſuccos conſeruare poſsint, & non tm̃ iſtos, ſed oẽs alios. Quidam vero poſt expreſsionem, dictorũ ſuccorum bullire ad ignẽ eos faciunt, deinde reſeruant, & hoc mõ corrumpũtur. Alii poſt expreſsionem & colaturam factam cum ſtaminia ad ſolem ponunt, & facta reſidentia, remouent illos a reſidentia, deinde reſeruant, & hoc mõ etiam corrumpuntur. Ego vero poſt expreſsionem illos colari facio per ſtaminiam, deinde iterum colari facio per ſacculum factum ex tela ſpiſſa, ac ſi clarificarem ſyrupum, in tantum, ꝙ pars groſſa ſuperflua hoc mõ purificatur. Et qñ non tranſit propter partẽ ſpiſſam claudentem ſacculum, tunc vacuo ſacculum & bene lauo, deinde repono ſuccum. & ſic facio donec totũ ſit colatum. deinde in ampulla pono, & ſupra pono parum olei oliuarũ, deinde ſoli expono per dies xv. & ſi reſidentiam aliquam faciunt, illam amoueo, & illos ſic colatos reſeruo, non ſolum per annum, ſed per annos & menſes. Et ſic facio de vino granatorum, & cydoniorum, ſemper ponendo oleum, illud. n. a putrefactione conſeruat. & tu bene nota.

Succi enim iſti & ſimiles herbarum in uaſis vitreatis vel vitri conſeruari debent. Liquores uero oculorum debent reſeruari in vaſe æneo.

Hic nota, ꝙ ſucci hi, & oĩum herbarũ, ſolum per annum cõſeruantur in ſua bonitate, ſi cũ oleo ut ſupra aptentẽ & nõ plus, quare in capite anni debẽt ſucci de nouo fieri, & antiqui alterius anni abiici, cum iam oẽm virtutẽ ſuã amiſerint.

Deſcriptio. XXIX.

SYRVPVS de menta Meſ. inuentione noſtra, & eſt ille qui in vſu eſt: ualet ad confortandum ſtomachum relaxatum, & frigidum ‚uomitum', fluxum uentris lubrificatiuum & ſingultum ſedat.

℞. Succi cydoniorum muzorum & dulcium, ſucci granatorum acetoſorum dulcium & muzorum. an. lib. i. s. proiiciatur ſuper eos mentæ ſiccæ lib. i. s. foliorum roſarum. ʒ. ii. & ſi mul dimittantur per diem & noctem. deinde coquantur cũ facilitate uſque ad medium. i. mediocri decoctione, deinde colentur, & his addantur zucc. clarificati lib. ii. & fiat ſyrupus debito modo coquendo.

Syrupus nihil aliud eſt quã decoctio, uel ſuccus inſpiſſatus cum aliqua re dulci. ſ. vel cum melle, uel zuccharo, uel ſapa, ſuccus aũt eſt rob. Rob enim eſt ſuccus inſpiſſatus per decoctionem ab igne uel ſole ſine aliqua re dulci, & hæc eſt ipſorum differentia.

Muzum enim proprie dicitur, cuius ſapor eſt compoſitus ex dulci & acetoſo.

In hoc ſyrupo ſunt qui loco zucchari ponũt mel. Ego. n. zucchar magis laudo, cũ ad maiores intentiones cũ zucch. factus cõueniat, maioréq; temperantiã habeat. Vbi vero intenderemus calefactionẽ maiorem, cum melle fieri poteſt.

Deſcriptio. XXX.

SYRVPVS de fumoterræ Meſ. maior, qui in vſu eſt, ſtomachum & hepar confortans, oppilationem aperit, & morbos cutis curat, et proprie quos materia ſunt humores ſalſi aut aduſti, ſicut eſt ſcabies, impetigo, & ſerpigo, & lepra.

℞. Myrobalano. citrino. Kebulorum, an. ʒ. ii. s. florum boraginis vel bugloſſæ, uiolarum, abſinthii, cuſcutæ, an. ʒ. i. liqui. roſarũ, an. ʒ. s. epithymi, polypodii, ana. ʒ. vii. prunorũ nu. c. paſſularũ lib. s. tamarindorũ, caſsiæ fiſtu. an. ʒ. ii. Hæc oĩa bulliant ſm artem in lib. x. aquæ uſq; ad perfectã coctionem. i. vſquequo veniant ad lib. iii. Caſsia & tamarindis exceptis, deinde colentur, cum qua colatura diſſoluantur caſsia & tamarindi, deinde addantur zucchari clarificati, ſucci fumiterræ depurati, an. lib. iii. & coquantur ad formam ſyrupi.

Cum dicitur bulliant in aqua, tunc de aqua communi eſt intelligendum. ſ. uel pluuiali, vel fontis, & non ſolum in hoc ſyrupo, ſed in omnibus aliis compoſitionibus, in quibus abſolute reperitur bulliant in aqua.

Fuit opinio multorũ, ꝙ in hac recepta roſæ nõ eſſent apponendæ, & dicunt, ꝙ fuit error ſcriptoris, qui ſcribere debebat liquiritię raſæ, & ſcripſit roſæ. ſed ſalua pace ipſorum, dico ꝙ roſæ apponẽdæ ſunt, & author illas appoſuit, ut ipſarum uirtute, reprimatur acuitas multarum medicinarum in iſta compoſitione intrantium &c.

Deſcriptio. XXXI.

SYRVPVS de praſio Meſ. conferens ſenibus, & frigidis natura, & ægritudinibus quæ fiũt in pectoribus eorum, & tuſi antiquæ, et aſthmati a phlegmate groſſo & putrido.

℞. Praſii ʒ. ii. hyſſopi, capi. ve. an. ʒ. vi. liquiritiæ, calaméti, ſeminis aniſi, radicum apii, fœniculi. ſ. ſeminis. an. ʒ. v. ſeminis maluæ, fœnugræci, ireos, an. ʒ. iii. ſeminis cydonio. ana. ʒ. ii. paſſularum. ʒ. ii. ficus ſiccæ pingues numer. xv. bulliant hæc omnia ſecundum artẽ in lib. x. aquæ vſq; adconſumptionem medietatis, deinde colentur, & his addantur penidiarum lib. ii mellis purificati lib. ii. & fiat ſyrupus debito modo coquendo.

De praſio nota, ꝙ in hoc ſyrupo ponẽda eſt herba praſii nõ ſuccus. Electuariũ uero fieri dẽt ex ſucco, non de herba.

Varia reperitur litera in diuerſis Meſ. de hoc ſyrupo. In aliquibus. n. baſis huius ſyrupi eſt radix fœni. & apii. In aliquibus ficus. In aliquibus hyſſopi. In aliquibus capil. ve. Et ſi ſic non debet appellari ſyrupus de praſio, quia alia & alia eſt intẽtio quã ponit Meſ. Sed recepta dẽt ſtare ut ſupraſcripta eſt. Et ſic erit intentio ſyrupi de praſio ſecundum Meſ.

Deſcriptio. XXXIII.

SYRVPVS de abſinthio Meſ. conferens ad caſum appetitus, & debilitatem ſtomachi, et mollificationem uiſcerum, & debilitatem hepatis, & dolorem.

℞. Abſinthii romani lib. s. foliorum roſa. ʒ. ii. ſpicæ ʒ. iii. infundãtur hæc oĩa per diem & noctem, in uini albi boni antiqui odoriferi, ſucci cydo. an. lib. ii. s. ponendo in lapideo uaſe, deinde coquãtur cum facilitate vſq; ad conſumptionem medietatis, deinde colẽtur, & colaturæ addantur mellis bene purificati lib. ii. & fiat ſyrupus debito modo coquendo.

In vna compõne ſi inuenit una res, cuius plures ſint ſpẽs quã illarum rerum debemus intelligere. ver. gr. cum ſcribit ſpicæ uel roſarum &c. dico ꝙ debemus intelligere ſpeciem præualentem aliis, in uirtute, vt de ſpica nardi quæ melior eſt, & de roſa rub. quia illa præualet albæ in virtute.

Deſcriptio. XXXIII.

SYRVPVS de epithymo Meſ. choleram nigram, & humores aduſtos cum uirtute expellens, & morbos ex eis factos curat, & confert proprie eis qui parati ſunt ad lepram, & qui cancrum patiũtur, & ulcera fraudulenta, & ſcabiem.

℞. Epithymi boni hortenſis ʒ. xx. myroba. citri. indorum an. ʒ. xv. cuſcutæ, fumiterræ, an. ʒ. x. thymi, calamenti, bugloſſæ. ſ. herbæ, myrobalano. emblico. bellericorum, liquiritiæ, polypodii, agarici, ſtœchados. ana. ʒ. vi. roſa. ſem. fęniculi, ſemi. aniſi, an. ʒ. ii. s. prunorum num. xx. paſſularum enucleatarum ʒ. iiii. tamarindorum ʒ. ii. s. bulliant hæc omnia tamarindis exceptis in lib. xv. aquæ ſecundum artem uſq; ad conſumptionem medietatis, deinde colentur, & cum prædicta colatura diſſoluantur tamarindi, deinde addantur zuccha. clarificati lib. iii. rob. i. uini cocti ſeu ſape lib. ii. & fiat ſyrupus debito modo coctus.

Epithymi hortenſis.dicitur hortenſis. eo quia hortēſe minus:uigoroſum eſt quā quod in montibus naſcitur,& conſequenter minorem habet malitiam.Et hoc ſcribit Sauonarola in ſua practica.capit.de hydropiſi aſclite.de ſucco radicis ireos,& tu vide.& Auic.lib.2.cap.6.vbi dicit, quod res ſylueſtres ſunt omnibus domeſticis fortiores, & de ſylueſtribus montanæ ſunt fortiores.

Paſſulæ in hoc ſyrupo ponuntur vt vigorent operationē epithymi, & remoueāt malitiam ipſius,quæ timetur ex ſua nitroſitate,& vt confortent operationem myrobalanorum, & remoueant, ab eis malitiam hanc quæ eſt vt non remaneant in villis ſtomachi & inteſtinorum.

Folia colligenda ſunt, quando habent quantitatem debitam,& non ſunt parata ad caſum,& non amiſerunt colorem ſuum proprium.

Deſcriptio. XXXIIII.

SYRVPVS de thymo,conferens ægritudinibus pectoris,& pulmonis frigidi ſtomachi & hepatis, & confert frigoribus quæ fiunt in hyeme,& frigida complexione.

℞.Extremitatum thymi.℥.ii.calamenti,mēthæ ſiccæ.an.3.v.aniſi,fœniculi.ſ.ſeminum,apii,dauci an.℥.s. paſſularum enucleatarum.i.ab omni immunditia purgatarum.℥.iiii. bulliant hæc omnia ſm artem in lib. x. aquæ uſq; ad cōſumptionem medietatis,deinde colentur,& colaturæ addantur mellis purificati lib.ii.& fiat ſyrupus debito modo coquēdo: & aromatizetur cum galliæ.3.ii.

Si in receptis reperitur gallia abſolute ſcripta, de gallia magna eſt intelligendū tāquam de digniori & perfectiori. Paſſulæ in hoc ſyrupo ponūtur ut corrigant & vigorent virtutem thymi,quemadmodū de epithymo ſupra dictum eſt.

Deſcriptio. XXXV.

Syrupus de artemiſia magiſtralis:efficax & multū valens in prouocatione menſtruorum.

℞.Artemiſiæ,capil.ve.ſauinæ,camædryos,chamæpithyos, origani,ozymi,ſampſuchi,calamenti,ſcolopendriæ,betonicæ,ſcabioſæ,hypericon,cyperi,ſquinanti,lupuli,polypodii, gētianæ,rubeæ tincto.an.m.i.ſpicæ,aſſari,thymi,epithymi, camo.roſarum uiolarum,an.℥.i.ſandalorum ru. ſeminum cōmunium frigidorum maiorum,an.℥.s.ſe.apii,ſe.fœni.ſem.petroſilii,ameos,carui,iuniperi,mylii ſolis,rutę,an.3.ii.ſ.ſeminis,bulliant omnia hæc in aqua ſufficientis,quantitatis ſecūdum artem,& ſtent prius in ea infuſa per horas.x.cinnamo. 3.i.s.ſerapini,armonia.an.3.s.dictæ gummæ ligentur in pecia.Et omnia ſimul bulliant uſq; ad conſumptionem medietatis,deinde colentur,& colaturæ,addantur mellis purificati lib.vi.& fiat ſyrupus debito modo coquendo.

Coqui ſm artem hoc modo intelligitur. Eſt.n. aliqua medicina quæ multum ſuſtinet de decoctione, ut ſunt radices. Aliquæ minus illa,ut ſunt,ſtipites plantarum. Aliquæ iterū minus,& ſunt folia.Aliquę adhuc minus,& ſunt fructus.Aliquæ iterum minus,& ſunt ſemina. Aliquæ minus & minus, & ſunt flores. Igitur cum tu decoquere vis aliquem ſyrupū vel aliquam decoctionem primo ponas ad bulliendum radices,ſecundo ſtipites plantarum,tertio folia.quarto fructus. quinto ſemē.ſexto flores,& hoc mō coques ſm artem. Iſta regula non generalis eſt,ſed ab ea excipiuntur quædam herbæ & ſemina,ut inferius declarabitur ubi numerabuntur,& ſemina,& herbæ parum ſuſtinentia de decoctione, ſed hanc regulam poſui,quia ſic ut in pluribus euenit,& fieri debet, inferius clarius dicetur,declarabiturq; ſigillatim quæ medicinæ ſuſtineant,& quæ non &c.

Semina omnia colligenda ſunt quando ſunt matura,quia tunc aquoſitas propria ab eis eſt ſeparata.

Deſcriptio. XXXVI.

DIAMORON Meſ. conueniens ad apata gutturis & uuluæ,& ad omnia genera præfocationum.

℞.Succi mororum dulcium.i.domeſticatarum,ſucci mororum de ſe.i.mororum ru.i.ſaluaticorum,an.lib.i.s.rob.i.vini.cocti,mellis purifica.an. lib.i. coquātur omnia ſimul uſq; ad mellis ſpiſſitudinem,& reſeruetur.

Rob idē eſt quod ſapa ſeu vinum vltimate decoctū. Rob aūt proprie eſt quicunq; ſuccus inſpiſſatus uel caliditate ſolis uel ignis.unde litera Meſ.in diſtinctione ſexta ubi loquitur de ſpeciebus robub quæ dicit rob, eſt corrupta ex defectu tranſlationis, debet enim dicere robub, igitur quando Meſ.dicit rob.i.robub ſuppleatur.

Deſcriptio. XXXVII.

DIACARIDION ſeu rob nucum Meſ.conferens eis quibus a capite ad pectus catarrhus acutus & ſubtilis defluit ad cannam pulmonis, & eſt cauſa apatum & præfocationum & mortis,& eſt ad hoc medicamen ſublime.

℞.Succi exteriorum corticum nucum in diebus canicularibus lib.iiii.Decoque ipſum ebullitione vna, deinde adde mellis purificati lib. ii.& coque uſque ad ſpiſſitudinem mellis,& reſerua.

Nota q̄ rob durat per duos annos in ſua bonitate & perfectione ut uoluerunt antiqui: moderni uero dicunt per annum ſolum, ſed durat & plus & minus ſecundum ipſorum ſuccorum purificationem.

Nux ſimpliciter prolata uel ſcripta, ſemper de nuce communi intelligatur.

Dies caniculares, ſunt dies in quibus apparet quædam ſtella meridionalis.Canis appellata ab aſtrologis,in matutinis apparet,& ſolis ortū antecedit, & hoc eſt in medio æſtatis.Incipit aūt caniculare tp̄s.x.die Iulii uel circa, & durat uſq; ad 20.Auguſti:ita q̄ in ſumma dicti dies ſunt 34.ſeu 40. Illis igitur diebus nuces colligendæ ſunt p̄ hac compōne.

Dies,quidam dicuntur naturales,quidam artificiales:naturales dies ſunt a prima hora vſq; ad 24.artificiales vero ab ortu ſolis uſque ad occaſum.

Deſcriptio. XXXVIII.

MIVA cydoniorum cum ſpeciebus Meſ.ſtomachum & hepar & oīa uiſcera conforrans, & appetitum excitans, & digeſtionem procurans, uomitum & uentris ſolutionem ſedans, & eſt medicina experta & famoſa.

℞.Succi cydoniorū acetoſorum li xx.uini boni lib.x.Coquantur oīa cum facilitate: donec conſumpta ſit eius tertia pars,ſemper auferendo ſpumā:deinde colentur, & permittātur reſidere & facta reſidētia,ab ea amoueatur: deinde addant mellis purificati lib.vi.Et iterum bulliant ſemper auferendo ſpumam eius.Demum proiiciantur ſuper ipſis infraſcriptæ ſp̄s ligatę in ſubtili pecia q̄ fuerint groſſo mō cōfractę:& dimittantur uſquequo fuerit facta perfecta decoctio, & reductio,ad formam ſyrupi,uidelicet cinnamo.heil.i.cardamomi,an.3.iii.garyophyl.3.ii.zingiberis,maſticis an.3.i. s.croci.3.ii.ligni aloes.macis, an.3.i.s. oīa præter crocum terantur contritione groſſa:crocus uero permittatur ut eſt deinde inde ligentur in pecia ut ſupra:& permittātur ſimul bullire,poſtea iterum peciū in qua ligata ſunt aromata præſcripta,in bocali ſi uis dimittere potes & poſt perfectam coctionem aromatizetur cum muſci boni.ℨ.i. galliæ muſ.3.ii. & reſerua in uitreato uaſe bene obturato.

Miua hæc aromatica durat per annos tres in ſua virtute & bonitate.

Species p̄ſcriptæ ad bulliendū non ſunt ponendæ uſq; fere facta ſit decoctio,uel ſit bene propinquū coctiōi, eo quia iſta parum ſuſtinent de decoctione, & hoc bene nota.

Deſcriptio. XXXIX.

SYRVPVS de ſtœcados Meſ.expertus ad omnes ægritudines neruorum frigidas,ſicut eſt paralyſis,epilepſis,ſpaſmus,tremor,& tortura.

℞.Florū ſtœcados 3.xxx.aſſæ. i. thymi calamenti, origani.an.3.x.aniſi.ſ.ſemi.pyrethri, an.3.vii.zingibe.3.ii.paſſularum ℥.s. & plures textus habent ℥.iiii.bulliant hæc ſm artem in aqua ſufficientis quantitatis ſecundum artem uſq; ad conſumptionem tertię partis:poſtea colatur,& colaturę addantur mellis purificati lib. v. & fiat ſyrupus debito modo coquendo. Et facta quaſi perfecta coctione, uel parum diſtante a decoctione, ponantur hæc groſſo modo confracta in pecia ligata,uidelicet cinnamomi, calami aromatici, ſpicæ, croci,zingiberis,piperis nigri, piperis longi,an.3.i. s.& reſeruentur in uitreato uaſe: in quo ſi uis peciam potes relinquere in qua ſunt aromata.

Bulliāt in aqua ſufficētis quātitatis. Nota q̄ iſta ſufficiēs

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 243 sur 335

quantitas diuersificatur multum: nam quando sunt res quæ multũ sustinent de decoctione: tunc pro omni.m̃.i. ipsarum apponi debent aquæ bocales quatuor. Si uero mediocrem, medietatem: si parum, bocalem unum tantum. Si uero mensuretur vnciis, debes pro omni libra rerum, ponere lib.vi. aquæ si multum sustinent de decoctione: si mediocrem lib. iii. si parum lib.i.s. Et ideo caueant uiri in manibus rudium apothecariorum se ponentes, & domini medici bene considerent, quis apothecarius sit, qui suas ordinationes dispensat, quia si ignarus, ne & animæ & honori suo parcat.

Descriptio. XL.

SYRVPVS de corticibus citri Mes. qui confortat stomachum, & facit oris odorem bonum.

℞ Corticum pomorum citri recentium lib.i. setæ tinctæ in Kermes.ʒ.s. in grana, corticum cydoniorum lib.s. Decoquantur in aquę fontium lib. v. vsque ad consumptionem duarum partium: deinde addatur zucchari clarificati & cocti lib.i. coquantur vsque ad formam syrupi, & in fine aromatizetur cum musci gra.iiij.

Aduerte hic, quòd cortices cydoniorum debent poni in fine quasi decoctionis, eo quia parum sustinent de decoctione, & hoc ratione aromaticitatis suæ.

Ad clarificandum zuccharum apponenda est pro omni lib.i. zucchari, aquæ communis lib.i. dicta quantitate bene clarificatur & purgatur &c.

Descriptio. XLI.

SYRVPVS de radicibus compositus magistralis, conferens ad febres antiquas, & diuidit, & abstergit choleram grossam, & phlegma, apperit oppilationes omnes, & proprie stomachi, hepatis, & splenis, & prouocat urinam.

℞. Radicum apij, fœniculi, petrosilii, endiuiæ ana. m̃.i. de radicibus intelligitur, seminis apii, fœniculi, anisi, ameos, asparagi, an.ʒ.s. de seminibus intelligitur, aceti boni lib.ii. Omnia præter acetum bulliant in lib. xx. aquę vsque ad perfectam coctionem: deinde colentur, & colaturæ addantur mellis purificati lib. iiij. & aceti quantitas præscripta, & coquantur ad perfectã coctionem, & appellatur syrupus iste de radicibus cum aceto. Si uero facere ut illum sine, aceto remoueas acetum, & erit factum.

Triplex fuit necessitas syruporum compositionis. Prima fuit conseruatio uirtutum rerum in toto anno. Secunda exhibitionis rerum in forma potabili, uolendo uirtutem rei præter eius substantiam. Tertia propter infirmos qui non possunt sumere medicinas nisi in hac forma, & propter has causas syrupi reperti sunt.

Radices antequàm exiccentur bene lauãdæ sunt, et ab interiori ligno mundandæ: deinde ad solem ficcari debent, reseruandæ quę a fumo & humiditate sunt, & ita fere omnes herbæ exiccantur & conseruantur. flores uero in umbra.

Radices simpliciter prolatæ sunt. v. nu. s. radix fœniculi, apij, petrosilij, bruscı, & asparagi.

Semina quatuor frigidã communia minora sunt ista, semẽ endiuiæ, lactucæ, scariolæ: portulacæ: ideo si simplr scriptum reperiatur, seminum communium frigidorum minorum, de istis intelligatur. Si uero scriptum reperiatur quatuor seminum communium calidorum ista maiorum ponantur, semen anisi, fœniculi, carui, ameos, quia illa sunt. Semina uero quatuor communia minora calida sunt, ista, semẽ apii, petrosilii, cimini. nasturtii. Ideo si simpliciter scribatur quatuor semina cõia minora calida, de istis intelligit.

Syrupus factus cum melle simplr melius ualet quã factus cum zuccharo. & quadruplex est causa. Prima est, quia mel cum sit uiscosum melius cõseruat medicinas cõponẽtes syrupũ quàm zuccharũ. Secũda ratio, quia mel magis mundificat materias, tegit q; horribilitatẽ medicinarũ quàm zuccharũ. Tertia, quia mel est dulcius. Quarta, cã quia melius digerit quam zuccharum, et licet syrupus factus cũ melle melior sit ad digerendum & mundificandum: tamen ad infrigidandũ & cõfortandum melius ualet syrupus factus cum zuccharo quàm cum melle. Vnde si intendimus digerere, abstergere, calefacere, & mundificare fortiter: debemus facere syrupũ cum melle si infrigidare, confortare, leuiterq; aperire cum zuccharo bono: si vtrũq; fiat, cum utroq;. Ideo notent ignari & trouantuli apothecarii qui suos syrupos propter auaritiã cum faciunt. Maior.n. intentio syrupi est cõfortare, infrigidare, & leuiter digerere quàm aliud facere: quare &c.

Descriptio. XLII.

SYRVPVS de hyssopo Mes. conferens asthmati, & tussi, dolori pectoris, et laterum.

℞. Hyssopi siccæ, radicum apii, radicum fœniculi, radicũ petrosili, liquiritiæ, an.ʒ.x. hordei mundi.ʒ.s. semi. malvæ dragacãthi, semi. cydoniorum an.ʒ.iij. capil. uene.ʒ.vi. iuiubæ, sebesten an. nu.xxx. passularum.ʒ.i.s. ficuum siccarum, dactylorum pinguium ana. numc. x. coquantur omnia secundum artem in aqua sufficientis quantitatis, in aqua.s. pluuiali vsq; ad consumptionem duarum partium: deinde colentur, & colaturæ addantur albarum penidiarum lib.ii. & fiat syrupus debito modo coctus.

Radices colligendæ sunt cum folia ceciderunt quia tunc et natura & uirtus foliorum reuertitur ad radicem: et tunc fortior est uirtus radicis. Radix si simpliciter scripta reperitur, in compositis de rafano domestico est intelligendum. Sic enim & Romani & Græci hodie accipiunt.

Syrupi oẽs isti. s. violatus, de hyssopo, de scabiosa, de liquiritia, de prasio, de iuiubis, & omnes decoctiones pectorales cum aqua pluuiali faciendi sunt: non cum aqua communi, & ratio est, quia aqua pluuialis est magis subtilis: & ratione subtilitatis magis penetratiua, facitq; uirtutes aliarum medicinarum ad partes pectoris penetrare: quæ cum alia aqua non penetrarent. Et ad dominum Auic. dicentẽ ꝙ aqua pluuialis ratione subtilitatis suæ substantiæ citius putrefit: dico, quòd uerum dicit, et hoc propter impressionẽ aeris ab extra sed ab intra secus est: quare bene nota.

Albarum dicit author penidiarum, eo quia penidii fieri debent ex zuccharo albo, non cum puluere rubeo, ut quidam faciunt apothecarii nostri temporis.

Descriptio. XLIII.

SYRVPVS de liquiritia Mesuæ, conferens tussi antiq̃ & mundificat pectus, & pulmonem a materia phlegmatica, quę tñ non sit multæ quantitatis, tenacitatis, et uiscositatis.

℞. Liquiritiæ rasæ et mundę.ʒ.ii capil. ven.ʒ.i. hyssopi siccæ.ʒ.i. proiice super his aquæ pluuialis lib.iiii. et dimitte per diem et noctem: deinde coquantur secundum artem vsque ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & colaturæ addantur, mellis purificati, zucchari clarificati, penidiarum ana.ʒ.viii. aquæ ros.ʒ.vi. bulliant et coquantur usque ad formam syrupi, & reseruetur.

Hic notandũ ꝙ absurdum vr quòd in isto syrupo author ponat aquam rosatã cũ ipsa restringat, & hic syrupus debet dilatare partes pectoris, et hoc non solũ vr contra rõnem, sed est etiam contra facientes hunc syrupum, eo quia nulli sunt qui aquam rosatam in eo ponant. Ad hoc dicendũ ꝙ recte ponitur, & qui non ponunt, multum errant. et ratio est: nã ad hoc ꝙ syrupus iste ualeat tussi antiquæ, et pulmonẽ et pectus mundificet, non solum oportet ꝙ in eo sint dilatãtia partes pectoris, lenientia et maturantia catarrhũ, ut per liquiritiam, capillos ueneris, & hyssopum fit. Sed etiam necesse est, quod in eo sint ea quæ partes relaxatas adunent, et uirtutem expulsiuam confortent atq; refocillent et fortificent, et hoc fit p aquã rosatam: igit rationabiliter ponit.

Tribus modis uel altero trium modorũ cognoscitur qñ syrupus est coctus. Primo qñ accipitur cum spatula distillat continue sicut oleum. Secundo quando adhæret spatulæ. Tertio si ponatur super unguem una gutta, si remanet et non discurrit huc uel illuc. est uera cognitio coctionis.

Descriptio. XLIIII.

SYRVPVS de eupatorio Mes. conferens febribus antiquis, et proprie eis quibus corrumpitur forma stomachi & hepatis, oppilationes aperit, et confert frigiditati, et mollificationi, et uentositati in eis, & inceptioni hydropisis.

℞. Radicũ apii, radicum fœniculi, radicũ endiuię, liquiritię, squinanti, cuscutæ, absinthii, rosarũ, an.ʒ.ii. capillorũ ueneris, bedeguar. i. radicis cardonis bñdicti masculi, sucaha .i. radicis cardonis bñdicti fœminę, florũ buglossæ, anisi. s.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 244 sur 335

ſemi.fœniculi.ſſemi.eupatorii.an.ʒ.v.raued.i.rheubarbari,maſti.ana.ʒ.iii.ſpicæ,aſſari folii ana.ʒ.ii.coquãtur in lib. viii.aquæ ſm artem vſq; ad conſumptionem tertiæ partis: deinde colentur,et colaturæ addantur zucchari clarificati lı.iiij.ſucci,apii ſucci endiuiæ depurati ana lib.iii.&.ʒ.ii. Є.iii.& gra.xii.& fiat ſyrupus debito modo coquendo.

De bedeguar et ſucaha eſt magna diuerſitas inter docto res Aui.Matth.Sylua.Dioſ. Simon Ianuen.Plinius & Gentilis exponunt quòd eſt ſpina alba. Gentilis etiam exponẽs receptã Sotiræ quæ.ʒ.cano.deſcribitur.dicit iterũ ℔ eſt maneries ſpinæ,pro qua cõiter ſumitur alba ſpina. Et infra eo lib.pro expoſitione pilularum dicit,& bedeguar eſt modus ſpinæ,& creditur quòd ſit ſpina alba.hoc eſt quòd a doctoribus elicere potuit:qui confuſe loquuntur, qui dato quòd ſit ſpina alba, non ponunt quam partem ipſius plantæ appone re debeamus. Communiter apothecarii ponunt quandam rem habentem ſimilitudinem ſpongiæ, quæ reperitur adhæ rere plantæ roſæ ſylueſtris, & dicunt eſſe bedeguar, &c.

Succaha de ſucaha dicit Simon Ianuen. ℔ eſt nomẽ arabicum,& idem importat ℔ ſpina arabica, & hoc idem dicit Gal.Raſis,Halyab.Matt.Syl. Paulus uero uolẽs oſtendere q̃d ſit,dicit.Sucaha eſt herba dulcis quę extendit ſup terrã & facit capita groſſa:et flores ſanguinei coloris,ſed hæc apud nos reperit.Alii uero dicũt ℔ ſucaha eſt bedeguar, & bedeguar eſt ſucaha, & ſic exponunt ignotũ per ignotum.

Alii uero poſtponentes tantorum uirorũ ambiguitates, ſolent hoc in ſyrupo apponi facere Iuncos marinos, & radices cardonis benedicti, & dicunt, quòd duo hæc uidentur de mente authoris,cum illa ſint aperitiua vrinæ, confortatiua hepatis,quæ omnia quæruntur a ſyrupo de eupatorio, & quòd reperiunt experimento bene eis ſuccedere &c.

Sed & hi & illi à ueritate ſunt multũ diſtãtes. Igit̃ ſcias ℔ bedeguar eſt radix cardonis bñdicti,q̃ maſculus dicitur, nullũ florẽ faciens nec tirſum, ſed folia extẽdunt ſup terrã & folia ſtrictiora,ſunt, & breuiora ſucaha.magiſq; inciſa.

Sucaha uero eſt radix cardonis bñdicti florem facientis cũ groſſo capite cũ paruo tirſo:immo a radice non extendi tur per longitudinem ſpannæ ſed eleuatur, et in futura & propinqua pluuia conſtringitur,& in ſereno dialatatur: diſfert a ſuperiori cardone per folia, tirſum & florem. Apud nos non reperiuntur uel raro duo hi cardones, ſed portantur a montibus Belinzonæ in confinibus Theutonicorum et Ducis Mediolani in montibus & ſaxis oriuntur, & hæc eſt uera expoſitio et declaratio bedeguar, & ſucaha &c. & duæ hæ radices in hoc ſyrupo ponuntur,& non aliud &c.

Pauci inſuper ſunt qui hunc ſyrupum ſciant facere. Meſue.n.dicit,fiat ſyrupus cum ſucci apii & endiuiæ quantitate ſufficienti, nulli ſunt qui hanc ſufficientem quantitatẽ eligere ſciant.Igitur nota,per hanc ſufficientem quantitatem intelligit proportionatã quantitatem zucchari ad ſuccos:quemadmodum proportionauit & poſuit in ſyrupo de bizantiis.ſ. ſucci lib.iiii.zucchari lib.ii.ſ.quod eſt pro omni lib.zucchari,ſucci depurati.ʒ.xix.cum.ʒ.i.ℨ.i.gran.xvi.nec plus nec minus.Illo igitur modo proportionando, reſultat ſucci quantitas præſcripta ſupra,nec plus nec minus:& hæc fuit & eſt opinio doctoris:quare bene nota,quia pauci ſunt facientes hunc ſyrupum ſecundum rationem.

Flores colligendi ſunt quando perfecte ſunt maturi, & antequàm cadant, & antequàm dimittant colorem ſuum &c. & ſic ſumma ſyruporum in his concludit &c.

Deſcriptio. XLV.

DECOCTIO pectoralis magiſtralis, leniens pectus & conferens ad tuſsim,& raucedinem uocis.

℞.Hyſſopi ficcæ,capil. uene. ficuum, dactylorum, ſebeſten,paſſularum,hordei,liquiritiæ ana partes æquales, bulliant,hæc in aqua ſufficientis quantitatis ſecundum artem: deinde colentur & reſeruentur.

In hac decoctione ſunt qui his addunt, ireos, ſed ego quanquam pectoralis ſit,non laudo illam apponendam eſſe propter eius horribilitatem & malum ſaporem.

Deſcriptio. XLVI.

DECOCTIO cõis,quę in acutis febribuset aliis paſſionibus calidis,& tempore calido eſt multum in uſu ad diſtemperandum medicinas quæ in his temporibus & paſsionibus aſſumuntur:uariantur autem iſtæ decoctiones a medi eis peritis ſecũdum diuerſitatem ægritudinum magis & minus calidarum,& in exigentia diſpoſitionum.

℞.Prunorũ tamarindorũ,paſſularum,uiolarum,liquiritiæ,hordei ana partes æquales, bulliant hæc in.aqua ſufficiẽtis quantitatis ſecundũ artem, & colentur,& reſerua.

Decoctiones iſtæ & omnes aliæ per tres uel quatuor dies conſeruantur & non plus: & maxime in æſtate, & inter oẽs hoc incidenter dicam de infuſione facta in aqua lactis ſeu caſei, quia minus conſeruatur quia niſi per unum uel per duos dies conſeruari poteſt.

Syrupi uero conſeruantur ſi ſunt de melle per duos annos.Si uero de zuccharo & bene cocti & in uaſe bene obturato per annum durant.

De conſeruatione iulep. Scias quòd iulep aquoſum & male decoctum pauco tẽpore conſeruatur, & maxime tpe æſtatis.Iulep.uero bene coctũ per annum ſeruatur & non plus ſub forma iulep.Et hic concluditur ac completur ſumma ſeptima quæ fuit de ſyrupis, & decoctionibus, & iulep.

Incipit octaua diſtinctio,quæ eſt de unguentis,& continet xxiii.deſcriptiones. Quarum prima eſt.

VNGVENTVM ſtomachicum inuentione magiſtri patris, mei, confortans ſtomachum, & ualens in paſsionibus frigidis eius, et doloribus factis a cõtoſitate,et ad debilitatem uirtutis digeſtiuæ,appetitum excitans,& digeſtionem procurans.

℞.Olei nardini.i.ſpicæ, olei maſti.olei camæmillæ, olei mentæ,olei de abſinthio an.ʒ.ii.olei.cydonio.ʒ.iij.olei roſ. ʒ.ii.ſ.macis,maſti.garyophyllorum, nucis muſcatæ, cardamomi.ſ.maioris & minoris,galangæ,ligni aloes an.ʒ.ii.corallorum rub. ſeminum coriandrorum præparatorũ,roſarũ ru.an.ʒ.ii.ſ. ſummitatum abſinthii,mentæ,florum camæmillæ, ſummitatum, ſquinanti ana.ʒ.i.ſ. conterantur omnia ſubtiliſsime, & cum pauco ceræ fiat unguentum medium, tenens inter duritiem et mollitiem. Addendo panis bruſtulati prius in aceto infuſi et bene expreſsi.ʒ.ſ.

In omni unguento ſpecies debent ſubtiliſsime conteri. Niſi.n. bene puluerizentur non poſſet uirtus earum per poros penetrare,nec a calore præparari.

Neceſsitas unguentorum et emplaſtratorũ oleorũ fuit, ut rei alicuius uirtus applicaret in ſuba adherenti et non ſtatim ſolubili.ſcdo,quia medicinæ ſimplices non faciebant effectũ.tertio propter debilitatem medicinarum ſimpliciũ.

Deſcriptio. II.

VNGVENTVM ſandalinum Meſuæ, ℔ cerotum ab eo dicitur ultimum,ad ſedandum inflãmationes & ap̃ata calida,& ſup calefactiones, quæ fiunt in ſtomacho et hepate.

℞.Roſarum.ʒ.i.ſ. ſandalorum rubeorum.ʒ.x. ſandalorum rub.ſandalorum alborum, ſandalorum citrinorum an. ʒ.vi.boli armeni.ʒ.vii.ſpodii.ʒ.ſ.cãphoræ.ʒ.ii.ceræ albæ.ʒ. xxx.olei roſ.lib.i.Liquefiant ſimul oleum et cera: deinde lauentur cum aqua frigidiſsima pluribus uicibus:deinde præſcriptæ ſpecies ponantur.

Si vis facere unguẽtum in forma ſatis dura, debes ponere pro omni.ʒ.i.olei ſpecierum.ʒ.iii. ceræ.ʒ.ii.ſ. Si uero molle,pro omni.ʒ.i.olei.ʒ.ii.ceræ et.ʒ.ii.ſpecierum,et iſta eſt,doſis ſpecierum olei et ceræ ad faciendum unguenta.

Deſcrptio. III.

VNGVENTVM Galeni Meſuæ: et ab eo appellatur cerotum ultimum infrigidatione, ualens ad febres acutas & ſodam calidam pulſatiuam.

℞.Ceræ albæ, lib.i.olei roſa.lib.iii. et fit factum ex oleo omphacino.i.ex oliuis imaturis.Liquefiãt oia ſimul:deinde lauent̃ cum aqua frigidiſsima lauationibus pluribus uſque quo bene albeſcat. Et q̃to magis lauat̃ tãto fit pfectior. In fine uero conquaſſetur ſeu lauetur cum pauco aceti boni.

Iſtud unguentũ ego lauari ſoleo facere cũ aqua roſacea loco aquæ communis, & eſt magis confortatiuum renum

Vnguentũ ab emplaſtro differt:eo quia unguentũ eſt magis tenerũ ſiue liquidũ ſeu liquabile,ſed emplaſtrum eſt ſolidum,licet vtrunq; cum oleo & cera componantur &c.

Deſcriptio. IIII.

VNGVENTVM populeon Nic. taliter dictum quia fit de oculis populi,& ualet contra calorem febris acutæ, & his qui dormire nequeunt inunctis temporibus,& pulſibus,& plantis manuum,& pedum.

℞.Oculorum populi lib.i.s.papaueris rubei,foliorũ mãdragoræ,cimarum rubei tenerrimarum foliorum iuſquiami,ſolatri,vermicularis,lactucæ,ſemperuiuę,bardenæ,uiolarum umblici ueneris an.vnc.iii.axungiæ nouellæ porcinæ ſiue ſalis.ii.oculi populi p ſe bene piſtentur:& iterũ poſtea cum axungia repiſtentur,& magdaleones formẽtur,& per duos dies ſic dimittantur.Tertia uero die herbæ per ſe bene terãtur:deinde his addas magdaleones,& ſimul ante terantur: & poſtea iterũ omnia in magdaleonibus reducantur,& permittãtur per dies nouem,& elapſo termino,dicti magdaleones in caldario uel captia cum li.i.optimi uini reponantur, & ſimul ad ignem bulliant,uſq; ad uini conſumptionem,ſemper cum ſpatula agitando.Et poſtea colentur per ſacculum & colatum permitte infrigidari,& ultimo in uaſe reconde.

Oculi populi in menſe Aprilis ſunt colligendi,& cũ axũgia miſcendi, & conſeruandi ſunt uſq; in menſem Maii, cũ axungia eos miſcendi uſquequo aliæ herbæ colligentur.

De foliis mandragoræ nota,quia apud nos non reperiuntur,ſed ipſorum loco apponimus uel cortices mandragoræ, uel papauer nigrum, uel iuſquiamum.

Deſcriptio. V.

VNGVENTVM citrinum ſeu mundificatiuum magiſtrale,quod in uſu eſt.

℞.Terebinthinæ bene lotæ in aqua hordei li.s.uitellos ouorum nu.vi.mellis roſati.vnc.iiii.farinæ hordei quantum ſufficit, & fiat unguentum in bona forma ſine igne.

Terebinthina lauatur in aqua hordei,primum ut infrigidetur: deinde ut magis abſterſiua reddatur & minus uiſcoſa.Multis aliis modis diuerſificatur hoc unguentum a chirurgicis,ſed iſte prævalet aliis.

Deſcripriptio. VI.

VNGVENTVM ægyptiacum Meſuæ, conferens ad uulnera antiqua, & fiſtulas quæ indigent mundificatione, abſtergit enim ea,& mundificat a carne mortua.

℞.Floris æris.ʒ.v.mellis.ʒ.iiii.aceti fortiſſimi.ʒ.vi. Coque ſuper ignem donec inſpiſſetur:deinde ab eo ablato,ad de olibani bene puluerizati.ʒ.ii.s.terendo ſupra terenda.

Hoc unguentum duobus modis fit: qui enim uolunt illud multum corroſiuum, faciunt ipſum ſine olibano.Qui uero mediocriter, olibanum ponunt.

Deſcriptio. VII.

VNGVENTVM apoſtolorum Aui.ʒ.can.tract.11. qđ in uſu eſt,rectificans cum facilitate fiſtulas difficiles & ſcrophulas paruas,nec eſt aliquid ſimile ei,& mundificat uulnera ex carne mortua & plus ea conſolidat, & dicitur quòd eſt medicina.xii.apoſtolorum.

℞. Terebinthinæ, ceræ albæ,reſinæ pini, an.ʒ.iiii. armo.ʒ.xiiii.opopa.ʒ.ii.floris æris.ʒ.ii.ariſtolo.lon.thuris an.ʒ.vi. myrrhæ, galbæ.an.ʒ.s. bdellii.ʒ.vi. lithargy.ʒ.ix. infundantur bdellium & aliæ gummæ in aceto forti & diſſoluantur: cætera uero conterantur, & fiat unguentum addendo olei lib.ii.in æſtate,& in hyeme lib.iii.

Oleum,ſi ſimpliciter ſcriptum reperiatur, de oleo oliuarum ſemper eſt intelligendum: quod oleum eſt materia omnium oleorum,ut in tract.de oleis manifeſte apparebit.

Deſcriptio. VIII.

VNGVENTVM baſiliconis magnum Meſuæ, q̃ confert uulneribus, in quibus eſt calefactio,& proprie in uulneribus neruoſis: mundificat enim & incarnat ea.

℞.Ceræ albæ,reſinæ pini,ſepi uaccini,olibani, myrrhæ, picis græce.i.colophoniæ,an.ʒ.i.s.picis.ʒ.iii.olei cõis libr.ii. conterantur conterenda,& fiat unguentum in bona forma.

Pix ſi ſimpliciter ſcripta reperiatur,ſemp de nauali intelligatur.Si uero pix græca,de colophonia ſemper intelligit.

Deſcriptio. IX.

VNGVENTVM de ceruſſa crudum magiſtrale conferens ad aduſtionem ignis & excoriationem.

℞.Ceruſſæ lib.i.s.olei roſ.lib.ii.&.vnc.iiii.lithargyrii.ʒ.i.s. conterantur omnia ſubtiliſsime,& fiat unguentum in mortario bene omnia miſcendo.

Et hic eſt communis modus. Ego uero ſoleo lauari facere ceruſſam & lithargyrium cum aqua roſ. ea enim lotione remouetur ab eis acuitas & mordicatio.

Deſcriptio. X.

VNGVENTVM de ceruſſa coctum magiſtrale, conueniens quibuſcunq; malis complexionibus calidis, factis caliditate ſolis,uel quomodolibet,& frictionis ſeu excoriationi,cum calefactione mala.

℞. Ceruſſæ lib.i.s.lithargy.vnc.i.s.olei roſa.li.ii.& vnc.iii. ceræ albæ vnc.iii.conterantur oĩa ſubtiliſsime,& fiat unguẽtũ decoquendo illud lẽto igne uſq; ad perfectã coctionem ſemp cũ ſpatula agitando,& in magdaleonibus reducatur.

Parum aceti poteſt apponi ut magis alteret, & ſine aceto vt ſupra fieri poteſt, & tunc conuenit in omnibus membris,non autem cum aceto,quia in locis neruoſis noceret, & in uulneribus profundis.

Deſcriptio. XI.

VNGVENTVM de dragacanthis magiſtrale.

℞.Gummæ dragacanthi mundæ vnc.iiii.aquæ florum uiolarum lib.ii.infundatur in ea gumma per horas.xii.poſtea ſtamignetur,& addatur olei uiolati, olei amygdalarum dulcium,ceræ albæ an.lib.i.liquefiant oleum & cera:deinde apponatur gumma ipſius infrigidatis, & miſceantur.

Vnguentum hoc niſi ingenio fiat,nunquam bonã formã habere poteſt,ſed ſtat in magdaleonibus groſſitudinis fabæ Igitur hoc modo facias,poſt liquefactionem ceræ & olei, & ipſorum infrigidationem.Addas gummam ſtamignatam paulatine illam ſtangelizando,ac ſi uelles ſtangelizare manuſchriſti, & non ceſſes addere gummam & ſtangelizare, donec habeat bonam formam,& quanto magis elaborabis in ducendo, tanto meliorem formam accipiet.

Deſcriptio. XII.

VNGVENTVM pectorale magiſtrale, lenitiuum, & humefactiuum pectoris, & pulmonis,conferens tuſi ſiccæ, & ſiccati gutturis & pectoris,ſi cum ipſo partes extrinſecæ pectoris ubi coſtæ ſituantur inunguntur.

℞. Olei amygdalarũ dulciũ vnc.iiii. olei camæmillæ, olei uiolarũ an.ʒ.iii.butyri recentis.vnc.vi.adipis gallinæ vnc. ii adipis anatis .ʒ.ii.ireos ſubtiliter puluerizati.ʒ.i.croci.ʒ. s.ceræ albæ.vnc.iii.miſce,& fiat unguentũ,omnia ſimul liquefaciendo,in fine uero ireos & crocus ponantur: deinde lauetur.iii.vel.iiii.lotionibus cum aqua hordei tepida.

Butyrum,melius uaccinum,& cum medicinis ponitur.i. ad opus medicinæ datur,debet eſſe ſine ſale,& conſeruatur uſque ad ſex menſes,uel uſque ad annum ad plus.

Adeps gallinæ debet eſſe recens & non antiquatũ, amittit.n.complexionẽ & uirtutem,& efficitur rancidũ,& amittit temperamentum,& liquefactum melius conſeruatur.

Adeps anatis & anſeris quanto antiquiores tanto meliores ſunt,& cum in medicinis adminiſtrantur, nullo modo ſale condendi ſunt.

Pinguedines omnes ſi aſpergantur zuccharo ſubtiliter puluerizato diu conſeruantur abſq; corruptione: hoc ego ſæpe uidi & experimẽto approbaui:pinguedines enim quę pro uſu medicinæ,ſunt nullo modo ſalæ ſalandæ ſunt, ſed modo prædicto præparandæ: quare &c.

Deſcriptio. XIII.

VNGVENTVM commitiſſæ Gulielmi de Varignana in ſua practica ca.de his quæ communi natura magis ſiſtunt menſtrua mulierum,quòd in uſu eſt.

℞. Corticũ medianorum arboris glandium, myrtillorum, caudę caballinæ,gallarum,corticum fabarũ,acinorum,alias arillorum,uuarũ,ſorbellarũ ficcarum,acinorum meſpillorũ immaturorum,radicum chelidoniæ,foliorũ pini ſyluęſtris, ana.M.i. terantur & coquantur in aqua plantaginis perfecta coctione:deinde colent,poſtea accipe ceræ, olei myrt.

vnc.vii.s.liquefiant ſimul,& lauentur in prædicta colatura nonies ſemper colaturã innouando quaq; uice poſtea accipe corticum medianorum caſtanearum,corticum medianorum arboris glandium gallarum, an.ʒ.i.cineris crurum oſſis bouis,myrtillorum,acinorum ſiue arillorum uuarum an. ʒ.s.trochiſcorum de charabe.ʒ.ii.olei myrtini lib.ii.s. & ali qui addunt oleum maſticinum,puluerizentur ſubtiliter puluerizanda.Et cum prædicta cera lota cum ſupraſcripta decoctione fiat unguentum.

Per cortices fabarum author intelligit corticẽ in quàm fabæ oriuntur,creſcunt & maturantur ſcilicet illa regula.

Modus lauandi cerã talis eſt:primo debet cera ad ignem liquefieri:deinde in aqua mũda ab oĩ ſapore debet proiici: & in aqua illa debet manibus malaxari,& aqua a cera manibus:exprimi,deinde ad ignẽ debet liquefieri,& in aqua mũda proiici,ut prius,& ſic iterum atq; iterũ eſt faciendum, quouſq; aqua ſine ſapore exeat,& tũc erit ſignum lotionis.

Deſcriptio. XIIII.

VNGVENTVM Montagnanæ pro uermibus in antidotario ſuorum conſiliorum quòd in uſu eſt.

℞. Centaureæ minoris,abſinthij, lupinorum ana.ʒ.s.ligni aloes,cornu cerui uſti,diptami,an.ʒ.ii.aloes ad pondus omniũ,quod erit.ʒ.vii.s.olei abſinthij.ʒ.iiii.fellis tauri.ʒ.ii.ceræ.ʒ.i.conterantur omnia conterenda, & fiat unguentum.

Lauatur enim cera duplici cauſa. Primo vt acuitas ſua amoueatur.Secundo ut acquirat uirtutem quam non habet & quam habet deperdat,ut in unguento comitiſſæ, quia lauatur ut efficiatur ſtiptica.

Si ſcriptũ reperiẽ ceræ lotæ,tunc dicta cera lauãda eſt in aqua cõi,aliter lauetur in decoctione de qua deſcribitur.

Deſcriptio. XV.

VNGVENTVM Meſuæ pro ſcabie.

℞. Axũgiæ mũdæ a tela ſua.ʒ.v.olei laurini,argenti uiui extincti ceræ mũdæ,turis bene puluerizati an.ʒ.ii.ſalis.ʒ. viii. ſucci plantaginis, ſucci fumiter.an.ʒ.vi.cõfice ſic,cerã oleũ laurinum,& axungiam pone in captia ad ignem cum ſuccis & bulliant donec omnia ſimul liquefiant,deinde adde ſalẽ, olibanum,& maſticem,& bulliant omnia ſimul uſq; ad conſumptionem ſucci,poſtea deponantur ab igne,& addatur argentum uiuum extinctum,ut ſupra, & utere.

Axungia porci melius conſeruatur liquefacta, & adeps renum caprarum hoc etiam modo melius conſeruatur.

Argentum uiuum,hoc modo extinguitur & præparatur.

Accipiatur argentũ uiuum,& ponatur in una ampulla uitri, ut ſupra,& ponatur tanta ſaliua q; cooperiatur, deinde cõcutiatur tantum ſub & ſupra ſemper ſaliuã addendo q; totum confrangatur,ita quòd poſsit aſpergi tanquam lac, & partibus cui imponitur adhæreat, & hoc modo extinctum erit,aliter tantum concutiatur,quòd in illã formã ueniat.

Deſcriptio. XVI.

VNGVENTVM pro ſcabie aliud pro pueris & prægnantibus & delicatis, Montagnanæ.

℞. Terebinthinæ bene lotæ.ʒ.iiii.butyri loti.ʒ.ii.ſal.ʒ.i ſucci citrangulorum,uitellos ouorum an.nu.iii.olei roſ.ʒ.i.miſceantur omnia ſimul, & fiat unguentum.

Sal, ſi ſimpliciter ſcriptum reperiatur in compoſitionibus, ſemper de communi ſale eſt intelligendum.

Terebinthina & butyrũ lauandi ſunt in aqua cõi, & ſic facias de omni alia re lauanda in aqua cũ ſolũ dicitur lauetur, & non exprimatur,cum qua re,cũ cõmuni aqua lauãda eſt.

Deſcriptio. XVII.

VNGVENTVM de arthanita magnũ Meſ.quo ungitur uenter & lumen & ilia,& ſolutione ſoluit catarrhũ, & ungitur ex eo ſtomachus & facit uomere, & educit uermes & confert hydropiſi,& ſolutione educit aquam citrinam, & eſt propinandum non ualentibus ſumere medicinam.

℞. Succi arthanitæ.i.ciclaminis uel panis porcini li.iii.ſucci cucum.aſinini lib.i.olei irini lib.ii.butyri uaccini li.i.pulpæ colloquinti.ʒ.iii.polypo.ʒ.vi.euphor.ʒ.s.quæ ſunt terenda tere, & ſubmerge in ſuccis & oleis,& pone in uaſe uitreo ſtricti orificij,& ſtringe caput eius,& permitte p dies octo,deinde bulliant oẽs ebullitione una & colẽtur:deinde proiiciantur ſuper colaturam,ſerapini aur.v.myrrhæ aur.ii. duo hæc diſſoluantur prius in forti aceto: deinde piicianẽ in dicta colatura,& bulliãt ſimul ſemper agitando cũ ſpatula uſq; fere ad ſuccorũ conſumptionem,& tũc proiice ſuper eã ceræ.ʒ.v.fellis uaccini aur.vi.ferueat cũ eis uſq; dũ liquefiat cera:deinde puluerizа ſuper id ſcamoneæ,aloes,mezereon,calloquintida an.aur.v.ſaliſgemmæ aur.iii.euphorbii. aur.ii.turbith.aur.v.piperis lon.zing. camæmillæ an.aur.ii. miſceantur omnia bene ut permiſceantur & utere.

Modus extrahendi ſuccũ a cucumere aſinino talis eſt.Accipianẽ in fine Iulii in diebus canicularibus & in mẽſe Auguſti,qũ ſunt citrini,quia illi ſunt maturi,& ponantur in uaſe,& permittãtur per noctẽ:deinde foretur cultello acuto. Exiet aquoſitas quẽdã clara & ſubera pulpoſa.Illa aquoſitas colligatur cum ſpongia uel bombice & abiiciatur.& ſubſtãtia pulpoſa reſeruetur, & utatur ad libitum ponendo illam ad ſolem,& permittatur exiccari donec poſsit educi ad formam trochiſcorum: deinde remoueatur,& reſeruetur.

Deſcriptio. XVIII.

VNGVENTVM dialthæa magiſtrale, ualens proprie ad dolorem pectoris ad frigiditate & pleureſi, & ſuper pectus inunctum ſanat omnia loca,infrigidata calefacere mollificat, & humectat.

℞.Radicum altheæ.M.iii.ſem.lini, ſem.fœnugræci, cæpe ſquillæ,an,lib.s.ex his fiant mucillagines in communi aqua, de quibus accipe lib.vi.olei communis lib.iiii. ceræ lib.ii. terebinthinæ.ʒ.vi.gummi hederæ,galbani,ana.ʒ.i.butyri.ʒ. viii.reſinæ pini,colophonię,an.vnc.iiii.medullę bouis.vnc. vi.croci.ʒ.ii.ſepi uaccini lib.s.& fiat unguentum, diſſoluendo gummas in aceto forti.

In receptis qñ reperitur ſcriptũ olei loti.Modus lauandi talis eſt:primo ponatur oleũ in uaſe mũdo ſtricti orificii,& ſupra fundatur aqua clara calidiſsima: deinde abiiciatur aqua,& totiens reiteretur proiectio dictæ aquæ feruentis, quod finaliter exeat eiuſdẽ coloris & ſaporis ſicut ante proiectionem: & tunc oleum erit mundum.Et nota quando ſit debet lauari in uno uaſe q; ſit in fundo foratum ut aqua poſsit exire,oleũ.n.remanet ſemper ſuper aquam & natat,quia eſt corpus aereum.Ideo quanto leuior,tanto melior &c.

Deſcriptio. XIX.

VNGVENTVM marciatõ Nic.in ſuo magno antidota.Et quanquã hoc unguentũ & duo ſequẽtia nõ multũ ſint in uſu,tñ quia in eis ſunt multæ difficultates,ideo declarare propoſui,qđ facit ad doloré & frigiditatẽ capitis, & pectoris,& ſtomachi,& ad ſclyroſim, & ſplenis, & hepatis, & ad illi doloré,ſubueniẽs paraliticis,ſciaticis,nephreticis,& podagricis,tumores reprimit:& contra oẽs dolores medetur.

℞. Ceræ albæ lib.ii.olei cõis lib.viii.roriſmarini, foliorum lauri an.ʒ.i.rutæ.ʒ.vii.amarici.i.maioranæ.ʒ.vi. esbrij.i.floris ſaluiæ,ſaui.balſamitæ.i.mentæ aquaticæ, lilifagi.i.ſylueozimi,polii,calamẽti,artemiſiæ,enulæ, betonicæ, branchæ urſinæ,ſpergulæ.i.parietariæ,pimpinellæ,agrimoniæ,abſinthii,herbæ paralyſis,herbæ ſanctæ Mariæ, cimarũ ſambuci, craſſulæ.i.uermicularis:aliqui uero fabam groſſam, dicunt, millefolii,ſemperuiuæ,camedrei.i.chamædryos,centaureæ .ſ.maioris,fragrariæ.i.herbæ portantis fragras,quinque folii,herbæ tetrait.i.orobi an.ʒ.iiii.s. euiſci, radicis.i.radicis altheæ,cimini,myrte.i.folia myrti an.ʒ.iiii. fœnugræci.ʒ.i. s.butyri.ʒ.i.&.ʒ.ii.urticæ,uiolarũ,papaueris nigri, mẽtę ſaracenicæ:alterius mẽtæ.i.mẽtæ domeſticę,polytrici,lapacii.i.lapacij acuti,cardũcelli.i.cardonis benedicti,matriſſyluæ maturæ.i.caprifolii,herbæ muſcatæ,aleluia.i.panis cucu li linguæ ceruinæ.i.ſcolopẽdriæ,criſpulæ,cãphoræ, ſtoracis calamitæ,medullæ cerui.an.ʒ.s.adipis vrſi,gallinacei,maſticis an.ʒ.i.thuris.vnc.s.olei nardini vnc.ii.herbæ omnes præſcriptæ colligantur in medietate menſis Maii,& oẽs in una die uel duobus diebus,& ab hora tertiarũ uſq; ad meridiẽ. Conficiatur ſic herbæ terãtur ſubtiliter,infundãtur per dies vii.in optimo vino odorifero octaua uero die ad lẽtũ ignẽ ponantur.Et cum uinum aliquantulum erit conſumptũ addatur his oleũ prædictum.& bulliant donec incipiant diminui:deinde cum diligentia colentur,& proiectis herbis ita

rum

rum ſuper ignē ponantur. Et cū inceperint bullire pone ſtoracem, & cū modicum bullierint pone butyrum, & axungias, & pinguedines ſupraſcriptas aliquantulum tonſas & oleū nardinū, & maſticē, & olibanum, & poſtea ceram, ſemper cū ſpatula agitando, & cū cera liquefacta fuerit ab igne deponatur & cum coagulatum fuerit reſeruetur in uaſe.

Paralyſis herba eſt cuius folia incipiunt tempore hyemis q̄ ſe extēdunt in terra, quaſi alba, & criſpa, hūs florem albū.

Herba ſanctæ Mariæ eſt quædam herba ad albedinem tendens rugoſis foliis aliqui perſicariam dicunt.

Mēta ſaracenica, habet folia longiora & acutiora quàm menta domeſtica ſeu hortenſis: mentæ enim plures ſunt ſpecies, ut Matth. Syl. cap. 543. oſtendit.

Herbæ muſc. hæc herba eſt illa herba quæ ſe expādit per terram, odorē hūs muſci, quæ ſatis aſſimilatur agrimoniæ, ſed eſt minor ea, quidā dicūt q̄ eſt ualeriana, & quidā q̄ eſt roſtrū ciconiæ. Inter unguentū & emplaſtrum eſt dīria. Nā ad compoſitionem unguenti, requiritur cera & oleum: in emplaſtris autem non eſt expediens ſemper ponere ceram.

Deſcriptio. XX.

VNGVENTVM aragon Nic. ualens ad dolorē ex frigiditate, ad ſpaſmū, & tetanon, ad dolorē ilii & renū, arthriticis & ſciaticis multū ꝓdeſt, & quartanariis ſi ſpina inūgat an. horā acceſsiōis mirifice ꝓdeſt, dēt tū ſemp bñ calefieri.

℞. Roris marini, maioranæ, radicū iari. i. ſerpentarię ſerpilli, rutæ, radicū ficidæ. i. cucumeris aſinini an. ʒ. iii. s. foliorū lauri, ſaluiæ, ſauinæ an. ʒ. iii. polycariæ maioris & mino. i. elleborī albi & nigri. ʒ. ix. aliqui dicūt q̄ polycaria maior eſt thymus & polycaria minor eſt ſatureia, bryoniæ. i. radicis cucurbitæ ſaluaticæ. ʒ. iii. laureolæ. ʒ. ix. nepitæ li. s. maſti. olibani an. ʒ. vii. pyrethri, euphorbii, zingib. pipe. an. ʒ. i. olei muſcellini. ʒ. s. olei petrolei. ʒ. i. adipis urſi, olei laurini an. ʒ. iii. butyri. ʒ. iii. olei cōis li. v. ceræ li. i. Herbæ & radices colligant̄ tpe & hora ſcripta in ꝑdicto unguento, lauentur, & mūdent̄, & ſubtilient̄: deinde cōterant̄, & per vii. dies in oleo infundant̄: octaua uero die ſup ignē ponant̄, & coquant̄ uſq; ad pfectam coctionē: poſtea p facculū colent̄ fortiter exprimēdo: deinde dicta colatura ſuper ignem ponat̄, & cū bullire ceperit, addat̄ oleū laurinum, butyrum, & adeps, ac cera, qua liquefacta: adde petroleum & muſcellinum: & poſtea maſticem & olibanum, zingiber, piper & euphorbium, & pyrethrum, & poſt ab igne deponatur, & recondatur.

Inter doctores magna eſt dīria de laureola & mezereon: nam eædem ſunt, & falſæ, Nam mezereon eſt planta lactinia, & dicitur alio nomine oliuella: laureola uero eſt arbuſtum, & non habet lac, ſed folia laureolæ ſunt ſimilia lauro.

Policaria eſt herba quæ habet folia, ſimilia oliuæ, ſed aſpera, & pinguia, & uiſcoſa: & ſunt duarū ſpērum. ſ. maior & minor: maior eſt grauis odoris, & in fine frutice maior eſt: uirgas hūs lōgitudine cubitis duobus. Minor uero unius pedis lōgitudine porrecta, florem fragilem, & mellinū hūs colorem, amarum ſaporē: & cū floruerit flores uelut capillos facit. Radix ipſa eſt inutilis, ſed quia nſo hoc in climate non reperitur: nec cognitio habet: ideo loco ipſorū ponit̄ elleborus albus, & niger: & aliqui loco polycariæ maioris ponūt thymū maiorē uſualē: & loco minoris ponūt ſaturegiā.

De oleo muſcellino magna inter doctores eſt cōtentio: quidam. n. dicunt quòd dicitur muſcellinum, quia in eius cō poſitione intrat muſcum: item muſcellinū uocatur, quia fit ex humiditate inuenta in tuberoſitatibus vlmi. Item muſcellinum uocant multi oleum de ben. i. de ſemine cataputiæ.

Alii uero hoc mō oleū muſcellinū faciunt ſm hāc receptā, & ponitur a Galeno in ſuo antidotario & iſtud eſt in uſu.

℞. Olei li. iiii. aquæ lib. ii. folii, ſpicæ, coſti, macis, an. ʒ. i. ℔o racis calamitæ, myrrhæ, croci, caſsiæ lignea an. ʒ. vi. garyophyllorum, bdellii ana. ʒ. s. nucis indæ, muſci ana. ʒ. ii. conquaſſentur: deinde bulliant ſimul uſq; ad conſumptionem aquæ deindè colentur: & reſeruentur: aliqui ſuperaddunt huic deſcriptioni xylobalſamum & carpobalſamum.

Deſcriptio. XXI.

VNGVENTVM Agrippæ Nicolai in magno antidotario. quo Agrippa rex Iudeorum utebatur, ualet ad hydropyſim, & ad oēs tumores in quacunque parte corporis fuerint, & ad neruos indignatos, urinā ꝓuocat, & inunctū ſup uentrē laxat, & dolori renum ex frigida cauſa optime facit.

℞. Bryoniæ. i. radicis cucurbitæ ſylueſtris li. i. radicum ebuli, ſpēs eſt ſambuci faciens quædam ſemina nigra fœtentia, tribuli marini an. vnc. ii. radicū ſacydę. i. cucum. aſinini li. i. ſquillæ, vnc. vi. ireos. i. lilii cœleſtis vn. iii. radi. filicis. vn. ii. Oēs radices ter uel quater bene lauentur & in pila marmorea bñ terantur, olei lentiſci li. iiii. ponātur in dicto oleo, & per dies viii. permittantur. Nona vero die ad ignē ponātur omnia hæc, & tandiu bulliant, quòd radices diuidātur: deinde ponantur in ſacco exprimendo & colando, et cum colatum fuerit ad ignem ponatur, et cum fuerit debite fere coctum, intus proiiciantur ceræ albę, vnc. v. et liquefacta cera ab igne deponatur, et poſt infrigidationem reſeruetur.

Antidotarium eſt quodlibet includēs diuerſas deſcriptiones medicinarum ad diuerſas et uarias paſsiones, dr̄ antidotarium. i. contra uitium datum, quia contra ægritudines principaliter. Vel aliter antidotarium dicitur. i. contra datum, ab anti quòd eſt cōtra, inde dicitur antidotarium quòd eſt liber continens experimenta contra morbos data.

Tribuli marini ſunt quidā fructus naſcentes in aqua cornua hūtes, & intus hūt quandā medullam ad ſimilitudinē caſtaneæ, et iſti gallici pauperes ſolent ſuper pileos ſuos portare. Botim eſt duarū ſpērum domeſtica et ſylueſtris, domeſtica eſt arbor terebinthinæ. Et ſylueſtris lentiſcus arbor in montibus naſcens. ex cuius ſemine fit oleum lentiſci: et ſi haberi non poteſt, eius loco ponitur olei maſticis, vel terebinthina, vel oleum de leuco. i. album, antiquum.

Deſcriptio. XXII.

VNGVENTVM marciaton: q̄ in uſu cōiter habetur Nicol. vt ſupra habens uirtutes vnguenti marciaton ſupraſcripti.

℞. Foliorum lauri li. iii. rutæ lib. ii. s. amarici. i. maioranæ lib. ii. roriſmarini li. i. s. foliorum myrti li. i. esbrii. i. floris ſaliuæ, balſamitæ. i. mentæ aquaticæ, ozimi ana li. s. butyri, vnc. v. maſticis, ſtoracis calamitæ, medullæ ceruinæ, adipis urſi, adipis gallinæ ana vnc. i. thuris vnc. ii. s. olei nardini vnc. i. olei uiridis. ſ. ex oliuis immaturis lib. vi. & fiat unguentum prout in unguento alio marciaton tibi oſtendi.

Oleum uiride eſt oleum omphacinum. i. oleum oliuarum immaturarum, & dicitur a uirendo, eo quia maiorem uiriditatem habet quam cætera olea ſimplicia.

Deſcriptio. XXIII.

VNGVENTVM ſtaphiſagriæ magiſtrale.

℞. Axungiæ, ſaponis mollis, ſtaphiſagriæ an. vnc. iiii. olei linoſæ vnc. iii. argēti uiui extincti vn. ii. cōterantur ſubtiliter conterēda, et miſceātur: valet hoc unguentū ad interficiendū uermes ſeu pediculos capitis palpebrarū et inguinum.

Axungia ſi ſimpliciter ſcripta reperiatur, ſemper de axūgia porcina eſt intelligendum. Hic utiliter eſt notandum, q̄ ſtomachus et hepar non debent aliquo unguento ungi, aut aliquod emplaſtrū vel cerotum ſupra eos ponendū eſt, poſt cibum quia attrahendo calorem a loco digeſtionis impediret cibi digeſtionem, et naturā a ſua digeſtione ſeu operatione diuerteret. Vnguenta emplaſtra et cerota ut plurimum conſeruātur per annū in ſua uirtute et bonitate, et nō plus, quia elapſo anno paulatine humiditas eorū naturalis deperditur, et terreſtreitas acquiritur, quare notēt apothecarij, & hic completur diſtinctio octaua quæ fuit unguentorum.

Incipit IX. diſtinctio, quæ eſt de emplaſtris, et continet vi. deſcriptiones. Quarum prima eſt.

EMPLASTRVM de meliloto Meſue mollificans omnem duritiem quæ fit in ſtomacho, & hepate, & ſplene, et omnibus uiſceribus.

℞. Meliloti vnc. vi. florum camæmil. fœnugræci. ſ. ſeminis, baccarum lauri, radicum altheæ, abſin. ana ʒ. iii. ſe. apii, cordumeni. i. carui agre. ireos. ſ. radicis, cyperi, ameos ſpicæ, caſsiæ lignea, an. vnc. i. s. ſampſuci. i. maioranæ ʒ. iii. aromatici. ʒ. x. ſtoracis, bdellii, an. ʒ. v. terebinthinæ. ʒ. i. s. ficuū pinguium nu. xii. ſepi caprini, reſinæ ana vnc. ii. s. ceræ vnc.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 248 sur 335

vi.olei ſampſuci.i.maioranæ,olei ſpicę an.li.ii.conficiat ſic. Ex ſemine fœnugræci,radice altheæ & ficuum fiant mucilagines in aqua decoctionis alterius fœnugræci, camæmil.& meliloti an.q.ſ. & de dicta decoctione ēt gūmæ præſcriptæ diſſoluantur.Cætera uero puluerizētur,& additis oleis,cera & adipibus fiat emplaſtrum. Potes ēt alio modo facere, decoquere radices altheæ,& ficus in ꝓſcripta decoctiōe,& poſt ipſarū perfectam coctionem bene illa piſtare,&gūmas in decoctione diſſoluere: cætera uero puluerizare: deinde cū oleis ꝓdictis ꝙ remāſit de decoctione miſcere,& his addere & radices & ficus & gūmas diſſolutas, & iterum ſimul tm̄ bullire ꝙ decoctio conſumpta ſit: poſtea adde flores,& leui bullitione bulliāt: deinde terebinthina reſina colata ſepum & cera ponantur & bulliant uſq; ad liquefactionē ceræ: deinde ab igne deponantur, et puluis ſupraſcriptarum rerum addatur,& bene oīa miſceantur & reſeruētur, & hic melior erit modus quanquam etiam ſuperior ſit bonus.

Ea quæ in emplaſtris ponuntur non multum ſunt conterenda, eo quia uirtus ipſius ſolum agit in membrum quòd tangit,& diu uirtus eius durat.Et debet eſſe emplaſtrū groſſum quando ſuper locum ægrum ponitur.

Aliqui emperici apothecarii puluerizant ſemen lauri exteriori cortice non amoto & male:quare in quocunque loco ponuntur,ſemper a ſuperiori cortice mundentur.

Cordumeni.i.carui agreſte.Sed ſi haberi non poſsit,eius loco apponi poſſunt carui domeſtici.

Deſcriptio. II.

Emplastrvm Galeni poſitū à Meſ. emendans uitia ſtomachi,confortans ſtomachū,& emendans eius uitia quæ ex frigiditate fiunt,confortans digeſtionem, & appetitum procurans,& confortans hepar, & ſedans dolorem eorum.

℞. Roſarum ʒ.xx.foliorum abſinthii ſicci.ʒ.xv. maſticis ʒ.xx.ſpicæ indæ.i.ſpicæ nardi.ʒ.x. terantur ſeu conterantur hæc,deinde accipe ceræ mundæ ʒ.iiii.olei roſa.li.i.s. diſſoluantur duo hæc ad ignem & lauentur poſt earū coagulationem cum aqua roſa.lauationibus pluribus:deinde iterū diſſoluantur:& poſt congelationē lauentur in uino ueteri,ſucco cydoniorum & parum aceti:deinde miſceantur cum puluere rerum ſupraſcriptarum,& fiat emplaſtrum.

Modus iſte eſt bonus, ſed ego ſoleo illum lauari facere poſt prædictas lotiones in uino optimo nigro ut maiorem ſtypticitatem iterum habeat & confortationem.

Deſcriptio. III.

Emplastrvm diaphœnicon Meſ.eſt confortatiuum ſtomachi & hepatis in quibus accidit uehemens debilitas, & viſcerum,quibus accidit lubricitas & mollificatio,& cōfert ad fluxum ventris, & ad fluxum hepaticum.

℞.Ceræ.ʒ.ii.olei nardini,olei roſ.an.ʒ.iiii.maſti.ʒ.ii.s.laudani.ʒ.i.puluerizentur puluerizāda, & liquefacta cera cum oleis miſceantur,& reducantur ad formā ceroti:deinde accipe dactylorum ſiccorum num.xl. tortellarum de ſeni.ʒ.v. duo hæc fundanē per duos dies in optimo uino nigro ſubtiliter inciſa & tortellæ confractæ,carnium cydoniorū coctorum in uino.ʒ.i.terantur dactyli contritione vltima, carnes cydoniorū & tortellæ de ſeni oīa per ſe:deinde iterum inſimul,deinde miſceanē cū ſupraſcripto ceroto,& contundantur in mortario donec aggregenē: deinde ꝓiiciantur ſuper ea,olibani,abſinthii ſicci an.ʒ.ii.s.ligni alo. macis,myrrhæ, alo.loti,ſpicæ,acaciæ,galliæ muſ.ramich,calami aro.an.ʒ.i. puluerizentur ſubtiliter hæc:deinde cum aliis rebus miſceātur,& conterantur in mortario bene donec omnia commiſceantur,& fiant in unum,formam habens emplaſtri.

Calamus uel calami ſi ſimpliciter ſcriptum reperiatur,de calamo aromatico ſemper eſt intelligendum.

Aloes quòd ingreditur in emplaſtris,unguentis et cerotis ſemper debet eſſe lotum, cum magis confortatiuum ſit, magisq; deſiccatiuum,& minus mordicatiuum.

Deſcriptio. IIII.

Emplastrvm de granis lauri Meſue cōferens ad dolores ex frigiditate factos et uentoſitate, & proprie ad dolorem uentris & ſtomachi, & renum, & matricum, et ueſicæ, & aliorum viſcerum.

℞.Olibani,maſticis,myrrhæ an.ʒ.i.granorum lauri.ʒ.ii. cyperi,coſti,an.ʒ.s.mellis cocti li.i.s.conterantur, oīa præſcripta,& reducantur cum melle ad formam emplaſtri, et ſi uis emplaſtrum ualere in hydropiſi, his ꝓſcriptis omnib' addas cyperi.ʒ.i.s.ſtercoris caprarum, uel uaccarum ſicci puluerizati.vnc.vii.s.quòd eſt ad pondus omnium, mellis lib.ii.eſt enim multum cōueniens, ut a Meſue uideri poteſt eo loco.

Ad faciendū emplm cū melle ꝓ omni li.i.mellis dare debes.ʒ.iiii. ſpērum cribellatarum ſi debitā formā habere dēt.

Mel in emplaſtris nullo mō coquendū eſt,eo quia coctura multum tenax ipſum facit: ideo ponatur in eis crudum.

Deſcriptio. V.

Emplastrvm Montag.contra fluxū ꝙ in vſu eſt,ualens in oībus fluxibus antiquis diaricis,& ex eo calido totū myracha ſcuto oris ſtomachi uſq; ad ilia & femur.

℞.Eupatorii.M.i.ſquinanti.M.ii.ſpicæ indæ quartā partem.M.i.maſticis,macis an.vnc.s.ligni al.ʒ.iii.myro. embl. chebu.aſſatorum an.vnc.i.boli arm.lapidis hematitis,terræ ſigil.an.ʒ.vii.ſem.corian.præparatorum vnc.i.s.ſpodii.ʒ.ii. roſarum.vnc.i.farinæ hordei.vnc.ii.ſpērum triaſandalorum ſine camphora.vnc.s.ſcoriæ ferri præparatæ.ʒ.i. olei maſticis,olei myrtillorum an.li.i.s.contundatur ſubtiliter eupatorium. Cætera uero puluerizentur, & fiat emplaſtrum in bona forma.Mirabiliter enim ualet in fluxu uentris.

Camphoram non iuſsit apponi ſpēbus triaſandalorū hic in emplaſtro intrantibus propter intenſam ipſius frigiditatem.Inteſtina enim ſunt debilis caloris,nec multum frigida ſunt apponenda circa ea regulariter operando.

Deſcriptio. VI.

Emplastrvm de cruſta panis Montagn. valet in uomitu puerorum,& in non potentibus cibum retinere,multum in uſu eſt: quòd actu calidum in omni uomitu ſedat eū in media hora.

℞.Maſticis,mentæ,ſpodii,corall.rub.ſanda. albo. ſandal. rube.an.ʒ.i. cruſtæ panis aſsi & infuſi in aceto per mediam horam.vnc.ii.olei maſticis,olei cydoniorum an. vnc.i.farinæ hordei.vnc.i.s.cōteratur ſubtiliſsime panis.Cætera puluerizentur:deinde miſceantur,&fiat emplaſtrum ſine igne.

Vtiliter hic eſt notandū ꝙ membris principalibus & maxime cordi & ſtomacho nullo modo apponēda ſunt frigida actu quanuis potētialiter,uirtualiter frigida ſint:ſed aliqualiter ſunt tepefacienda,& proprie pueris.quare bene notetur hic ut queant inſtruere medicamenta accipientes, quia quando domini medici inaduertenter non explicant de forma approximationis, doctus apothecarius ſupplere poteſt. Et his emplaſtrorum communiū diſtinctio completur quæ fuit ix. diſtinctio.

Incipit diſtin.X. quæ eſt de cerotis,et continet nouem deſcriptiones. Quarum prima eſt.

Cerotvm diachylon magnum Meſ. quod ab eo appellatur emplaſtrum, verum quia communiter ſit ad formam ceroti, ideo in eorum ſumma ponam, expertum ad reſolutionem, & ad maturationem omnis duritiei.

℞.Litargyrii mundi triti & cribel.li.i. olei irini,olei camæmil.olei anethi an. ʒ.viii.mucila.ſ.lini,mucilag.ſ.fœnugræci,mucillaginis radicum altheæ, mucillagi. ficuum pinguium,mucillag.paſſularum,ſucci ireos,ſucci ſquillæ,hyſſopi humidæ,glutinis alzanach an.ʒ.xii.s.terebintinę vnc.iii. reſinæ pini,cerę citrinæ,an.vnc.ii.confice hoc modo.Accipe lithargyrium & ſupraſcripta olea, & diu in mortario lapideo cum piſtello ferreo conquaſſentur, & elaboretur in eorum conquaſſatione per mediam horam ſaltem: deinde bulliant ſuper ignem cum facilitate ſemper, & inceſſanter agitando cum ſpatula, donec coaguletur lithargyrium, tūc deponantur ab igne,et permittantur infrigidari: deinde accipe mucillagines, gluten, ſuccum,& hyſſopum,& terebinthinam, & inter eos aliquali ebullitione bulliant: deinde in mortario cum lithargyrio & oleis prædicta ponantur,et cum piſtello tantum conquaſſentur, donec condecens fiat eorum permixtio.

Tunc iterū oīa reponanē ſuper ignem,& cera addita tantum

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 249 sur 335

tum coquantur,quòd ad debitam formã ueniant.ſ.quòd habeant ſolidiorem coctionem quam habere debeat unguentum,et nihil ultra ne aduratur.

Sunt qui male ſcribunt et proferunt hãc compoſitionem et dicunt diaquilon et male,debet enim ſcribi diachylon.i. compoſitio facta cum ſuccis et mucillaginibus qui ſunt ſicut ſuccus.Nam chylus.i. ſuccus.

De alzanach inter doctores magna eſt cõtrouerſia: quidã dicũt ꝙ eſt mucilago radicis enule,et hoc ſatis cõſonũ eſt: eo quia ẽ mollificatiua & reſolutiua.Alii dñt ꝙ eſt mucilago radicis altheæ,et ſcribũt alzanach.Nec hoc remotũ eſt a ꝓſonãtia, cum et illa ſit mollificatiua,reſolutiua,& maturatiua.Nõnulli alii dñt ꝙ eſt mucilago radicis ariſtol. & hoc ẽt de apparẽtia hẽt,cũ & illa ualeat in reſoluendis apoſtematibus,& in extrahendo oſſa fracta,& ſcribunt alkanach. Sunt & alii dicẽtes ꝙ eſt colla piſcis,quia Mat.Syl.dicit ꝙ alchanach eſt nomẽ cuiuſdã piſcis,& alibi,ꝙ eſt ſpẽs cuiuſdã piſcis.& alibi ꝙ eſt quoddã genus piſcis:q̃ uero colla ſit remanet in deciſũ,& niſi cõpoſitũ hoc hẽret in ſe attractionẽ potẽtẽ,ſane magis adhærerẽ ſcẽdæ opinioni & dimitterẽ hãc colã:Sed qa medici cõpõnẽ hãc attractiuã dñt, ut experimento iã cõprobatũ eſt,& extractio nõ fit niſi mediante hac colla igit̃ poni facere potes collã piſcis diſſoluẽdo illã prius in aqua,& hoc idem faciunt cõiter practicantes in apothecis.

Deſcriptio. II.

DIACHYLON minus Meſ.cuius iuuamentum eſt ad apoſtemata dura,& ad duritiem hepatis,et ſplenis,et ſtomachi et ad omnem duritiem,et ſcrophulas excorticatiuas et in omni fluxu hepatico et proprie cum emplaſtratur.

Puluis radicis ireos.ʒ.i.Accipe ergo lythargyrium et pulue ireos,et diu in mortario agitentur, et ut ſupra tibi oſtendi in alio facias.Commemorando ꝙ coctio fit media inter unguentum et cerotum.

In oi cõpõne in qua intrant lythargyriũ et mucillagines poſt coctionẽ lithargyrii cum oleo,antequam mucilagines ponantur,ſemper debemus expectari infrigidatiõne uel ſaltem tepefactionem olei in quo eſt lythargyrium Si.n.ipſis feruentibus apponerentur mucilagines, adeo excreſceret ſuper captiam ꝙ maior pars in ignem perderetur. Et hoc ſæpe uidi contingere famulis apothecariorũ non expertis & tũc iudicabam illos indoctos huius artis,& qui ſe magiſtros eſſe dicebant,ineptiſſimi diſcipuli eſſe comperiebantur.

Deſcriptio. III.

CEROTVM ꝓ renibus meo ingenio repertũ:utile atque mirabile ad prohibendum aborſum in mulierẽ pgnãte uidi de eo utilia experimẽta,& maxime in Illuſtriſſima nũc quondam comitiſſa Brixiæ in partibus ultramontanis uxore illuſtriſſimi Philippi dñi de Sabaudia quæ habuit duos aborſus approximato ceroto,aliquo tempore portauit. Et illo ſemel relicto iterum ad aborſum uenit.In multisq; aliis matronis & mulieribus, illum compoſui dum Illuſtriſſimę ſuæ dominationi ſeruirem anno.1480.

℞. Maſticis electi.ʒ.i.laudani.ʒ.vi. ceræ citrinæ.ʒ.s. biſtortæ,nucum cupreſſi, hypoquiſtidos, achaciæ, ſanguinis dra.roſarum rub.corallorum rubeorum,ſandal.mentæ ſiccæ ſeminum coriandrorum præparatorum,galliæ muſ. terræ ſigillatæ,an.ʒ.ii.olei oliuarum incompletarum lib.iii.puluerizentur, puluerizanda,& fiat cerotum in bona forma,quòd ſi tenax non eſt addatur parum terebinthinæ.

Cerotũ dr̃ a cera,quia oẽ cerotum recipit ceram,uel aliquid loco cerę,& eſt quoddam mediũ inter unguentum,& emplaſtrum, ſpiſſius unguento,& liquabilibus emplaſtro.

Deſcriptio. IIII.

CEROTVM de gummis Meſue.

℞.Galbani.ʒ.i armoniaci.ʒ.ii.viridis æris.ʒ.ii.ariſto.longæ, ariſto.rotundæ,thuris,opopanaci,maſticis,ceræ, an.ʒ.i.olei oliuarum.ʒ. viii.lithargyrii aur.li.i.s.myrrhæ vnc.i.bdellii. ʒ.ii.lapidis calamitæ,lapidis hematitis, an.ʒ.i.puluerizentur puluerizanda,& gummiæ in aceto diſſoluantur, et fiat cerotum in bona forma.

Lithargyriũ ſi ſimpl̃r ſcriptum reperiatur, de lithargyrio auri intelligat̃,quãquã Circa inſtãs aliter ſentiat,dicit.n.ꝙ lithargyrium.ſ.fæx ſtãni in uſu eſt,& cõiter eo utimur, & fit ꝓ excoctionem,cũ ſit ſtãnum ex uena terræ, & hoc uerum eſt ꝙ eo uti debemus quando intendimus multum infrigidare.

Deſcriptio. V.

CEROTVM de laudano magiſtrale mirabilis iuuamẽti pro ſtomacho infrigidato,& debilitato: cõfortans uirtutem digeſtiuam,& ualens in paſſionibus frigidis eius, & remouens dolores factos a uentoſitate digeſtiua.

℞.Mẽte,roſar̃,abſin.lig.aloes,maſt.cinn.ſpicę nardi,myrtilorum an.ʒ.iii.garyoph.galangæ,nucis mu.macis,zing.galliæ muſ.coſti an.ʒ.ii.s.cyperi, calami aro.oliba.aloes, myrrhæ,corallorum ru.an.ʒ.i.zedoariæ,terræ ſigil.abrotani,cẽtonici,centaureæ maio.an.ʒ.i.s.laudani boni.ʒ.ix.ceræ citrinæ li.ii.terebin.ʒ.viii.liquefiant cera terebinthina,& laudanum ſimul: deinde ſuprafcriptæ aliæ ſpecies apponantur.

Aliq̃ ſcriptũ repies mẽtæ ſiccæ,& abſin.ſicci,& aliq̃ mẽtæ & abſin. ſimpl̃r, q̃reret aliquis quid in diuerſitate dicta ẽ faciẽdũ.Iõ in hoc dico ꝙ autores ſp intelligũt de ipſis ſiccis quãuis aliq̃ nõ exprimãt, & aliq̃ ſic,& ꝓpter expſſionem uolunt poſtmodũ te intelligere de ſiccis,& ideo expſſerunt in aliquibus mẽtæ uel abſinthii ſicci id ꝙ uolunt ꝙ tu in cæteris intelligas.Nam q̃ uolunt dictarum humiditatẽ herbarum,dicunt ſucci abſinthii uel ſucci mẽtę:quare bene nota.

Deſcriptio. VI.

CEROTVM pro crepatis.Gentilis in ſuis conſiliis, conſilio primo:precioſiſsimum & expertum,ꝙ in uſu eſt, & eſt conſolidatiuum dydimi dilatati: per quem inteſtina deſcendunt ad oſſeum ſiue burſam teſticulorum.

℞.Picis liquidæ,colophoniæ,cerę,ariſto.lon.ariſto.rotũ. uermiũ terreſtriũ,aloes an.ʒ.iiii lithargyrij,armon.opopanaci,galbani,maſticis,bdellii ſumach.an.ʒ.i.terebinthinæ,ſerapini,conſolidæ maio.cõſolidę min.an.ʒ.i.uiſci quercini,lapidis hemathitis,olybani,gypſi,myrrhæ, thuris an.ʒ.s.gallarũ,nucũ cupreſſi,boli ar.hypoquiſtidos,mũmiæ an.ʒ.vi.ſanguinis dra.ʒ.vii.ſanguinis humani li.ii. ꝓfice ſic accipe pellẽ arietis cum pilis inde remotis. coquatur in aqua tandiu donec tota liquefiat,& poſtea permitte aquã infrigidare & reſidere:deinde accipe ſpecies bene tritas & cribellatas & gũmas, prius tamen diſſoluantur in aceto fortiſſimo, quæ diſſolutæ ſanguine cõmiſceantur,& hæc oĩa permiſce in colatura aquæ arietis pellis in cacabo, & fac ut ſimul bulliant donec ad nigredinem & formam ceroti ueniant & utere.

Sanguis humanus debet extrahi ab homine ſano ſanguineæ complexionis,& poſt extractionem debet in ceroto illi co poni, eo quia longa ipſius extractio corruptionem inducit. Aliqui uolunt quòd prius exiccetur.

Deſcriptio. VII.

CEROTVM ꝓ coſtis magiſtrale ualens ꝓprie ad dolorẽ pectoris ex frigiditate,mollificãs et ſanãs loca ifrigidata.

℞.Maſticis,galbani,opopanaci,ſerapini,armoniaci,thuris, picis naualis,hyſſopi humidæ,an.ʒ.ii.terebinthi.cerę,abſin. fœnugræci.ſ.ſem.camæmil.an.ʒ.i.croci.ʒ.s.mucilaginis fœnugræci,mucilaginis ſem.lini,mucilaginis altheæ,an.ʒ.ii.s. miſce,& ex his fiat cerotum diſſoluendo prius gummas in aqua decoctionis altheæ,fœnugræci,& ſeminis lini,puluerizando etiam puluerizanda,reducatur ad formam ceroti.

Camæmillæ ſi ſimpliciter ſcripta in compoſitis reperiatur,ſemper de flore eſt intelligendum.

Mucilago altheæ ſi ſimpliciter ſcribatur uel ſcriptum reperiatur,de radice facienda eſt ut doctores uolunt.

Deſcriptio. VIII.

CEROTVM oxycrocij Nic.in magno antid.ex aceto & croco nomen habet,ualet p̃cipue ad fracturas oſsiũ,& ad membra,quæ dolore aliquo affliguntur, & apoſtemata dura in quacunq; parte corporis fuerint remollit & diſſoluit.

℞Croci,picis,colophoniæ,cerę an.ʒ.iiii. terebin. galbani, armo.myrrhæ,olibani,aloes:aliqui textus nõ hñt aloẽ, maſticis.an.ʒ.i.ʒ.iii.cõficiantur ſic. Galbanũ & armoniacũ aliq̃tulũ cõtuſa ponant̃ in ſufficiẽti q̃titate aceti ꝓ noctẽ: mane uero ponant ad ignẽ uſq; ad liq̃factionẽ dimittẽdo:poſt liq̃factionẽ colent̃ & iterũ decoquatur donec acetũ cõſumetur, & tunc addatur picis naualis liquefactæ & colatæ,cera, co-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 250 sur 335

lophonia,& terebinthina,& interuallo facto ponat mastix olibanum,myrrha,& aloes semper cum spatula agitando. Ad ultimum cum coctum fuerit in aqua frigida funde,& ex tracto ab aqua manibus exprimatur ut tota aqua exeat. Et super marmor unctum oleo laurino puluere croci superposito malaxetur. Et factis magdaleonibus reseruetur.

De croco hoc in ceroto a uariis diuersimode ponitur,quidam post perfectam coctionem ceroti, & postquàm amotũ est ab igne. Crocum intus ponunt,& cum aliis rebus bene incorporant & modus iste magis a doctoribus laudatur. Alii uero supradicto modo faciunt nec inutilis est.

Descriptio. IX.

CEROTVM de mucillaginibus magistrale: lenitiuum & mollificatiuum omnis duritiei.

℞.Mucillaginis altheæ,mucillaginis fœnugræci, mucillaginis seminis lini.an.ʒ.vi.bdellii,armoniaci, opopanaci,an.ʒ. ii.olei de lilio,fæcis olei linosæ,an.ʒ.iii.lithargyrii,terebinthinæ,an.ʒ.iiii.storacis.ʒ.ii. picis nauallis.ʒ. iiii. ceræ nouæ lib.ii.medullæ bouis, uel sæpi castrati.ʒ.iii. puluerizentur puluerizanda,& ex his fiat cerotum in bona forma.

Nota ꝙ qñ storax simplr reperitur,de calamita est intelligendum,cũ melior sit aliis spẽbus.Nã calamita idẽ est ꝙ bona gutta,a calos ꝙ est bonũ,& mitos ꝙ est gutta. Et hic cõpletur decima distõ quo fuit de cerotis in usu existentibus.

Incipit XI. distinctio,quæ est de oleis, & continet xxx.descriptiones. Quarum prima est.

OLEVM spicæ Mes.seu nardinum,& est scđa descriptio,multoꝝ iuuamentorũ,& pprie ad oẽs ægritudines frigiditatis & uentositatis,& proprie neruorum,stomachi,hepatis,splenis,renum ueficæ,& matricis,& confert dolori auris uentoso,& dolori capitis,& hemicraniæ secundum omnem formam administrationis.

℞.Spicæ indæ.ʒ.iii.sampsuci.i.maioranæ.ʒ.ii. xyloa.i. ligni aloes,enulæ.s.radicis,folii indi,calami aro.foliorum lauri, cyperi,squinanti,cordumeni.i.carui agrestis an.ʒ.s.confrangantur oia grosso modo,& fundantur super ea uini & aquæ ana tantum ꝙ prædictæ res cooperiantur,olei sisamini li.vi. decoquãtur in duplici uase per horas sex lento igne,deinde sine colatura,oia in uase reponantur & obturetur os uasis.

Oleũ oliuarũ est materia oĩum oleorum,& de noiatione olei hẽtur,& intelligit de oleo oliuaꝝ,& non de alio oleo.

Compositio huius olei est præciosissima.Sed raro fit propter penuriam folii ueri. Et propter auaritiam emptorum nolentium debitum precium soluere.

Oleum sisaminum non fit,quia grana sisami non reperiuntur apud nos,sed loco ipsius accipi potest oleum amygdalarum dulcium,uel illud quod inferius describetur.

Descriptio. II.

OLEVM spicæ magistrale:& hoc cõiter fit,& supplet uicem superius quòd propter penuriam folii ueri non fit.

℞.Spicæ nardi.ʒ.ii.spicæ celticæ.ʒ.i. stœcados vnc.s.maioraa.vnc.s.nucis musc.cinnamo.an.ʒ. vi. masticis.ʒ.ii. calami aroma.croci an.ʒ.s.succi saluiæ,uini optimi,aquæ fontis,an. vnc.vi.olei communis lib.vi. confrangantur omnia similiter,& coquantur in duplici uase lento igne usq; ad consumptionem uini,aquæ,& succi:deinde reseruetur.

Oia olea debẽt coqui in duplici uase & lẽto igne,eo quia oleũ faciliter est resolubile,& magno calore inflãmaret,& uirtus deperderetur:iõ doctores uolũt & iusserũt hãc decoctionẽ.Modus aũt tritus est.Sed si artificiale uas ad hoc non haberemus,possemus accipe urceũ petrę uel stãni cooptũ, & in eo oleũ & alia ponere:deinde dictũ urceũ infundere i cacabo aq̃ pleno,& sub eo igne facere & ex ebullitione aq̃, oleũ ꝙ aq̃ nõ tangit decoqueret: & hic est modus optimus.

Dicitur oleum spicæ & spica in eo intrante,eo quia spica est basis in oleo.

Descriptio. III.

OLEVM sisaminũ magistrale:quod fit qñ haberi non potest oleum de granis sisami,tamen si haberi possent melius esset:modus cõpositionis eius esset,sicut olei de amygdalis, & eius iuuamenta sunt,quia impinguat,& addit in sperma te & lenit durities,& asperitates,& clarificat uocem,& lenit guttur,& est materia multorum oleorum.

℞.Musci.ʒ.i.ligni aloes.ʒ.s.nucis muscatæ, & garyophyllorum, macis,spicæ.cardamomi.ſ.maioris & minoris, galliæ muscatæ. cubebæ, calami aromatici, ana.ℨ.i. olei communis lib.i.bulliant in duplici uase,& reponantur.

Istud oleum ingreditur in multis medicinis, & quia ad nos non affertur:quanquàm multi & falsè dicant quod uerum apportatur,hanc compõnem loco ipsius solent medici dispensare quæ in uirtute est ipsius. Et si hanc non uis facere, & aliud habere non potest,ipsorum loco accipies oleum amygdalarum dulcium,ꝙ in uirtute est,illius, ut omnis medicorum tenet scola,sed recens esse debet nõ rãcidũ.

Descriptio. IIII.

OLEVM cydoniorum Mes. stomachum & membra nutritionis,confortans,& neruos quibus accidit laxitas,& prohibet multitudinem sudoris.

℞.Carnium cydoniorum tritorum cũ cortice suo quibus media accidit maturatio,succi cydoniorum cum cortice in complete maturatorũ an.ʒ.vi. olei ex oliuis immaturis lib. iii.tria hæc ponantur in uase uitreo,& soli exponantur per dies.xv.uase obturato:deinde coquãtur in duplici uase per horas quatuor:deinde colẽtur cum pecia exprimẽdo, et colaturæ iterum addantur cydonia: & sucus eorum quantitate supradicta.Et soli per tantum tempus dimittãtur,deinde in duplici uase,ut supra coquantur: deinde exprimãtur. Et iterum tertio & cydonia & succus colaturæ addantur,et soli exponantur,& tempore dicto iterum dimitantur: postea ultime coquantur,& coletur & reseruetur.

Si oleum de oliuis immaturis haberi non posset,loco ipsius accipi potest oleum completum, & ter uel quater lauari potest in aqua, & ita aliqualiter ad uirtutem olei incompleti approximabitur.Modus lauandi positus est supra.

Descriptio. V.

OLEVM masticis Mesue secundum ,quod in usu est confortans stomachum, neruos,hepar,& iuncturas: & lenit apostemata dura, & sedat dolores.

℞.Olei rosa.lib.i.masticis.ʒ.iii.uini boni ʒ.iiii.& in alio.ʒ. viii.decoquantur omnia in duplici uase, vsque ad consumptionem uini & reseruetur.

Vinum cũ quo fieri debet illud oleum debet esse uinum rubeum,eo quia magis stypticum & confortatiuum est.

Descriptio. VI.

OLEVM liliorum compositum secundum Mes.in usu est: separatiuum dolorum quæ fiunt a frigiditate,& confert dolori pectoris, dolori matricum, & frigiditati eius,& calefacit renes, & ueficam, & confert colicæ.

℞.Folii liliorum alborũ.ʒ.ix.masticis, calami aroma. costi,carpobalsami an.ʒ.i.garyoph.cinnamomi ana.ʒ.s.croci. ʒ.iii.omnia grosso modo conterantur & proiiciantur super eis lib.ii. aquæ foliis liliorum remotis & dimittatur per diem ac nocte:postea oia simul bulliant tribus uel quatuor ebullitionibus:deinde pone olei oliuarum uel sisamini super ea lib.ii. de tribus ebullitionibus iterum bulliant: deinde ponantur in uase uitreo cum foliis liliorum, & dimitte in sole per dies.xl.deinde cola & administra. Istud oleum qñque fit ex lilio cœlesti.ſ.ireos,& tũc illud est magis resoluti uum,calefactiuum,penetratiuum.Factum uero ex lilio albo est magis,sedatiuum,& lenitiuum,& maturatiuum.

Descriptio. VII.

OLEVM costinũ Mes. neruos & lacertos calefaciẽs & aperiens oppilationes eorũ,& cõfortãs oia mẽbra neruosa,& cõfert stõ & hepati,& confortat capillos prohibẽs caniciem & faciens colorem & odorem corporis bonum.

℞.Costi amari.ʒ.ii.casiæ lignex.ʒ.i.summitatum maiora. ʒ.viii.uini odoriferi li.ii.cõfrangant oia ꝑdicta, & infundãtur in uino per noctes duas:deinde accipe olei sisamini lib. iii.decoquãtur oia in duplici uase per horas sex & reserua.

Hic nota ꝙ autor dicit costi amari,ex his uerbis posset qs credere ꝙ sit aliud costũ igit intelligas ex suis dictis ꝙ te instruit ꝙ nõ accipias de adulterato, sed de nãli ꝙ amarũ est, & cum

& cum his etiam nota quę ſupra de coſto tibi dixi.

Deſcriptio. VIII.

OLEVM uulpinum Meſ.& eſt medicamen nobile ultimum ad arthriticam & podagram & dolorē renū & dorſi. ℞.Vulpem integrā, cuius interiora ſint euulſa, & pone in uaſe,& funde ſuper ipſam aquę fontium & aquę marinę an. kiſt.i.ideſt li.i.s.olei antiqui clari,kiſt.ii.s.ideſt libr.iii.ʒ.ix. Et ſimul omnia decoquantur lento igne cum ſale.ʒ.iii.& coquantur uſq; ad aquæ conſumptionem: deinde permuta in alio uaſe,& proiice ſuper ipſa,anethi,alhaſce.i.thymum an. lib.i.& funde ſuper ea aquæ dulcis decoctionis prædictarū herbarum lib.ii.& decoque ſicut prius uſque ad aquæ conſumptionem, & carnis ab oſsibus & neruis ſeparationem: deinde colentur omnia fortiter exprimendo & reſeruetur.

De aqua marina.Nā ſi illam habere non potes loco eius apponas aquam bene ſalitam, & cum hoc ℈ bene ſalita ſit iterum quantitatem ſalis in receptis deſcriptam apponas. Aqua marina ante quartum diem putrefit & fœtet. Sed ad eam conſeruandum per menſem ponatur ſeu miſceatur cū ea parum aquæ uitæ:aqua enim uitæ eſt bona conſeruatrix: eo quia reſiſtit contra omnem putrefactionem.Et ultra hoc conſeruat encauſtrum ne a magno frigore congeletur, ut ſæpe ego expertus ſum hoc incidenter.

Sal ſi ſimpliciter ſcribatur uel ſcriptum reperiatur ſemper de uſuali & communi intelligatur.

Kiſt enim idem eſt ℈ lib.i.s.vel cotilæ duæ.Et cotila eſt. ʒ.ix.vt uolunt doctores.

Deſcriptio. IX.

OLEVM ſcorpionum ſm Meſ.℈ lapidē in renibus & ueſica frangit & expellit eū,& proprie in renibus,femore, & ſuper collum ueſicæ inunctum & iniectum per uirgam. ℞.Ariſtolochiæ rotun. gentianæ, cyperi,corticum radicis cappari,an.ʒ.i.funde ſuper ea groſſo modo confracta, olei amygdalarum amararū Kiſt.i.ideſt lib.i.s.& pone in ſole uiginti diebus ſtringendo orificium uaſis: deinde proiice ſuper ea ſcorpiones xv. & iterum ſtringe orificium uaſis, & dimitte in ſole per dies xxx.deinde coletur & reponatur.

Iſtud oleum quanquā Meſ.iubeat abſq; coctione illud facere,tamen ut uirtus iſtarum rerum in oleo mellis tranſeat laudarem quòd antequām ſoli exponerentur cum oleo ad ignem tribus uel quatuor ebullitionibus & plus bullirent, ea quia in eo ſunt multa de decoctione multum ſuſtinētia.

Deſcriptio. X.

OLEVM irinum Meſ.abſterſiuum,reſolutiuum,maturatiuum,& ſedatiuum dolorum frigidorum, ſubtiliatiuum, & maturatiuum materierum in pectore & pulmone exiſtētium,& confert doloribus iuncturarum,& lenit durities earū,& apoſtemata dura & ſcrophulas,& cōfert dolori & frigiditati matricis,& ſpaſmo,& dolori auris,& fętori nariū. ℞.Radicū ireos.ʒ.ii.floris eius.ʒ.iii.aquæ decoctionis radicū eius lib.i.olei oliuarū li.ii.bulliāt in duplici uaſe vſq; ad aquæ cōſumptionem:deinde cola,& permuta radices & flores,& aq̄ decoctionis,& hoc bis fiat,deide cola & reſerua.

Oleum iſtud eſt illud quod intrat in unguento arthanitæ Meſue ſupra deſcripto.

Deſcriptio. XI.

OLEVM de capparibus magiſtrale:conueniens & approbatum in duritiebus ſplenis.

℞.Corticum radicum capparorum.ʒ.i.ſeminis agni caſti, ſcolopēdriæ,cyperi,tamariſci,an.ʒ.ii.rutæ.ʒ.i. olei oliuarū lib.i.aceti,uini optimi an.ʒ.ii.miſce, & confrangantur omnia groſſo modo:& coquantur in duplici uaſe uſq; ad conſumptionem uini & aceti:deinde colentur & repone.

Multæ aliæ deſcriptiones huius olei reperiunt a doctoribus deſcriptæ,ſed iſta melior eſt,& lōga experiētia ꝓbata.

Deſcriptio. XII.

OLEVM myrtillorum Ioannis de ſancto Amando,ſtomachum,cor,& neruos confortans.

℞.Myrtillorū li.i.confrangātur,uini optimi li.iii. olei cōis li.ii.miſce,& ſimul bullianc in duplici uaſe uſq; ad conſumptionem uini,deinde colent.Et iterū myrtilli & uinū ſecundum eandem quantitatem cum dicto oleo ad coquēdum ponantur & iterum tertio fiat: deinde coletur & reſeruetur.

In hoc oleo apponi debet uinū rubeum ut adiuuentur in ſtypticitate & melius ſit.Non ſit illud Meſ.quia ſuccus myrtillorū ad nos nō portatur,℈ ſi haberi poſſet modus faciēdi eſt,ſicut olei cydoniorum,ut ſupra oſtenſum eſt:quare &c.

Deſcriptio. XIII.

OLEVM Roſatū Meſ.& eſt primus modus cōfortatiuum,reſolutiuū cōueniēter,lenitiuū,& ſedatiuū. Rude uero eſt extinctiuum inflāmationum,& confortatiuum,& aggregatiuum,& ꝓhibitiuū curſuū.Et differt cōpletū a rudi: qm̄ materia cōpleti eſt oleū ex oliuis cōpletis,& folia roſarū cōpletarū.Materia aūt rudis eſt:ex oliuis quibus nondū accidit maturatio & ex foliis roſarum non completarum. ℞.Olei oliuarum non cōpletæ maturitatis,uel oleū oliuarū cōpletarum li.i.lauetur lauationibus pluribus cū aqua fontium,roſarū rubearum completarum recentium contuſarū. ʒ.iiii.infundantur in præſcripto oleo loto,& reconde in uaſe uitreo,& obtura os eius,& expone ſoli per dies.vii.deinde coq; in uaſe duplici ꝑ horas tres deinde fac permutationem roſarum recentiū contuſarū,premas fortiter manibus exprimendo,& ſoli exponas per dies ſeptē:deinde coq; in duplici uaſe per horas tres:& iterū cola manibus exprimēdo, fac denuo, & tertio permutationem roſarum, ut ſupra:& ultimo proiice ſuper eas aquæ infuſionis roſarū, quā tradidimus in cap.de ſyrupo ex infuſione roſarū li.i.& ſtringe orificium uaſis,& dimitte in ſole per dies xl deinde cola exprimendo:& abiicias roſas,& iterum ſoli exponas,& permittas uſque quo aqua ſit conſumpta & reſerua.

Aqua iſuſionis q̄ intrat ī hoc oleo,ſit quēadmodū tibi oſtē di ſupra tract.ſyruporum de infuſione roſarū ꝓ ſyrupo roſa.

Deſcriptio. XIIII.

OLEVM roſatum Meſ.ſecundū habens uirtutem ſuperioris, efficitur tamen aliqualiter ſolutiuū uirtute ſucci. ℞.Succi roſar̄,aquæ infuſionis roſarum,an.lib.i.s.olei loti, ut ſupra lib.iii.folio℞ roſarum contuſarum lib.i.reconde in uaſe uitreo,& expone ſoli per dies ſeptem ſicut in anteriori diximus:deinde coquant̄ in duplici uaſe per horas tres, poſtea colentur manibus exprimendo:deinde adde iterum ſupraſcriptam quantitatem roſarum,ſucci & infuſionis, & facias ut ſupra ponendo in ſole & decoquendo tempore dicto:deinde cola,ultimo uero oleum ſolum cum ſucco roſarum & aqua infuſionis earum in doſi præſcripta recondantur in uaſe:& exponatur ſoli per dies xl.deinde reſeruetur.

Iſto modo raro fit:ſed hoc modo oleum factum eſt ſoluti uum & eſt illud de quo intelligit Auic. quando dixit.ꝛ. lib. capitulum de roſis,quòd oleum roſatum ſoluit uentrem.

Nota quòd roſæ ex quibus fit oleum roſatum & ſyrupus roſatus &c. neceſſario colligendæ ſunt in menſe Aprilis uel Maii & in umbra exiccandæ,quæ exiccandæ ſunt.

Deſcriptio. XV.

OLEVM camæmil.Meſ.benedictū,expertorum iuuamentorū,ſedatiuū dolorū,& reſolutiuum,& eſt in eo ꝓhibitio curſus materierū propter ſtypticitatem eius modicā,& ꝓfortat neruos,& neruoſa oīa,& confert doloribus eorum: ℞.Olei oliuarū cōpletæ maturitatis li.i.florum camæmillæ ʒ.iiii.infundant̄ in dicto oleo,& ſoli exponant̄ per dies tres deinde in duplici uaſe coquant̄ per horas tres: deinde colē tur manibus cōprimendo,& hoc fiat ter ſemper flores ꝑmutando:deinde ultimo adde dictam quantitatē florū aquæ infuſionis,florum camæmillæ lib.i.& pone in uaſe uitreo, & obturetur orificiū uaſis,& exponat̄ ſoli ꝑ dies xl.deinde cola manibus cōprimendo,& floris abiicias, & colatura iterū ſoli exponatur,et ꝑmittat̄ vſquequo aqua tota ſit ꝓſumpta.

Infuſio florum camæmil.fit eodem modo quo fit infuſio roſarum accipiendo flores camæmillæ loco roſarum, et ſecundum eandem quantitatem et aquæ et florum.

Deſcriptio. XVI.

OLEVM uiolarum Meſ. inflammationes ſedans ubicunque ſint,& lenit aſperitates pectoris & pulmonis, & ſedat apoſtemata calida,& pleureſim.

℞.Olei oliuarum immaturarum lib.i.uiolarum.ʒ.iiii. ſcilicet uiridium contuſar̄, reponantur in uaſe uitreo,et ſoli

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 252 sur 335

exponantur per dies.vii.deinde bulliant in duplici uase per horas tres:postea colent manibus cõprimendo, & hoc fiat bis semp nouas uiolas mutando,soli exponẽdo,& decoquẽ do ut supra.Vltimo uero colaturæ adde uiolas nouas quãtitatẽ dictã,& super his adde aq̃ infusionis uiolarum lib.i.& stringe orificium uasis,& expone soli per dies xl.deinde cola manibus exprimendo,& iterũ in dicto uase exponatur, dimittatur & permittatur usquequo aqua consumpta sit.

Infusio uiolarũ debet fieri ut supra ostẽdi in syrupo uiolato ex infusione.Accipitur igit de illa aqua & fit istud oleũ.

Descriptio. XVII.

OLEVM de anetho Mes. sedatiuum dolorum, resolutiuum,prouocatiuum sudoris,conferens rigori febris,inuncta spina, prouocans somnum, & confert dolori capitis.

℞. Olei oliuarum lib.i.florum anethi.℥.iiii. reponantur in uase uitreo,& decoquantur ut in superiore tibi dixi ter permutando flores,& ter decoquendo ut supra:ultimo adde aquæ infusionis anethi lib.i.& soli exponas per tempus tibi in superiori dictum, & omnia facias de isto, quemadmodum de alio superiori monstraui.

Modus infusionis florum anethi est ut infusio rosarum & uiolarum nec plus nec minus, nisi quòd loco uiolarum uel rosarum ponitur anethum.

Descriptio. XVIII.

OLEVM liliorum simplex Mesue: habens uirtutem compositi superioris,est enim fortioris uirtutis & operationis quam oleum camæmillinum.

℞. Olei oliuarum lib.i.florum liliorum alborum.℥.iiii.reponantur in uase uitreo,& soli exponantur,& modo eo facias ac de decoctione & de permutatione florum & coctione & de aqua infusionis:quemadmodum fecisti in oleo camæmillino & anethino, nec addendo, nec diminuendo, præter quam oportet quòd citrinitas eorum tota abiiciatur.

Infusionis modus florũ liliorũ alborũ est ut infusio rosarũ & uiolarũ:accipiẽdo duntaxat folia florũ liliorum alborum.

Descriptio. XIX.

OLEVM sambucinum Mesue leniens & mundificans cutim,& confert doloribus neruorum,& confortat eos.

℞.Olei li.i.florum sambuci in mense Maii collecti.℥. iiii.facias etiam de isto, eo modo quo fit oleum camæmillinum, anethinum,liliorum in omnibus tam de permutatione quã de decoctione & soli expositione & infusionis additione.

Modus infusionis florum sambuci fit ut infusio præscriptorum florum ut rosarum & uiolarum &c.

Insup nota q̃ oẽs pscripti flores debẽt eẽ uirides,& de ipsis viridib⁹ ẽ intelligẽdũ.Ió semel in anno fieri pũt & nõ plus.

Descriptio. XX.

OLEVM rutæ Mes.renes uesicam,& matricem calefaciens & confert doloribus eorum,& dolori laterum.

℞.Foliorũ rutæ,succi earum an.℥.iii.olei oliuarũ in cõpletarum li.iii.tria hæc reponant in uase uitreo stricti orificii, & obturet os eius,& soli per dies xv.exponant:deinde per horas quatuor in duplici uase coquãtur: postea colent forti ter manibus comprimendo, & secundo & tertio hoc reiteretur: demum decoquatur,per tempus ut supra fernetur.

De oleo nota q̃ aliud est nouum,aliud est uetus,illud qđ est nouũ,calefacit calefactione tẽperata & humectat: uetus uero est calidum magis:magisq; rosolubile. Igitur cũ olea temperata facere uis uel parum calida: oleum nouum accipere debes.Cum uero calida, tunc uetus accipere potes.

Et hic nota quòd omne oleum cum quo hæc olea fiunt debet carere omni malo sapore.

Descriptio. XXI.

OLEVM mentæ magistrale,stomacho debili frigido & nauseanti miro modo subueniens, ipsum refocillans,& omnem eius iniuriam detergens.Nauseam & uomitum sedans, digestionum confortans,& appetitum procurans,sol uens sclirosim & duritiem apostematum.

℞.Foliorum mentæ,succi eius an.℥.iiii.olei oliuarum cõpletarum lib.iii.Tria hæc reponantur in uase uitreo, & soli exponantur per dies xv.os uasis obturãdo: deinde bulliant p quatuor horas, deinde colentur manibus fortiter exprimendo, & hoc idem ter reiteratur semper modo prædicto faciendo deinde cola, & reserua.

Istud oleum a Mes.non describitur, sed sic communiter ab omnibus practicantibus fieri solet.

Descriptio. XXII.

OLEVM de absinthio magistrale,calefaciens & cõfortans mẽbra frigida,corroborans stomachum & excitans appetitum mortuum oppilationes aperiens,& morbos oppilationum a causa frigida curans,uermes interficiens,& educens,si unguentis & emplastris contra ipsos apponatur.

℞.Summitatum absinthii,succi eius an.℥.iiii.olei oliuarũ lib.iii.& de his facias prout superius tibi monstraui, & de decoctione,permutatione, & expositione ad solem.

Oleũ q̃q; fit ex oliuis cõplete maturis, & illud oleũ dr̃ cõpletũ. Aliq̃ fit ex oliuis immaturis,& illud dicitur,rude uel omphacinũ, & magis stipticũ est,et frigidum cõpleto.

Descriptio. XXIII.

OLEVM saluiæ magistrale. Alteratiuum male complexionis frigidæ,conferens membris paralyticatis, & mitigans morsum uenenosum strigonis marini.

℞.Foliorum saluiæ,succi eius an.℥.iiii. olei oliuarum lib.iii.& facias prout in oleo rutæ,mentæ, & absin. tibi ostensum est de decoctione & expositione ad solem, & trina permutatione succi & herbæ &c.

Mó hoc potes facere ex oĩbus herbis oleũ, & illud oleũ habebit uirtutẽ illius herbæ.Sed fieri debẽt olea ex herbis i mense Maii ut pluribus, eo qa tunc maiori uirtute uigent.

Descriptio. XXIIII.

OLEVM de floribus papaueris, Mesue, sedans dolores calidos, & faciens, principaliter ad somnum prouocandum, quando causa uigiliarum est mala complexio calida ab ascensione uaporum acutorum ad caput si ex ipso inuigilant tempora. nares aures,& tota frons.

℞.Florũ foliorũ,& capitum papaueris uiridium contusorum.℥.iiii.olei oliuarum incõpleti lib.i.reponãtur duo hæc in uase uitreo,& obturẽt os uasis, & soli exponãt per dies septem,deinde bulliant in duplici uase per horas tres: postea colentur manibus fortiter exprimẽdo,& hoc fiat bis sp noua folia,capita,& flores innouãdo,stando; ad solem & bulliẽdo ad ignem ut supra. Tertio uero colaturæ adde supra scriptã quantitatẽ foliorũ florum,etc.contusorum ut supra.Et his addas aquæ infusionis papaueris libram.i.et stringe orificium uasis et expone soli per dies xl. deinde cola manibus exprimendo,et iterum in dicto uase reponantur, et soli exponant,et ibi pmittatur vsq; ad consumptionẽ aq̃.

Istud oleum fieri etiam potest ex solo semine per expressionem, ut fit oleum amygdalarum et seminum.

Infusio papaueris fit ut infusio uiolarum, excepto quòd in illo solum flores accipimus: in isto uero flores, folia, et capita omniũ.℥.iiii.et cõfranguntur in reliquis fit ut in illa.

Descriptio. XXV.

OLEVM cucurbitæ Mes. alteratiuum malæ cõplexionis calidę excessiuę: unde conuenit superfluæ caliditati rẽũ,et quasi est cõsimilis uirtutis et operationis cum ol.uio.

℞.Succi rasuræ tenerrimæ,cucurbitæ, florum eius an.℥. iiii.olei oliuarum incompleti lib. iii. tria hæc reponantur in uase uitreo,et facias prout ostendi tibi in oleo mentæ et absinthii tam de decoctione,quàm de expositione ad solem et permutatione succi et rasuræ etc.

Olea omnia frigida perfectiora fiunt cum oleo incompleto,quàm cum completo,et si pur cum completo fiunt,lauari debent cum aqua fontis bis. uel ter. Calida uero olea fieri debent cum oleo completo absque lotione.

Potest etiam fieri oleo ex semine cucurbitæ per expressionem quemadmodum fiunt alia omnia ex seminibus, et erit superiori temperatior, et naturæ magis conformis.

Descriptio. XXVI.

OLEVM de nenuphare Mesue conueniens quasi cum oleo de papauere,non est tamen tantæ stupefactionis, sæpe tamen cum quærimus somnum prouocare permiscemus ad inuicem oleum,hoc cum oleo de papauere, est etiam alteratiuum malæ complexionis calidæ ubicunq; reperiatur.

℞. Olei

℞.Olei oliuarum immaturarum lib.i.florum nenupha.uiridiū contusorū ʒ.iiii.reponantur invase vitreo,& facias pro ut de oleo uiolato tibi dixi,& de positione ad solem, & de coctione,& de permutatione,& de additione infusionis.

Infusio nenupharis fit:sicut infusio uiolarum vel rosarum nec plus nec minus.

Ex omnibus floribus fieri potest oleum & habet virtutē florum,& fit ut de floribus uiolarum tibi monstraui, sed accipi debent cum sunt completæ maturitatis,& cum non deperderunt naturalem suum colorem.

Descriptio. XXVII.

OLEVM amygdalarum dulcium Mes.leniens asperitatē gutturis, & pulmonis & partium omnium exteriorum, & omnes durities & siccitates membrorum,& iuncturarū, & prodest hecticis, & impinguat & augmentat sperma,& iniectum confert ardori uulue & uesicæ.

℞.Amygdalarū quātitatē quā uolueris:cōtere eas bene, uel mole eas ad molā,& ipsis bene molitis repone ī patella sub qua sit ignis clarus,& eas in dicta patella reuolue manibus, vsquequo dicta pasta sit bene calida:deinde dicta pasta inuoluatur in tela postea in expressorio ponatur,& bene cōprimatur,& stet sub eo aliquātr,deinde iterū ad molam ponas ad remolendū, & postea in patella iterū ad bene calefacien dum ponatur demū post calefactionem peciis inuoluatur, & iterum exprimatur,& tunc habebis totum oleum.

Alios modos ponit Mesue,sed iste magis vsitatus est.

Sunt q̄ sub ilē corticē ab amygdala remouēt anteq̄ oleū faciāt,easq; mādāt ab īmunditiæ,& modus iste bonus est,& oleū magis pfectum.Sed inertia detenti pauci sunt qui hoc faciant. Modo igitur præscripto de oleo amygdalarum fiūt omnia olea per quæ expressionem fiunt ut de nucleis persi corum,de chrysomillis,& oleo amygdalarum amararum.

Descriptio. XXVIII.

OLEVM laurinū magistrale,conueniens oī male cōplexioni frigidę materiali,cōferēs doloribus hepatis,hemicraniæ,& neruorū,& iuncturarū factis a cā frigida,& conferēs dolori stomachi,colico,renum,matricis, splenis, & viscerum,& cum simili causa uel uentositate grossa factis.

℞.Baccarum lauri quantitatem quā uolueris, mundentur a superiori cortice,& macinentur bene ad macinam oleariorum,deinde calefiat illa pasta in cacabo, semper in manibus agitādo sub quo fit ignis,deinde inuoluatur in pecia, & sub expressorio ponatur,& bene premat ur, & iterato remacinetur,& calefiat,& exprimatur,& habebis oleum.

Alio modo docet facere Mes.hoc oleum bulliendo in aqua dictæ baccaræ, & pinguedo super natans pro ipso oleo accipitur,uide ab eo,sed modus superior est melior.

Ex multis seminibus,& ex multis nucleis fructuū olea fieri possunt,sed quia in usu nō sunt sermonē nō feci.Olea nucum amygdalarū amararum,auellanæ, chrysomillæ,de persicis,de nuce inda,de cerasis,de granis citri,de phisticis & pineis de lino,de sem.p pa.de sem.lactu.de sem.cucurb. de semine fœnugræ.fieri possunt, & fiunt per expressionem mō quo fiunt,olea amygdalarum uel dulcium uel amararum.

Descriptio. XXIX.

OLEVM amygdala.magistrale hīs virtutem olei amygdalarum superius descripti,immo in omnibus excellentius.

℞.Amygdalarum excortica.lib.iiii.uel li.ii. si uis exiccēt bene ab aqua in bacilono sub quo fit ignis carbonū, deinde bene pistent,post bonam contusionē ponantur in bacilone dicto & bene calefiant,manibus semp ducēdo,deinde recolligantur in unā massam,& si teneri per se nō possent,parum aquæ uiolarū aspergatur usquequo de eis fieri aliquid possit ad modū pastoni.semper tñ manibus ducēdo.postea inclinato bacilone ad unam pōnem sub quo remoueatur ignis massam dictam manibus cōprimes, quēadmodum mulieres solent facere cum pannos suos in lisciuiam, & post aliqualem fricationem cum sapone illos exprimūt,& hoc sæpe facias. Et sic extrahes pro omni lib.i.amygdalarum ʒ.iiii.olei, hoc ego sæpe fieri feci pro illustrissima N.quōdam dña Brixiæ.

Oleū amygdalaru si simplr scriptū reperiatur & absq; determinatione,semp de oleo amygdalaꝝ dul.est intelligēdū.

Descriptio. XXX.

OLEVM tartari magistrale, & est quo mulieres liniunt facies suas,abstergit enim faciem mirabiliter.

℞.Tartari quātitatem quā uolueris ponatur super prunas, & tm permittatur q̄ totū inflammetur & rubeat,postea ponatur in sacculo lineo, & pone dictū sacculū in loco humido sicut penu,& sub sacculo ponat uel ampulla uel cyathus. quod.n.exiet ab oleum tartari ab omnibus solet appellari.

Hoc oleū pōt fieri tā de tartaro albo s.vini albi quāvini rubei.Et sunt qui alio mō faciūt.s.puluerizādo tartarū subtiliter,deinde i sacculo telæ reponūt,& ipsum sacculū, & tartarū irrorāt aceto,deinde sub prunis ponūt, & relinquūt vsq; quo nigrescit,deinde extrahunt illud a sacculo, & iterū puluerizāt:& aceto aspgūt,& sub prunis ponūt,& post ipsi nigredinē sacculū accipiūt,& i p nu ponūt liquor eritvtsupra

Quinq; modis habet diuersitas oleoꝝ,quædā.n. olea fiūt per expressionem,ut oliuarū,& amygdalarum,quædam per impressionem,ut oleum camæmillæ,& de absintio,quædam per resolutionem, ut oleum ouorū, & frumenti.quædā per sublimationem,ut oleum philosophorum,uel de lateribus, quædam vero per emanationem,ut oleum balsami.

Et iterum oleorum triplex est diuersitas,quædam.n.sunt frigida,ut rosatum violatum,quædam temperata, ut amygdalarum dul.recens eo, quia elapso mense ranceſcit, & sic sua temperies deperditur,& calida fit,ideo dixi recens. Et quædam calida,ut rutaceum,costinum,uulpinum.

Olea frigida quāto recētiora tāto meliora,cū trāseūt tres menses virtus ipsorū perdit,& calida fiunt. Temperata vero usque ad sex menses sunt in sua bonitate.Calida vero seu calefacientia quanto antiquiora tanto meliora.Et sic habes distinctionem oleorum quæ fuit undecima in ordine.

Incipit distinctio XII. quæ est de artificio ceræ.Et continet sex modos præparationis. Quarum prima est.

CERA enim quid sit,& quo a melle separetur quo fiat a doctoribus,lōgo &claro sermone ptractatū est,ita ut et mulieres,&rustici magistri effecti sint.Igī de ipsius artificio scribere restabat.Acera igit rubea faciā initiū.

Modus primus.Ad faciendum ceram rubeam.

℞.Ceræ lib.i.terebintinę subtilis ʒ.iii.in æstate,in hyeme. ʒ.iiii.cinaprii super lapidem pictorum bene triti, olei oliuarum.an.ʒ.i.liquefiat cera,& terebentina ad ignem, demum remoueantur, & post aliqualem infrigidationem addatur oleū,& cinaprium beneq; simul misceantur,& reseruetur.

Oleum enim cum cerā ponitur,ut ceram simul tenere faciat quæ a cinaprio separatur, & frangibilis redditur, ac ut cinaprium melius conteratur.

Sūt q̄ loco cinaprii ad faciēdū rubeā cerā ponūt miniū, & fieri pōt,sed triplū ponit de minio,vt p oī lib.ceræ,minii bene triti cum oleo utsupra ʒ.iii.uel duas ad minus addas.

Modus.ii.Ad faciendum ceram viridem.

℞.Ceræ lib.i.viridis æris triti ut supra. olei oliuarum,an.ʒ. i.liquefiat cera, & post aliqualem infrigidationem addatur viride æs,& oleum,& bene misceantur,& viridis fiet.

Si dictā cerā tenacē facere uis adde quātitatē terebinthinæ suprascriptā in cera rubea.Terebinthina.n.in cera ponit ut p ipsam tenax reddat.Ac q̄a aliqñ de ipsa fiunt imagines, vt facilius a formis in aqua madefactis separetur.quare &c.

Modus.iii.Ad faciendum ceram nigram.

℞.Ceræ lib.i.terræ tritæ:vt supra.olei oliua.an.ʒ.i.liquefiat cera, & post aliqualem infrigidationem addantur terra nigra,& oleum,& reserua.

Si dictam ceram nigram tenacem facere uis, addas quantitatem terebinthinæ supra tibi notatam.

Modus.iiii.Ad faciendum seu dealbandum ceram.

℞.Ceræ quātitatē quā uolueris,aquæ claræ partes duas.Misceantur duo hæc,& calefiat aqua ad ignem clarū vsquequo cera sit liquefacta,deinde paululū permittatur quiescere donec tota cera natet super faciē aquæ, deinde accipe uas aliquod uitreatum,cuius pars exterior sit lenis,& madefac eū in aqua frigida.deinde infundat fere medietas eius in cera

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 254 sur 335

liquefacta, & extrahe cū cera q̄ ſibi adhæret & permitte ceram illam infrigidare, deinde ſepara eam a uaſe: & tm̄ hoc facias q̄ tota cera ab aqua fuerit extracta, deinde dictam ceram taliter formatam ſoli exponas, & rori in menſe Maii, & illā ſæpe uoluas, et tm̄ permittatur, q̄ fiat alba ut ceruſa. Sunt aūr quidā alii qui illam dealbāt in tribus diebus ſeruādo prędictum modum, ſed expectāt in menſe Iulii qñ ſol eſt in maiori calore. & quia cera illa ſubtilis eſt faciliterq; a caliditate ſolis poſſet liq̄fieri, aſpgēda ē aqua mūdabis in die.

Modus.v. Dealbandi ceram.

℞. Ceræ quantitatem quam uolueris, aquæ claræ partes duas, bulliant & ſimul coquantur donec nigreſcat aqua. Et tunc proiice aquam illam, & pone aliam, & ita ſæpe fiat donec fiat alba, deinde collige ceram & reſerua.

Multis aliis modis poteſt cera dealbari, ſed prędicti duo modi ſunt communiores ac meliores.

Inſuper, nota, quòd cera pōt omnem colorem accipere tingendo eam cum re tingente ad colorem quem intendis facere, ſeruando modo in cera rubea, & uiridi tibi declaratum, & de quantitate tam rei quam olei & contritione &c.

Modus.vi. laborandi dictam ceram. modus & menſura, longitudinis ſecundum diuerſitatem ponderum.

℞. Cereum de rub.ix debet eſſe bra.iiii. & quar.ii. Cereū de rub.viii. debet eſſet de br.iiii. & quarta media. Cereū de ru. vii. debet eſſe bra.iiii. Cereū de rub.vi debet eſſe de bra.iii. & quar.iii. Cereū de rub.v. debet eſſe de bra.iii. & tertiis ii. Cereū de rub.iiii. debet eſſe de bra.iii. & tertiis.i. Cereū de rub.iii. debet eſſe de bra.iii. Cereū de rub.ii. debet eſſe bra. ii. & quar.iii.s. Cereū de li. xl. debet eſſe de bra. ii. & quar. iii. Cereū de li.xxx. dēt eſſe de bra.ii. quar.ii. Cereū de li.xx. debet eſſe bra.i. & quar.ii.s. & digitis.ii. Cereum de li.xvi. debet eſſe de bra.ii. Cereū de li.xii. dēt eſſe de bra.ii minus digitis iiii. Cereū de li.viii. debet eſſe de quar.vi.s. Cereum de li.v. debet eſſe de quar.v.s. Cereum de lib.iiii. debet eſſe de bra.i. & quar.s. Cereū de li.iii. debet eſſe de bra.i. Cereū de li.ii.s. dēt eſſe de bra.i. quar.iii.s. Cereū de li.ii. debet. eſſe de bra.i. & quar.iii. Cereū de lib.i.s. debet eſſe de bra.i. & tertiis.ii. Cereū de li.i. debet eſſe de bra.i. & quar.i. Cereū de lib.s. debet eſſe de bra.i. Cereū de.ʒ.viii. debet eſſe bra. i. & digitis.ii. Cereū de.ʒ.iiii. dēt eſſe de quar.iii. & s. et dig. ii. Cereū de.ʒ.iii. debet eſſe de quar.iii. & digi.ii. Cereū de. ʒ.ii. debet eſſe de quar.iii. Cereū de.ʒ.i. debet eſſe de quar. ii. & digi.iii. Cereū de.ʒ.s. debet eſſe de quar.i.s. & digitis. ii. Cereum de di.iiii. debet eſſe de quar.i.s. Cereū de di.iii. debet eſſe de quar.i. & digitis.iii. Cereū de di.ii. debet eſſe de quar.i. digitis.ii. Cereū de di.i. debet eſſe de quar. & digi to uno. Mēſurę iſtę intelligēdę ſunt ac mēſurādæ cū brachiis pāni, & nō ſolū intelligēdæ ſūt de cereis rotūdis, ſed de quadratis, diuerſificānt tamē quādoq; ſm diuerſitatē opinionū, ſed hic eſt cōis & proportionatus modus ab oībus uſitatus.

Nota inſuper, q̄ qñq; ceram laborātes, uel inaduertētia uel in aliquo alio caſu faciūt, uel ſummitatē, uel poſtremā cerei nimis groſſam, ut igitur errorem ſuum corrigere poſſint abradunt cultello partē illam ſuperfluam, cuius modus non laudatur. Sed accipienda eſt altera cera feruens, & ſuper partem illam ſuperfluam cum illo proiicienda, & totiēs eſt reiterāda, q̄ pars illa amota ſit, & ſic error corrigeſ.

Et nota, q̄ parū dēt eſſe dſia in magnitudine ſeu in groſsitie de parte infinita & ſuprema ſi ſm rōnē laboratū ē cereū.

Apponunt qñq; rotūda cerea, ut diſpendiū euiteſ. Igit talis ē modus. Amouēat cera in ſupiori parte ceri antiqui uſque ad lyciniū p quartā unā & lyciniū antiquū cū nono bñ ligeſ, ita, ut ſi eū funē ſuſpēdaſ nō laxeſ, deinde ſuoluaſ chartā tāte altitudinis q̄te cereū eē dēt, & i dicta uacuitate cera liquefacta cū captia ponaſ uſquequo uacuitas plena ſit deinde duæ, uel tres manus ceræ ſup totū cerū addanſ. Et ſic noūiter totū factū eē apparebit. Modus hic ab oībus uſitatus ē. Et in hoc concluditur. xii. diſtō quæ fuit de artificio cerę.

Incipit diſtinctio XIII. q̄ eſt de artificio zucchari. Et continet. xxx. & unum modum laborationis.

EX zucchāro multa fiunt q̄ in hoc meo libello non deſcribentur. Cū iā trita ſint, & rudes in his ſint edocti. Sed q̄ fiunt, & non ab oībus modus faciēdi ſcit, declarabitur ut artificiū zucchari oībus pateat huius opuſculi beneficio.

Modus primus. Ad faciendum coriandros ſolidos.

℞. Coriādri mūdi ſeu ſolidi fiunt ex zuccharo ſub quo ponit̄ ſemen coriandri p̄paratū, ut ſupra, & bñ exiccatū oī humiditate, & in principio uſq; fere ad finē ponit̄ zuccharū bñ coctū, in fine uero p̄ tres uel quatuor manus exhibeāt lenis coctionis, ut maiorē rotūditatē accipere poſſint, fiātq; magis ſolidi. Dicti coriādri bene ficcādi & fricandi manibus ſunt, & nō ſolū in fine, ſed in oī additione zucchari, eo quia inde duriores redduntur, nec ita faciliter ab humiditatibus denigranſ, & molles reddunſ, & tunc ab oībus artificium laudatur, & hæc eſt p̄ſuetudo Ianuenſiū q̄ ab oībus approbatur.

Modus.ii. Ad faciendum coriandros criſpos.

Tegaſ ſemē coriādrorū zuccharo manibus fortiter fricādo uſquequo hēat mediocrē magnitudinē dādo ſemper zuccharo ſatis fortis coctur æ, deinde accipiaſ captia forata paruo foramine in fundo, & zuccharo ſ̄pleaſ, & ab alto zuccharū dictis coriandris ſ̄piiciatur ſup bacilonū ducēdo ſub, & ſu pra: hinc, & indè, & ſi zuccharū fortis coctæ a principio uſq; ad finem, & bñ exiccenſ ducendo bacilonum, ut ſupra Zuccharum datur bene coctum, ut criſpum durare diu poſsit ac ut tantum ſimul non adhæreāt quantum adhærent ſi leuiter decoqueretur, & hoc eſt q̄ bene docti apothecarii faciunt.

Modus.iii. Ad conficiendum cinnamomum.

℞. Cinnamomū excorticatū a ſuperiori cortice, & p̄ parua fila incidaſ, & i bacilone ponaſ, ac zuccharo ſupra ipſum ſ̄piiciatur cū captia paruo foramine forata. Et in principio. ut puta per tres manus zuccharo ſit leuis coctionis. poſtmodū uſq; in fine fortis, bacilonum ducendo, ut in coriandris criſpis dixi, & tantum hoc continuetur, q̄ groſsi reddantur.

Sūt qui poſt primā ſ̄piectionē zucchari aſpergūt dictū cinnamomū inciſum zingibere puluerizato, ut fiāt magis mordicatiui, & guſtui fortiores, ſed modus ille non mihi placet, ſed ut linguæ mordētes ſint, dēnt fieri ex bono cinnamomo, nec infundendū eſt in aqua, ut quidā fatui faciūt, ut facilius incidaſ, eo quia illa īfuſio tollit oīno ſaporem cinnamomi.

Modus.iiii. Ad conficiendum amygdalas.

℞. Amygdalas, & bñ cū panno aſpero frica, beneq; in bacilono exicca, & ab oī immūditia mūda, demū zuccharo fortis coctionis ſup eas ſ̄piice cū captiæ forato bacilonū huc & illuc ducēdo inceſſanter ſub quo ſit ignis carbonū, bñq; exiccentur, & tm̄ hoc fiat, q̄ bene tegātur, & quanto plus continuatur dicta ductio baciloni, tanto ſolidiores redduntur.

Sunt qui cōficiunt amygdalas cum cortice, & hoc mō ꝑfectæ lōgiori t̄pe durant nec ranceſcunt. Sunt uero quia ſuperiori cortice mundant, & ſic conficiunt eum zuccharo. Alii qui illas diuidunt in duas partes, & cōficiunt, illaſq; criſpas faciunt. Modus uero faciendi in decoctione zucchari, & ductione baciloni eſt, ut de coriandris criſpis tibi monſtraui.

Modus.v. ad condendum rancettos.

℞. Corticem ranciorum p̄paratorum quantitatem quam uolueris, & ſuper eas proiice zuccharum cum captiæ forato bene coctum & facias quemadmodum de cinnamomo dixi: & de proiectione zucchari & ductione baciloni.

Cortices arācio& hoc mō p̄parantur. Infundantur in aqua mūda, & p̄mittātur p̄ dies. ix. oī die aq̄ innouādo: ultimouero bulliant in aq̄ x. uel xii. ebullitionibus: deinde ab igne remotis remoueatur pars alba q̄ cortici adhæret, & incidātur p̄ lōgū in ſatis minuta fruſta, & infundantur in zuccharo liquefacto & cocto per diem & noctē: deinde in eo bulliant leui ebullitione, poſtmodum extrahantur & deſiccari permittantur quæ deſiccatæ modo quo ſupra conficiantur, & hoc modo præparantur, & amaritudo ab eis remouetur.

Modus vi. Ad conficiendum garyophyllos.

℞. Garyophyllos & exicca, beneq; munda ab oībus immunditiis: deinde zuccharo cū captię forato ſup eos ſ̄piice fortis factis coctur æ. Et ſi illos criſpos facer̄ uis, facias ut de coriādris criſpis tibi dixi deducendo bacilonū. Si uero ſolidos ut de amygdalis tibi mōſtraui, et idem intelligas de rancettis.

Ad faciēdū cōfectionē bene criſpas dēt eē foramē captię paruū, et zuccharum debet dari æquaſr, et uniformiter, et

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 255 sur 335

quanto ab alto plus proiicitur tanto melius, nec permittendæ ſunt guttæ ſuper eas cadere: illæ enim opus deſtruent.

Modus.vii Ad faciendum aniſos.

℞.Semina aniſorū bene mūdata li.ii.& ſuper ea proiice zuccharū leuis coctionis in principio, & bene manibus ducant ꝑ bacilonū uiquequo fere ſint cooperta beneq; exiccentur ad oēm manū zucchari,& hoc cōtinuetur uſq; in finē, ſi ſoli dos aniſos facere vis. Si uero criſpos, poſtquā coopta erunt da zuccharū cū captiæ forato,& ab alto proiice,& ſit fortis coctura, deinde duc bacilonum, ut in coriandris criſpis tibi dixi, & hoc facias vſq; ad debitam ipſorum magnitudinem.

Aniſi quanto paruiores, tanto pulchriores: & quanto duriores, tanto laudabiliores: duri.n.fiunt, & non ſolum aniſi, ſed & cæteræ alię confectiones ſi bene ſiccentur ad omnem zucchari additionem, quare bene hoc notetur.

Modus.viii.Ad conficiendum pineas.

℞. Pinearū bene mundatarū quātitatē quā uolueris,& ſup eas ꝓice zucch.cū captiæ forato bonæ coctura a principio uſq; ad finē,& duc bacilonū ꝓut in coriādris criſpis tibi mō ſtraui. Si uero ſolidos facere uis, facias ꝓut de amygdalis tibi mōſtraui, & de ꝓiectione zucchari,& ductione bacilone.

Nota ꝙ hæc confectio parum durat, eo quia ranceſcunt pineæ,& antequam conficiantur eſt aduertendum ne ranci dæ ſint cognoſcūtur autem quia ſunt nigræ,& mali ſaporis, purgandæ ſunt cum furfure, ut ſupra tibi oſtendi.

Nota inſuper, ꝙ ſunt qui in prima exhibitione zucchari ponunt albumen oui bene conquaſſatum cum zuccharo nō multum calido, ne albumen coqueretur, hoc faciūt. eo quia cum difficultate zuccharum eis adhæret propter oleaginei tatem quæ in eis eſt,& hic modus non uituperatur.

Modus ix.Ad cōficiendum auellanas.

℞.Auellanarū quantitatē q̄ uolueris,& facias ꝓut de amygdalis tibi monſtraui,& criſpas, & ſolidas faciendo ſeruādo modum in iſtis, ſicut de amygdalis tibi dedi. Auellanæ antequam conficiantur debēt bene duci in bacillono, & calefieri ad hoc, ꝙ ſubtilis cortex eis adhærens remoueatur. Si.n. permitteretur, zuccharū faciliter ab eis remoueretur &c.

Modus x.Ad cōficiendum muſcardinos.

℞.Cinnamomi ſubtilis,& ele.& bene puluerizati ʒ.ii. muſci optimi diſſoluti cum paucisſima aqua ro.ℨ. s. miſce duo hæc in bacilono, & ſuper eis proiice zuccharum bene coctum beneq;,& inceſſanter manibus zuccharum, & ſpecies ducantur,& bene exiccentur,& totiens hoc fiat,ꝙ ad groſſitudinem ſemi.papau.veniant, in fine dando per duas manus zuccharum leuis coctionis ut rotundi fiant.

Muſcardini niſi cū difficultate corpus accipiūt. Sed ſagax apothecarius,& ſollicitus immiſcendo manibus zuccharū, & ſpecies cito eos format. poſt uero duas, uel tres manus zucchari cribellandi ſunt, aquam cribellatione exeunt muſcardini groſſitudinis pūtæ acus,& puluis reſeruetur, & alii qui iam corpus ſumpſerunt expleantur. Feci ego ſemel facere ab uno famulo bene docto,& præſens ſteti, & illos cito,& optime perfecit. Sed ante perfectionē dimiſit pellem manus ad bacilonum,& pauca quæ remanſit deſiccata erat.

Inſuper nota,ꝙ qñ ꝑſcriptæ oēs cōfectiones in bacilono fiunt, debet eſſe ſub eo ignis carbonum accenſus ſine fumo, non autem lignorū, ut iam a quibuſdam fatuis uidi facere.

Modus.xi.Ad faciendum pignocatam.

℞.Zucchari clarificati,& coctionis non perfectæ lib.i. Stāgezetur optime cū baculo amota captia ab igne,& poſt longam eius ductionem addantur pineæ mundæ ʒ.iiii. Et ſimul miſceantur, deinde zuccharum perfecte coquatur, & ſi dura coctio, deinde in morſellis incidatur.

Pignocata ſi longo tempore conſeruari debet apponenda eſt quantitas præſcripta pinearum. Si uero pauco tempore apponi poteſt lib.s.pinearum pro omni lib.i.zucchari.

Modus.xii.Ad faciendum morſellatam albam.

℞.Zucchari clarificati,& coctionis nō pfectæ li.i. Stangezetur optime cū baculo,& poſt lōgā eius ductionē addant zingib.minutim inciſi ʒ.ii. deinde zuccharū pfecte coquat,& i morſellis incidat. Sunt aūt multi q̄ maiorē q̄titatē zingib.ꝓ lib.i.zucchari ponunt, ut fortior ſit, ſed cōis,& ab oībus uſitata doſis eſt ʒ.ii. zingiberis pro omni lib.i.zucchari.

Modus.xii.Zingiberata.

℞.Zingib.mūdi & ele..ʒ.s.cinnam.fini ʒ.ii. macis garyophyllo.an.ʒ.i. puluerizētur hæc ſubtiliter, & adde zucchari clarificati,& bene cocti lib.ii.& fiat confectio in morſellis.

Confectio hæc eſt multū delectabilis guſtui, ſed nō eſt alba,& fit i multis bonis urbib⁹. Sed in hac nr̄a urbe nō ē i uſu.

Modus.xiiii.Ad faciēdū fruct⁹,& aialia oīa ex zuccharo.

℞.Zucchari quātitatē quā uolueris,& puluerīza,deīde poſt ſubtilē puluerizationē impaſtet cū albuminibus ouorū quātitate ſufficiēti in tm̄ ꝙ formā paſtæ habeat, deinde unganē formæ cū oleo amygdalarū dul. & de dicta paſta formæ impleant, poſtea ſimul cōprimātur,& ſic erūt aialia, uel fruct⁹ facti,& ſic oīa fieri pñt dūmō formæ habeat, deinde ponant in ſtupha ad ſiccandum, demum pingatur ſm colorem ſuum.

Sunt quidam alii qui impaſtant zuccharum cum gumma dragacanti facta in aqua roſ.& qui aſpergūt formas farina, & hoc fieri poteſt. ſed ſuperior modus melior eſt.

Modus.xv.Ad faciendum penidios.

℞.Zucchari li.ii. infundātur in aqua ꝓ noctē, deinde coquātur cū illa aqua abſq; aliqua alia clarificatione, prius tm̄ colētur, & ſit coctio dura. poſtquā coctionē ꝓiciantur ſup marmor inunctū oleo amygda.dul. deinde ducat ad ferrū antequā infrigidetur,& quāto longiori tpe ducuntur, tāto albiores fiunt, deinde forpice incidantur,& in ſtupha reſeruētur.

Sunt aūt qui ponūt pro oi lib.i.zucchari ʒ.s. amydi puluerizati poſt mediam zucchari coctionem vel in fine, & hoc ut zuccharum non candeat, & modus ille non uituperatur.

In aqua aūt zuccharum ponit, vt viſcoſitatē acquirat, qua mediāte poſſit ad ferrū trahi, qua trahitiōe albi penidii fiāt.

Zuccharū quāto pfectius tāto longiori tpe in aqua pmittatur ifuſum. Quāto uero groſſum magis, ac rubeū, tāto minori tpe relinquēdū eſt in aqua,& hoc not. zuccharū n. groſſum,& rubeū, multū de uiſcoſitate habet, iō parū in aqua pmittatur. Album uero paucam hēt, humiditatem, ideo ad illam acquirendā quæ neceſſaria eſt ad hoc ꝙ trahi ad ferrum poſſit, in aqua infuſum ſtare debet,& longo tempore.

Zuccharum in omnibus ſupraſcriptis confectionibus clarificari debet. In iſta autem non clarificatur, ſed tantummodo colatur, ut a ſuperfluis,& immunditiis mundetur.

Modus.xvi.Ad faciendum manuſchriſti roſatum.

℞.Zucchari clarificati,& ab aqua conſumpti li.i. aquæ roſ. lib.s. miſce, & bulliant duo ſimul uſq; ad aquæ conſumptionem,& zucchari fortem coctionem, deinde ꝓiice ſuper marmor aſperſum farina ſubtili & reſerua.

Sunt qui ungunt marmor ex oleo amygdalarum loco farinæ. Nec hic modus mihi placet.

Scias inſup ꝙ zuccharū ex quo fit manuſchriſti nō multū ſtāgezatur: longa.n.ſtāgezatio ꝓhibet zuccharū cādeſcere etc.

Modus.xvii.Ad faciendum manuſchriſti uiolatum.

℞.Zucchari clarificati,& ab aqua cōſumpti li.i. aquæ florū violarum lib.s. miſce,& fiat, ut præſcripto tibi monſtraui.

Nota inſup, ꝙ apothecarii noſtri tpis ſolū ʒ.iii. aquæ florū uiolarū & roſarum pro li.i. zucchari ponunt ad faciendū tam manuſchriſti uiolatū quā roſatū,& tunc pauca uirtus in eo eſt, ideo quātitas illa apponenda eſt ſupra a me deſcripta.

Poteſt etiam fieri manuſchriſti bugloſſatum & boraginatum,& fiant ut præſcripti permutando ſolum aqua & loco aquæ roſarum ponatur aqua florum bugloſſæ, uel florum boraginis cum quantitate zucchari præſcripta.

Modus.xviii.Ad faciendum manuſchriſti perlarum.

℞.Zucchari clarificati,& ab aqua conſumpti li.i. aquæ roſarum lib.s. miſce hæc duo,& ſimul bulliant uſq; ad aquæ conſumptionem & zucchari duram coctionem. In fine uero addatur margaritarum ſubtiliſsime puluerizatarum ʒ.s.& proiiciatur ſuper marmor aſperſum. ut ſupra.& reſeruetur.

Sunt aūt quidam apothecarii, immo fere oēs qui ſolū ʒ. i. margaritarū ꝓ oi li.i. zuc. ponunt,& hoc ꝓp ipſarum penuriā, ac emptores nolūt ſoluere & male, nulla.n. minor quantitas apponenda eſt quam ʒ.s. pro omni lib.i.zucchari.

Modus.xix.Ad faciendum manuſchriſti cum fragmentis.

℞.Zucchari clarificati ab aqua conſumpti li.i. aquę roſar̄ li.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 256 sur 335

s. bulliant duo hæc simul usq; ad consumptionē aq̄, & durā coctionem zucchari deinde in fine addant̄ fragmentorum p̄cioso℞ oium subtilissime contritorū. ʒ.iii. margarita℞. ʒ. i. misce, & p̄iiciatur super marmor, & reseruetur in stupha.

Modus. xx. Ad faciendum sauoniam.

℞. Zucchari clarificati, & ab aqua cōsumpti li. i. aquæ ros. ʒ.iiii. amydi puluerizati. ʒ.iiii. bulliāt oīa simul vsq; ad aquę cōsumptionē, & zucchari durā coctionē, deinde in fine addantur zingi. subtilissime incisi. ʒ.ii. et proiiciatur sup mar mor, & detur ei forma manuschristi, sed latior, & maior sit.

Hæc p̄fectio fit apud curiales et dños Venetos, et his i locis multū i usu ē. Multūq; delectabilis ē gustui ac nutritiua.

Modus. xxi. Ad dandum colorem rubeum zuccharo.

℞. Braxili subtilissime raspati. ʒ. i. aluminis rochæ. ʒ. s. aq̄. ʒ. vi. infundant̄ duo hæc i pecia ligata in dicta aq̄ p dies sex. deinde calefiāt ad ignē leuiter, et cū aqua zuccharū coquatur.

Modus. xxii. Ad faciendum colorem uiridem zuccharo.

℞. Succum caulium, uel succum bletæ, uel succum foliorum ireos, & cum altero eorum zuccharum coquatur.

Modus. xxiii. Ad faciendum colorem cœlestinum, uel nigrum zuccharum.

℞. Indici, gūmi, dragacāthi, an. ʒ. s. vini nigri. ʒ. vi. ligent̄ in pecia duo hæc subtiliter puluerizata. & infundant̄ i uino per dies sex: deinde cum dicto uino zuccharo coquantur, prius tamen ad ignem cum dictis rebus aliqualiter calefiat

Modus. xxiiii. Ad faciendum colorem glaucum.

℞. Croci. ʒ. ii. aquæ lib. i. infundant̄ in ea p diem & noctē. deinde aliqualiter calefiāt simul, postea colentur, & cum dicta aqua zuccharum coquatur, uel accipe succum florum nascentium in paludibus qui sunt glauci, & est opinio quorūdam, quòd sint flores, acori, & cum eo coque zuccharum, est. n. glaucum pulcherrimum, non tamen ita boni odoris.

Modus. xxv. Ad faciendum colorem turchinum.

℞. Indici. ʒ. ii. cerussæ. ʒ. s. calcis uiuæ. ʒ. i. puluerizent̄, & in pecia ligētur, ac infundant̄ i li. i. aq̄ p diē & noctē: deinde sit ad ignē aliquant̄ calefiāt, et cū dicta aq̄ zuccharū coquat̄.

Modus xxvi. Ad faciendum colorem morellum

℞. Succi florū ireos, & cum eo zuccharū coquat̄, & si illo tpe non reperit̄, accipe M. i. incisionū corii morelli ex quo fiunt pilæ lusoriæ, & bursæ, & pone in aqua dum incipit bullire, & permittatur bullire tribus, uel quatuor ebullitionib⁹ deinde coletur aqua ab illis incisionibus, & cum dicta aqua coquatur zuccharum, & sic potes facere de rubeis incisionibus si rubeum colorem facere uis absq; braxili.

Modus. xxvii. Ad faciendum marzapanum.

℞. Amyg. dul. mundata. & subtiliter cōtritarum li. s. zucchari bene etiam puluerizati, deinde iterum cum amygdalis bene commixti lib. i. aquæ rosarum. q. s. & fiat pasta quæ extendatur super ubiatas. & in furno coquatur.

Sunt autem qui non ponunt nisi. ʒ. iiii. amygdalarum pro omni lib. i. zucchari quidam plus, & quidam minus, & hoc fieri potest ad placitum sumentis seu comedentis.

Fiunt aliqñ sine ubiatis marzapani hoc modo: facta pasta extendatur super incisorium zuccharo aspersum, & in tegula sine igne ponatur, & supraponatur testum cum igne, et post coctionem superioris partis reuoluatur, & ita fiat, & tunc non cognoscetur pars superior ab inferiori.

Etiam fiūt marzapani, si proiiciant̄ super marmor, ut manuschristi, & hoc mō fiunt, coquantur zuccharū ac si manuschristi facere uelles, & in eo p̄iiciantur amygdalæ ultimo cōtritæ, & bene cum zuccharo misceātur: deinde iterū zuccharum coquantur, postmodū super marmor farina aspersum proiiciantur, sed primus & secundus modus melior est.

Modus. xxviii. Ad faciendum zuccharum rosatum.

℞. Sūmitates florum rosarum rubearum incompletę maturitatis. ʒ. iii. permittantur post earum collectionem saltē p diem: deinde in lapideo uase ultimate cōterantur: postea ad de eis zucchari lib. i. & bene pistādo p̄misceātur: deinde reponantur in uase uitreato, & cooperiatur charta, demū soli exponatur & per mēse tres p̄mittatur, oī die ipsum miscendo, deinde remoueatur, & reseruetur, & hoc mō fit zuccharum, uiolatum, buglossatū, et boraginatū permutando solū flores, & in reliquis præscriptus modus seruandus est.

Nota, insuper, q̄ de floribus p̄scriptis solū summitas accipienda est alia uero pars abiicienda, quia nimis dura. Et filæ illa quæ in floribus boraginis reperiuntur abiicienda sunt.

Modus. xxix. Ad faciendam codognatam.

℞. Poma cydonia a superiori cortice & ab interiori aia mūdata, & p ignē cū pauco uino i pasta reducta li. xii. zucchari clarificati, & ab aqua cōsumpti li. viii. misce & coquātur oīa simul, semp agitando donec cocta sint, & in scatulis reseruet̄. Hæc. n. est uera dosis zucchari q̄ in codognata apponenda est. alii ponūt æqualē q̄titatē zucchari, & pastæ, nec mod⁹ iste laudat̄. Pasta igit̄ dicta anteq̄ cū ea zuccharū misceat̄ staminiāda ē cū baculi forato ad hoc q̄ ipsa subtilis sit.

Semperque ducenda est cum baculo dum ad ignem est ad decoquendum. Ipsius autem coctio cognoscitur cum ipsa tota a bacilono ducendo se leuat, nec ab igne remouenda est nisi ipsa separetur a bacilono, quia tunc est signum cocturæ, et hoc idem intelligas de amarenata.

Modus. xxx. Ad faciendam amarenatam.

℞. Amarenas, non dulce, & cum pauco uino ad bulliendum pone. post uero crepaturam earū colentur a succo suo, deinde manibus fricando transeant per bacilonum foratum, et exiet pulpa, & arili seu nuclei, & cortices remanebunt. Accipe igitur de dicta pasta li. xii. zucch. clarificati, & ab aqua consumpti li. viii. misce, & bulliāt simul semper cū baculo agitando, donec a bacilono leuētur, & reseruentur.

Nota q̄ hoc mō fit cōfectio delectabilis seu cornalina ac cipiendo cornalos, & faciēdo, ut de amarenata supra monstraui, & de bullitione cum uino, & colatura, & positione zucchari. Est. n. cōfectio delectabilis multum ac restrictiua.

Modus. xxxi. Ad faciendum zeleam amarenarum.

℞. Succi p̄dicti amarenarū li. viii. zuccha. clarificati, & ab aq̄ cōsumpti li. ii. misce & bulliāt vsq; ad cōgelationē, semp cū baculo ducēdo, et reseruet̄. Est. n. utilis ad sitim extinguē dā. et si qs loco saporis aliqd uti uellet appetitū incitat &c.

Sunt q̄ hoc idē faciūt de succis cydoniorū, & decoquūt illū ad zaleæ formā. alii uero ad syrupi formā, et utroq; mō fieri pōt, & in multis ægritudinibus ualet. Et hic finis iponitur tertiædecimæ distōni quæ fuit de artificio zucchari &c.

Incipit XIIII. distinctio quæ est de decoctione medicinarum. Et continet partes tres.

PRIMA est de medicinis quæ multum sustinēt de decoctione. Secunda est de medicinis quæ parum sustinent de decoctione. Tertia est de medicinis quæ mediocrem sustinent coctionem.

Hæc distō nō minus utilis est quàm necessaria. Nisi. n. medicinæ debito modo coquātur, quæ cōpositū faciūt, sane uitus cōpositi a doctoribus limitata nō resultabit. igit̄ ut hunc errorem amoueam distinctionem hanc annotaui, in qua & uniuersalem & particularem doctrinam comperies.

Cydonia condita. Descriptione alia. 5. can. Aui. quæ cõferunt ad debilitatẽ stomachi & solutionẽ uentris. Sumant de cydoniis matura & incidantur in quatuor frustra et mundetur qđ est in interiore parte eorũ ex granis & abstergant interiora eoꝝ cũ mantili de lino, & fundantur super ea mellis pars. i. et aquæ partes quatuor cũ quantitate q̃ cooperiat cydonia, & ferueant duabus ebullitionibus aut tribus: deinde colentur, et reducantur ad uas, et fundãtur sup ea mellis despumati pars. i. et aquæ pars. i. et bulliant ebullitionibus duabus aut tribus: deinde colentur et expandantur sup planũ aliqđ ut est tabula, et dimittant donec exicceat qđ in eis ẽ de humorositate: deinde abstergant & reducant ad vas, et fundat sup ea mellis quãtitas quæ submergat, ea, et emineat quatuor digitis coniunctis, et ebulliant ebullitione una, et puluerizentur super ea spẽs quas diximus in operatione citroꝝ, et ponantur in uase uitreato uiridi, et oppiletur stricte caput eius quidam uero medici non proiiciunt super ea de speciebus nisi de cardamomo et garyophyllis et crocũ.

Condivm de cucurbitis magistrale quę conueniunt stomachis calidis, et sitim extinguunt. Accipe cucurbitas longas natas uersus ortum solis nõ nimis teneras nec nimis duras et rade corticem earum desuper, et incide in frustra magna sicut palmã manus, et munda molliculam interius, et postea infunde eas in aqua feruentissima per nouem dies et noctes semper mutando quotidie aquam feruentissimam se mel in die, postea accipe dictas cucurbitas, et pone in melle colato et despumato, aut zuccharum album clarificatum non nimis calidum, et ibi dimittas per octo dies, et postea permuta in alio melle colato et despumato, aut zucch. clarificato, et sit bene coctum sicut iulep, et caue quòd mel aut zuccharum non remaneat aquosum, et ponantur in uase uitreato et cooperiatur os eius. Et sunt aliqui qui aromatizãt cum speciebus aromaticis, aut musco, etc.

Cornelina confectio delectabilis et multum constricti ua, et fit sicut marenatum nec plus nec minus tam in forma solida quam in forma zele.

Confectio hamech primæ descriptionis Mes. quæ in usu est, ualet omni passioni quæ fit ex cholera et phlegmate salso quę est sicut impetigo, scabies, lepra, cancer corrodens et similia, et est cõfectio medicaminis, et medicina sublimis iuuamenti: cuius permixtio.

℞. Myrobalanorum citrinorum. ʒ. iiii.	Agarici albi. an. ʒ. xviii.
	Absinthii.
Myroba. chebulorum.	Assæ. i. thymus.
Myroba. indorum.	Follicu. se. an. ʒ. viii. in alia. ʒ. vi.
Rheubar. electi. an. ʒ. ii.	Succi fumiteriæ lib. i.
Colloquintidę iterioris albę.	Prunorum numero. lx.
Polypodii uiridis.	Passularum ʒ. vi.

Infundantur hæc omnia in aqua casei quantitate sufficiẽti et ponantur in uase uitreo stricti orificii et obturetur os eius et dimittatur per dies quinq; : deinde bulliant ebullitione una, postmodum coletur et in tali colatura addatur.

Tamarindorum ʒ. v.	Tereniabin. i. uianna ʒ. ii.

Fricentur manibus et dissoluantur cum decoctione prædicta: deinde colentur et proiiciantur super istis.

Zucchari lib. i. s.	Scamoneę ʒ. i. s.

Et hæc omnia simul coquantur donec habeat spissitudinem mellis: deinde puluerizentur super illud.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 264 sur 335

Myrobalanorum citrinorũ, Myrobala.chebulorum, Myroba.indorum an.3.iiii. Myrobala.emblicorum, Myrobala.bellericorum, Rheubarbari, Sem.fumiterræ.an.3.iii. Seminis anisi, Spicæ indæ an.3.ii. Dosis ei° ℈.3.ii.vsq; ad au.ii.

Tereniabin est species mannæ quæ apud nos non reperitur, sed loco ipsius accipimus mannam: est. n. tereniabin ros quæ de nocte cadit in quibusdam partibus Aegypti super frõdes aliquarum arborum, & sic colligitur, ut habetur in sacra scriptura. Exodi in capitulo 16.

In ista confectione intelligendum est ꝙ autor coquit scamoneam ut amoueat malitiam eius, eo quia non est præparata, ꝙ si præparata esset non deberet decoqui, sed reseruari secundum canonem medicinę: deinde puluerizare eam grosso modo, & cum aliis rebus puluerizatis apponi, ꝙ si decoqueretur uirtus solutiua ipsius deperderetur.

Incidenter de aqua lactis hic intelligendum quòd ponitur aqua lactis capræ, quòd melior est &c.

Confectio de manna Mesuæ de mente Galeni est medicina nobilis operationis & bonæ solutionem enim efficit facilem & educit choleram citrinam sine molestia, & ualet ad ægritudines factas ex ea & est medicina delectabilis boni saporis, cuius permixtio.

℞. Mannæ puræ & recentis lib.i. scamoneæ antiochiæ. ℥.i. Dissoluatur manna cum succo rosarum rubearum, & fit succi quantitas conueniens circiter li.i. & coquatur cum facilitate donec habuerit sufficientem coctionem: deinde pone super illud masticis.3.iii. & da.3.iiii.

Inquit Galeni ostendit compositio huius medicinæ nobilitatem eius, est enim composita ex partibus conuenientibus complexione & proprietate.

Tereniabin synacost & manna inter se differunt: nec est mãna ut quidã dñt: in uno differunt & sm patriã, & sm locũ in quẽ cadunt, & sm uirtutẽ & cõplexionẽ: syracost. n. & tereniabin calidiores & humidiores sunt manna, sed quia ad nos non portantur, ideo ipsorum loco ponimus mannam.

Quidam doctores uolunt quòd diagrydium & non scamonea hoc in loco ponatur. Sed sua semper pace salua si poneretur & decoqueretur uirtus solutiua fere in totum deperderetur: coctio enim est præparatio dictæ scamoneæ, quia illa non diagrydium est ponendum.

Confectio de storace magistralis, illa Mesuæ & Nicol. non est in usu propter opium: ualet. n. & confert ad superabundantem fluxum cholericum uentris & phlegmaticis & ad tenasmon factum a frigiditate: cuius permixtio.

℞. Passularum electarum & vltime contritarum ℥.i. Liquiritiæ rasæ.3.vi. Ligni aloes, Nucis muscatæ an.3.i.s. Cinnamomi electi.3.i.s. Storacis calamitæ.scrop.v. Boli armeni loti & præparati. 3.iii.

Puluerizentur subtiliter oĩa & cũ zucch. ℥.xv. dissoluti in aqua betonicæ & foliorũ uiolarũ fiat cõfectio in morsellis.

Confectio. n. nihil aliud est quam cõpositio diuersorum.

Modus lauandi & ꝑparandi bolũ armenũ talis est. Accipe de eo quantitatẽ quã uolueris, & tere subtiliter, postea infundatur super eũ quantitas aquæ ros. qua irroretur: deinde in umbra permittatur exiccari, & iterum post exiccationẽ conteratur, & aqua ros. irroretur, & ter ut primo hoc fiat postea reserua: illud enim dicitur lotum & præparatum.

Storacis simpliciter si scriptum reperietur, de storace calamita intelligendum est.

Confectio de cinnamomo Mes. quæ est medicina sana & experta ad humorositatem stomachi & putrefactionem in eo phlegma digerit, & digestionem attrahit.

℞. Cinnamomi subtilis electi. ℥.xv. Darseni.i. cinnamomi grossi Cimini, Radicum enulæ an.3.iiii. Galangæ.3.iiii. Garyophyllorum Piperis longi, Cardamomi an.3.iii. Zingiberis, Heil.i. cardamomum minus & est melegeta, Macis, Nucis muscatæ, Ligni aloes an.3.iiii. Croci.3.i. Zucchari tabarzet ideſt albi. ℥.v. Musci.3.i. partes duas ideſt scrop. ii.

Puluerizentur subtiliter oĩa. Mellis despumati & colati q.s. & fiat cõfectio in forma solida, ut supra tibi ostensum est.

Cõfectio hęc licet in usu nõ sit tñ quia in ea aromatarii solent dubitare: igitur nota ꝙ cum in una cõpositione scriptũ reperies darseni p se, semper debes apponere cinnamomũ electũ. si uero & darseni & cinnamomi ut in superiori uidisti utrunq;. s. subtile & grossum est ponendum, nec auscultes illos dicentes, ꝙ per darseni intelligitur macis. hæc. n. opinio reprobata est a Christophoro de honestis super Mesuæ.

Sc̃do est intelligẽdum ꝙ cũ reperies in una recepta heil per se: de cardamomo maiori semper est intelligẽdũ: si uero cardamomũ p se reperiatur, ẽt de maiori est intelligendũ: si uero ambo reperiãtur, ut in superiori, & maiorem debes apponere: non autem garyophyllos ut quidam dicunt.

Cassia fistulatũ pro clysteris magistrale, ualet ad mundificandum sanguinem, & compescit omnem acuitatem, & sedat sitim, & mundificat stomachum, & educit choleram & phlegma, & operatur sine nocumento, & resoluit apostemata & confert calefactioni: cuius permixtio.

℞. Florum uiolarum, Matrum uiolarũ. i. herba, Maluarum, Mercurialis an. M.i. Bletarum, Parietariæ an. M.i. Absinthii romani. M.s.

Oium uiridiũ: fiat ex his decoctio in sufficienti quãtitate aqua: postea coletur manibus exprimendo, de qua colatura dissoluatur cassiæ extractæ lib.i. mellis electi lib.s. & coquatur usque ad consummationem decoctionis & reseruetur.

Herbæ omnes præscriptæ ex quibus decoctio hæc fieri debet uirides esse debent, eo quia sunt magis lenitiuæ: si uero haberi non possint, siccæ ponantur.

De absinthio nota ꝙ ipsum diuersificatur sm diuersitatem loci & patriæ, in quibus orit: ideo qñ dicitur & reperitur in receptis absinthii romani, hoc est quia illud est melius aliis: una tñ & eadem est species, sed quia illud haberi non põt, eligatur illud quod in montibus & locis saxosis oritur, quia melius est quã qui nascitur in locis humidis & umbrosis. & colligi debet in Mẽse Iulii, & in umbra exiccari. Inter enema & clystere differentia est: nam clystere est instrumentum quo decoctio in intestinis impellitur: enema autem est ipsa decoctio, & medicina quæ iniicitur.

Cassia fistulatum de melle & de zuccharo sic fit.

℞. Prunorum nu.xxx. Violarum, Tamarindorum, Seminis anisi an.3.ii. Medullæ cassiæ lib.ii.s. Mellis lib.iiii.s.

Et fiat electuarium, & ad faciendum de zuccharo loco mellis accipe zucchari candi. ℥.iiii. Mannæ electæ. ℥.ii.

Et nota quòd decoctio debet fieri de prunis uiolis & anisis suprascriptis.

Cassia fistulatum alia magistralis, valet cuius ꝑmixtio.

℞. Pulpæ cassiæ, Pulpæ prunorum damascenorum an. lib.i. Tamarindorum. ℥.vi. Mellis lib.iii.

Cassia & tamarindi dissoluantur cum decoctione maluarum matrum uiolarum & mercurialis in quo sint coctæ pruno damascenorum quantum sufficit.

Codognata de zucch. sine spẽbus sic fit: ualet sumentibus ante cibum ad confortandum & fortificandum stomachũ, et sumendo post cibũ ad restringendũ fluxum sumentibus per horam ante cibũ: & similiter post cibũ immediate.

℞. Poma cydonia a cortice superiori & ab alia interiori mundata, & cũ pauco uino uermilio antiquo cocta & in magdaleones reducta lib.viii. zucch. boni & clarificati lib.vi.

Et ꝙ sint ab aqua cõsumati misce & coquantur oĩa simul semper agitando cũ spatula donec cocta sint & serua hæc est. n. uera dosis zucch. quæ in scodognata apponenda est, alii ponunt æquale, sed prima melior est, & debet stangezari cũ bacculo super ignem hinc & inde vsquequo cocta sit.

Conditvm de cydoniis cũ perlis magistrale stomachũ & cor confortat, & fortificat & uentrem stringit mirabili

ter:

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 265 sur 335

ter: cuius permixtio.

℞.Seminis coriandrorum præparatorum, ℈.i.
Radicum cyperi, Zucchar^{i} albi lib.ii.
Cinnamomi fini ana.ʒ.i.

Et fiat cõfectio in forma manuſchriſti cũ uino cydoniorũ.

Cerotvm Galeni emendans uitia ſtomachi Meſue ſtomachum confortat quæ ex frigiditate fiunt præparans & confortans appetitum & digeſtionem cibi & cõfortans hepar & ſedans dolorem eorum.

℞.Roſarum rubearum. Tere ſubtiliter & accipe ceræ nouæ.ʒ.iiii.
Foliorum abſinthii ſicci, Olei roſati lib.i.ʒ.vi.
Maſticis.ana.ʒ.xx.
Spicæ indæ.ʒ.x.

Diſſoluantur oleum & cera ad ignem, & lauetur lauatio nibus pluribus cum aqua roſata: deinde iterum lauetur cũ uino uermilio ueteri & ſucco cydoniorum & pauco aceti deinde miſce cum ſpeciebus ſupraſcriptis.

Cerotvm hyſſopi deſcriptione Philagrii. Meſue expertum ad dolorem ſplenis ſtomachi & hepatis & duritiã in eis & dolorem matricum, & apoſtemata in eis linitũ exterius, uel etiam ſuppoſitum in lana. & valet ad durities & nudoſitates quæ ſunt in ipſis: cuius permixtio.

℞.Croci.ʒ.v. Ceræ citrinæ.lib.i.
Bdellii, Terebinthinæ.ʒ.i.s.
Maſticis, Medullæ cruris vaccæ,
Armoniaci, Adipis anſeris an.ʒ.xv.
Storacis liquidæ, Hyſſopi humidæ lib.i.ʒ.vi.
Aloes.ana.ʒ.viii.

Bdellium aromaticum & aloes diſſoluantur in aqua infuſionis fœnugræci & florum camæmillæ, et cum cæteris fiat cerotum, & poſt Philagrium addiderunt expreſsionis ſquillæ ʒ.iii.olibani.ʒ.i. ſepi uituli.ʒ.xv. in alio ceræ nouæ lib.i. minus quarta, & eſt conuenientius.

Cerotvm oxycrocii ſecundum Nicolaum maiorem in antidotario, valet ad fracturas coſtarum, fracturas oſsiũ & mirabiliter confortat & ratificat.

Croci, Galbani.ana.ʒ.i.s.
Picis naualis, Armoniaci,
Colophoniæ, ideſt picis græcæ, Myrrhæ,
Olibani,
Ceræ citrinæ.ana.vnc.iiii. Aloes,
Terebinthinæ, Maſticis.ana vnc.i.s.

Conficiantur ſic: galbanum armoniacum aliquantulum contuſum ponatur in aceto per diem & noctem: mane uero ponatur ad ignẽ uſq; ad liquefactionem diuidendo: poſt liquefactionẽ colet, & iterũ coquatur uſquequo acetũ conſumetur: & tunc addantur pix naualis liquefacta & colata, cera, colophonia, & terebintina: & interuallo facto ponantur maſtix, olibanum, myrrha, & aloes ſemper cum ſpatula agitando, ad ultimum cum coctum fuerit in aqua frigida ponatur: & extracto ad aqua manibus exprimatur ut tota aqua exeat, & ſuper marmor unctum oleo laurino puluerem croci ſuperpoſitũ malaxet, & factis magdaleonibus reſeruetur.

De croco hoc in ceroto a uariis diuerſimode ponitur, quidam poſt perfectam coctionem, & poſtquã amotum eſt ab igne crocum intus ponunt, & cum aliis rebus bene incorporant: & modus iſte magis a doctoribus laudatur: alii uero ſupra dicto modo faciunt nec inutilis eſt.

Cerotvm pro coſti magiſtrale, cuius permixtio.

℞. Maſticis, Ceræ nouæ,
Galbani, Abſinthii,
Opopanaci, Seminis fœnugræci,
Serapini, Florum camæmillæ. an.vnc.i.
Armoniaci, Croci.ʒ.iiii.
Picis naualis, Mucillaginis fœnugræci,
Hyſſopi humidæ, Mucillaginis ſeminis lini,
Thuris ana.vnc.ii. Mucillaginis altheæ.ana. vnc.
Terebentinæ.vnc.i. ii.& ʒ.iiii.

Miſce & ex his fiat cerotũ diſſoluendo prius gummas in aqua decoctionis altheæ fœnugræci & ſemin. lini, puluerizando etiam puluerizanda reducantur ad formam ceroti.

Camæmillæ ſi ſimpliciter ſcribatur uel ſcriptum reperiatur, ſemper de flore eſt intelligendum.

Mucillago altheæ ſi ſimpliciter ſcribitur uel ſcriptum reperitur, de radice facienda eſt, ut doctores uolunt.

Cerotvm hyſſopi deſcriptione Pauli Meſ. ualet ut diximus in deſcriptione Philagri cerotũ, cuius permixtio.

℞.Armoniaci.ʒ.x. Aloes,
Bdellii.ʒ.v. Olibani.ana.ʒ.ii.s.
Sigea, ideſt ſtoracis liquidæ. ʒ.iiii. Ceræ nouę.ʒ.iii.s.
Sepi uituli,
Croci.ʒ.i.s. Medullæ uituli ana.vnc.ii.
Maſticis.ʒ.ii.s. Hyſſopi humidæ.ʒ.xl.
Ireleon.i.olei nardini quantum ſufficit, & fiat cerotum.

Cerotvm pro renibus magiſtrale repertum utile atq; mirabile ad prohibendum aborſum in muliere prægnante uidi de eo utilia experimẽta & maxime in illuſtriſsima nũc quondam comitiſſa Brixiæ in partibus ultramontanis uxore illuſtriſsimi Philippi dñi de Sabaudia q̃ habuit duos aborſus, et approximato ceroto aliquo ſuo tpe portauit, et illo ſemel relicto iterũ ad aborſum uenit in multisq; aliis matronis & mulieribus illudq; ualde opauit: cuius permixtio.

℞.Maſticis electi vnc.i. Corallorum rubeorum,
Laudani.ʒ.vi. Sandalorum,
Ceræ citrinæ.ʒ.iiii. Mentę ſiccæ,
Radicum biſtortæ, Seminis coriandrorum
Nucum cupreſsi, præparatorum,
Succi hypoquiſtidos, Galliæ muſcatæ,
Sanguinis draconis, Terræ ſigillatæ.ana.ʒ.ii.
Roſarum rubearum, Olei oliuarum completarum
Acatiæ.ana.ʒ.ii. lib.iii.

Puluerizentur puluerizanda, & fiat cerotũ in bona forma & q̃ ſit tenax, & ſi nõ eſt tenax abdatur parũ terebinthinæ.

Cerotum dicitur a cera quia oẽ cerotum recipit cerã uel aliquod loco ceræ: & eſt quoddam medium inter unguentũ & emplaſtrum, ſpiſsius unguento & liquabilius emplaſtro.

Cerotvm pro crepatis Gentilis in ſuis conſiliis conſilio primo præcioſiſsimum & expertum: & eſt in uſu in diuerſis partibus: cuius permixtio.

℞.Picis liquidæ, Serapini,
Colophoniæ, ideſt picis græcæ, Conſolidæ maioris,
Conſolidæ mino.ana. vnc.i.
Cerę citrinæ, Gallarum,
Ariſtolochiæ longæ, Nucum cupreſsi,
Ariſtolochiæ rotundæ, Boli armeni,
Vermium terreſtrium, Succi hypoquiſtidos,
Aloes.ana.vnc.iiii. Mummiæ ana.vnc.vi.
Lithargyrii aurei, Thuris,
Armoniaci, Viſci quercini,
Opopanaci, Lapidis hematitis,
Galbani, Olibani,
Maſticis, Gypſi,
Bdellii, Myrrhæ.ana.ʒ.iiii.
Sumach, Sanguinis draco. vnc.vii.
Terebenthinæ ana.vnc.i. Sanguinis humani lib.ii.

Confice ſic. Accipe pellem arietinam cum pilis inde remotis coquatur in aqua tam diu donec tota liquefiat: & poſtea permitte aquam infrigidari & reſidere, deinde accipe ſpẽs bene tritas & cribellatas, et gummæ prius tñ diſſoluãtur in aceto fortiſsimo quæ diſſolutæ ſanguine commiſcean tur: & hæc omnia permiſce in colatura aquæ pellis arietis in cacabo fac ut ſimul bulliant donec ad nigredinem & formam ceroti ueniant & utere.

Sanguinis humanus debet extrahi ab homine ſano, ſanæ complexionis, & poſt extractionem debet in ceroto ilico poni, eo quia longa ipſius extractio corruptionem inducit.

Cerotvm de mucillaginibus magiſtrale, ualet ad mollificandum, reſoluendum, maturandum omnem duritiem & inflationem, & eſt expertum.

℞.Mucillaginis altheæ, Mucillaginis ſeminis lini,
Mucillaginis fœnugræci, ana.vnc.vi.
Fœcis olei linoſæ.vnc.iii. Bdellii,
Lithargyrii, Armoniaci,

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 266 sur 335

Opopanaci ana.ʒ.ii.
Olei de lilio.ʒ.iii.
Terebinthinæ.ʒ.iiii.
Storacis liquidæ.ʒ.ii.
Picis naualis.ʒ.iiii.
Ceræ nouæ lib.ii.
Medullæ bouis uel sepi castrati.ʒ.iii.

Puluerizentur pulueriz anda,& ex his fiat cerotum in bona forma.

Nota ꝙ quando storax simpliciter reperitur,de calamita est intelligendum cum meliot sit aliis speciebus, nam calamita idem est quod bona gutta,a calos quod est bonum, & mitos quod est gutta,ex his completur.

CEROTVM aliud ad crepatos de pelle arietina secundum Rainaldum de Villanoua in libro.2.in cap.de crepatura cap.trigesimo,& est multum in usu:cuius permixtio.

℞.Lithargyrii aurei.
Opii.
Sedenegi.i.lapis hematitis siue sanguinaris.
Sanguinis draconis,
Boli armeni.
Masticis,
Armoniaci,
Mummiæ
Galbani.
Thuris.
Costi.
Lumbricorũ terrestium. ana.ʒ.s.
Picis naualis usualis.
Picis græcæ.i.colophoniæ. ana.ʒ.i.
Ceræ albæ.
Ceræ rubeæ.ana.ʒ.i.
Radicum consolidæ maioris.
Radicum consolidæ madianæ.
Radicum consolidæ minoris. ana.ʒ.iii.
Rosarum rubearum.
Myrrhæ.
Aloes.ana.gra.xv.
Pallæ marinæ.i.balæ marinæ. combustæ.
Balaustiarum.
Aristolochiæ rotundæ.
Gallæ,ana.ʒ.vi
Visci quercini.ʒ.ii.
Sanguinis hominis. rubi.ʒ.ix.

Conficiatur hoc modo. Accipe pellem unam hædinam uel arietinam cum omnibus pilis suis, & decoquatur quasi bulliendo per totum diem:quousq; tota liquefacta sit:& fiat sicut colla,& parũ uel nihil de aqua ibi remaneat.deinde ex illa aqua accipe lib.i.optime cum staminea uel panno colatam: & adde cum eo uiscum quercinum,& in olla noua lento igne fac liquefieri & bullire,& cõ bacculo semp & continue ducas, aut per alium ducere facias: deinde lumbricos terrestres,post cerã & picẽ addas: deinde adde terebinthinæ.i.gummi albotin.ʒ.ii.postea colophoniã,masticem,myrrham,armoniacũ,& galbanũ adde,& liquefac insimul,& cũ baculo semper ducantur:& signũ qñ erit coctũ est ꝙ ponat̃ vna gutta ex eo super lapidẽ marmoreũ, seu super cultellũ oleo unctum quod cũ infrigidatum fuerit, si malaxetur & optime coaguletur,tũc signũ est perfecte coctionis: sin aũt lento igne bulliat, & fiat, & usui reserua in pelle pecorina vel arictina.Et istud cerotũ est illud quo generaliter utunt̃ doctores sub noie ceroti ad crepatos,uel sub noie ceroti cũ pelle arietina.ibi Rainaldus dicit, ꝙ crepatura accidit sepe in mulieribus & robustis uiris, qui uolunt nimis saltare uel currere,uel maxima pondera portare,uel petras grossissimas iactare, uel eas uiriliter eleuare, uel ex nimio & alto clamore.Et Bartho.Montagna in suo antidotario hẽt unum emplastrum usuale pro crepatis,sed idem non est uerum differunt parum de quo infra.Gentilis in suis consiliis in consilio primo habet unam descriptionem desuper istud scriptã prout patet,sed non est eadem,sed ista est plus in usu.

CEROTVM de laudano magistrale, ualet ad stomachũ & omnia membra mirabiliter.

℞.Mentæ siccæ.
Rosarum rubearum.
Absinthi ficci.
Ligni aloes.
Masticis.
Cinnamomi.
Spicæ nardi.
Cyperi.
Calami aromatici.
Olibani.
Aloes.
Corallorum rubeorum.
Myrrhæ.ana.ʒ.i.
Zedoariæ.
Myrtillorum ana.ʒ.iii.
Garyophyllorum.
Galangæ.
Nucis muscatæ.
Macis.
Zingiberis.
Gallæ muscatæ.
Costi.ana.ʒ ii.s.
Terræ sigillatæ.
Centonici.
Centauræ maioris.
Abrotani.an.ʒ.i.s.
Laudani boni.ʒ.viii.
Ceræ citrinæ lib.ii.
Terebinthinæ.ʒ.viii.

Liquefiant terebinthina,& cera,& laudanum simul:deinde supradictæ species simul apponantur.

Aliquando reperies scriptum mentæ siccæ, & absinthii sicci,& aliquando mentæ & absinthii simpliciter.Quæreret aliquis quid in diuersitate dicta est faciendum. In hoc dico ꝙ authores semper intelligunt de ipsis siccis, quamuis aliquado non exprimant,& aliqñ sic: & pp expositionem uolunt postmodũ intelligere de siccis: & ideo expresserunt in aliquibus mẽte uel absinthii sicci id quod uolunt:ꝙ tu in ceteris intelligas:nã qñ uolunt dictarum humiditatem herbarum,dicunt succi mentæ uel succi absinthii,quare bene &c.

DIACHYLON magnum Mes.siue cerotum,quòd ambo appellantur emplastrum, uerum quia communiter fit ad formam ceroti: ideo in eorum summa ponam, ualet ad resoluendum et ad maturandum oẽm duritiem & inflationem,& est expertum, cuius permixtio.

℞.Litargyrii subtiliter triti.lib.i.
Olei irini.
Olei camæmillæ.
Olei anethi.an.ʒ.viii.
Mucillaginis seminis lini ʒ.xii.s.
Hyssopi humidæ.
Glutinis alchanach.
Succi squillæ.an.ʒ.xii.s.
Mucillaginis seminis fœnugræci.
Mucillaginis ficuum pinguium.
Mucillaginis passularum.
Succi ireos.ana.ʒ.xii.s.
Terebinthinæ ʒ.iii.
Raxæ pini.
Ceræ citrinæ ana.unc.ii.

Confice hoc modo.Accipe lithargyrium & suprascripta olea & diu in mortario lapideo cum pistello ferreo cõquassentur,& elaboretur in eorum conquassatione per mediam horam saltim,deinde bulliant super ignem cũ facilitate semper,& incussant agitando cum spatula donec coaguletur lithargyrium tunc deponatur ab igne & permittatur infrigidari:deinde accipe mucillagines,gluten succum,& hyssopũ humidum, terebinthinam:et inter eos aliquali ebullitione bulliant,deinde in mortario cum litargyrio & oleis prædicta ponantur,& cum pistello tantum conquassentur,donec condecens fiat eorum permixtio.Tunc iterum oĩa reponantur super ignem,& cera addita tantum coquantur, quòd ad debitam formam ueniant. ſ. quòd habeant solidiorem coctionẽ,qualiter habere debet ungẽ.et nihil ultra ne aduratˉ.

Istud emplastrum est in usu, maxime fm istam descriptionem:ipse aũt Mes.intitulat hoc emplastrum diachylon, sed fm modernoꝝ opionem debet dicere diachylon.i.compositio facta ex mucillaginibus & succis pp hoc a multis dicitur cerotum de mucillaginibus sine gũmis,aut diachylon sine gummis:et sic si bene legis expositores nostrorum doctorum,uidebis quòd emplastrum diachylon magnũ,et cerotũ de mucillaginibus, et ungnentum diachylon sine gummis idem sunt:et qui non credit,uideat in antidotario. Io.Sera. qđ dicit unguentũ de mucillaginibus, et est diachylon, idẽ dicit Gẽtilis super.5.Aui.Magister Pet.de argilla. in ca.de scrophulis,ponit unguentũ diachylon,qđ ideſt est,et ibi docet ipsum conficere cum gũmis,de quo infra: Supra est positum unguentum de mucillaginibus ex authoritate Bar.Mõtagnanæ,qđ pòt fieri pro diachylon sine gummis: Scias aũt quòd generaliter aromatarii maxime apud nos faciunt emplastra in forma molli,et cerota in forma solida,de quo aromatarii Neapolitani admirantur,quia ipsi faciunt cõtrariũ: nã emplastra faciũt in forma dura,et cerota in forma molli. Leonar.de preda palea in ca. de ulceribus profundis ponit emplastrum diaphœnicon descriptione Alexandri,sed dicitur emplastrum.i.dura confectio,eadem est opinio Nicoli.

Gluten alchanach siue alchamach siue alzanach quid sit generaliter ignoratˉ:uere nunquã uidi nec audiui ab aliquo vidisse autorẽ autenticũ de eo mentionẽ facere:verũ fm cõsuetudinẽ aromatariorꝝ ẽ colla piscium qđ nõ nego nec affirmo certe i partibus Romæ dictũ fuit, qđ in rei ueritate gluten alchanach est quidam uiscus qui reperitur in Arabia sup arborem assæ fœtidæ,tamen Deus scit. Magister Petrus de Argil. qui sæpe et sæpius utitur isto unguẽto, quod ipse de

ſcribit in cap.allegato.& ibi loco glutinis alchanach ponit uiſcum cum quo capiuntur aues: ſed nos intelligimus uiſcũ quercinum, quod conuenit in iſto caſu: tamen non affirmo quid ſit generaliter,loco eius ponitur colla piſcium,ſed intentio noſtrorum chirurgycorum uiſcus quærcinus etiã ualet.Si aũt facere uolueris unguentum diachylon,ſeu emplaſtrum de mucillaginibus cum gummis,oportet facere ut docet magiſter Petrus de Argillata in cap.allegato. ubi ſic ait in fine deſcriptionis,diçens, conficiatur ſicut ipſe Meſ. docet in antidotario,& ſi cum iſtis addatur bdellium, armoniacum,& ſerapinum,an.ʒ.i.erit diachylon gummatum ſiue cũ gummis:tu uero ſcias ſi ponas ſupra unguentum diachylon ſine gũmis, aut cerotũ de mucillaginibus ſine gummis illas tres gummas quas nominaui,tunc erit diachylon cũ gũmis.

DIACHILON minus Meſ. ſiue cerotum diſſoluens & maturans tumores a caliditate factos & apoſtemata calida: cuius permixtio eſt hæc.

℞.Mucillaginis fœnugræci.	Mucillaginis altheæ.ʒ.i.
Mucillaginis ſeminis lini. ana.ʒ.i	Fiãt dicti mucillagines in aqua decoctionis meliloti.

℞.Lithargyrii ſubtiliſsimæ puluerizati ʒ.i.s.
Olei camæmillæ.
Olei irini.ana.ʒ.i.s.
Puluerꝭ radicis ireos.ʒ.i.

Accipe ergo olea,& lithargyrium,& puluerizа ireos,& diu in mortario agitentur, & ut tibi oſtendi in alio facias, commemorando,ꝙ coctio ſit inter unguentum & cerotum.

In omni compoſitione in qua intrant lithargyriũ & mucillagines,poſt coctionem lithargyrii cum oleo, antequam mucillagines ponantur,ſemper debemus expectare infrigidationem uel ſaltem tepefactionem olei in quo eſt lithargyrium:ſi enim ipſis feruentibus apponerentur, mucillagines adeo excreſcerent ſuper captiam, quòd maior pars in ignem perderetur,& hoc ſæpe uidi contingere famulis aromatariorum nõ expertis,& etiam a multis qui ſe magiſtros eſſe dicebant.

DIACHYLON paruum Meſ.maturans & diſſoluens tumores a caliditate factos,& apoſtemata calida.

℞.Litargyrii ʒ.vi.	Mucillaginis ſemi lini.
Olei ueteris clari lib.i.	Mucillaginis radicũ maluæ,
Mucillaginis pſylii.ʒ.iiii.	ana.ʒ.ii.
Mucillaginis iuſquiami.ʒ.i.s.	

Et eius operatio eſt ſicut operatio alterius.

DECOTIO communis ſic fit.

℞. Prunorum.	Liquiritiæ raſæ.
Tamarindorum.	Hordei mundi. ana partes
Paſſularum.	æquales.
Violarum.	

Bulliant hæc omnia in aqua infuſionis quantitatis ſufficientis ſecundum artem:deinde coletur,& reſeruetur.

DECOCTIO pectoralis magiſtralis ſic fit:cuiꝰ pmixtio,

℞. Hiſſopi ſiccæ.	Paſſularum.
Capillorum ueneris.	Hordei mundi.
Ficuum.	Liquiritiæ raſæ. ana partes
Dactylorum.	æquales.
Sebeſten.	

Bulliant hæc in aqua quantitatis ſufficentis ſecundum artem,& coletur,& ſeruetur.

In hac decoctione ſunt aliqui qui addunt ireos, ſed quãquã pectoralis ſit ego nõ laudo illum apponendum eſſe propter eius horribilitatem & malum ſaporem.

Decoctiones iſtæ &omnes aliæ per tres uel quatuor dies conſeruantur & non plus & maxime in æſtate: & inter oẽs hic incidenter dicam de infuſione facta in aqua lactis ſeu caſei,quia minus cõſeruatur,quia uix per unum uel duos dies conſeruari poteſt.

Syrupi uero conſeruatur ſi ſunt de melle per duos annos ſi uero de zuccharo & bene cocti & in uaſe bene obturati per annum durant,aliter uix poſſunt durare.

De conſeruatione iulep ſcias quod iulep aquoſum & male decoctũ pauco tpe conſeruatur;& maxime tpe æſtatis:iulep uero bñ coctũ p annũ ſeruaẽ & nõ plus ſub forma iulep.

DECOCTIO carminatiua magiſtralis, quæ ualet contra omnes uentoſitates.

℞.Seminis aniſi.	Ameos.
Seminis fœniculi.	Cymini.
Dauci.	Polypodii.ana partes
Carui.	æquales.

Bulliant in aqua ſecundum artem ut dictum eſt in aliis de coctionibus.

DECOCTIO conſtrictiua ſic eſt,& ſic fit.

℞. Corticum granatorum	Azimorum uuarum,ideſt gra-
Balauſtiarum.	nellæ.
Myrtyllorum.	Sorbarum ſiccarum.
Nucum cupreſſi.	Neſpillarum immaturarum
Gallarum.	ſiccarum.
Cupularum glandium	Caudæ equinæ.ana partes
Sumach.	æquales.
Achaciæ.	

Bulliant in aqua plantaginis ſm artem, & de dicta decoctione da ubi oportet:& multum ualet ad reſtringendum.

DIABYGLOSSATVM Meſue ualet ad confortandum cor,maniacis & melãcholicis confert, ſyncopim & tremorem cordis aufert,& modus eius eſt. Accipe florum bugloſæ bene mundatorum.ʒ.iiii.zucchari albi lib.i.Et expone ſoli,& fac ſicut in cap.de zuccharo roſato.

DIABORAGINATVM Meſue, ualet ad confortandum cor,maniacis & melancholicis confert,ſyncopim,& tremorem cordis aufert.

℞. Florum boraginis.ʒ.iiii.Zuccharri albi lib.i.

Contundantur in mortario lapideo & exponantur ſoli ut dictum eſt in zuccharo roſato,in iſto ſic fit.

DIAMYSCVS dulcis Meſ.faciens ad pulſum cordis, & ægritudines melancholicas, & ad eum qui triſtatur ſine cauſa,& confert ad ægritudines cerebri,ſicut eſt uertigo, & epilepſia,& paralyſis,& ad ægritudines pulmonis & difficultati anhelitus:cuius permixtio hæc eſt.

℞. Croci.	Ozimi citrati.ʒ.ii.s.
Doronici.	Been albi.
Zedoariæ.	Been rubei.
Ligni aloes.	Folii.
Macis an.ʒ.ii.	Garyophyllorum.
Albarum margaritarum.	Spicæ.ana ʒ.i.
Setæ crudæ parum aduſtæ.	Zingiberis.
Karabæ.	Cubebæ.
Corali rubei.an.ʒ.ii.s.	Piperis longi.ana.ʒ.i.s.
Galliæ muſcatæ.ʒ.ii.s.	Muſci boni.ϑ.ii.

Confice cum melle crudo ꝙ ſit quadruplum ponderis omniũ:& pone in uaſe uitreo. Et ſit doſis eius.ʒ.i.uſq; ad.ʒ.ii.

Si autem hanc confectionem amaram facere uolueris ualentior efficietur ad ea quæ diximus, & ad exiccandum humiditates ſtomachi & putrefactiones in eis,& propriæ ſi addatur in permixtione eius.

Roſarum rubearum.	Keiſim,ideſt ſemen leuiſtici.ʒ.i.
Abſinthii.ana.ʒ.iii.	

Aloes optime abluti,ʒ.iiii.Cinnamomi electi.ʒ.ii.s.
Caſtorei.ʒ.i.

Puluerizanda puluerizentur ſubtiliter, & fiat electuarium in bona forma.

Circa hanc deſcriptionem nota ꝙ de ſeta cruda parũ aduſta ſic aduritur.Accipe de folliculis ſerici noui qui nondũ p trãſierint annum unũ, & aperi,& extrahe uermes quos intus reperies mortuos, & mũda per optime:deinde pone in olla noua dictos folliculos, quæ coopertorio lapideo bene tegatur:deinde in furno ponãtur,& tantũ permittantur qđ poſsint puluerizari: deinde extrahãtur & uſui reſeruentur: hæc.n.cõbuſtio fit ut deſiccent ac ut conteri poſsint.In una alia cõfectione infra reperies ſubtiliter incidantur, & ẽt ut bene terant,igitur per hoc intelligas ꝙ uterq; modus laudatur.Tamen ego non ſoleo hoc in electuario nec in aliis cõfectionibus cordialibus ſetam comburere,ſed ſubtiliter incidere,ſed ſi cõburere uis ut uerba Meſ.ſonãt; caueas ꝙ illa aduſtio nõ ſit incinerans:immo prudẽter fieri dẽt, & taliter ꝙ ſericũ ſolum ſit puluerizabile, & remaneãt ſeta ſecundum

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 268 sur 335

formam ſuam, dicit etiam crudæ, quia per coctionem uirtus eius extrahitur.

De ozimo qñ enim in compõnibus reperies ſcriptum ozimi garyophyllati: tunc idem eſt quod ſemen baſiliconis citrinum, ſi uero ozimi ſimplr idem eſt quod ſemen baſiliconis nigrum, & hoc colligitur a planta baſiliconis habens folia lata. Citrinum uero a planta faciens parua folia. & hæc eſt ipſorum differentia. Citrinum.n. magis aromaticum eſt, & cordiale, magisque calidum. igitur in hac compoſitione ubi dicit ozimi citrati: tunc ponere debes de ozimo citrino, quia odorem habet de citro: prout per experientiam videri poteſt, fricando eum manibus: dico de ſemine, & ſic noſtri aromatarii communiter utuntur.

Hic bene aduertendum eſt de been ſcriptum per deplex ee, been ſunt duæ radices, alba, & rubea, & debẽt ſcribi per duplex ee, & non per unum e, neq; per h, prout patet in ſecundo lib. Auic. cap. 86.

Spica, aliquãdo enim reperitur ſcriptum ſpicæ nardi uel ſpicæ indæ, & ambæ idem ſunt, aliquando ſpicæ romanæ uel ſpicæ celticæ, & hæ duæ idem ſunt.

Mel crudum eſt quod non eſt coctum: igitur ſi modo deſcripto a Meſue facere uis, accipe mellis puri li.i. ſuprаſcriptarum ſpẽrum ʒ.iii. & permiſce, & ſic habes mentem autoris, ſm mel crudum quod eſt quadruplũ põderis oĩum, ſi uero non hẽs mel pnrum, potes hoc modo facere. Accipias unam quantitatẽ mellis quantũ uolueris, et pone ad ignem ad bulliendum, et ſemper illum deſpumabis quouſq; coctũ ſit, deinde ab igne remoueatur, & poſt infrigidationem ſuprаſcripta ſpẽrum quantitas apponatur: & hoc modo habebis mel crudum, & a ſuperfluitatibus depuratum: alii uero dñt ꝙ mel crudum eſt illud quod manibus abſq; igne exprimitur: a fauo mellis, & hæc opinio non omnino ſine ratione eſt fundata, uel illum, uel præſcriptum accipias, quia conueniunt, & ſi in forma ſolida facere uis, fac ut ſupra.

Aloes ſuccotrinum dicitur aloes optimum, quia inter oẽs alias ſpẽs aloes eſt melius, & lauetur hoc modo. Teraẽ quantitas aloes tibi neceſſaria, & rorabis illum aqua pluuiali uel aqua endiuiæ. Hæc.n. lotio fit ut ipſius acuitas amoueatur & confortatio augeatur, donec totum ab aqua ſit madefactum, deinde ſoli exponatur ad deſiccandum, & permittatur uſquequo poſsit denuo puluerizari. deinde iterum contere & quantitate de prædicta aqua iterum irrora, & ſoli exponas, & illud idem ſecũdo & tertio facias: demum poſt exiccationem reſerua & utere illo.

De aloe iterum eſt notandum, ꝙ aliqui ſunt qui illum cõburunt qñ ponere uolunt in hac confectione, & non lauant dicentes, quod per combuſtionem amoueẽ ſua gummoſitas per quã laxabat, & ſtomachum debilitabat: et pp hoc magis appropriaẽ alia uirtus, & alia operatio quæ eſt confortare: immo melius confortat. Et ad hoc notandum eſt ꝙ ſi aloes datur ad laxandum, non cõburitur nec lauatur, ſed ſi ad confortandum, uel abluitur uel comburitur, quanquàm combuſtio ipſius de raro fiat. Modus comburendi eſt, ponatur in olla munda, & ſuper prunas permittatur donec aduratur.

Semen leuiſtici in compoſitionibus apponendum eſt, nõ planta, neque radix, neque folia.

Diagalangia Meſue, ualet contra morbos uentoſitatum groſſarum, & acetoſam eructationem medicina experta, & ad malitiam digeſtionis, & bonificat operationes ſtomachi, & hepatis frigidi, imo emẽdat defectionẽ ipſorũ.

℞. Galangæ,
Ligni aloes. ana. ʒ.vi.
Garyophyllorum,
Macis,
Keiſim, ideſt ſemen leuiſtici ana. ʒ.ii.
Zingiberis,
Macropiperis. i. piper longum,
Cinnamomi,
Piperis albi. ana. ʒ.i.s.
Calamenti,
Mentæ ſiccæ domeſticæ,
Heil. i. cardamomum maius.
Spicæ,
Seminis apii,
Seminis fœniculi,
Seminis aniſi,
Seminis carui. ana. ʒ.i.
Calami aromatici. ʒ.i.s.

Puluerizentur omnia ſuprаſcripta debito modo, zucch. tabarzet. i. albi uel illius prouinciæ. ℥.x. Et fiat confectio de coquendo quantum ſufficit, & fiat doſis eius eſt. ʒ.ii. uſque ad aur. ii. ſi autem in forma ſolida fac ut dixi.

Intelligendum ꝙ in omnibus confectionibus & compoſitionibus cordialibus ſtomatichis, hepaticis, & breuiter in quibuſcunque, exceptis in medicinis uomitiuis, ſemper apponendum eſt cinnamomũ ſubtile. In uomitiuis uero groſſum apponẽdũ ẽ eo ꝙ illud uomitũ ꝓuocat, parũq; ſuſtinet de decoctione & cõtritione, & minus ſubtile iterũ ſuſtinet.

Quando ſimpliciter piper deſcriptum in compoſitionibus reperitur, de pipere uſuali eſt.

Calamentũ & menta ficca in hac compõne ponuntur, qa ſiccioris ſunt complexionis. Et de menta domeſtica & calamento montano eſt intelligendum, non de aquatico.

Nonnunquam continget aromatario reperire in quibuſdam compõne mel tabarzet: ideo declarabo quid illud ſit, & dico ꝙ eſt mel album, de cœlo cadens ad modum roris, & eſt albus, & aliqualiter denſius quàm ſit apum, ꝙ quaſi tẽdit ad naturam zucchari. ſed quia illo caremus loco eius ponimus mel album uel zuccharum ſecundæ decoctionis. Et hoc mel tabarzet ponitur a Meſue in confectione de zingibere. diſtinctione quarta circa finem.

Diacyminvm bonum Meſue primæ deſcriptionis, ualet contra ſtomachum & uiſcerum uentoſitatem digeſtionem procurat, ſtomachum & uiſcera calefacit.

℞. Zingiberis,
Cinnamomi. ana. ʒ.iiii.
Garyophyllorum,
Ligni aloes. ana. ʒ.ii.
Cimini infuſi in aceto per tres dies & noctes. ʒ.x.
Macis. ſ.ii.
Galangæ,
Piperis longi,
Cardamomi maioris, & minoris. ana. ʒ.ii.
Muſci ſcrop. ſ.

Puluerizentur puluerizanda, & cum melle quantum ſufficit fiat confectio: et ſi in forma ſolida facere uis, fac ut ſupra dixi in aliis receptis.

Variæ reperiuntur receptæ de hac confectione, ſed iſta eſt melior et in uſu. Reperitur qñq; magnus error in hac compõne apud aromatarios & medicos. Aliqui. n. hñt in ſuis receptis cymini carmeni, & aromatarii dicunt ꝙ carmeni nihil aliud eſt quàm prouincia in qua dictum cyminũ naſcitur ut v. gr. opii thebaici &c. Sed multum errant ut uideri poteſt a Matth. Sylua. cap. de cymino ubi dicit, ꝙ cymini num carmenum idem eſt ſiſeleos. i. ſiler montanum. Cauſa autem quare infunditur cyminum in aceto per diem eſt, quia acetum addit ſibi in uirtute profundationis, & inciſionis, & temperat eius calorem aliqualiter.

Nota inſuper ꝙ contritio medicinarum huius confectionis non debet eſſe ſubtilis ſed groſſa, cũ intentio ipſius medicinæ non ſit niſi ꝙ ſit fortis in reſoluendo & euacuando uentoſitatem. Quod ſi ultimatæ conterantur, uentoſitatem non reſoluerent, ſed per urinam educerent. hoc declaret Auic. 5. canone cap. de diacymino.

Diambra Meſ. eſt medicina ſublimis, cerebrum confortans, & ſtomachum & oĩa membra, & digeſtionem procurat, & membra nutritionis calefacit, ſenibus quoq; cõuenit & frigidis natura, & mulierib. & ægritudinib. matricis.

℞. Cinnamomi,
Doronici,
Garyophyllorum,
Cardamomi maioris & minoris. ana. ʒ.i.
Zingiberis. ʒ.i.s.
Macis,
Nucis muſcatæ,
Folii,
Galangæ. ana. ʒ.iii.
Spicæ. ʒ.i.
Sandali citrini,
Ligni aloes,
Piperis longi. ana. ʒ.ii.
Ambræ. aur. i.
Muſci. ʒ.s.

Puluerizentur puluerizanda, & confice cum ſyrupo roſato facto cum aqua infuſionis roſarum, ideſt cum iulep roſato, & ſi facere uis in forma ſolida, fac ut ſupra tibi oſtẽdi in aliis confectionibus, doſis eſt ʒ.iii.

Diambra dicit ab ambra ingrediente in bona quantitate hoc apud medicos ẽ multũ in uſu, & maxime iſta deſcriptio.

Circa ꝑſcripta & ſequentia unum generale eſt notandũ, ꝙ ſpẽs huius confectionis. & oẽs ſpecies medicinarum confortantium membra, & aperientium oppilationes, debent ſubtiliter puluerizari. & eo maxime ſi ad longinqua mẽbra

confortanda debent tranſire, non autem utilitate. vltima enim contritio perdit uirtutē medicinæ aromaticæ,ſed media fit inter ultimā & ſubtilē.Et ſi noſtro tpe hæc confectiones fiant in morſellis,maior operatio tñ & efficacior ut plurimum fit ab electuario q̄ a cōfectione ꝑparata ut ſuperior, & hoc multis rationibus. Prima ꝓp meliorem fermentationem q̄ fit aromatum in electuariis quæ fieri non pōt in confectionibus. Secunda quia de aromatibus plus ponitur in electuario conſtruendo quā in confectione. Tertia quia melius & facilius euaporat, & tranſit uirtus electuarii ad membra remota, quā uirtus confectionis aſſumptæ in paſſionibus pectoris & cerebri,& hoc uerificari poteſt in omnibus confectionibus et electuariis.

DIACORALLI magiſtralis ualet &c.

℞.Specierum diarhodon abbatis.ʒ.iii.
Corallorum alborum,
Corallorum rub.ana.ʒ.s.
Fragmentorum præcioſorū. Margaritarum non perforatarum.ana.ʒ.s.

Puluerizentur ſubtiliter & addantur zucchari diſſoluti in aqua roſ.vnc.vii.s.Et fiat confectio in morſellis.

Intelligendum ꝓ qñ ſcribitur fragmentorum præcioſorum abſolutæ,de quinque deſcriptis in electuario de gēmis eſt intelligendum,& non de aliquibus aliis.

Secundo ēt eſt intelligendum ꝓ qñ dicitur ſpecierū diarhodon abbatis, uel ſpērum triaſandalorum uel aliarum ſpecierum,de ipſis complete intelligendum eſt.i.de ipſis ſecundum integram deſcriptionem poſitam a doctoribus, non ut quidam fatui dicebant,qui cum ſcriptum inuenerunt ſpecierum diarhodon abbatis,illas ſine muſco ponebant,dicentes quòd illa erat doctorum intentio & fatue.

DIARHODON abbatis Nicolai & dicitur a roſis q̄ ibi intrant plus quàm de aliis ſpēbus. Abbatis,ab abbate de curia factum,detur propriæ ictericis, hepaticis, & phthiſicis, hecticis,& cardiacis qui patiuntur ex calore,conualeſcentibus ex longis & acutis ægritudinibus calidis.

℞.Dragacanthi,
Gummi arabici,
Spodii.ana.ʒ.ii.
Sandalorum alborum,
Sandalo.rub.ana.ʒ.ii.s.
Aſſari,
Spicæ,
Maſticis,
Cardamomi maioris & minoris,
Croci,
Xyloaloes.i.lignum aloes,
Garyophyllorum,
Galliæ muſcatæ,
Seminis aniſi,
Maratri.i.ſemen fœniculi,
Cinnamomi,
Seminis baſiliconis,
Berberorum,
Seminis ſcariolæ,
Sem portulacæ dome.
Seminis maluæ,
Seminis lactucæ,
Seminis papaueris albi,
Seminis cydoniorum,
Seminis citrulli,
Seminis mellonis,
Sem.cucumeris,
Seminis cucurbitæ.ana.ʒ.i.
Oſsis de corde cerui,
Margaritarum.ana.ʒ.s.
Zucchari candi
Roſarum rubearum,ana.vnc.i.ʒ.iiii.
Succi liquiritiæ,
Rheubarbari.ana.ſcrop.i.
Camphoræ.gra.vii.
Muſci,gra.iii.s.

Puluerizentur puluerizanda ſubtiliter,& cum ſyrupo roſato quantū ſufficit fiat, & ſi in forma ſolida facere uis,modum ſupra deſcriptum habes.

Nicolaus dicit ꝓ hæc confectio debet dari cū rhodoſtomate uel cum frigida:vt igitur omnis pars clara ſit, ſcias ꝓ rhodoſtomate.i.cū decoctione roſarum, uel cum frigida.i. cum decoctione facta cū frigidis.Sed decoctio hæc hoc tpe non eſt in uſu:ſed loco ipſius datur cum ſyrupo roſato.

DIARHODON deſcriptione cōi Mel. confert ad dolorem ſtomachi & hepatis, & punctūram in eis, & caliditatē & acuitatem cholere citrinæ,faciens digerere cibum & eſt ex confectionibus ſtomachi & hepatis debilibus.

℞.Trochiſcorum diarhodon.ʒ.iiii.
Roſarum rub.ʒ.xxx.
Garyophyllorum,
Galliæ muſcatæ.ana.ʒ.iii.
Spodii,
Croci,
Maſticis,
Ligni aloes.ana.ʒ.ii.
Sandalorum alborum,
Sandalorum rubeorum,
Sandalorum citrinorum,
Seminis citrulli,
Seminis melonis,
Seminis cucumeris,
Seminis cucurbitæ,
Margaritarum albarum,
Alfelengemiſch.i.ozimū,
Raſuræ eboris.ana.ʒ.i.
Dragacanthi,
Gummi arabici.ana.ʒ.i.
Camphoræ.ʒ.i.s.
Muſci.ʒ.s.
Aſſari. ideſt radicum.
Spicæ,
Macis,
Cardamomi maioris & minoris.ana.ʒ.i.
Trochiſcorum de ſpodio
Liquiritiæ raſæ ana ʒ.iiii.
Seminis portulacæ,
Seminis lactucæ,
Seminis ſcariolæ,

Puluerizentur ſubtiliter puluerizanda,& cum ſyrupo roſa.quantum ſufficit fiat confectio. Si in forma ſolida facere uis,fac ut ſupra oſtendi.

Syrupus factus ex roſis rubeis, & aqua roſata cū quo debet confici hæc confectio:ſi in forma liquida facere uolueris hoc modo fiat.Accipe roſarum rube.uiridium lib ii.ponas in uaſe uitreo ſtricti orificii,& ſuper eas infundas ferūē tis aquæ roſatæ lib.v.& conſtringatur orificium uaſis & permittatur infrigidari:deinde dictæ roſæ bene manibus exprimantur:& duæ aliæ libræ roſarum uiridium accipiantur, & ꝑdicta aqua roſata calefiat bene:& iterum ſupra eas ponat: deinde coletur, poſt infrigidationē manibus exprimēdo roſas & in dicta colatura addantur zuc. lib.iiii. & clarificetur cum ſupraſcripta aqua roſata,& fiat ſyrupus de quo fit ſupra ſcriptum confectum & fiendo infuſio ter eſſet melius.

De muſco & opio in medicinis parum ponitur, muſcus .n.in modica quātitate eſt magnæ qualitatis &ſ operationis opium ſitr. Et immo ſufficit parum apponere, ne in magna quantitate noceat, aut operationes aliarum medicinarum corrumpat,aut occultet.Et ſicut de opio & muſco exemplifico,ita & de aliis medicinis fortibus eſt intelligēdum.Nota hic de contritione ſpērum electuariorum & confectionum. Nam ſpēs quæ ponuntur in electuariis confortantib. aperientibus uel alterantibus & confortantibus, ſubtiliter debent conteri.Cauſa eſt,quia non alterant nec confortant niſi attrahantur, & immo ad hoc ut alterent membrum uel confortent indigent ut attracta a membris poſsint penetrare.Facilius aût penetratio fit per contritionem multam: ſecus autem eſt:de medicina ſolutiua. Nam ipſa manens quieta in ſtomacho ſecundum cōem opinionem euaporat ad mē bra,ꝓ ſi attraheretur a membris eſſet malum: & ideo groſſo modo debet conteri,& hoc reſpectu ſubtilis,ne citius debito tranſeat a ſtomacho,& hoc notato,habes perfectā doctrinam conterendorum.

DIADRAGACANTHVM frigidum Nicolai a dragacātho nomen accipit: valet ad omne uitium pulmonis & pectoris quod fit ex calore,maxime phthiſicis,hecticis, pleuriticis, peripneumonicis ad omnem tuſsim quæ fit ex calidi tate, & ſiccitate, & ad omnem linguæ aſperitatem & guttu ris, cum uero ſumuntur tandiu in ore teneantur donec parum per ibi diſſoluatur.

℞.Amydi.ʒ.iiii.
Dragacanthi.ʒ.ii.
Gummi arab.ʒ.i.ʒ.ii.
Liquiritiæ raſæ.ʒ.ii.
Penidii.ʒ.iii.
Seminis melonis,
Seminis cucumeris,
Seminis cucurbitæ,
Seminis citrulli.ana.ʒ.ii.
Camphoræ.ʒ.s.

Syrupi albi Gal.i.iulep uiolati lib.ii. contundantur ſubtiliter oia.deinde permiſceantur bene in mortario paulatine miſcendo illam confectionem cum iulep & reſeruetur.Sed hæc communiter fit in forma ſolida hoc modo.

De compōne iſta eſt intelligendum, ꝓ cum ſit in forma ſolida non debet fieri de ſuperioribus ut tibi dixi accipiendo ſpērum.vnc.i.zucch.li.i.eo quia pauce.ſpēs cribellatæ in ea intrant. Sed de ſupra deſcriptis debes accipere. vnc.iii. ſpērum,zucch.lib.i.& facere in morſellis: tm̄.n.zuccharum ꝓ prædictæ ſpēs poſsint ſimul teneri debet apponi & non plus:igitur preſcripta regula ab aromatariis tenenda eſt.Et oppoſitum uidi ſemper facere ab eis:quanquam ſæpe ac ſepius a magiſtris moniti eſſent.

Omnes doctores conueniunt quod gummæ debēt diſſolui in confectionib.in quibus intrant & non cōteri: eo quia

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 270 sur 335

puluerizari non possunt, & pistando virtus illarum deperditur: quare cum in aliqua confectione intrant, dissolui debent in aqua appropriata, in ista enim dissoluantur cum parum aquæ violarum: in aliis vero cum aliis aquis secũdum diuersas intentiones.

DIADRAGACANTVM calidum Nicolai: valet tussientibus ex frigido phlegmate, & non valentibus eiicere, asthmaticis, emophthicis, anhelosis, suspirios, peripneumonicis, pleureticis, & ad omnem coarctionem pectoris, stomachum confortat, digestionem procurat.

℞. Dragacanthi triduo in aqua temperati lib.i.
Hyssopi.
Amygdalarum amararum & excorticatarum.
Pinearum, ana ʒ.iii.
Seminis fœnugræci.
Cinnamomi. ana.ʒ.ii.
Seminis lini assi. ʒ.iii.
Zingiberis.
Liquiritiæ rasæ.
Succi liquiritiæ, ana. ʒ.i.

Puluerizentur subtiliter puluerizanda, & cõterantur cõterenda, cõfice sic. Dragacãthum infusum in aqua per linteolum extorque, & cũ li.ii.ʒ.viii. mellis cocti vsque ad spissitudinem lento igne semper cum spatula agitando misceatur: deinde addantur pineæ amygdalæ, semen lini & fœnugræci ab igne deponatur, & puluis suprascriptarum specierum addatur, & vsui reseruetur.

Modus assandi semina lini in eo intrantia talis est. Accipe patellam vel bernaciũ & super ignem multũ calefacias, postq; bene calefactũ fuerit remoue ab igne, & intus ponas semina lini semper mouendo vsquequo sint assata. Et si tunc bene assata non sunt, iterum vas calefiat amotis seminibus: deinde ab igne remoto iterum semina supraponantẽ semper remouendo vsquequo sint bene assata: deinde reseruã: & secundum hanc doctrinam omnia alia semina debent assari.

Semẽ lini assatur ut amoueatur humiditas superflua & viscositas, & plus assari dẽt quã alia semina. Ideo nota q̃ oia semina per se assanda sunt: eo quia aliq̃ semen multũ assandũ est pp eius uiscositatem multam, ut semen lini & psyllii: quædam minus pp eius paucam humiditatem, ut semen anisi & ozimi & huiusmodi, quare bene notent aromatarii.

Confectiones hæ amaræ p duos annos seruantur oẽs: tyriaca vero magna longiore tpe seruatur ut in ipsa scripsi.

DIACALAMENTVM Nicolai dictum est a calamentho præcipuæ ad omne uitium pectoris & capitis ex frigiditate, maximæ his qui sunt in senili ætate, valet etiam tussientibus ex frigida causa & quartanariis, si ex eo utũtur accepto post prandium & post cœnam, in sero cum uino, frigiditatem & dolorem stomachi amputat: ventositatem immaturam excludit, calculos frangit, menstrua imperat, quartanariis & quotidianariis cum duobus scrupulis diagrydii & euphorbii idem in modum nucis pontiæ an. duas horas accessionis cum apozimate pigami uel roris marini sumptum mirabiliter liberat.

℞. Pulegii.
Calamenti syluestris.
Hyssopi ficci.
Melanopiperis.i. piper nigrum.
Seminis siseleos.i. siler montanum.
Seminis petrosilii. ana.
ʒ.iii. ℈.ii.
Seminis leuisticci.ʒ.i. ℈.i.
Seminis apii. ℈.i.
Seminis ameos.
Thymi.
Seminis anethi,
Cinnamomi.
Zingiberis. an. ʒ.ii.

Puluerizentur omnia debito modo, & cum melle quantum sufficit fiat confectio.

Calamentum quod in hac compositione ingreditur debet esse syluestre, eo quia magis confortatiuum & abstersiuum est quam domesticum.

In mense Iulii & Augusti ista semina colligenda sunt. s. semẽ petrosilli, laureolæ, cataputiæ, rutæ, fœniculi, caulis milium solis, lactucæ, portulacæ, pastinacæ, rapæ, & similium.

Anethũ si simpliciter scriptũ reperitur, semper de semine est intelligendum non de herba, ut est cõmunis corruptela.

DIACALAMENTVM Mesue descriptione Gale. conferens ad ægritudines frigidas membrorum, nutritionis, & ad malitiam digestionis. & facit penetrare cibum qui nõ põt penetrare ad hepar & corpus reliquum: & est hæc eius pprietas, & confert rigori febriũ, & emplastratũ & inunctũ in spina, & est ex maxime subtiliãtibus humores grossos & uiscosos, & ex resoluentibus uentositates: & confert singultui uehementi frigido & uentoso uel acetoso, quorum difficilis est resolutio, & prouocat urinam & menstrua.

℞. Calamenti montani & fluuialis.
Seminis siseleos, ideſt siler montanum.
Sem. petrosillii. an. ʒ.vi.
Zingiberis. ʒ.iii.
Extremitatum alase, ideſt thymus. ana. ʒ.ii.
Keisim. i. leuisticus. ʒ.vi.
Piperis nigri ʒ.xii.

Puluerizentur omnia & cum melle quantum sufficit fiat electuarium, dosis est. ʒ.i.

Calamenthum tam montanum quã fluuiale colligendum est in mẽse Iullii, & exiccãdũ est i umbra, exiccatio. n. facta in sole opationẽ eius debilitat, & eo tpe colligitur pulegiũ.

Quinq; de causis medicinæ miscent simul. Primo ut uirtus earũ fortificetur, & hac de cã scamonea miscetur cũ medicinis aloeticis, & zingiber cũ turbith. Secundo ut cito faciat alias medicinas transire ad locũ debitũ: & sic crocus ad miscetur auro & argento: aurum. n. & argentum sua ponderositate ad intestina descendunt nec ad uenas possunt penetrare: & crocus facit eas ad cor penetrare. Tertio miscemus ut cito medicina non transeat ad uenas ut cũ uolumus hepar deoppillare per diuretica: quia illa sunt cito penetrãtia ad uenas permiscemus aliam medicinã ut raphanum. Raphanus. n. hẽt proprietatẽ attrahẽdi humores ad stomachũ. Quarto ut una per aliã debilitetur, & sic miscemus cũ uiolis uel cũ cassia fistula myrobalanos. Quinto ut malitiam alterius remoueat uel impediat ut zingiber cum scamonea, scamonea. n. multũ debilitat stomachum, & zingi. cõfortat.

DIACODION Mes. & est confectio de iecur: & modus confectionis de iecur ẽm intentio. Gale. & diacodion purũ conferens eis quibus ex capite ad pectus & ad pulmonẽ subtilis catarrhi defluunt, & sunt causa tussis & in somnietatis.

℞. Decem capita papaueris albi in quibus sit mediocritas inter paruitatem & magnitudinem & humiditatem & exiccationem & proiiciatur super ea sextarium unũ aquæ, & fit aqua pluuialis. Et si sint humida plus quã sicca, dimittantur die ac nocte, si sunt sicciora dimittantur plus. Tunc coq; ea usq; dũ discocta sint, & aquæ duæ partes sint consumptę, tũc vero cola succum eius. Et restat post illud duplex considera tio quoniã si catharrus subtilis fuerit & timetur fluxus eius ad pectus & pulmonẽ & cannam, & timentur uigiliæ, oportet tũc ut misceatur ex rob quantitas quę sit medietas aquę, & coquatur super ignem in quo non sit flamma, neq; fumus, sed super prunas tantum. Et non conuenit in hac intentione mel quantũ mel est ex habentibus acumen. quare est subtiliatiuum, & est propter hoc quod intendimus: & quãtum est materia subtilis ualet, & mel est ex subtiliantibus. Cum autem plenitudo continetur in thorace & pulmone, & uelis medicamen fieri abstersiuum: tũc mel conuenientius est: quoniã dormire facit, & materias quæ sunt in pectore ad expellendum habilitat. Et q̃q; fit medicamen ex vtriusq;, qũ cadunt in occupatione duplicis intentionis: & est dosis. ʒ.i. & pl' & minus ẽm q̃ exigit dispositio. Et oportet, ut teneat eam patiens in ore suo, & traiiciatur inde modicũ quod dissoluatur ex ea in saliua. Si autem uelis ut sit retentiuum naturæ eruptionis sanguinis a locis qui sunt sup diaphragma, & ab aliis locis manationis, & a partibus uiscerum: tunc ad unamquãque lib. ipsius proiiciantur achaciæ rubeæ, heusisti dos, croci, myrrhæ, balaustiæ an. ʒ.i. & ramich. ʒ.iiii. & admi nistretur. Et sunt qui ponunt in idem iecur pro loco mellis penidias. Et sunt qui ponũt zuccharum. Et quandoq; exigit dispositio ægritudinis quæ est multæ caliditatis & acuitatis ut fiat medicamẽ ex papauere nigro & sint eius capita vsq; 50. Et quandoque ex albo & nigro.. Et loco mellis ponitur zuccharum penidiæ.

DIASPOLITICON de speciebus grosis. Auice. in 5. lib. & uocatur diacyminum grossum, facit ad uentositates frigidas, & facietatem nauseatiuam, & resoluit uẽtositates, & cõfert ei qui non digerit cibum: cuius hæc est permixtio.

Reci.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 271 sur 335

℞. Baurach.i.ſalnitrum partem mediam. Cymini carmeni infuſi in aceto & torrefacti. Piperis albi. Piperis longi. Foliorum rutæ oīum ana partem unam. Et hoc quidē fit ſcđm duas deſcriptiones: quandoq; n. fit ex partibus æqualibus in oībus ſuis compōnibus. ſ. cymini, piperis, rutæ, & baurach: & iſte modus ſoluit naturam ualde: & qñq; permiſcetur de ſpēbus reliquis quantitas æqualis, & de baurach medietas huius quantitatis, & eligitur de cymino carmenum & infunditur in aceto forti, deinde torrefit. & ſit piper album: & illud ideo qñ ipſum confortat ſtomachum pluſquàm duę aliæ ſpēs. ſ. piper longum, & piper nigrū: & hoc eſt illud qđ non eſt paruum, uidelicet contractum, &. n. eius cortex eſt groſſus: immo eſt ex illo quod dicitur grauis ponderis, & eligatur de eo magnum & ſanum & baurach. Fiat ergo medicina ad illum cuius natura retinetur cum baurach dico nitrum naurnacon & eſt rubeum, & quando feceris ipſam ad illum: cuius natura eſt ſoluta, adminiſtrabis baurach aliud, & ſit illud ꝙ de eo proiicies medietas quantitatis uniuſcuiuſq; medicinarum quas diximus: & folia rutæ iterum. Sint ergo ſicca cum menſura, & illud ideo qñ ſi exiccētur uehementer, ſunt calidæ complexionis, & eſt calefactio eorū ultra menſuram, & ſi non exiccentur uehementer, remanet in eis humiditas ſuperflua q̄ non conſequitur ultimationē digeſtionis: quapropter nō deſtruitur eius inflatio in aliquo. Et hæ quatuor ſpēs qñq; permiſcenē cum melle deſpumato, & qñq; non permiſcentur cum aliquo, & reſeruantur per ſe abſq; melle. Cū ergo ipſe ſunt neceſſariæ proiiciantur in aqua hordei, aut in cibo alio conueniente, & hæc medicina ſumit ſola ante cibū & poſt cibum: et illa q̄ pmiſcetur cum melle deſpumato eſt magis conueniens in hac diſpōne: & illud ideo qñ ipſa deſtruit inflationē oīno, & oportet iterum ut ſit mel, bonum qñ non eſt neceſſarium ut ſit hæc medicina niſi fortis in reſoluendo uentoſitatem & euacuet cū fortitudine. Et oportet ut ſcias quòd qñ uis ut eius euacuatio plus ſit, contritio medicinarum non ſit ſubtilis ſed groſſa: et illud ideo qñ ſcio hominem qui contriuit hanc medicinam contritione ultima: qñ non ſeruauit illud quod ego dixi. quare non ſoluit naturam oīno: immo prouocauit fortiter, & uenit ad nos mirās & q̄rens de cauſa in hoc: et illud ideo qñ ipſe exiſtimabat quòd in corpore illius uiri eſſet proprietas q̄ eſſet in cauſa: in hoc quod accidit, poſtquā ego feci ſcire eum quod cauſa in illo eſſet diſpoſitio cōpoſitionis eius: tunc compoſuit eam ſero ſicut præcepi ei, & completa eſt eius operatio, & oportet ut ſeruetur hic determinatio in compoſitione reliquarum medicinarum.

Dianisi Meſue, ualet ad uentoſitatem groſſam & frigiditatē q̄ eſt in ſtomacho & tuſsi diuterne: cuius permixtio.

℞. Seminis aniſi. ʒ. xx.	Garyophyllorum. ʒ. i. ſ.
Liquiritiæ raſæ,	Zingiberis,
Maſticis ana. ʒ. viii.	Seminis fœniculi,
Carui ideſt ſemen,	Cinnamomi ana. ʒ. v.
Macis,	Piperis albi,
Galangæ ana. ʒ. v.	Piperis nigri,
Calamenti montani,	Piperis longi. ana. ʒ. ii.
Pyrethri,	Cubebarum,
Caſsiæ ligneæ. ana. ʒ. ii.	Croci,
Heil, ideſt cardamomum maius ʒ. i. ſ.	Spicæ. ana. ʒ. i. ſ.
	Zucchari. ʒ. xvi.

Puluerizentur iſta ſatis ſubtiliter & cum melle deſpumato quantum ſufficit fiat confectio: doſis eſt. ʒ. ii.

Notandum quod in electuariis de melle & de zuccharo ſemper in eis ſpecies aromaticæ ponendæ ſunt poſt earum aliqualem infrigidationem, quia ſi ponerentur, melle uel zuccharo exiſtente adhuc ad ignem, ut quidam faciunt, uirtus aromatum perderetur.

Fœniculi et aniſi cum ſimpliciter ſcriptum reperiūtur in confectionib. uel electuariis, de ipſorum ſeminib. eſt intelligendum: cum ea magis ad uſum medicinæ conueniant.

Diatrion piperēon Meſue deſcriptione cōi quod calefacit ſtomachum et uētrem, et remouet dolorem eius ex humiditate phlegmatica multa & cruda, et mundificat eum ab ipſis, et ualet ꝓtra acerbos ructus, et digeſtionē ꝓcurat.

℞. Piperis albi,	Amomi,
Piperis nigri,	Cinnamomi ana. ʒ. i.
Piperis longi. ana. ʒ. ii.	Caſsiæ lignęæ,
Zingiberis,	Seminis apii,
Aſſæ. i. thymus,	Siſeleos. i. ſiler montanum.
Aniſi. i. ſemen. ana. ʒ. ii.	Aſſari, ideſt radicum,
Spicæ,	Radicum enulæ ſiccæ,
Seminis ameos. ana. ʒ. i.	ana. ʒ. s.

Mellis quantum ſufficit & fiat confectio: doſis eius eſt ʒ. i. uſque ad ʒ. ii.

Piper album non eſt illud quod eſt paruum, contractum & quod habet corticem groſſum, ſed eſt illud quod eſt magnum grauis ponderis, ſine contractione ſubtiliſsimi corticis. Et illud plus confert ſtomacho quàm duæ aliæ ſpecies.

Enula debet eſſe ſicca, eo quia maioris eſt deſiccationis quam quando eſt recens.

Caſsia qñ in libris autorū reperitur abſolutæ ſcripta conſideranda eſt, ſi compō illa in qua intrat eſt ſolutiua uel leniua, & tunc debemus ponere caſsiam fiſtulam. Si autē non eſt ſolutiua nec lenitiua. ſ. calefactiua, confortatiua, uel operatiua oppilationum: tūc debemus ponere caſsiam ligneā, & hoc ſit de generali regula & documento.

Diacvrcvma magna Meſue conferens ad ægritudines antiquas hydropiſi iuuamentum manifeſtum, & eradicat ægritudines hepatis, et chronicas quæ iā induratæ ſunt, & confert ad febrietatem caloris & corruptionis ſtomachi, et humiditatem frigidam, et uentoſitates groſſas in eis, & dolori renum et ueſicæ, et urinam prouocat.

℞. Croci,	Carpobalſami,
Radicum aſſari,	Rubeæ tinctorum,
Seminis petroſilij,	Succi abſinthii,
Seminis dauci,	Succi eupatorii,
Seminis aniſi,	Olei balſami. ana. ʒ. ii.
Seminis apii. ana ʒ. iiii.	Calami aromatici,
Rauedſeni. i. rheubarba.	Cinnamomi. ana. ʒ. i. s.
Meu,	Scordeon, ideſt allium ſylueſtre,
Spicæ nardi. ana. ʒ. vi.	Scolopendriæ,
Coſti,	Succi liquiritiæ. ana. ʒ. ii. s.
Myrrhæ,	Dragacanthi. ʒ. i.
Caſsiæ lignęæ,	
Squinanti. ana. ʒ. ii.	

Puluerizentur omnia ſubtiliter & cum melle quantum ſufficit & fiat electuarium: doſis eſt. ʒ. i. uel. ii.

Diacurcuma dicitur, quia color aſsimilatur curcumæ, uel dicitur a croco, quia crocus apud Græcos dicitur crocon, qui in ea ingreditur in bona quātitate. Et quia uocabulum eſt corruptū dñt diacurcuma, ſed dēt dicere diacrocon.

Inſuper nota ꝙ oēs medicinæ confortantes hepar & ualentes hepati debent bene teri & ſubtiliter cribellari.

Balſamus eſt liquor emanans a ſtipite illius arbuſculæ, & dicitur opobalſamum.

Oleum ꝙ ponitur loco balſami, & eſt nobilius ſecūdum Gulielmum Placentinum.

℞. Myrrhæ,	Nucis indæ. ʒ. iiii.
Carpobalſami. i. ſemen balſami. ana. ʒ. iiii.	Hypericon, ideſt perforata. ʒ. ii.

Terantur groſſo modo, & miſceantur cum. ʒ. v. olei uel. ʒ. i. ʒ. iiii. terebinthinæ ſiue largati, & in fine addātur muſci gra. v. ambrę. gra. iii. olei de lateribus. vnc. i. Hoc enim loco balſami poteſt poni in omni loco, facit enim operationes ut balſamus. Iſtud oleum maxime ſecundū iſtam deſcriptionem poteſt poni in omni loco ubi balſamus ingreditur, & ſecundum intentionem Gulielmi facit operationes, ut balſamus: verū ipſe Gulielmus deſcribit duas alias deſcriptiones olei quod ponitur loco balſami, ſed ſecundum intentionem ſuam ac modernorum doctorum ex illis tribus hæc eſt nobilior, ſed ipſe Gulielmus non ponit qualiter ipſum oleū debeat componi: verum eſt ꝙ in ſecunda deſcriptione melius docet, & eſt ꝙ omnia bene terantur & malaxentur deinde in mortario. & ponantur in uaſe alembici & diſtillentur ut aqua roſ. Secunda recepta eſt poſita in diacurcuma magna Meſue: prout uidere poteris.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 272 sur 335

DIALACCA magna Meſue conferens ad debilitatem ſtomachi & hepatis, & ægritudines frigidas factas in eis. Oppilationes hepatis aperit, & omnem duritiem reſoluit, lapidem renum, & ueſicæ frangit, vrinam prouocat: & eſt ad hydropiſim & cachexiam medicina ſublimis.

℞.Gummi laccæ ablutæ,
Rauedſeni.i.rheubarbari ana.3.iii.
Spicæ nardi,
Maſticis,
Seminis apii,
Cimarum ſquinanti,
Abſinthii,
Succi eupatorii,
Seminis ameos,
Sauinæ,
Amygdalarum amararum,
Coſti amari,
Myrrhæ.ana.3.i.s.
Rubeæ tinctorum.
Seminis fœniculi
Seminis anifi,
Radicum aſſari,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Gentianæ,
Croci,
Cinnamomi,
Hyſſopi ſiccæ,
Caſsiæ lignea,
Cimarum ſquinanti,
Bdellii.ana.3.i.s.
Piperis nigri,
Zingiberis.ana.3.i.

Infunde bdellium & myrrham in uino,cætera teræ ſubtiliter & confice cum melle deſpumato, & colato, quantum ſufficit fiat,doſis eſt aur.i.vſque aur.ii.

Modus lauandi laccam ponitur a Pandectis in capitulo proprio de lacca in hunc modum. Tere gummi laccæ & lauā illā in mortario poſtq; bene piſtata fuerit & lauationib. pluribus ex aqua fontis in qua bulliant ariſtolochiæ longæ & ſquinanti ana.partes æquales, & tandiu lauetur cum hac aqua quod clareſcat ſemper cum piſtello agitando: deinde dimittat reſidere: poſtea colet aqua & in umbra ꝓmittatur deſiccari,quæ deſiccata reſeruetur, & hic eſt modus. Et ex iſta lotione lacca acquirit ſubtilitatē & apertionē maiorē.

Medicinarum ablutio fit quinq; de cauſis. Primo ut acuitas q̄ in medicina eſt auferatur, & hoc modo abluitur calx. Secundo ut ſordes remoueātur,&abiiciantur,& hoc modo abluitur oleum. Tertio ut poſsint melius cōteri,& hoc modo abluitur thutia. Quarto ut eius malitia auferatur,& hoc modo lauat lapis lazuli ut remoueatur q̄dam uirtus nauſeatiua,& compreſsiua ſola remaneat. Quinto ut acquirat maiorem ſubtilitatem, & hoc modo lauatur lacca quæ efficitur ſubtilior ad aperiendum.

DIASATYRION Meſue ſecundæ deſcriptionis iſta eſt in uſu,& uocatur confectio teſticulorum vulpis, & eſt melior quàm prima, faciens erectionem uirgæ & multiplicās ſperma & deſiderium coeundi.

℞.Secacul albi & mundi elixati in aqua cicerum, quorū iecta fuerit prima aqua: lib.i.ſatyrion.i.teſticuli vulpis.ʒ. viii.radicis raphani.ʒ.iii.lupſani.i.ſerpentaria uel dragontea.ʒ.ii.terantur & fundatur ſup ea lactis uaccini, aut ouini quantitas q̄ ſupernatet duobus digitis,et olei ſiſamini,& butyri vaccini recentis ana ʒ.iiii. & coq; cum facilitate uſque ad ſpiſsitudinem, et ſi adhuc radices non bene decoctæ ſunt fundantur ſup eas ex lacte & oleo et butyro uſq; dum perfectæ decoctæ ſint:et prius hæc infunde ſup hoc totum mellis boni & deſpumati li.vi.ſucci cepæ humidæ lib.i.s. decoque oia ſimul uſq; ad perfectā coctionem:tūc.n.depone ab igne & proiice & ſuper ea puluerem:cuius permixtio hæc eſt.

℞.Seminis erucæ,
Zingiberis,
Been albi,
Been rubei,
Linguæ auis, ideſt ſemen fraxini.ana.3.iiii.
Caudarum ſtinci cum renibus & ſumine.3.viii.
Seminis naſturtii,
Cinnamomi,
Piperis longi,
Bauciæ.i.ſemen paſtinacæ domeſticæ,
Seminis napi,
Seminis ſparagi,
Se.ſynapis.ana.3.iiii.

Et conficiatur cum eis: vltimo uero ponatur in medicamine pinearum mundatarum lib.i.s. phiſticorum mundatorum.ʒ.x.cerebellorum paſſerum vnc.ii.Conficiantur oia bene et aromatizentur cum.3.i. boni muſci & uſui reſerua. Hæc confectio eſt illa qua nos utimur, & maxime ſecundū iſtam deſcriptionem. Nicol.in ſuo antidotario habet unam aliam deſcriptionem,ſed non ſit apud nos.

Secacul ſecundum Modernos,eſt ſigillum ſanctæ Mariæ & non iringus,ut quidam herbolarii uolunt:quare Serapio aliud capitulum facit de ſecacul,aliud de iringo. Præterea uide Serapionem in 7.ca. de conditis qui inquit, ꝙ ſecacul eſt radix ſicut zingiber, & aſportatur ex India,& fit ex eo ingiba dum eſt recens, & ſic eſt ſcdm ueritatem ꝙ ſecacul ſcdm modernos habet radicem ſimilem zingiberi,&hæc eſt quæ noſtro idiomate vulgariter zonozello uocatur in partibus noſtris,& in multa quantitate reperitur.

Cicer ſm Serapio. ex authoritate Galeni, cicerum tria ſunt gña,ſunt.n.alba,& nigra, et eſt alia ſpecies quæ dicitur Kerſenue,& cicera minuta quæ dūr Kerſenue ſunt alba, & aſsimilātur orobo,& nigra nominantur chubes. & Plinius inquit,arietinum ciceris genus quod capiti arietis aſsimilatur, quod cæteris magis diureticum creditur eſſe & agreſte eſt,& erraticum,et columbinū, quod aliqui uenereū dixerunt,candidum rotundū,leue,arietino minus.Cicer erraticum apud Dioſco.uocatur a quibuſdam ſerpillum. Gal.in 6.de ſimplicibus inquit:Cicera ſunt ſpecies leguminum.

Teſticuli vulpis ſunt ſatyrion. Dioſcorides de ſatyrione tria capitula facit ſub litera ſatyrion. & alibi capitulum de orchis,& ibi ponit duas ſpēs: quod etiam inter ſpecies ſatyrionis ſunt in numero,et hoc apud Auicennam uocatur teſticulus canis,alibi cinoſorchin, ideſt canis teſticuli.

Quare prima aqua ciceris abiiciatur,et in ſecunda lauētur ſatyriones & ſecacul,quia prima eſt abſterſiua prohibēs inflationem & uentoſitatem generari.ſecunda uero eſt multum uentoſa & inflatiua & comportatiua aliarum medicinarum ad genitalia membra.

Stincus eſt quoddam animal ſimile lacertæ degens in ripis aquarū iuxta flumen Nili. In hac confectione pro omni lib.i.mellis cocti & deſpumati ponendæ ſunt vnc.iii. ſpērū cribellatarum, ſi habere debet uirtutem a Meſue ſcriptam.

Iringus, et taſſus barbaſſus colligendæ ſunt in menſe Octobris.

Incidenter hic notandum eſt,hoc electuarium duplici ratione ſoler dari hominibus. Primo exhibetur corporib.exiccatis ad humectandum: & tunc debemus exhibere de eo. ʒ.s.in mane per horas quatuor uel duas ad minus ante prandium. Datur & ſecundo ad augmentum coitus et uirilis membri erectionem, & tunc ipſum exhibere debemus ueſpere ante cœnam per duas horas cum modico uini ſubtilis et odoriferi. Complexio dicti electuarii eſt temperata inter calidum & frigidum: humida tamen ad ſecundum gradum.

DIAIRIS de melle Nicolai dicitur a radice illa q̄ ireos appellatur,prodeſt diſpnoicis arteriaticis,tuſsientibus,uocē perditā reſtaurat ſi fuerit ex frigiditate: cuius ꝓmixtio.

℞.Ireos.ʒ.i.
Pulegii,
Hyſſopi,
Liquiritiæ raſæ.ana.3.vi.
Dragacanthi,
Amygdalarum,
Pinearum.ana.3.iii.
Cinnamomi,
Zingiberis,
Piperis ana.3.iii.
Caricarum.i.ficuum.
Carnium dactylorum,
Paſſularum.ana.3.iii.s.
Storacis rubeę.3.ii.℈.i.

Puluerizentur puluerizanda ſubtiliter omnia, & cum melle deſpumato et cocto fiat confectio: doſis eſt.3.ii.uſque ad.3.iiii.

Hyſſopi ſi ſimpliciter ſcriptum reperiatur, de herba ſicca eſt intelligendū,& in umbra exiccandum eſt, & non ſolum ipſum,ſed omnes herbæ aromaticæ. Sol enim aromaticitatem illam.reſoluere facit & uirtutem deſtruit.

Pineæ, & amygdalæ niſi ſint recentes antequàm in confectionibus & electuariis pectoralibus ponantur ſemper debent purgari, ut ſupra oſtenſum eſt,aliter rancitas ſua nocet pectori, & tuſsim prouocat: quare bene notent aromatarii,& in hoc aduertant.

DIAPENIDION dicitur a penidiis quæ ibi intrant plus quàm de aliis ſpeciebus,ſm Nicolaum ualet cōtra omne vitium pulmonis,& tuſsis,& ad raucedinem uocis factam ex ſiccitate, & tuſsientibus peripleumonicis & pleureticis.

℞. Penidiorum.3.xvi.s.
Pinearum præparatarum & mundatarum,
Seminis papaueris albi ana 3.iii.℈.i.
Garyophyllorum,

Cinna-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 273 sur 335

Cinnamomi.
Succi liquiritiæ.
Zingibe.ana.3.i.s.
gra.viii.
Dragacanthi.
Gummi arabici.
Amydi.
Seminis citrulli.
Seminis melonis.
Seminis cucurbitæ mundatorum.
Seminis cucumeris,
an.3.i.s.gra.viii.

Camphoræ tertiam partem unius scropuli. Syrupi uiolati.q.s.puluerizentur subtiliter puluerizanda,& conterantur conterenda:deinde confice sic.In lib.i.ʒ.iii.aquæ uiolarum bulliant donec aqua aliquantulum inficiatur: postea colet, & colaturæ addatur libr.i.zucchari, & bulliant donec incipiant inspissari. Tunc addantur pineæ & quatuor suprascripta,semina,unumquodq; per se bene cõtusum cum spatula semper mouendo, deinde addantur penidii subtiliter puluerizati,& cum liquefacti fuerint,illud grossum quod supernatat cum captia despumetur,& iterum in mortario proiiciatur,& bene terendo & commiscendo,ad ultimum puluis suprascriptarum cum supradicto syrupo in mortario semper agitando moueatur, donec incorporetur, demum reseruetur in uase uitreato.

DIAOLIBANVM Nicolai & dicitur ab olibano quod ibi ponitur,lachrymas oculorum potenter constringit, dolorem hemicraneum & cilii sanat,fauces rheumaticis & arterias lenit,emophthoicis & tussientibus medetur, vomitum compescit,dolorem stomachi & nauseam aufert, peripneumonicis,pleureticis subuenit, gonorrheam & satyriasim emendat,et menstrua sanguinis sistit.

Castorei.
Opii thebaici.
Iusquiami.ana.ʒ.iiii.
Cassiæ fistulæ.ʒ.ii.℈.ii.
Folii.
Croci.
Thuris.ana.ʒ.i.s.
Reupontici.
Amomi.ana.ʒ.i.
℈.ii.
Radicum pœoniæ.
Macropiperis.i.piper long.
Storacis calamitæ.
Myrrhæ.an.ʒ.i.
Spicæ.
Pyrethri.
Euphorbii.
Leucopiperis,ideſt piper album.ana.℈.ii.s.

Puluerizentur subtiliter omnia, & cum melle quantum sufficit fiat confectio in bona forma.

De iusquiamo cum scriptum reperitur, semper de semine,& non de herba est intelligendum, herba enim maioris est uenenositatis quam sit semen.

Pœoniæ si simpliciter scribitur, de radicæ est intelligendum cum illa magis vsui medicinæ conueniat quam folia vel semina.

DIACORI Mes. in cap.ægritudinis neruorum. Et est cõfectio conditi ad ægritudines neruorũ frigidas mirabilis.
℞.Secacul.Pinearum mundatarum. Radicũ acori,an.lib.i.s.Et fint secacul,& acori elixata,et expressa,& misce cũ eis. præter pineas mellis despumati,lib.x. & decoq; lento igne usque dum spissitudinem acquirant: deinde deponatur ab igne, & proiiciantur super ipsum pineæ, & misceantur ad inuicem,post hoc puluerizа super ea piperis ʒ.i.

Piperis longi,
Garyophyllorum,
Zingiberis.
Macis ana ʒ.iiii.
Nucis muscatæ.
Galangæ.
Cardamomi ana ʒ.iii.

Dosi eius.ʒ.i.mane & sero.

DIAMORVSION Mes. est medicina multarum utilitatum,sicut diacurcuma magna,& experta,et efficax nimis & propriæ ad dolorem stomachi propter frigiditatem factũ, & humorem crudum & ad ægritudines splenis,et hepatis, et chronicas factas in ipsis propter hydropisim.

℞.Croci.
Radicum acori.ana.ʒ.ii.
Myrrhæ.ʒ.iii.
Baccarum lauri.
ʒ.ii.s.
Dauci,
Cinnamomi.
Cassiæ lignæ.
Cimini carmeni.
Carpobalsami.
Florum squinanti.
Seminis apii.ana.ʒ.i.
Seminis anisi,
Cordumeni.i.carui agre.
Spicæ.
Mentæ siccæ.
Marmacur.i.marubium in pandectis.
Ameos.
Costi.
Piperis longi,
Piperis albi.
Piperis nigri.ana.ʒ.i.

Mellis despumati,& colati quantum sufficit,& fiat confectio,dosis eius est,ʒ.i.usq; ad.ii.

DIACOSTVM Mes.ualet ad dolorem viscerum & oppilationum in eis ad principium hydropisis.

℞.Costi amari.
Cassiæ lignæ.
Cinnamomi ana.ʒ.v.
Seminis apii.
Seminis anisi.
Cimarum squinanti.
ana.ʒ.iii.
Rauedseni,ideſt rheubarbarum.ʒ.iii.
Radicum asari.ʒ.iiii.
Croci,
Aristolochiæ.
Myrrhæ.ana.ʒ.ii.

Mellis quantum sufficit,& fiat confectio.

DIASVLPHVR Mes.confert febribus antiquis, et melancholicis,et phlegmaticis,et cõstrictioni anhelitus,et antiquæ tussi,et eis,qui habent pectus sanioſum,et confert iuamentum manifestum ad duritiem splenis,et hydropisim, et prouocat urinam, et frangit lapidem, et confert morsui uenenoso,et eis qui timent potasse venenum.

Piperis albi.
Piperis longi.an.ʒ.vi.
Sulphuris citrini.
Thuris.
Meu.
Iusquiami albi.
Myrrhæ.
Storacis cala.ana.ʒ.viii.
Cordumeni.i.carui.
Agrestæ.ʒ.viii.
Rutæ.
Costi,ana.ʒ.vi.
Opii.
Corticum mandragoræ.
ana.ʒ.iii.
Croci.ʒ.ii.s.
Cassiæ lignæ.ʒ.v.

Confice cum melle despumato,et utere post sex menses, dosis eius est.ʒ.ii.vsq; ad.ʒ.iii.

DIACVBEBE confectio. in thesauro pauperum in cap. de oppilatione hepatis,et in usu a paucis diebus citra.

℞.Cubebarum.
Ozimi,ideſt semen,ana.
ʒ.iiii.s.
Sandalorum alborum.
Sandalorum rubeorum.
Sandalorum citri.an.ʒ.ii.s.
Quatuor seminum maiorum frigidorum.
Spodii.
Rasuræ eboris,ana.ʒ.i.s.
Seminis endiuiæ.
Seminis portulacæ.ana.ʒ.i.

Pistentur omnia subtiliter, et cum zuccharo q.s.fiat electuarium secundum artem tibi ostensam.

Addendo in hoc electuario ī magistrale rheubarbari electi infusi.ʒ.iiii.& misceatur in suprascripto electuario arte, et ingenio, ne uirtus infusionis rheubarbari huius depdat.

DIARHEVBARBARVM Nico. valet ad defectionem hepatis,et oppillationem eius, et uentositati uiscerum, digestibilitati.

℞.Costi.
Croci.
Cinnamomi.
Spicæ indæ ana.ʒ.i.
Cassiæ lignæ.ʒ.iiii.
Radicum assari.
Myrrhæ.
Aristolochiæ longæ & ro.
Squinanti.ana.ʒ.iiii.
Rheubarbari elec.ʒ.iiii.

Mellis quantum sufficit et fiat confectio.

DIAPAPAVER Nico. dicitur a papauere albo, quod intrat, ualet contra uitium pectoris, & pulmonis, cuius permixtio.

Succi liquiritiæ
Dragacanthi.
Gummi arabici.
Seminis papaueris albi.
Penidii.ana.ʒ.vi.℈.ii.
Amygdalarum.ʒ.ii.℈.ii.
Seminis melonis.
Seminis citrulli.ana.ʒ.i.
Seminis cucumeris.
Seminis cucurbitæ.
Seminis lactucæ.
Seminis maluæ.ana.ʒ.i.
Amydi.
Seminis cydoniorum.
Semini: portulacæ,ana
ʒ.i.℈.ii.

Syrupi uiolati quantum sufficit,et fiat confectio.

DIACORI magistralis ualet ad paralysim, epilepsiam, & torturam oris,et ad frigiditatem stomachi,ad omnem passionem corporis ex causa frigida. Cuius permixtio.

℞. Acori sicci,et mund. ʒ.iii.
Zingiberis.
Piperis longi.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 274 sur 335

Piperis nigri ana. ℥.i.s.
Seminis pæoniæ.
Radicum pæoniæ.
Carui, ideſt ſemen.
Seminis ameos
Stœchados citrini,
Saluiæ.
Petroſilii.i.ſemen.
Rutæ an.3.iiii.
Ariſtolochiæ longæ.
Nucis muſcatæ.
Garyophyllorum.
Cinnamomi.
Galangæ.
Zedoariæ.
Caſtorei ana.3.iiii.
Seminis ozi.ideſt ſemen
Baſilicopis.
Hyſſopi ſiccæ.
Pyrethri ana.3.ii.

Puluerizentur oia ſubtiliter,& cũ lib.v.℥. iiii. mellis cocti,& deſpumati fiat cõfectio in bona forma, doſis eſt.3.ii.

DIACATOLICON laſſatiuum in Nicolao maiori uniuerſaliter pôt dari in oibus ægritudinibus: in quibus eſt ſienda quaſi uniuerſaliter ſolutio uentris, datur,& ſanis conſtipatis ad conſeruationem ſanitatis, datur indifferenter ante cibum,& poſt ſine nutritione alicuius, purgat melancholiam,choleram,& phlegma, mundificat ſanguinẽ, et expellit uentoſitatẽ uentris, & pectoris,& lenit inteſtina.

℞.Folliculorum ſenæ.
Caſiæ nouiter extractæ & mundæ.
Tamarindorum. ana.℥.ii.
Rheubarbari.
Violarum ana.℥.i.alibi. ℥.i.s.
Liquiritiæ raſæ.3.vi.
Penidii.
Zucchari candi. ana.3.vi.
Seminis aniſi.
Seminum communium. ana.3.iiii.
Polypodii.℥.i.
Zucchari.lib.ii.

Fac hoc modo, caſsia & tamarindi extrahantur, cum modico altero polypodio, & fiat decoctio, & extrahatur caſsia, & tamarindi, cætera puluerizentur, & cum lib.ii. zucchari fiat electuarium in bona forma.

Species electuariorum ſolutiuorum ſunt groſſo modo conterendæ, & per ſedatium rarum tranſiri debent,& non ſolum electuaria ſolutiua,ſed & confectiones ſolutiuæ. vt diarob,ei diacartamum.Et groſſa hæc puluerizatio dupli ci cauſa fit. Primo ut diu in ſtomacho maneant, & ibidem diu operentur.Secundo ut uirtus eius cito non euaneſcat, & ne ſua ſubtilitate ad membra tranſirent, quia maximum nocumentum inducerent, ut ſupra declaraui.

Medicinæ ſolutiuæ dicuntur, eo quia habent corruptos humores ſoluere, ideſt educere,& euacuare.

DIABRNAE Nic. dicitur a ſenæ quæ ibi recipitur pluſquàm de aliis ſpeciebus,ualent proprię melancholicis,maniacis,cardiacis:triſtibus. Cuius permixtio.

℞.Folliculorum ſenæ.℥.iii.
Auellanarum aſſata.numero.50.
Serici combuſti.3.ii.
Lapidis armeni.3.i.
Lapidis lazuli amborum lotorum.3.ii.
Zucchari.℥.vi.
Cinnamomi.℥.i.
Garyophyllorum.
Galangæ.
Piperis ana.3.ii.
Spicæ.
Ozimi.i.ſemen baſilici.
Zingiberis.
Folii.
Cardamomi ſcilicet maioris & minoris.
Croci.
Zedoariæ.
Florum roris marini.
Macropiperis.i.piper longum ana.3.ii.

Puluerizentur oia ſubtiliter,& cũ lib.ii.mellis colati, & deſpumati fiat electuariũ in bona forma hoc modo. Auellanæ ſubtiliter cõterantur.deinde ad bulliendũ cum melle ponantur,ſemper ſpumã a melle amouendo,poſt uero aliqualem coctionem mel remoueatur ab igne, & ſpẽs ponantur.

Lapis lazuli,& lapis armenus hoc modo lauant.Terãtur ambo per ſe ſubtiliſsimæ: deinde accipe mortariũ lapideũ & proiice ipſorum alterum,& aquam claram in eo, & cum piſtello agitando ſimul miſceãtur, & hoc facto per aliquod tps permitte reſidentiã facere, & primã aquam abiicias,& ſic ter facias ſemper aquã innouando, poſtea loco aquæ claræ accipias aquam roſatã, & ſic facias vt de eorum aqua dixi. Et ũ cum dicta aqua lauentur,quod aqua remaneat clara,& tunc ipſorum perfecta erit lotio,ſed per ſe conteri debent,et lauari.

De ſerico uero quod ſcriptũ eſt, quòd apponatur in medicinis cordialibus pro cõfortatiuo cordis nullo modo debet comburi,ſed minutiſsime incidi,et teri.

Quod uero ponitur in medicinis ad materiæ cõſumptionem,ut in hoc electuario ponitur,tunc comburendum eſt. Modus combuſtionis poſitus eſt ſupra in diamuſco dulci.

DIAPHOENICON Meſue, confectio de dactylis, uocatur, conferens ad febres compoſitas,& chronicas,& eſt medicina ſecuritatis, confert ad colicam,& dolorem uentris & humorem crudum & frigora, et ſolutiuum facile, et conueniens.

℞. Dactylorum hyeron infuſorum in aceto tribus diebus,& noctibus 3.c.ſiue drachmas centum.

Penidiorum ſichari, ideſt facti de zuccharo albo infuſo in aqua decoctionis hordei.3.50.

Amygdalarum mundatarũ 3.xxx.
Turbith.3.xxxv.
Scamoneæ præparatę.3.xii.
Zingiberis,
Piperis longi,
Foliorum rubeorum ſiccorum ana.3.ii.s.
Cinnamomi, Macis, Ligni aloes, Seminis aniſi, Seminis fœniculi, Seminis dauci, Galangæ.ana.3.ii.s.

Conterantur ſubtiliter dactyli penidii, & amygdalæ,cætera uero puluerizentur non multum ſubtiliter. Mellis deſpumati,et colati quantum ſufficit, & fiat electuarium.

Dactyli heyron, dicuntur heyron ab illa regione in qua dactyli multum abundant, & qui in ea naſcuntur ſunt meliores omnibus aliis aliarum regionum. Alii uero dicũt,q̃ eſt una maneries dactylorum quæ melior eſt,quemadmodũ ſunt pruna damaſcena quæ meliora ſunt aliis prunis, et una & altera opinio bona eſt.

Penidii, et dactyli in hac compoſitione ponuntur ut inuiſcentur,et ingroſſent medicinas ſolutiuas, ne ad longinqua penetrent, & hac de cauſa ponuntur in hac compoſitionea Meſue, & in omnibus aliis medicinis ſolutiuis in quibus ponuntur.

De hac compoſitione uaria reperitur litera, & pauciſsimi ſunt aromatarii qui vſque adeo compoſitionem hanc rite compoſuerint ob literæ uarietatem. reperio.n.in aliquibus Meſuæ ſcriptum fiari, in aliis ſian,in alio fiati, in quibuſdam ſachari, in aliis ſichari,& in aliis ſichari, & ſyari, quæ omnes corruptæ ſunt præter illam quæ penidiarum ſihari dicit, & multipliciter exponitur.

Quidam enim dicunt, quòd penidii ſihari ſunt penidii facti ex zuccharo illius prouinciæ, & quod ſihari eſt prouincia, & hæc falſa eſt.Alii dicunt quòd ſunt penidii, qui fiunt ex zuccharo prius infuſo in aqua hordei, cum fier idẽ ſit quòd hordeum, & tunc illo modo facti ſic appellandi ſunt, magiſque lenitiui ſunt,et abſterſiui,minuſque uiſcoſi, & oppilatiui.

Alia expoſitio eſt, q̃ ſihari idẽ eſt quod ſolidi albi,et leues & hi fiũt ex bono zuccharo, & duæ hæ opiniones bonæ ſunt ſed ſecunda magis ad mentem doctoris, & fuit, & eſt mea opinio.Igitur cum compoſitiõnem hanc facere uis,accipe zuccharum album,& infunde in aqua decoctionis hordei per horas ſex: deinde zuccharum coque illa in aqua, & penidios fac, & habebis perfectam, & ueram deſcriptionem diaphœniconis ſecundum authoris mentem.

Penidii fiunt ex zuccharo ſolido ultimate decocto,& ex longa,& continua ductione, & manibus pertractatione debantur, & de bono zuccharo faciendi ſunt non de puluere zucchari, ut quidam faciunt aromatarii.

Diaphœnicon dicitur a phœnichiis,ideſt dactylis de quibus plus intrant quàm de aliis medicinis, tamen non ſunt in hac medicina.Sed turbith, & ſcamonea ſunt baſis.

DIAPRVNIS non ſolutiui Nico. & dicitur diaprunis, ſiue diamuſcum, quia pruna damaſcena ibi intrant, ualet proprie acutas patientibus, & per acutas maxime cauſon & ſynoche in principio, augmento, & ſtatu ægritudinis.

℞.Prunorũ damaſcenorũ quantitatẽ quam uolueris nõ

per

perfecte maturatorum,sed propinquorum maturationi, aquæ claræ,q posſint bullire,coque donec molleſcant:dein de pone ad cribrũ,ut trãſeant,& ſupius remaneant oſſa, & cortices. In aqua uero decoctionis dictorum prunorũ adde uiolar℞. ℥.i. & bulliãt iterũ:deinde cola dicta ꝺcoctionẽ, & ſyrupiza cũ li.ii.zuc.in quo ſuppone de pulpa prunorũ li.i.

Caſſiæ nouiter extractæ.Tamarindorum.an.℥.i.

Coque totum uſq; ad mediocrem ſpiſſitudinem ſemper cum ſpatula agitando poſtea adde hos pulueres.

℞.Sandalorum alborum	Berberorum.
Sandalorum rubeorum	Succi liquiritiæ.
Spodii.	Dragachanthi ana ʒ.ii.
Rheubarbari.	Seminis citrulli.
Cinnamomi ana.ʒ.iii.	Seminis melonis.
Violarum.	Sem.cucurbitæ, mundatorum,
Roſarum.	ana.ʒ.i.
Seminis ſcariolæ.ana.ʒ.ii.	

Pulueriz entur omnia ſatis ſubtiliter,& permiſceantur, & habebis diaprunis non ſolutiui.

Et ſi laſſatiuum facere uolueris,adde pro qualibet libra iſtius electuarii diagridii.ʒ.vii.

Pruna & omnes fructus colligendi ſunt quando iam maturitatem acceperunt,& antequam cadant ab arbore,& ſic debent conſeruari.

Pruna ex quibus ſupraſcripta compoſitio fit,debent eſſe mediocris maturitatis,non multum matura,uel muza.

Muzum autem propriæ dicitur,cuius ſapor eſt compoſitus ex dulci,& acetoſo.

DIACASSIAE magiſtralis.

℞.Caſſiæ mundæ & elec. lib.ii.	Capil ue.an.M.s. Tamarindorum.℥.i.
Prunorum nu.xii.	Thimi.
Violarum.	Epithymi.an.M.s.
Hordei.	Paſſularum.℥.s.
Seminis aniſi.	Seminis fœniculi.ʒ.ii.
Polypodii.	Seminis portulacæ.
Cartami.	Seminis maluarum ana.ʒ.iii.
Liquiritiæ.	Cinnamomi.ʒ.iiii.

Miſceantur & confrangãtur omnia groſſo modo,& bulliant in lib.xii.aquæ ſm artem:deinde colenẽ manibus exprimendo,de qua colatura caſſiæ,& tamarindi extrahanẽ, & diſſoluantur.Et addatur zucchari lib.i.deinde coquantur uſq; ad formam electuarii,reducantur lento igne cum ſpatula ſemper agitando.

Drachma nomẽ eſt põderis,& ponderat nonam partem unciæ,& ſic accipiebatur antiquitus, & illa eſt uera drachma,moderni uero octauam partem unciæ pro drachma accipiunt quæ eſt ſcropuli tres,& drachma græce idem eſt q manipulus uel faſciculus modernorum.

Grana ex quibus medicinæ ponderãtur debent eſſe grana hordei,uel frumenti,ſi.n.ſunt frumenti,debet illud granum eſſe à ſuperiori cortice mundatum.ſi uero hordei, illud granum eſſe debet cum cortice,& ſic habebis debitum ordinem ponderum.

DIACARTMI magiſtrale.

℞.Medullæ cartami.ʒ i.ʒ.i.	Turbith electi.ʒ.i.
Specierum diadragacanthi frigidi.ʒ.ii.	Diagrydii.ʒ.i.ʒ.ii. Mannæ granatæ.
Carnium cidyoniorum ʒ.ii.ʒ.i.s.	Mellis roſati.ana.ʒ.viii.
Zingiberis albi.ʒ.i.	Zucchari albi.℥.vi.

Et fiat confectio in morſellis,uel in forma manuſchriſti de.ʒ.iii.pro ſingulo cuius eſt doſis.

Doſis enim eſt limitata menſura, & quantitas ſimplicis, uel compoſitæ medicinæ ſolutiuæ,uel non ſolutiuæ,de ſe apta nata eſt facere ſufficientem operationem, non diminutam,nec ſuperfluam.

Carnes cydoniorum.i.pulpa cydoniorum debent ſubtiliter cõteri cum cartamo à quo amotus ſit cortex exterior & hoc modo dicitur medulla:deinde ambo debent diſſolui cum melle roſa.& manna,& zuccha.fere cocto bene miſceri,in fine uero addantur ſpecies præſcriptæ,quæ miſceri debent,& confectio fieri.

Medicinę omnes ſolutiuæ conſeruantur per duos annos in ſua bonitate,& ſolutione,elapſo uero dicto tempore amittunt uirtutem ſuam ſolutiuam.

DIAROD cum turbith magiſtrale,& cũ rheubar. ualet & eſt cõfortatiuũ ſolutione educit,humores phlegmaticos groſſos,& uiſcoſos,& à remotis,& iuncturis propriæ.& ipſum quidem mundificat ſtomachũ,& expellit ab eo ſuperfluitates adhærẽtes in uiis eius,& mũdificat pectus à phlegmate groſſo,& putrido,& educit a iuncturis & locis neruoſis & anchis humorem groſſum,& uiſcoſum , & eſt medicina ad dolores iuncturarũ,& uſus eius præſeruata lepra, ab infectionib. phlegmatis,ſicut eſt morphea,& baras, eſt enim medicina bona febrium phlegmaticarum, is autem qui ſumit ipſum,timeat,auſtrum,& abhorreat piſces.

Cuius permixtio hæc eſt.

℞.Turbith albi,& gummo.ʒ.x.	Macis.ʒ.s. Rheubarbari boni & electi. ʒ.iiii.
Zingiberis albi.ʒ.v.	Diagridii infuſi in aqua ro.
Galangæ.	per diem.ʒ.s.
Piperis longi.	Zucchari boni.
Cardamomi maioris & minoris.	℥.xvi.
Croci ana.ʒ.i.	

Et fiat confectio in morſellis,doſis eius eſt.ʒ.vi.

Pondera communia ex quibus medicinæ cõmenſurant, & ponderantur ſunt ſex,primo libra,cuius, talis eſt figura lib.ſecundo unciæ,& talis eſt figura.℥.tertio.ʒ. & talis ℈.ʒ. quarto ſcropulus,& talis eſt.ʒ.quinto granũ & talis ℈ gra. ſexto Manipulus & talis eſt. M.& his ſex ponderibus cõiter omnes menſuræ menſurantur medicinarum.

DIAROD cum turbith ſine rheubarbaro magiſtralis ualet &c.

℞.Turbith albi & gũmo. ʒ.viii.	Galangæ. Piperis longi.
Zingiberis.ʒ.iiii.	Macis ana.ʒ.i.
Cinnamomi.	Diagrydii.ʒ.iiii.
Caryophyllorum. ana.ʒ.ii.	Zucchari lib.i.

Et fiat confectio in morſellis de.ʒ.iiii.pro quolibet morſello diſſoluendo zuccha.in uino cydoniorum,& aqua ſimplici pulueriz ando ſolutiuorum hoc more &c.

Inter antiquos & modernos de põderibus eſt differẽtia, iõ indigedũ,q libra modernoꝝ cõſtat , & reſultat ex.℥.xii. uncia conſtat ex.ʒ.viii.drachma ex.ʒ. iii.ſcropulus ex gra. xx.& ſic medicinæ a medicis commenſurantur hoc tpe.

DIAMARGARITON Nic.& dicitur a duobus generibus margaritarum perforatarum,& non perforatarum quę ibi intrant.ualet cardiacis triſtibus,& ad oẽm cordis debilitatem ſtomachi,patientibus faſtidium aufert, digeſtionẽ procurat,aſthmaticis, diſpnoicis opitnlatur , & ptiſicos & eos qui ex longa ægritudine ſunt extenuati reſanat.

℞.Caryophyllorum Cinnamomi.	Margaritarum non perforatarum.
Spicæ.	Margaritarum perforatarum.
Galangæ.	Zingiberis.
Ligni aloes.	Oſſis de corde cerui.
Liquiritiæ.	Raſuræ eboris,
Trochiſcorum diarhodõ.	Blattæ bizantiæ.ana.ʒ.s.
Trochiſcorum diani. ana.ʒ.i.s.	Muſci.
Nucis muſcatæ.	Ambræ.
Macis.	Cardamomi.
Aliptæ muſcatæ.	Seminis leuiſtici.
Rheubarbari.	Seminis baſilici.ana.ʒ.i.
Zedoarię.	minus gra.ii.
Storacis calamitæ.an.ʒ.i.	Camphoræ.gra.vi.

Mellis roſati quãtum ſufficit,deꝰ in æſtate cũ rodoſtomatæ,uel cum frigida,in hieme cum uino mane,& meridiæ.

DIAMARGARITON Auicennæ ualet mulieribus ipſum.n.rectificat diſpoſitionem matricis earum & diſpoſitionem ſtomachorũ earũ,& oportet, ut uehemens ſit ſtudium

in ſtomachis earum, quare confortentur cum eis quæ ſunt geleniabin cum xyloaloe, & maſtice, & ſimilibus, & electuaria facta cum zuccharo plurimo cum ſpeciebus aromaticis, in quibus enim eſt multa caliditas cũ emplaſtris ſtypticis calefacientibus aromaticis. cuius permixtio.

℞. Margaritarum non perforatarum.
Pyrethri ana.ʒ.i.
Zingiberis.
Maſticis.an.ʒ.iiii.
Been albi.
Been rubei.
Piperis.
Macropiperis, ana.ʒ.iii.
Zedoariæ.
Doronici.
Seminis apii.
Tapſiæ.
Cinnamomi.
Nucis muſcatæ.
Macis ana.ʒ.ii.
Cinnamomi.ʒ.v.

Zucchari ſublimis quantum omnia, & plus fiat cõfectio in morſellis, & etiam in forma electuarii poteſt fieri.

DIACARIDION ſeu rob nucum Meſuæ cõferens eis quibus a capite ad pectus catarrhus acutus, & ſubtilis defluit, & ad cannam pulmonis, & eſt cauſa apoſtematum, & præfocationum mortis, & eſt ad hoc medicamen ſublime. Et eius modus eſt.

℞. Succi corticum exteriorum nucum in diebus caniculari bus li.iii. decoq; ipſũ ebullitione una, deinde adde mellis purificati li.ii. & coq; uſq; ad ſpiſsitudinem mel. & reſerua.

Nota ℘ rob durat per duos annos in ſua bonitate, & perfectione ut uoluerunt antiqui, moderni uero dicũt per annum ſolum, ſed durat plus & minus ſecundum ipſorum ſuccorum purificationem.

Nux ſimpliciter prolata uel ſcripta ſemper de nuce communi intelligatur.

Dies caniculares ſunt dies in quibus apparet quædã ſtella meridionalis, canis appellata ab aſtrologis, in matutinis apparet & ſolis ortũ añcedit, & hoc ẽ i medio æſtatis. Incipit aũt caniculare tẽpus decima die Iulii uel circa, & durat uſq; ad dies xx. Augu. ita ℘ in ſumma dicti dies ſunt nu.xl.illis igitur diebus nuces colligẽdæ ſunt pro hac cõpoſitione.

Dies quidam dicuntur naturales, quidã artificiales, naturales dies ſunt a prima hora uſq; ad.xxiiii. artificiales uero ab ortu ſolis uſq; ad occaſum.

Et poſt illud nobis occurrẽt intentiones quatuor. nã pro pueris & mulieribus, & humidis natura ſufficit medicamen ſic factum: & quando eſt in principio aliquid de ſtypticitate habentibus miſceri oportet. ſicut ſunt roſæ & balauſtiæ, & quando in ſtatu eſt ægritudo crocus, & myrrha miſcenda ſunt, in declinatiõe uero baurach, & ſal armoniacus, & ſimilia. eſt enim medicamen ſublime, & expertum.

ELECTVARIVM de gemmis Meſuæ iuuamẽtum eſt magnum ad ægritudines cerebri, cordis, ſtomachi, & hepatis, & matricis mulieris frigidæ, & nos fecimus experimentum bonum, & ualet ad tremorem cordis, & ſincopim, & debilitatem ſtomachi: & quando quis triſtatur, & neſcit radicem, & ei qui diligit ſolitudinem, & facit corporis colorem, & odorem bonum.

℞. Albarum margaritarum. ʒ.ii.
Fragmentorum zaphiri.
Hyacinti.
Sardinis quod eſt quidam lapis præcioſus.
Granatorum.
Ferugegi ideſt ſmeraldi. ana.ʒ.i.s.
Zedoariæ.
Doronici.
Corticum citri.
Seminis ſalphelengemiſc.i. ozymi garyophyllati.
Macis.ana.ʒ.ii.
Corallorum rubeorum.
Carabæ.
Limaturæ ebo. ana.ℨ.ii.
Been albi & rubei.
Garyophyllorum.ana.ʒ.i.
Zingiberis.
Piperis longi.
Croci.
Spicæ.
Folii.
Heil.i.cardamomum maius. ana ʒ.i.
Trochiſcorum diarhodon.
Ligni aloes.ana.ʒ.v.
Cinnamomi.
Galangæ.
Zurumbet ex radix aromatica ana ʒ.i.s.
Foliorum auri & argenti ana.ℨ.ii.gra.v.
Muſci boni.ʒ.s.
Ambræ.ʒ.ii.

Puluerizentur & reſeruẽtur in uaſe uitreo, & obturetur os uaſis.

In hac compoſitione multa ſunt uidenda pro clariori ipſius doctrina. Primo quid ſit ſardonis. eſt.n. lapis rubeus ſpiſſus cum ſubſtantia per uia ſeu tranſparente, & dicitur ℘ eius uirtus eſt quæ accẽdit animũ ad gaudium, & acuit ingenium. ideò merito in hoc electuario poſitũ eſt. Sed quia cognitio huius lapidis non eſt apud aromatarios: ideo loco ipſius ponuntur rubini. Et hoc conſonum eſt cuidam receptæ inuentæ in uno antiquiſsimo Meſuæ, quæ dicebat quinque generum fragmentorum cõmunium præcioſorũ, & ſic erit litera bona. Quia ſi ſcriptum reperies quinq; generum fragmentorũ cõium prætioſorum de quinq; ſupradictis deberes intelligere. ſ. de zaphyri, hycinti, rubini, ſmeraldi, granatæ fragmentis, & non de aliquibus aliis.

De al, ſcias ℘ de per ſe nihil ſignificat niſi articulum ſcilicet hoc. Nam ubi nos dicimus hoc: arabes dicunt al. Et iõ quando almiſcetur cum aliqua dictione ſignificat articulũ in illa dictione ut alhaſe, ideſt thymus &c.

Felengemiſch differentia eſt de eo inter doctores, quidã dicunt ℘ eſt ozimum garyophyllatum & illud eſt, ſemen citrinum odoriferum quod colligitur a baſilicone habẽte folia minuta, & hæc opinio uera eſt. Alii uero dicunt, ℘ eſt ſemen meliſſæ. Alii ℘ eſt cinnamomũ, quæ duæ opiniones a doctoribus reprobantur, & prima tenetur.

Prætioſa fragmenta, & mineralia ſunt cum in aliqua cõpoſitione intrant ultimate conterenda, uſquequo poſſunt per ſatis ſpiſſam telam tranſire, ac etiam oẽs lapides, ut coralli, lapis iudaicus, & ita ea adminiſtrare ut docet, noſque monet Aui. cũ lapidẽ iudaicũ in carulo alias calculo iubet dari illum ſuper cotẽ, uel lapidẽ molarẽ ducere iubet ut magis ſubtilior ſit. Igitur nunquã in triturando eos feſſus ſis, quia quanto ſubtiliores, tanto perfectiores exiſtunt.

Zurũbet nõ eſt zedoaria, ut Matt. Syl. exponit. cũ Auic. 2.cano. diuerſa de eis faciat capitula. Sed zurũbet eſt quædam radix ſimilis cypero, groſsior zedoaria; intus ſubcitrina, odore aromatica, & ſapore, acuto: minus tamen zedoaria, ſed ſi caremus ea loco ipſius zedoariam ponimus.

De aureo põdere dicendum eſt, inter doctores de eo eſt magna differentia, quidam dicunt, ut Gentilis, ℘ eſt põdus de.ʒ.i.s & hoc affirmat Simon Ianuenſis. Alii dicunt, ℘ eſt ſeptima pars unciæ. Sed communis & uera deciſio eſt, ℘ ſi inueniatur aureum. i. ut in hoc loco. & in oĩbus aliis medicinis non ſolutiuis idem eſt ℘.ʒ.i.s. in medicinis uero ſolutiuis, ſi reperiatur idẽ eſt ℘ ſeptima pars unciæ, & nõ plus.

Inſuper quia cõfectio hęc, & ſequentes propter laſciuiã hominum fieri ſolent in morſellis, quantitas ſpẽrum ad zuccharum declaranda eſt. Ideo ad oẽm li. i. zucchari apponi debet.ʒ.i. ſpẽrum cribellatarum. Cribellatarũ dico propter ſimplicia quæ cribellari non poſſunt, ut amygdalæ, dactyli, ſemina oĩa. Ad oẽm uero lib.i. mellis ſpecierum cribellatarum, ut ſupra.ʒ.iii. Et hoc modo faciendo habent domini medici, & ægri uirtutem medicinarum a doctoribus limitatam. Secus autem faciunt aromatarii noſtri temporis auaritia ducti, quod ignoſcat illis Deus.

Nota inſuper ℘ Meſ. dicit, cõfice cũ melle emblicorum & colatura geleniabin. Iõ ſi in forma illa facere uis: ſcias ℘ mel emblicorum hoc modo fit.

℞. Myrobalanorum emblicorũ.ʒ.ii. aquę cõmunis li. ii. Terantur ſubtiliter dicti myrobalani, & infundantur per dies viii. in dicta aqua, poſtea bulliant uſq; ad conſumptionẽ medietatis: deinde colentur cũ panno lineo bene manibus exprimẽdo: & in dicta colatura addatur mellis boni li.i. bulliant ſimul uſq; ad cõſumptionem aquæ & coctionẽ mellis, & reſeruetur. hoc.n. dicunt mel emblicorum. Accipe ergo mellis emblicorum geleniabin. i. mel roſatũ ana.lib.s. ſupra ſcriptarum ſpẽrum.ʒ.iii. & ſimul miſce. & habebis electuarium de gemmis in forma liquida ut ſcribit Meſ.

De geleniabin inter doctores eſt diſcordia. nã Aui.ʒ.cano.c. de conditis dicit, ℘ geleniabin idẽ eſt quod roſa cõdita, ſiue cũ melle, ſiue cũ zuccharo, & ſic tã zuccharũ roſatũ quam mel roſatum ſecũdum eum appellari poteſt geleniabin:

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 277 sur 335

bin:& hoc idē tenet Halyabas Rasis uero tertio Almanso. dicit geleniabin est mel rosatū. Quas opiniones reprobat Matth. Syl. dicens q; geleniabin idē est q; mel rosatum. Sed seleniabin.i. zuccharū rosatū, geleniabin.i. syrupus rosatus, & hæc opinio ab aliis oībus doctoribus tenetur. Igitur geleniabin.i. mel rosatū &c. Et hæc de electuario de gemmis.

ELECTVARIVM Conciliatoris in cap. differentiarū. xcvi. cor letificat, & confortat, mirabiliter ualet. ut patet in libro Conciliacoris.

℞. Succi pomorum dul. Despumati, & sint poma redolentia.
Succi bugloſſæ despumati ana.ʒ.v.
Doronici.
Corticum citri.ana.ʒ.iii.
Galliæ muscatæ.
Macis.
Charabæ.
Ossis de corde cerui.
Sandalorum rubeorum. ana.ʒ.iii.
Seminis basiliconis.
Folii.
Myrtillorum.
Melissæ.
Seminis coriandrorum præparatorum.
Cinnamomi,
Galangæ.
Zedoariæ.
Ligni aloes crudi.
Spicæ nardi ana.ʒ.ii.
Florum boraginis.
Rosarum rubearum.
Been albi & rubei.
Corallorum rubeorum.
Limaturæ eboris.ana.ʒ.iiii.
Spodii.ʒ.iii.
Setæ crudæ minutim incisæ.
Croci ana.ʒ.ii.
Myrobalanorum omnium ana.ʒ.iii.
Berillorum.
Smeraldorum.
Hyacintorum.
Sardani.
Zaphirorum.
Granatarum ana.ʒ.i.
Albarū margaritarum .ʒ. iii.
Limaturæ auri.
Limaturæ argenti.ana. ʒ.ii.
Ambræ.
Camphoræ.an.ʒ.v.
Musci.ʒ.i.

Misce, & fiat electuarium arte, & ingenio ori laudabile cum zucchāro albo quantum sufficit.

ELECTVARIVM de aromatibus Mesuæ quod scripsit Galenus expertorum iuuamentorum ad causas stomachi, & hepatis, & ægritudines in eis factas ex phlegmate grosso, & uentositate. Digestionem cōfortat Inflammationem remouet, & morbos ex ea factos curat: Retardat canos: Colorem efficit bonum, & oris, & sudoris odorem reddit bonum. Renes quoq; calefacit, & coitum excitat. Acidos ructus curat, & fastidium, & abominationem remouet.

℞. Ligni aloes crudi non cocti.
Rosarum rubearum ana.aur.xii.
Galliæ muscatæ.
Doronici.
Piperis longi.
Nucis muscatæ.
Menæ siccæ.
Spicæ.
Calsiæ lignea.
Macis.
Garyophyllorum.
Masticis.
Cinnamomi.
Radicum affari an.aur.iii.
Calami aroma.aur.iiii.
Croci.
Cardamomum.s.maius.
Cardamomum minus .i. melegeta.
Trium sandalorum.
Rheubarbari.
Cubebæ. Costi.
Zingiberis.
Seminis fœniculi.
Seminis anisi.
Keisim.i.seminis leuistici. ana aur.ii.
Zucchari.ʒ.vi.

Miuæ aromaticæ.i. miuæ cydoniorum cum speciebus li. i. Mellis despumati q.s. & fiat electuariū, puluerizatis prius puluerizandis. Sed si in morsellis facere uis, facies ut supra: dosis eius est ab ʒ.ii. usque ad aureos.iii.

Lignum aloes crudū est illud quod non est coctū. Arabes enim solēt ipsum decoquere antequàm illum ad nos uenire permittant, decoquēdo illū in aqua, per quā decoctionem quædā humiditas quæ in illo errat seu gūmositas amouetur, quæ natans super aquam, illam reseruant: deinde mittunt ad nos illud coctum quod est sine anima, & nullā habet uirtutem, uel bene paucā, & ob hoc author dicit crudi Cognoscit q; sit crudū hoc modo nam si in igne ponit emittit quandam humiditatē aromaticam quæ illū a combustione prohibet. Secundo si in aqua proiiciatur, subito fundum petit propter ipsius grauitatem. & talis est eius cognitio.

ELECTVARIVM de baccis lauri. Rasis. 9. Almansoris c. de colica. ualet ad colicam, & iliacam passionem, & doloribus intestinorum ex causa frigida uel uentosa.

℞. Foliorum rutæ siccorum ʒ.x.
Seminis ameos.
Cimini.
Nigellæ.ana.ʒ.ii.
Piperis nigri.
Macropiperis. i. piperis longi.
Mentastri.
Dauci.
Acori.ana.ʒ.ii.
Keisim.i.semen leuistici.
Origani.
Amygdalarum amarum.
Carui.ana ʒ.ii.
Baccarum lauri.
Castorei.ana.ʒ.ii.
Serapini.ʒ.iiii.
Opopanacis.ʒ.iii.

Puluerizentur puluerizanda non multum subtiliter, ut dictum est de diacimino. Mellis cocti, & despumati ad pondus omniū, & est ʒ.v.ʒ.v. gummæ uerò dissoluātur in aqua rutæ, & facies in bona forma.

Et nota, quòd Rasis dicit, quòd non habet partem in resoluendo uentositatem.

Ruta q̄ in hac cōpōne intrat ac in oībus aliis debet exiccari cū mensura, & hoc ideo qm̄ si exiccatur uehementer, est calidissimę cōplexionis, & eius calefactio est ultra mēsurā. Et si non exiccatur debito modo, remanet in ea humiditas superflua quæ prohibet eā digeri, & uentositatē facit: quare in ipsius exiccatione diligentia habēda est. Et debet in umbra exiccari, non aūt in sole, ut quidā imperiti faciūt.

De nigella multi sunt qui errant ponentes in receptis semen quoddā cinerulentum odoriferum satis triangulare pro ipsa nigella & errant. Sed nigella est quoddā semen nigrum clarum aromaticū multum faciens folia fere similia fumoterræ, & id in medicinis apponendum est.

Origanum colligendum est in mense Iulii postquam sol tendit ad occasum. s. in uesperis. Non autem in mane ante solis ortum, ut quidam fatui faciunt.

Mel & oēs medicinæ triplici causa coquuntur. primo ut mūdificēt mel: quia coquit, ut sua impuritas remoueat. secundo ut expellamus aliquam suā̄ nostro proposito repugnantē, ut multa decoctio caulium q̄ illos stipticos facit. tertio, ut uirtus ipsius in oleo. uel aqua transeat &c.

ELECTVARIVM de citro Mesuæ inuentione nostra confortans stomachum, & procurans digestionē, & odorē oris facit bonum, grossas uentositates expellit, & cor cōfortat Cuius permixtio hæc est.

℞. Corticum citri aur.xx. ideſt.ʒ.xxx.
Garyophyllorum.
Ligni aloes.
Cinnamomi.
Macis ana.ʒ.ii.
Galangæ.ʒ.ii.
Musci.ʒ.s.
Cardamomi maioris, & minoris.
Zingiberis.ana.ʒ.i.

Puluerizentur hæc non multum subtiliter mellis cocti, & despumati ʒ .viii. & fiat confectio, ut fieri solet in forma solida, ut supra.

Vellem tandē postquā prouinciā hanc accepi Ioannes Franciſce mi partē oēm aromatariis necessarium declarare, ne illi sua ignorantia ad tenebras exteriores ducerētur. Cōtingit nōnunquam ad eos accedere uiros, & hoies afflictos stomachi dolore, petentes ab eis suffragiū. Ipsi pietate moti exhibent, uel aromaticū, uel diaciminū uel dianisum, non ultra cōsiderantes de hora exhibitionis, quæ res aliqū ducit egrum ad non parua pericula. Ea propter indocti me audiant, notent quę distinctionem hanc.

Confectiones quæ danē aut ad digerendum materiā facientem ægritudinem, & deoppilandū, ac ad confortandū mēbrū, ut triasandali, tunc dari debent ante cibū saltim per horas quatuor, ut possint a natura præparari, & ad loca necessaria transmitti. Si uero propter stomachū, aut propter prostrationem appetentis dātur, tunc parū ante cibū dādæ sunt. Si uero propter uirtutem digestiuā exhibētur: immediate post prandium exhibendæ sunt. Si uero danē ad cōfortationem cerebri, & uirtutis ānalis, post prandium, & post cœnā per lōgum tēpus saltim per duas horas dandę sunt. Si uero ad cordis confortationem, debent dari circa mediam

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 278 sur 335

noctem, & tenendæ ſunt multum in ore, ut paulatine, reſoluantur. Si uero ad reſolutionem uentoſitatis, ſtomacho uacuo, & a cibo, & ſuperfluitatibus mundato exhibeantur. Et in hoc aduertendum eſt, quòd nullo modo exhibeantur, neq; tyriaca, neq; confectiones aperitiuæ ſeu diureticæ, cibo exiſtente in ſtomacho uel in ipſo repleto malis humoribus. Igitur cõſuetudo. Vercellẽſiũ, quæ eſt accipere tyriacã cum aqua ardenti propter nauſeam, uituperantur. Ac corruptela italicorum, qui eam cum maluatico aſſumunt. Et ratio eſt, quia cibus indigeſtus ac ſuperfluitates malorum humorum ducuntur ſubtilitate maluatici, uel aquæ ardẽtis ad hepar, & oppilationem faciunt, & ad prauas ægritudines homines præcipitant, quare.

Cuius electuarii ſpecies ſunt ſatis groſſæ terendæ, cum ſua uirtus ſit in confortando ſtomachum, & non tranſit ipſum, ſed uentoſitates reſoluit & hoc propter cauſas aſſignatas in recepta diacymini.

Modus accipiendi cortices citri, & aliorum pomorũ ſua uem, & aromaticũ habentiũ odorẽ hoc modo facies igitur qui uult uti corticibus pomorum citri in compõnibus eligat poma quæ habeant ácetoſitatẽ maiorem intrinſecus eo quia cortices eorum ſunt magis odoriferi, & oportet, ꝙ ex coriẽtur illa die qua collecta ſunt ab arbore, tergãtur ergo primo bene cum mantili aſpero, & mundo, & excorientur cũ cultello acute acutiei paulatim, & leuiter, ne accipiatur ex carne cum cortice, & ſimili modo oportet fieri de cydoniis, & aliis pomis: deinde in umbra exiccentur.

Nota ꝙ iſta oĩa electuaria dulcia ſeruantur per annũ in tegrũ, & ultra, & oĩa alia præter electuariũ quo utuntur reges, & plati, ꝙ non põt diu ſeruari, eo quia ranceſcit. ſed ſolum per dies quindecim, uel per menſem ad plus ſeruatur.

ELECTVARIVM de cineri. Aui. fen. decima octaua tertii c. 19.

℞. Cineris uitri	ana ʒ. i.
Cineris ſcorpionum.	Lapidis iudaici,
Cineris radicum caulium	Gummi nucis,
nabati, ſunt caules tranſ-	Radicum acori. ana ʒ. i.
plantati.	Seminis Petroſillii.
Cineris leporis,	Dauci. i. ſemen paſtinacæ
Lapidis ſpongiæ,	ſylueſtris.
Sanguinis hirci exiccati, &	Pulegii,
præparati.	Gummi arabici.
Cineris corticum oui a quo	Seminis altheæ,
pullus egreſſus fuit	Piperi, ana ʒ. i. ſ.

Puluerizentur omnia ſubtiliſsime, mellis cocti, & deſpumati ℥. x. & fiat electuarium, quod bene obturetur, ac ſæpe cũ ſpatula commiſceatur.

Vitrũ cõburitur hoc mõ: teratẽ bene: deinde reponatur ĩ crucibulo uel captia ferri, & pone ſup prunas ſemper inſufflãdo donec rubeũ fiat: deinde ab igne remoueatur. ſi erit ĩ cineratũ bene ẽ, aliter iterũ ponatur ſup prunas, & inſuffletur, & nõ deſinas ſic facere donec incinereẽ, & de eo utere.

Scorpiones hoc modo comburentur. Accipe ſcorpiones uiuos quantitatem quam uolueris, & pone in olla noua, & claude eam, lutãdo illam cum paſta, uel cum terra, & pone illam in furno calido, & dimitte per diem, & noctem: deinde extrahe, & cinerem ipſorum habebis.

Caules nabati. i. caules nõ tranſplantati hoc mõ cõburuntur. Extrahe radices a terra, mundentur ab omni immunditia: deinde in fruſta incidantur, & ponãtur in olla, & cooperiatur olla coopertorio perforato: ita ut fumus poſsit exire & ponatur ĩ furno, & dimittatur per totũ diẽ, in ſero remoueatur, & reperies in dicta olla tãquam carbones, poſtea dictos carbones tere bene, & in alia olla parua repone, cooperi lutando eã, & repone eã in furno, & dimitte per diem, & noctem, & tantum ac tam ſæpe hoc facias, ꝙ carbones in cinerem album eſſe conuerſos reperies, & de illo utere.

Modus incinerandi leporẽ. Accipe leporẽ uiuum, & decolla illũ, & repone in olla noua cũ toto ſanguine, & pelle bene obturãdo ollã. Deinde ponaẽ in furno, & tm̃ dimittaẽ ꝙ incinereẽ, & dicto cinere utere ĩ electuario ſupraſcripto.

Cortices ouorum hoc mõ incinerentur. Accipe cortices ouorũ a quibus pullus egreſſus fuit, bene piſtentur: deinde ponantur in olla noua quæ bene obturata ſit, & ponatur in furno, & dimittatur per noctẽ. in mane ſi ſint incinerate bene eſt, ſin autem in furno dimittãtur uſquequo ſint incineratæ: & nota, ꝙ quanto magis coquuntur tãto magis albiores redduntur, & incinerantur, & de eis utere.

Gummi uero nucis ſecundum quoſdam eſt fungus qui reperitur ſuper arbores diuerſas, cuius color eſt ad ſimilitudinẽ ſpongiæ, ſed non recte ſentiunt. quia illa res uocatur narcotica nucis gũmi uero nucis ſm ueritatẽ eſt gũmi quod reperiẽ ſuper arbores ferentes nuces, ſed in partibus noſtris non reperiuntur, ego aũt uidi prædictũ gũmi quod in colore eſt ſimilis colori myrrhæ groſſæ, ſed odorem non habet, defertur de Apulia ad nos, & in illis partibus inuenitur.

Auicenna dicit, ꝙ doſis iſtius electuarii ſit uſq; ad aur. ii. ideſt ʒ. iii. & ſupra cum aqua tribulorũ decoctorum. ſ. tribulorũ marinorum quos ipſe in ſecundo uocat haſek, & ſunt qui nominant ipſos uulgo caſtaneolos lacus.

Serapio, & author Pãdectarum uolunt, ꝙ differentia ſit inter dauci, & bauciæ, & dicunt, ꝙ dauci eſt paſtinaca ſylueſtris, bauciæ uero paſtinaca domeſtica Auic. uero, & Meſ. inter eas nullam differentiam faciunt. Tamen in uſu eſt, & tenetur opinio pandectarum, & Serapionis.

Sanguis hirci in hoc electuario ingrediẽs hoc modo prẽparandus eſt. Accipe hircũ. iiii. annorũ in diebus canniculares infra deſcribẽtur in diacaridion, nutriatur ſaxifragia, fœni. apio, petroſillio, pulegio, hedera, ſquinanto, geneſtra, capil. ue. polytricho, uel lupulis, & poretur optimo uino, & ſi ad aliqualem acetoſitatem tẽderet, melius eſſet, ſemperq; in ſole teneaẽ, & hoc mõ nutriatur ſaltim per dies xl. deinde cũ incipit urina eius denigrari, ſumatur olla noua, & fundatur in ea, aqua, & ferueat donec auferaẽ ab ea terreitas quæ in ea eſt. Deinde decolletur hircus, & accipiaẽ ex medio ſanguine ꝙ currit ex eo in ollã, & non accipiatur primus ſanguis, neq; poſtremus, & non amoueaẽ donec coaguleẽ; deinde incidatur in parte. ii. eo exñte ĩ cõcauitate ollæ, & cooperiaẽ cũ rute ſtricto, aut cũ panno ſubtili raro. & dimittatur ſub diuo donec recipiat radios ſolis, & lunæ, & dimittatur ipſum donec exiccẽ bene, & caue ne adueniat ei humectatio ex rore. Nec decollãdus ẽ niſi ſanꝰ ſit hircꝰ, & ex dicto ſanguine utere in oĩ medicina, & in oĩ loco, in quo ſcriptum reperis ſanguinis hirci.

In collectione mineraliũ tres conditiones conſiderandę ſunt. Primo eligantur à mineris notis, & famoſis. Secundo ꝙ non ſit admixtum quod impediat eius cognitionem. Tertio quòd non habeat ſubſtantiam tranſmutatam.

EGETRA Meſue experta ad doloré ſtomachi a frigiditate factum, & oẽs dolores factos ex ſimili cauſa, & a uentoſitate groſſa, & ad doloré colicæ, & difficultatẽ urinæ, & dolorem dentiũ, & ad uentoſitates matricum, & confert, iuuamentum maximum ad ſterilitatẽ bibitum, & ſuppoſita cum lana, & oleo de lilio. Cuius permixtio hæc eſt.

℞. Caſtorei,	Coſti,
Myrrhæ,	Cinnamomi,
Opii,	Phu. i. ualerianæ,
Piperis,	Meu.
Macropiperis, ideſt piper	Danci,
longum.	Aſſari,
Galbani,	Croci. ana ʒ. i.

Puluerizentur omnia ſubtiliter, & cum lib. ſ. mellis cocti, & deſpumati fiat electuarium in bona forma.

Mel ponitur in iſta medicina, & non ſolum in iſta: ſed in omnibus aliis triplici ratione.

Primo ut placet horribilitatẽ medicinarum Sco ut mũdificet, & reſoluat. Tertio ut conſeruet ſpẽs ſua uiſcoſitate.

Stupefactio eſt diſpoſitio inducta in membro a frigiditate, per quam membrum non ſentit, aut obtuſe ſentit.

ELECTVARIVM Indum maius Meſ. ſolutione educens humorum ſuperfluitates, & proprie phlematicorum, & putridorũ a ſtomacho a membris nutritionis uentoſitatẽ groſſam in eis reſoluit, & morbos factos ab eorum exuberãtia curat, ſicut eſt dolor ſtomachi, & uiſcerũ, & colica, & dolore renum, & educit materias quæ ſunt in iũcturis, & cõfert

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 279 sur 335

iuuamentum manifestũ doloribus earũ. Cuius est pmixtio:

℞. Cinnamomi,
Garyophyllorum,
Spicæ,
Rosarum rubearum,
Casiæ,
Macis,
Cyperi. an. ʒ. iiii.
Sandalorum citrinorũ. ʒ. ii. s.
Ligni aloes,
Nucis muscatæ, an. ʒ. ii.
Turbith albi, & gummosi. ʒ. i.
Zucchari albi,
Penidiarum, an. ʒ. xx.
Galangæ,
Heil. i. cardamomum maius.
Cardamomum. s. minoris id-est melegeta.
Assari,
Masticis, an. ʒ. i. s.
Diagrydii. ʒ. xii.

Oia hęc fricentur manibus cũ oleo amygdalarum dulciũ: deinde accipe. Succi cydonio. Succi granatorũ. Succi apii. Succi fœnicu. an. li. s. Puluerizentur puluerizanda satis grosso modo mellis despumati lib. iii. s. misce, & decoquatur cũ succis, & fiat electuarium in bona forma: dosis est aur. iii.

De casia hic est notandum, ꝙ secundum doctrinam supra tibi datam in forma. Casia fistula ponenda est cum sit electuarium solutiuum. Nec casia lignea in electuario est ponenda ꝙ tamen secus esse quidam tenent. Ego etenim apponi facio casiam fistulam, cum nullum solutiuum sine leniti uo esse debeat, ut uolunt doctores.

Nota ꝙ doctores non ponunt in electuariis a remotis attrahentibus penidios in suis receptis, sed duntaxat in illis quorum intentio est a stomacho, & intestinis, & uenis magnis attrahere ut in diaphœnicone, & hoc electuario.

Assarum cum simpliciter scriptum reperitur, radix ipsius ponenda est, quia radix melior pars est plantæ.

Licet Mesue in litera ponat, ꝙ dosis huius electuarii est, usque ad aur. iii. hic intelligendum est quando ad lib. i. mellis ponuntur. ʒ. iii. specierum, sicut ego hic annotaui. Sed si ponuntur. ʒ. ii. vt aromatarii nostri temporis faciunt, & male, maior quantitas dari potest.

Electvarivm indum minus Mesue habens intentionem maioris. Cuius permixtio.

℞. Turbith al. & gummosi. ʒ. c.
Zucchari. ʒ. c.
Macis,
Garyophyllorum,
Piperis an. ʒ. vii.
Zingiberis,
Cinnamomi,
Heil. i. cardamo. maius,
Nucis musca. an. ʒ. vii.
Scamoneæ. ʒ. xii.

Puluerizentur omnia satis grosso modo: mellis colati, & despumati lib. ii. ʒ. ii. misce, & fiat electuarium liquefaciendo zuccharum cum melle.

Nota hic unũ gñale intelligendũ in oi cõpositione quod scamonea acuitur. Medicina. n. quandoq; fit in principio ueris, & acuitur, ut per totum annum possit seruari, & dari qũ uolumus. Et tunc cum scamonea non cocta acuenda est, ne sua uirtus lõga mora debilitetur. Nec timeẽ eius malitia, eo quia per tpis diuturnitatem satis aufertur. Aliquando autẽ acuitur medicina non quæ debet diu conseruari, sed quæ infra. iii. vel. iiii. dies debet exhiberi. Et tunc cũ scamonea cocta debet acui, ut sua malitia coctura mouеatur. Et idem intelligas tã in electuariis quàm in pilulis, & confectionibus. Insuper nota, ꝙ Mesue acuit hoc electuarium cũ scamonea & non cũ diagrydio, eo quia intentio est, ꝙ lõgo tpe seruetur, si uero dare illud intendimus, omni die acuaẽ cũ diagrydio, & non cũ scamonea propter causam supra assignatam.

Electvarivm elescoph Mes. quod educit superfluitates a toto corpore, & expellit uentositatem, & ualet adiũcturarum dolorẽ, & laterũ, & colicam. Et mundificat renes & ueficam, & addit in coitu. Cuius permixtio hæc est.

℞. Scamoneæ antiochiæ,
Turbith albi, & gummosi, an. ʒ. vi.
Garyophyllorum,
Cinnamomi an. ʒ. ii. s.
Zingiberis,
Mirobalanorum emblico.
Nucis muscatæ,
Polypodii an. ʒ. ii. s.
Zucchari albi. ʒ. vi.

Puluerizentur omnia grosso satis modo, mellis despumati lib. i. misce, & fiat electuarium in bona forma.

Scamonea dicitur antiochia. i. illius puinciæ, eo quia melior & perfectior est quã quæ reperitur in aliis prouinciis.

Insuper nota, ꝙ & si in medicinis solutiuis reperis scriptum scamoneæ, ꝙ intelligendum est de præparata, nisi in duobus sequentibus casibus. Primo nisi in dicto electuario coquatur, ut in confectione amech, & electuario rosato, & tunc scamonea ponatur non cocta, quia coquendo præparatur. Secundo, nisi illud compositum longo tempore reseruari debeat, & hoc modo præparata ponatur propter causam supra allegatam. In aliis uero si reperitur litera Mes. suppleatur & dicatur scamoneæ scilicet coctæ.

Electvarivm rosatũ Mes. solutiuum solutione educens cholerã sine molestia, & ualet adiunctũrarum ægritudines calidas, & ad sodam calidã, & uertiginẽ oculorum dolores, & icteritiam citrinam, & est expertũ. Cuius permixtio.

℞. Succi rosarũ rubearũ cõpletarũ. s. in maturitate li. iiii.
Tereniabin puri, & recentis loco ipsius ponuntur mannæ. vnc. vi. Scamoneæ antiochiæ. ʒ. i. s.
Zucchari tabarzet. i. illius regionis. lib. i. s.

Conteratur grosso satis modo. Coquantur omnia super prunas usq; dum mellis habet spissitudinem: deinde proiice super illud. Trochiscorum de spod. vnc. i. Croci. ʒ. ii.
Galliæ muscatæ. ʒ. ii.
Trochiscorũ de berbe. ʒ. iiii.

Et repone in uase uitreato, & reserua.

Succi rosarũ cõpletarũ, eo quia rosæ seu succus earum magis est solutiuus q̃ succus incõpletarũ, & ideo explicauit de completis, & nulli sunt aromatarii qui ad hoc aduertant.

Nota insuper, ꝙ cum hoc electuario reformari debent pilulæ aggregatiuæ Mesue ex inuentione nostra, & pilulæ de hermodactylis minores, & pilulæ de hermodactylis inuentione nostra ipsius Mesuæ, non enim electuario de succo rosarum, ut quidam bestiales faciunt.

Electvarivm de succo rosarum Nic. solutiuũ educens cholerã sine molestia, & ualet ad ægritudines calidas, & est expertum contra guttam calidam, choleram rubeam: purgat conualescentes ab ægritudinibus quartanariis, tertianariis, & quotidianariis, de salso phlegmate purgat, & reliquias malorum humorum potenter educit q̃ remanserunt post ægritudinẽ, uel ut quidam uolunt si admisceatur medietas bñdictæ purgat reliquias q̃ remanserunt post medicinã.

℞. Succi rosarum rubearum.
Zucchari al. an. lib. i. ʒ. iiii.
Trium sandalorum, an. ʒ. vi.
Spodii de canna. ʒ. iii.
Diagrydii. ʒ. i. ʒ. iiii.
Camphoræ. ℈. i.

Misce & fiat electuarium: dosis est. ʒ. i. vsq; ʒ. viii. puluerizando prius puluerizanda.

Succus rosarũ hoc modo fiat. Accipiantur rosæ cõpletæ, & post earũ collectionẽ permittãtur per diẽ: deinde in mortario marmoreo pistentur cũ pistello ligneo, & bene terantur: inde in pecia inuoluãtur, & in torculo exprimanẽ, & colentur, & in uase uitreo reponantur, per aliquos dies pmittantur: deinde residentia seu fex facta amoueatur ponendo in alio uase, & super eum ponatur parum olei oliuarum, & reserua, conseruatur enim bonitate sua per duos annos.

Electuarium enim idem est quod electum ex uariis, quia ex multis, & uariis, rebus electuaria conficiuntur, & electuarium dicitur omnis compositio non reducta ad soliditatem, siue cum zuccharo, siue cum melle fiat. Confectio uero dicitur quando durescit, & in dura forma fit.

Electvarivm de scoria ferri. Rasis. 9. Almansoris in capitulo de hemorrhoidibus, & ualet ad sanguinem per partem inferiorem.

℞. Myrobalanorum indorũ,
Myrobalanorum emblicorũ,
Myrobalanorum bellericorum, an. ʒ. s.
Spicæ indæ,
Squinanti an. ʒ. ii.
Radicum cyperi,
Zingiberis,
Piperis nigri,
Seminis ameos,
Olibani an. ʒ. ii.
Scoriæ ferri præpa. ʒ. i. s.

Puluerizentur omnia subtilisime, & conficiantur cum melle despumato quod sufficit, & fit coctum cum apozimate emblicorum. vnc. x. & fiat.

Præparatur scoria ferri hoc modo. Accipe scoriam ferri quantitatem quam uolueris, & eam infunde in aceto fortissimo per hebdomadam omni die acetum mutando, postea proiiciatur super laminam ignitam, & torrefiat: deinde subtilisime puluerizetur, & reserua.

Mel cum apozimate emblicorum hoc modo fit.

℞.Myrobalanorum,Kebulorum, & emblicorũ.an.℥.xx. terantur,et in tribus libris aquæ coquantur donec ad unam libram remaneat, et postea coletur, et in colatura ponatur mellis boni lib.i.deinde bulliant donec aqua a melle consumata sit,et hoc facto habes mel cum apozimate emblicorũ quod in hac confectione ingreditur.

ELECTVARIVM de seminibus Mes. sedans dolorẽ uiscerum,ex vẽtositate factos, oppilationes aperit lubricitatem a malitia digestionis curat.

℞.Seminis fœniculi,	Amomi infusorum in aceto
Cymini,	per diẽ,et noctem,et exic-
Seminis carui,an.℥.vi.	catorum.an.℥.vi.
Keisim.i.semen leuistici,	Cardamomi,
Cinnamomi fini ℥.iii.	Spicæ indæ.an.℥.iiii.
Garyophyllorum ℥.iiii.	Siseleos,
Anisi,	Zingiberis,
Dauci,	Macropiperis,ideſt piper
Ameos,	longum,
Apii,	Galangæ,an.℥.v.

Mellis.q.s.et quandoque ponitur in eo zucchari duplum ponderis omnium,et fac ficut suffuf,et est sanum etc.

ELECTVARIVM de passulis Auicennæ.Et existimauit Galenus quod esset medicamen compositum ex medicinis conuenientibus cum suis proprietatibus hepati.

℞. Passularum enucleata-	Spicæ indæ.℥.iii.
rum.℥.xxv.	Squinanti.℥.ii.s.
Croci.℥.s.	Myrrhæ,
Calami aromatici.℥.ii.	Terebenthinæ.an.℥.iiii.
Bdellii iudaici.℥.ii.s.	Darsisahan.an.℥.ii.
Cinnamomi.℥.ii.	Mellis despumati.℥.xvi.
Casiæ lignea.℥.s.	

Vini quantum sufficit,et fiat electuarium.

Darsisahan,ẽm Serapi. est arbor granati sylue. quæ apud Dioscoridem uocatur aspalinũ.uide Galenum, ꝙ loco darsi sahan habet limaturam aspalei quod idem est.

ELECTVARIVM pliris arcoticon Nicolai pliris.i. completa medicina arcoticon. i.principium interpretatur, ualet tristibus melancholicis, ualet etiam ad magnam stomachi debilitatem,& cordis.i.syncopi,memoriam reparat,sensum acuit,epilepticis analeticis prodest, & omnem cerebri debilitatem reparat.

℞.Garyophyllorum,	Sampsuchi.i.maioranæ,
Cinnamomi,	Balsamitæ. i. menta aquatica,
Ligni aloes,	Seminis basiliconis,
Galangæ,	Cardamomi,
Spicæ indæ,	Piperis albi,
Nucis muscatæ,	Myrtyllorum,
Zingiberis,	Corticum citri.an.℈.ii.
Spodii,	Lapidum precioſorum,
Squinanti,	Been albi,
Cyperi,	Been rubei,
Rosarum rubearum,	Corallorum rubeorum,
Violarum siccarum.an.℥.i.	Corallorum alborum,
Folii.gra.xv.	Setæ parum combustę.an.℈.i.
Liquiritiæ,	gra.xii.s.
Storacis calamitæ.	Muſci.gra.vii.s.
Masticis,	Camphoræ.gra.v.

Syrupi rosati quantum sufficit,& fiat.

Item nota,ꝙ in aliis inueni piper longum pro pipere albo.℈.ii.gra.xv.& alibi inueni gemmarum,& margaritarum loco lapidũ precioſoꝝ cum aliis dosis,& sic de singulis &c.

ELECTVARIVM de psyllio Mes.solutione educens choleram citrinam,& confert ad febres difficiles, et uehementes,& ad sodã,& uertiginem quę siunt a fumis cholericis,et cõfert ad calefactionẽ hepatis ex itinere. Cuius permixtio.

Succi bugloſſæ syl.& dome.	Cuscutæ.℥.iiii.
Succi endiuiæ,	Seminis anisi.
Succi apii coctorum, & de-	Folliculorum senæ.ana
spumatorum, & colato-	℥.iiii.
rum an.lib.ii. & proiice su-	Capilli ueneris.man.i.
per ipsos.	Succi fumiterræ.℥.iii.
Radicum assari.℥.iiii.	Spicæ indæ.℥.ii.

Infundantur oia in supraſcriptis succis die ac nocte: deinde bulliant ebullitione una,& proiiciantur super ea violaꝝ viridium uel siccarum ℥.iii.Epithymi.℥.ii.Et bulliant adhuc ebullitione una alia parua:deinde colentur, et exprimãtur, & in colatura ponantur psyllii.i.semen ℥.iiii.Et dimittatur die ac nocte oi hora agitando cum spatula:deinde exprimatur uiscositas facta:deinde accipiãtur huius uiscositatis lib. iiii.& proiiciantur super ea zucchari albi li.ii.s.Scamoneæ coctæ in pomo ℥.iii.s.coquatur cum facilitate,& postquam coctum fuerit proiiciantur super ipsum hi pulueres.

Trochiscorum diarhodon	rum.an.℥.i.
Trochiscorum de spodio.	Trochiscorum de berberis.
Rauedseni,ideſt rheubarba-	drach.iiii.

Puluerizentur hæc satis subtiliter,et misceantur simul,& reseruentur in uase uitreato,& qui poneret diagrydium in pulueribus melius esset quam bulliendo in succis dosis eius est.℥.iii.usq; ad aur.iii.Et uocauit hamech confectionẽ hãc electuarium trochiscorum,sunt alij qui addunt aceti lib.i.s. Succi uiolarum lib.i.Et est medicamentum nobile.

Violæ si simpliciter scriptæ in compõne reperiuntur, de ipsis siccis intelligendum est,quæ colligendæ sunt in mense Martii, exiccatio fit in umbra, & reseruandæ sunt in loco sicco in humido enim in eis putrefactionem inducit.

Sunt aliqui textus qui dicunt, scamoneæ non coctæ, et hæc litera magis consona est:quia ponendo scamoneam coctam,et illam iterum decoquendo uirtus solutiua deperditur,sed nota,ꝙ quando præparata coquitur intentio est, ut illud electuarium sit lenitiuum,et non solutiuum : quando igitur in his electuariis reperis hanc literam. s.scamoneam ponere,et coque uel diagridium,pulueriza grosso modo. et cum aliis speciebus in fine in electuario pone sine coctione,et altero duorum modorum facias.

ELECTVARIVM quo utuntur reges, et prælati Mesue, & est bonum, et expertum, et confortat stomachum,cor, pectus,et cerebrum.Cuius permixtio.

℞.Pinearum mundatarum.	recentis.an.℥.iii.
vnc.v.	Cinnamomi electi.℥.iiii.s.
Amygdalarum munda.℥.v.	Garyophyllorum.℥.iii.
Zucchari albi lib.iiii.	Ligni aloes.℥.iiii.
Aquæ rosæ.lib.i.s.	Sandali citrini.℥.iii.
Olei rosati.	Ambræ bonæ.℥.i.
Olei amygdalarum dulcium	Muſci boni ℥.vnius sextam.

Misce omnia, puluerizentur quæ sunt puluerizanda, & fiat electuarium in bona forma.

ELECTVARIVM de pomis Mes. bonum ad debilitatem cordis,& stomachi,& confortat digestionem.

Carnium pomorum dul-	Sandali citrini.
cium,& redolentium mun-	Garyophyllorum.℥.iiii.
datorum,& incisorum per-	Ligni aloes.℥.v.
frustra.lib.vi.	Cinnamomi electi.℥.iiii.s.
Zucchari albi lib.v.	Ambræ.℥.ii.
Aquæ rosæ.lib.ii.	Muſci boni.℈.i.

Hoc etiam modo fit electuarium de pomis acetosis, & electuarium de pomis paruis & aromaticis dulcibus.

ELECTVARIVM de sorbis Mes.confortans stomachum, & sedans solutionem fortem.

℞.Carnium sorbarum immaturarum,& vicinarum maturitati,& elixatarum in aqua rosæ rubeæ quæ prius decoctæ fuerint,et corticum granatorum,an.lib.iiii. Mellis aut zucchari albi lib.ii.s.coquatur usq; ad spissitudinem, & recondе in uase uitreato:dosis est ℥.i.pro uice.

ELECTVARIVM ad scabiem,& pruritum carnis in tract. 5.Alm.in ca.de pruritu,scabiæ,& magnis pustulis.

℞. Myrobalanorum citrino-	Folliculorum senæ.
rum ℥.ii.	Fumiterræ.an.℥.i.

Succi absinthii quantum ad eorũ sufficit consperſionem, aliquotiẽs aũt additur huic medicinæ absinthii quantũ quarta pars myrobalanorum, & conficiantur oia cum melle, & sumatur ex ea quotidie quantum est auellanæ magnitudo.

Istud electuariũ nõ est in usu,sed gñaliter loco huius electuarii vtimur unguento quodam pro scabie,cuius compo-

ſitio nota eſt aromatariis.

Auellana aliqñ ſumitur pro fructu, aliquando pro ponde re, ut apud Auic. in diſtinctione de ponderibus, & eſt pondus auri unius, ergo eſt. 3.i. & ſemis unius drachmæ, ut dicit Simon Ianuenſis. Auellana uero pro fructu ſecundum Iſid. dicitur ab Auellano campaniæ oppido ubi abundant, hæc a græcis ponticæ appellantur, eo quod circa ponticum mare abundant. Raſis dicit quòd de prædicto electuario datur quantum eſt auellanæ magnitudo, auellana apud Auic. eſt ſicut granum lauri, ut dicitur in ſuo capitulo.

ELECTVARIVM ad reſtaurationem humiditatis ſecundum Nico. Cuius permixtio.

℞. Liquiritiæ raſæ,	an. 3. iiii.
Roſarum rubearum,	Cinnamomi. ʒ.i.
Zucchari an. ʒ.ii.	Storacis calamitæ,
Dragacanthi,	Zingiberis an. 3.ii.
Gummi arabici an. ʒ.i.	Croci drach.i.
Sandali albi,	Penidii. ʒ.ii.
Sandali citrini an. 3.vi.	Quatuor ſeminũ. M. frigidorum an. 3. iiii.
Papaueris albi, ʒ.i.s.	Seminis cydoniorum. 3. iii.
Succi liquiritiæ,	Amygdalarum,
Amydi,	Pinearum,
Seminis portulacæ,	Berberis,
Seminis lactucæ,	Sebeſten.
Seminis ſcariolæ, an. ʒ.s.	Seminis maluæ,
Spodii,	Violarum. an. ʒ.i.
Garyophyllorum,	
Florum uuarum ſylueſtrium,	

Syrupi roſati quantum ſufficit.

ELECTVARIVM almezereõ Meſuæ ex inuentione noſtra quod eſt medicamen benedictum ad hydropiſim, ſolutione enim educit aquam citrinam cum fortitudine.

℞. Foliorum almezereõ præparatorum. 3.x.	Carnium cydoniorum elixatorum in aceto. 3. lxxx.
Zucchari tabarzet. 3. lxxx.	Tereniabin. i. manna. ʒ.lx.
Aquæ caſei infuſionis agarici. 3. xxx.	Olei almezereon. 3. xii.

Diſſoluatur zuccharum, & tereniabin in aqua caſei prædicta, & miſceantur cum carne cydoniorum, & coquantur cũ facilitate vſquedum mellis habeat ſpiſsitudinem, & inuoluatur puluis foliorum almezereon cum oleo iam dicto, & conficiantur cum eis. Et ſit doſis eius 3. iiii.

ELECTVARIVM de perſicis Meſuæ, confortans ſtomachum, ſitim extinguens, & ardorem ſtomachi mitigans, & oris fœtorem amputans. Cuius permixtio.

℞. Cárnium perſicorum mediocrium inter maturitatem & acerbitatẽ, & mũdatorum a corticibus ſuis. Succi perſicorum, an. lib. iii. Zucchari tabarzet lib. ii. Terantur perſica, ut ſint ſicut medulla, & exerceas in eis decoctionem cum ſyrupo ſicut diximus in confectione de cydoniis, & cum coctum fuerit puluerizentur ſuper ipſum ualet.

℞. Ligni aloes. 3.ii.	Macis drach. iiii.
Cinnamomi,	Sandali citrini. 3.ii.
Cubebæ, an. 3. iiii.	Muſci. ℈.s.

Et aliquando fit ſine ſpeciebus, & eſt ſanum & expertum.

De emplaſtris.

EMPLASTRVM de melliloto Meſuæ, mollificans omnem duritiem quæ eſt in hepate, ſplene, ſtomacho & in uiſceribus.

℞. Florum melliloti ʒ.vi.	Caſsiæ lignea. 3.i.s.
Florum camçmillæ,	Sampſuci, ideſt maioranæ. 3.iii.
Seminis fœnugræci,	Armoniaci. 3. x.
Baccarum lauri,	Storacis,
Radicum altheæ.	Bdellii. an. 3. v.
Abſinthii. an. 3. iii.	Terebinthinæ ʒ.i.s.
Seminis apii,	Ficuum pinguium numero. xi.
Cordumeni, ideſt carui agreſtis,	Sepi caprini,
Radicum ireos.	Reſinæ an. ʒ.ii.s.
Cyperi,	Ceræ. ʒ.vi.
Ameos,	Olei ſampſuci, ideſt maioranæ,
Spicæ an. 3.i.s.	Olei ſpicæ ana lib. ii.

Conficiatur ſic ex ſemi. fœnugræci, radice althæa, & ficubus fiant mucillagines in aqua decoctionis alterius fœnugræci camæmillæ, & melliloti an. q.ſ. & de dicta decoctione etiam gummæ præſcripte diſſoluantur. Cætera uero puluerizentur, & additis, oleis, cera, & adipibus fiat emplaſtrum.

Potes etiam alio modo facere decoquere, radicẽ altheæ, & ficus in præſcripta decoctione, & poſt ipſarũ perfectam coctionem bene illas piſtare, & gũmas in decoctione diſſoluere. Cætera uero puluerizare: deinde cum oleis prædictis quod remanſit, de decoctione miſcere, & his addere, & radices, & ficus, & gummas diſſolutas, & iterũ ſimul tantũ bullire, ꝙ decoctio conſumpta ſit, poſtea adde flores, & leui bullitione bulliant: deinde terebenthina, reſina, colata, ſæpi, & cera ponantur, & bulliant uſq; ad liquefactionem ceræ: dein de ab igne deponantur, & puluis ſupraſcriptarum rerum ad datur, & bene omnia miſceantur, & reſeruetur. Et hic melior erit modus: quanquam etiam ſuperior ſit bonus.

Ea quæ in emplaſtris ponuntur non multum ſunt conterenda, eo quia uirtus ipſius ſolum agit in membrum quod tangit, & diu uirtus eius durat. Et debet eſſe emplaſtrum, groſſum, quando ſuper locum ægrum ponitur.

Aliqui imperiti aromatarii puluerizant ſemen lauri exteriori cortice non amoto, & male, quia quo in loco ponuntur, ſemper a ſuperiori cortice mundentur.

Cordumeni. i. carui agreſte. Sed ſi haberi non potes, eius loco apponi poſſunt carui domeſtici.

EMPLASTRVM diaphœnicon Meſ. confortans ſtomachum, & hepar mirabiliter, in quibus accidit uehemens debilitas, & uiſcera in quibus accidit lubricitas, & mollificatio, & confert ad fluxum uentris, & ad fluxum hepaticum. In primis fiat cerotum. Cuius permixtio.

℞. Ceræ. ʒ.ii.	Dactylorum ſiccorum numero xl.
Olei roſati,	
Olei nardini. an. ʒ.iiii.	Tortellarum de ſeni. 3.x.

Deinde infunde biduo in uino odorifero, & accipe carnes cydoniorũ decocto ℞. in uino. 3. viii. & tere cũ dactylis cũ contritione ultima, & miſceantur cũ ceroto, & cõtundantur in mortario donec aggregẽtur: deinde proiice ſuper ea.

℞. Maſticis,	Aloes loti.
Olibani,	Spicæ,
Abſinthii romani ſicci ana 3.ii.s.	Acaciæ,
	Galliæ muſcatæ,
Ligni aloes,	Calami aromatici,
Macis,	Ramich. an. 3.i.
Myrrhæ an. 3.i.	Laudani. 3.ii.

Et iterum conterantur donec permiſceantur: deinde lini ſuper lamina ex eo: deinde ſuffumiga cum ligno aloes, & pone ſuper ſtomachum, & hepar, & uiſcera. Et de meliori operatione eſt vt maſtix, & olibanum cum cera, & oleis miſceantur, & ſic cum cæteris fiat emplaſtrum.

Calamus uel calami ſi ſimpliciter ſcriptum reperiatur, de calamo aromatico ſemper eſt intelligendum.

Aloes quod ingreditur in emplaſtris, unguentis, & cerotis, ſemper debet eſſe lotum, cum magis confortatiuum ſit magiſq; deſiccatiuum, & minus mordicatiuum &c.

EMPLASTRVM de granis lauri Meſ. conferens ad dolores a frigiditate, & uentoſitate factos, & proprie ad dolorem uentris, & ſtomachi, & renum, & matricum, & ueſicæ, & aliorum uiſcerum. Cuius permixtio hæc eſt.

℞. Olibani,	Granorum lauri vnc. ii.
Maſticis,	Cyperi,
Myrrhæ ana vnc. i.	Coſti, ana vnc. s.

Mellis colati. q.ſ. ad aggregandum, & extendatur in panno, & calidũ ſupponatur ubi oportet. Si autẽ triplicatur in eo cyperum, & ponatur de ſtercore caprarum, aut uaccarũ ſicco ad pondus oium, inuenitur mirabile ad hydropiſim.

Ad faciendum emplaſtrũ cũ melle pro oĩ li. i. mellis dare debes. ʒ.iiii. ſpecierũ cribellatarũ ſi debitã formã habere debet. Mel in emplaſtris nullo mõ coquendum eſt, eo quia coctura multũ tenax ipſum facit, ideo ponatur in eis crudum.

EMPLASTRVM Montagnanæ contra fluxum quod

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 282 sur 335

in usu est. Cuius permixtio hæc est.

℞. Eupatorii.M.i.	Terræ sigillatæ.ʒ.vi.
Squinanti.M.ii.	Seminum coriãdrorum præ
Spicæ indæ quartam partem	paratorum.ʒ.i.ʃ.
manip.vnius,	Spodii.ʒ.ii.
Masticis,	Rosarum.ʒ.i.
Macis an.ʒ.iiii.	Farinæ hordei.ʒ.ii.
Ligni aloes.ʒ.iii.	Specierũ triasandalorum si-
Mirobal.emblico.	ne Camphora.ʒ.iiii.
Myrobal.Kebulorum,	Scoriæ ferri præparatæ.ʒ.i.
Assatorum an.ʒ.i.	Olei myrtillorum,
Boli armeni,	Olei masticis ana lib.i.ʃ.
Lapidis hæmathitis an.ʒ.vi.	

Conteratur subtiliter eupatorium. Cætera uero puluerizentur,& fiat emplastrum in bona forma. Mirabiliter .n. ualet in fluxu uentris.

Camphoram.n non iussit apponi in speciebus triasandalorum hoc in emplasto intrantibus propter intensam ipsius frigiditatem intestina enim debilis caloris,nec multum frigida sunt apponenda circa regulariter operando.

EMPLASTRVM de crusta panis Montagnanæ,ualet in uomitu puerorum, & sic non potentibus cibum retinere multum in usu est.Cuius permixtio.

℞. Masticis,	Crustæ panis assi,& infusi in
Mentæ,	aceto per mediam horam
Spodij,	vnc.ii.
Corallorum rubeorum,	Olei masticis,
Sandalorum alborum,	Olei cydoniorum an.ʒ.i.
Sandalorum rub.an.ʒ.i.	Farinæ hordei.ʒ.i.ʃ.

Conterantur subtilissime crustæ panis,cætera puluerizentur:deinde misceantur,& fiat emplastrum sine igne,

Vtiliter hic est notandũ,q̃ membris principalibus,& maxime cordi,& stomacho nullo modo apponenda sunt frigida actu:quãuis potentialiter, & virtualiter frigida sunt, sed aliqualiter sunt tepefacienda proprie pueris,quare bene nõ retur hoc,ut queant instruere medicamenta accipiẽtia,quia qñ domini medici in aduertentia non expediant de forma approximationis,& doctus aromatarius supplere potest.

EMPLASTRVM filii Zachariæ Mesuæ,quod lenit duritiẽ, & nodositatem iuncturarum,& lenit pectus & habilitat materias in eo, & pulmone,difficilis expulsionis.Cuius permixtio hæc est.

Ceræ citrinæ,	Adipis gallinæ,
Medullæ cruris uaccæ,	Mucillaginis seminis lini
Adipis anatit an.ʒ.iii.	an.ʒ. iii.

Olei de lilio.q.ſ.Si aũt fortius facere uolueris adde mucillaginis altheæ,& mucillaginis fœnugræci partes conuenientes,& pro oleo de lilio ponatur oleum de keiri citrino, vel utrunq;.Et si adhuc fortius facere uolueris adde hyssopi humidæ,& glutinis zanaba inquantum de una mucillaginum, & miraberis effectum eius ad ea quæ diximus &c.

EMPLASTRVM contra morbum magistrale.

Axungiæ porci.ʒ.iiii.	Crecentis frumenti,
Caput allei numero.i.	Farinæ frumenti an.M.i.
Pulueris synapis ru.M.i.	

Misce cũ aqua putei.ʒ.iii.olei camæmillæ,& fiat emplastrũ.

EMPLASTRVM ad extrahendũ codexellas magistrale.

℞. Radicum altheæ.ʒ.iiii.	Terebenthinæ.ʒ.iii.
Farinæ frumenti,	Albuminum oui numero.ii.
Farinæ linosæ an.ʒ.iiii.	Ficuum ficcorum nume.vi.
Farinæ hordei,	Cepæ lilii numero.iiii.
Farinæ synapis rub.ana.ʒ.ii.	

Et emplastrum secundum artem.

EMPLASTRVM ad pleuresim Mesue.

℞. Radicum altheæ.M.i.	Florum melliloti,
Farinæ hordei.ʒ.iiii.	Violarum an.ʒ.iiii.
Florum camæmillæ.ʒ.i.	

Bulliant primo radices altheæ,& bene pistentur, & postea bulliant simul, & coquantur,& in fine addatur.Olei camæmillæ.Olei uiolati Olei amygdalarum dulcium an.ʒ.ii.

Misce,& fiat emplastrum secundum artẽ in bona forma, & sunt qui addunt in fine butyri recentis.ʒ.iiii.

EMPLATRVM ad crepatos magistrale.

℞. Sanguinis draconis,	Pulueris balaustiarum.
Thuris an.ʒ.ii.	ʒ.viii.
Boli armeni.ʒ.iiii.	Farinæ cicergiarũ.ʒ.xvi.
Masticis.ʒ.iii.	

Et fiat emplastrum cum decoctione camæmillæ,absinthii & balaustiarum quantum sufficit.

EMPLASTRVM ad morsum scorpionum magistrale.

℞. Castorei,	Assæ,
Serapini,	Sulphuris,
Fimi columbini,	Cymini,
Mentastri,	Picis naualis,
Pulegii an.ʒ.iiii.	Olei scorpionum an.ʒ.iiii.

Misce, & fiat emplastrum in bona forma secundum artem &c.

EPITHEMA pro corde magistrale.

℞. Aquæ endiuiæ,	Been rubei,
Aquæ buglossæ,	Doronici an.ʒ.i.
Aquæ rosæ,	Spodii,
Aquæ melissæ an.ʒ.ii.	Camphoræ an.ʒ.ʃ.
Aceti fortis.ʒ.iiii.	Croci an.ℨ.i.
Sandalorum rubeorum,	Ossis de corde cerui,
Rosarum rubearum,	Setæ combustæ gra.vi.
Sandalorum alborum,	Misce & fiat epithema,
Been albi an.ʒ.i.	

EPITHEMA pro hepate magistrale.

Aqua solatri,	Rosarum rubearum.ʒ.i.
Aquæ endiuiæ,	Spodii,
Aquæ rosæ,an.ʒ.ii.	Camphoræ ana.ʒ.ʃ.
Sandalorum alborum,	Aceti fortis.ʒ.iiii.
Sandalorum rub.an.ʒ.i.	

Misce & fiat epithema pro hepate.

PHILONIVM ex inuentione prima Mesuæ, manifestorum iuuamentorum,& expertorũ in sedatione dolorum, & separatione a casibus mortis,& proprie dolori stomachi a frigiditate facto,aut humore crudo, aut a uentositate grossa extendente.Et sedat dolorem colicæ, & uiscerum, & dolorem renum, & matricum,& dolorem laterem, & præfocationem anhelitus,& difficultatem urinæ, & singultum uehementem, & est in usu primæ descriptionis in antidotario.

℞. Piperis albi,	Spicæ,
Seminis iusquiami ana.ʒ.xx.	Pyrethri,
Opii.ʒ.x.	Castorei an.ʒ.i.
Croci.ʒ.v.	

Puluerizentur omnia subtilissime,& cum lib.ii.ʒ.xi.mellis cocti,& despumati fiat confectio in bona forma, dosis eius est ficut cicer,aut faba parua cum eo quod conuenit ex potibus. Et sunt cui ponunt musci ℨ.i. Medicinæ autẽ omnes qũo stupefaciant nota. Omne.n.membrum sentiens habet quandam mensuram frigoris terminati cum suo calido: in quo frigore si fiat additio in certa mensura membrum stupefit, & hoc modo medicinæ omnes opiatæ stupefaciunt.

Contritio enim medicinarum omnium stupefacientium debet esse subtilissima ad hoc,q̃ possit per paruas uenas penetrare,& ardua loca,aliter enim membrum ab eis non posset stupefieri, neq; sensus obtundi.

In actu practico notent iuuenes medici,& non solum de hac compositione, sed de omnibus narcoticis & stupefactiuis,tam simplicibus quam compositis.Quod si intentio medici est somnum prouocare:illa danda sunt post cœnam in sero transacta hora.Cum autem intendimus sedare dolores seu fluxum sanguinis prohibere,non nisi uacuo stomacho a cibo & superfluitatibus sunt exhibenda. Neque post per quinque horas est cibus assumendus, & sic de tyriaca noua intelligatur.

PHILONIVM perficum & est in ca.de sputo sanguinis Mesuæ est uehemẽtis uirtutis ad manationem sanguinis undecunq; & screatum eius cum tussi & sine tussi, & ualet ad superfluitatẽ menstruorum doloroſam,& hemorrhoidarum & egestionem sanguineã,& ad mulieres prægnãtes quibus erumpuntur menstrua,& conseruat fœtus in matricibus earum

rum. Cuius permixtio hæc est.

℞. Terræ sigillatæ.	Euphorbii.
Opii. an. ʒ. x.	Pyrethri.
Seminis papaueris albi.	Margaritarum non perfo.
Semi. iusquiami. an. ʒ. xx.	Karabe.
Scehedenegi, idest semen canapis.	Zedoariæ,
	Doronici.
Croci. an. ʒ. v.	Ramich. i. quædam cõpositio
Castorei,	infra descripta. an. ʒ. i.
Spicæ. an. ʒ. i.	Camphoræ. ℈. i.

Puluerizentur subtiliter omnia cum mellis rosati colati lib. ii. & fiat electuarium in bona forma.

Differentia enim est inter scedenegi & scehedenegi: scedenegi idem est quod lapis hemathitis: scehedenegi. i. semẽ canapis: quare bene considerandæ sunt literæ in omni compositione & uocabulo.

Castoreum enim in hac compositione ponitur ut prohibeat congelationem ab opio.

Margaritæ uero ad confortationem membrorum principalium propter læsionem opii.

Margaritæ a natura perforatæ meliore sunt quam non perforatæ. Et ratio est quia per illud foramen superfluitates ipsarum sunt consumptæ & purgatæ.

Philonium enim dicitur a compositore, quia Philon medicus illum composuit.

Gallia Muscata Mesue: quæ cerebrum, & cor confortat, & ingreditur in permixtionibus medicinarum, & facit corporis & oris odorem bonum.

℞. Xyloaloes crudi. i. lignum Aloes. ʒ. v.	Ambræ. ʒ. iii.
	Musci boni. ʒ. i.

Glutinis dragacanthi facti in aqua rosata quantum sufficit, & fiant trochisci conterendo conterenda & sigillentur.

Muscus enim & ambra terenda non sunt, nec puluerizanda, sed dissoluenda sunt cum aqua eo quia puluerizando euaporat uirtus sua ut de gummis dixi in recepta diadragacanthi.

Gallia febeliæ Mesue stomachum & cor confortat, & hepar debile, & ingreditur in medicinis magnis. Cuius permixtio hæc est.

℞. Foliorũ rosarũ recentium & humidarũ quæ iam incipiũt reserare nodos. i. quæ quasi sunt cõplete dilatatæ. ℥. i. s. terant cõtritione ultima i mortario lapideo: deide accipe.

Ligni aloes boni & electi,	Spicæ indæ. an. ʒ. i. s.
Garyophyllorum.	Sandalorum citrinorum.
Gummi arabici.	drach. ii.

Ramich, idest quædam compositio. ʒ. iii.

Terantur oia hæc subtilissime & misceãtur cũ suprascriptis rosis, & simul pistando bene misceant, humectãdo oia cũ parũ aquæ rosæ infusionis gũmi arabici: et iterũ terant deinde iterũ humectent & terãtur, & hoc facias p totũ unũ diẽ: postea aromatizent cũ ℈. ii. musci, ambræ, & cãphoræ an. aureo medio. i. ℈. ii. gra. v. et fiant trochisci & sigillẽtur.

Galliæ omnes species sunt subtilissime terendæ & per spissum cribrum transeundæ ut ipsarum confortatio ad longinqua membra penetrare possit.

Ista compositio est illa quæ intrat in aromatico nardino. Mesue. Et qua intelligitur, cũ scriptũ reperit gallia febelia.

Gallia alephangina Mesue: et est eius interpretatio aromatizatum. Et est illa de qua antiqui considerant, & de qua plurimum loquuntur: cerebrum, cor, stomachum, & hepar confortat, & omnia membra nutritionis. Et linitur super neruos debiles, & confortat eos, & ingreditur in medicinis magnis, et hoc est, quod intelleximus.

℞. Myroba. emblic. bonor. abiectis ossibus. ʒ. iiii. contentur contritione grossa, & ponãtur in uasi uitreo, et fundantur super eos aquæ rosatæ bonæ & electæ infusionis rosarũ siccarũ & corticum citrorũ lib. s. & stringatur os uasis & dimittatur per tres dies: deinde fundantur in eis aquæ prædictæ infusionis. ʒ. iiii. et in crastinum fiat similiter usquequo emblicorum uirtus in aqua impressa sit. Tũc uero.

℞. Rosarum.	Ligni aloes boni. ʒ. viii.
Garyophyllorum. an. ʒ. x	Ramich, idest quædam compositio. ʒ. i. s.
	Sãdali citrini aromatici. ʒ. iii.
Spicæ indæ. ʒ. iii.	Gummi arabici. ʒ. vi.

Terantur omnia sicut alcohol sicut dixi & fundatur super ea parum succi infusionis predictæ emblicorum, & conterantur cum eo usq; dum totũ in eo paulatim fundatur, ultimo uero aromatizetur cum. ʒ. i. camphoræ & ambræ. ʒ. ii. musci boni. ʒ. ii. fiant inde trochisci: & sigillentur sicut diximus & ponantur in uase uitreo & administrentur &c.

Si tm doctrinam tibi supra datã nõ uelles cãphorã puluerizate dissoluere, sed tũc ne tota circũ mortariũ depdat, hoc mõ facias. Primo in dicto mortario pistabis duas uel tres amygdalas, a qbus exit q̃dam unctuositas, q̃ circũuolu ta mortario nõ pmittit cãphorã mortario adhærere, pistatæ amygdalæ abiiciãtur, et cãphora intro ponat et pistet, et sic nihil de ea deperditur, hoc annotare uolui pp iuuenes: quan q̃ ego antiquos q̃q; in hoc errare uideri, et nõ sũt sine risu

Gallia magna siue regalis, seu zucchaleruf Mes. v ʒ. ℞. Succi albelach li. i. bulliat ebullitione una: deinde colet & piiciãtur super ipsum gallarum cõtritarum contritione ultima. ℥. iii. et simul bulliant, donec fiant sicut mel, deinde.

℞. Rosarum rubearum. ℥. i.	Masticis. an. ʒ. vii. s.
Cardamomi. ſ. ma. et mi.	Darseni, idest cinnamomi,
Linguæ auis. i. semen fraxini,	electi. ʒ. v.
Garyophyllorum,	Sãdali mazachari. i. citr. ʒ. v.
Nucis muscatæ.	Croci. ʒ. s.
Ligni aloes,	Gummi arabici. ℥. i.

Terantur cõtritione subtilissima & cribellentur: deinde misce cum prædicto succo, postea expãdantur oia hæc mixta super marmor inũctũ oleo amygdalarũ et dimittat donec ficcet: deinde puluerizet subtilissime & aromatizet cũ. ʒ. s. musci dissoluti in aqua rosata, et cũ dicta aqua fiãt trochisci qui exiccentur in umbra, & sigillentur & reseruẽtur.

Inter doctores magna est diuersitas de albelach: quidam enim dicũt q̃ est flos palmæ ut Auicẽna: quidã q̃ est species dactylorũ. Alii q̃ sunt dactili imaturi, et hæc opinio uera ẽ. Sed quia nõ portantur in nostra patria ita uirides q̃ succus ab eis extrahi possit: igitur hoc modo faciẽdũ est. Accipias dactylos immaturos quãtitatem q̃ uolueris ut li. ii. bene pistẽtur, uel minutissime incidãtur, & post incisionẽ apponãtur ad ignẽ cũ lib. ii. aquæ cõis, et permittãtur simul bullire donec aqua remaneãt in lib. s. deinde dicti dactyli exprimãtur bene in pecia uel staminia, et succositas ab eis exiens reseruet, et utat in hac cõfectione, & hoc facias si succũ dactylorũ hre nõ potes, q̃ si haberi põt succus magis cõueniẽs est q̃quam ab ipsa decoctione uirtus ipsorũ extrahatur, tũ per dictã decoctionẽ de uirtute eius indubie resoluitur &c.

Homorvsia in. 5. can. Auic. quia confert ad debilitatem hepatis & splenis, et duritiem eorum, et aperit oppilationẽ et prouocat urinam, & frãgit lapidẽ in renibus, & iuuamentum eius in inceptione hydropisis est magnum.

℞. Seminis dauci.	Piperis longi.
Cimini carmeni,	Costi,
Xylobalsami.	Piperis albi. an. ʒ. s.
Casiæ lignea,	Myrrhæ. ʒ. iii.
Cordumeni,	Baccarum lauri numero. x.
Floris squinanti,	Acori,
Seminis apii. an. ʒ. i.	Croci. an. ʒ. ii.

Mellis despumati quantum sufficit, et fiat confectio et da ad quantitatem auellanæ cum aqua tepida.

Hierapicra Galeni Mesue: siue de mente Galeni. Et uirtus quidẽ huius medicinæ affert iuuamẽta multa expta ad ægritudines capitis & stomachi et hepatis et iunctu rarũ et renũ et matricũ et mẽbrorũ frigidas, et educit humiditates generatas i eis et putredines. Cuius pmixtio hæc ẽ.

℞. Cinnamomi,	Croci,
Assari, Masticis,	Xylobalsami. i. lignũ balsami,
Carpobalsami.	Casiæ lignea. an. ʒ. i. s.
Spicæ. an. ʒ. i.	Aloes succotrini. ℥. ii.

Mellis colati & despumati. ℥. iiii. & fiat electuarium in bona forma. Dosis est. a. ʒ. iii. usque ad. ℥. i.

Quantitas mellis in hac compositione debet eẽ pauca. ſ.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 284 sur 335

ſpecierum et mellis an.partes æquales.Eo quia mel frangit uirtutem aloes,et non ſolum de hac compoſitione eſt intelligendum,ſed et de omnibus aliis in quibus aloes eſt baſis.

Baſis in medicina dicitur illa medicina ſimplex cuius operatio principaliter quæritur in medicina cõpoſita: et per cõſequens operationem:cuius aliæ medicinæ intendunt ſicut finem,et ipſa eſt efficiens principale. Et ſic ratio eſſendi baſis eſt ratio finis intenti.Vel illud dicitur baſis in medicina per quod laudes medicinæ ei conueniunt:quare bene nota.

Hiera.n.exhibenda eſt illico quod eſt facta, et hoc cõtra indoctos medicos et ignaros aromatarios.Albumaſar enim uult ꝙ poſtq̃ eſt facta ſepeliatur per ſex mẽſes in hordeo ut fermentetur,et debet confici in menſe Iulii uel Iunii,et nõ in frumento,quia calore æſtatis et frumenti corrumperetur:cuius contrarium faciunt aromatarii noſtri temporis.

De aloe ſuccotrino et hepatico differentia eſt inter doctores.Auic.Meſue,et quidam alii laudant ſuccotrinũ. Halyabbas hepaticum. Igitur uero ꝙ aloes hepaticum magis eſt ſolutiuum,et hoc eſt quòd Halyabbas dicere vult.Sed in aliis ſuccotrinum hepaticum in bonitate ſuperat. Et ideo cum aloes ſimpliciter ſcriptum,reperitur,de ſuccotrino eſt intelligendum tanquam de perfectiori.

Hiera ſimplex Gal.7.terapeuticæ,quæ eſt illa quæ in uſu eſt,et de qua intelligunt doctores cũ tantas laudes contribuunt et dicunt ꝙ doſis eſt,3.i.ꝙ non intelligant de deſcripta ſatis patet,eo quia de ea exhibui et exhibere uidi a famoſis doctoribus.ʒ.i.et qñq;.3.x.et parum operabatur. Et uirtus quidẽ huius medicinæ affert iuuamenta multa experta ad ęgritudines capitis et ſtomachi et hepatis et iunctura rũ et renũ et matricũ et mẽbrorũ frigidas,et educit humiditates generatas in eis et putredines.Cuius pmixtio hæc ẽ.

℞.Cinnamomi,
Maſticis,
Aſſari,
Spicæ nardi,
Croci an.3.i.
Xylobalſami, ideſt lignum balſami.3.i.
Aloes ſuccotrini.ʒ.c.ſeu centum,

Mellis colati et deſpumati.3.centum et ſex. Ita quod eſt æqualis quantitatis cum ſpeciebus,et hæc eſt deſcriptio hiere quæ fieri debet non alia:doſis,3.iiii.uſque ad 3.viii.

Si reperitur ſcriptum hiera ſimplex,uel hierapicra Gal. uel hiera ex octo rebus,uel hierapicra,ſemper de nunc præſcripta eſt intelligendum non de alia.

Hieræ omnes ſeruari poſſunt a ſex menſibus uſq; ad quatuor annos in ſua bonitate.Cum uero demum tempus tranſeunt,a bonitate et perfectione declinant etc.

Hiera compoſita Gal.quæ in clyſteriis apponitur, et eſt deſcriptio Nicolai,ualet et facit ad diuerſas capitis paſſiones, et aurium et oculorum diſtemperantiam,ſtomachũ optime purgat,cauſas hepatis emendat,ſplenis duritiem et diuerſitatem remouet et extenuat,renibus et ueſicæ proficit,et matricis diſtemperantiam emendat.

℞.Cinnamomi,
Croci,
Squinanti,
Aſſari,
Caſiæ ligneæ,
Xylobalſami, ideſt lignum balſami,
Carpobalſami, ideſt ſemen balſami,
Violarum an.3.ii.
Spicæ,
Abſinthii,
Epithymi,
Agarici,
Roſarum rubearum,
Turbith albi et gummoſi,
Coloquintidæ,
Maſticis,an.3.ii.
Aloes electi.ʒ.iiii.

Puluerizentur ſubtiliter omnia, mellis colati et deſpumati.ʒ.viii.quod eſt ad pondus ſpecierum,et confice etc.

Squinantum per ſe terendum eſt et puluerizandum, eo quia multum ſuſtinet de contritione, et ſi permiſceretur cũ aliis medicinis ad puluerizandum,ante ipſius puluerizationem euaneſceret uirtus aliarum medicinarum, et bonitatem deperderent,per ſe ergo conterendum eſt.

Hieræ ſpẽs ſunt oẽs ſubtiliſsime terendæ ut ſua ſubtilitate uirtus aloes tranſeat per anguſtas uias:et hoc uoluit Albucaſis particula.5.ca.de hiera antiqua,cũ dicit.Et unaquæque pars teratur,et cũ panno ſerico triconizet,et puluis in aliquo uaſe uitreo reponatur doſis eſt.3.iiii.uſq; ad.3.viii.

Mel in electuariis ſolutiuis parũ uel nihil decoquendum eſt:mel enim quanto minus coctum tanto magis laxatiuum, & quanto magis coctum tanto magis reſtrictiuum:ac etiam quia per coctionem magis uiſcoſum redditur. Mel enim coctum magis nutrit & minus laxat.

Hieralogodion ſm Auic.Et eſt confectio benedicta plurimi iuuamenti mundificans corpus ab ultimis extremitatibus ſuis cum ſolutione in qua non eſt labor omnium humorum & ſuperfluitatũ,& cõfert ad ægritudines capitis & dolorẽ,& hemicraniã,& cephaleam,& ouum & galeam & uertiginẽ & algueſgues,& maniam,& epilepſiã & timorem,& paralyſim & mollificationẽ,immo ad apoplexiam,& totum illud accepta in puluere,ſicut dictum eſt de ſcelithe, & eſt melior illo plurimũ, & cõfert ad dolores auris & oculi,& confortat ſtomachum,& aperit oppilationes hepatis, & ꝓuocat menſtrua,& remouet difficultatem anhelitus, & confert ad quartanã,& oẽs paſsiones phlegmaticas crudas & febres antiquas & ualet ad dolores iũcturarum,& podagram,& uenam ſciaticam.Et eſt utilis ad tyriã & alopiciam & ulcera antiqua in capite & alia,& ad baras, & morpheã, & impetiginẽ,& excoriationẽ,& lepram,et ad ſcrophulas, & apoſtemata frigida, et cancros. Cuius permixtio.

℞.Pulpæ coloquintidæ 3.v.
Squillæ aſſatæ,
Agarici,
Scamoneæ,
Ellebori nigri,
Armoniaci,
Scordeon ana.3.iiii.s.et in deſcriptione alia an.3.ii.s.
Haſcæ,
Hypericon,
Folii indi,
Praſsii,
Caſsiæ lignæ,
Polii montani,
Melanopiperis,ideſt piper nigrum,
Macropiperis,ideſt piper longum,
Leucopiperis, ideſt piper album an.3.ii.
Croci,
Cinnamomi,
Opopanaci,
Polypodii,
Serapini,
Caſtorei,
Seminis petroſillii,
Myrrhæ,
Ariſtolochiæ longæ,
Succi abſinthii,
Euphorbii,
Spicæ,
Amomi,
Zingiberis an.3.ii.
Gentianæ,
Stœcados an.3.i.s.
Epithymi,
Camædryos,
Bdellii,
Aloes an.3.iii.

Mellis deſpumati q.ſ.doſis integra aur.iiii.cum aqua tepida et melle,aut cum decoctione epithymi et paſſularum enucleatarum,doſis 3.ii.uſq; ad.3.iiii.

Hiera hermetis Meſue:et eſt hiera luſ ſuper qua expectatur fiducia iuuamentorum multorum expertorum,et proprie ad dolorem capitis,et hemicraniam, et uertiginem, et paralyſim,et epilepſiam,et tremorem, et torturam. Et educit ſuperfluitates,et proprie humorum groſſorum,et uiſcoſorum,et ſubtilium a capite et neruis et iuncturis,et ſtomacho et toto corpore. Et confert iuuamentum manifeſtum doloribus iunctturarum,et renum,et colicæ difficili et dolori matricum.Cuius permixtio hæc eſt.

℞. Aloes.ʒ.i.
Trochiſcorum alandal. aureos numero viii. ideſt 3.xii.
Turbith albi et gummoſi,
Agarici albi,
Vtriuſq; luſ.i.dragonteæ et ſerpentariæ,
Radicum ireos albi,
Serapini,
Myrobal.citrinorum,
Myrobal.chebulorum,
Myrobal.indorum an.3.i.s.
Zingiberis,
Cinnamomi an.3.i.
Maſticis,
Bdellii,
Ellebori nigri,
Euphorbii,
Aſſari.i.radix,
Caſsiæ lignæ,
Salis indi,
Caſtorei,
Croci,
Seminis apii,
Keiſim.i.ſemen leuiſtici,
Seminis mezereon,
Stœcados an.3.i.
Squillæ aſſatæ.3.ii.s.
Scamoneæ bonæ.3.ii.

Et fiat oium contritio bona Gũmi autẽ ponãtur in uino odorifero, et inuoluatur puluis in ſucco cucumeris aſinini quan-

quantitate qua bene inuoluatur,& exiccetur,& iterum denuo inuoluatur in prædicto ſucco & pauco oleo nucum, & iterum ſiccetur & conficiatur totum cum melle deſpumato quantitate qua fiat totum ſicut paſta, & detur poſt ſex menſes. Doſis eius eſt ʒ.i.uſq; ad ʒ.ii.&c.

IVSTINVM Imperatoris Nicolai,dicitur a Iuſtino Imperatore,quia illud compoſuit,ualet proprie calculoſis & ad ilii dolorem,contra ſtranguriam & dyſuriam & ad muchos mingentes. Cuius permixtio hæc eſt.

℞.Cinnamomi,
Coſti,
Folii,
Spicæ nardi,
Caſſiæ lignææ,
Ariſtolochiæ longæ & rotundæ,
Enulæ.ſ.radix,
Hyſſopi,
Pulegii,
Artemiſiæ,
Pentaphylon,
Leucopiperis,ideſt piper album,
Leuiſtici,
Macedonici,
Seminis vrticæ,
Milii ſolis.i.miliũ ſylueſtre,
Saxifragiæ,
Iuniperi.ſ.ſemen,
Seminis ſparagi,
Sileris montani,
Seminis apii,
Seminis anethi,
Rutæ agreſtis,ſcilicet ſemen loco eius poni poteſt domeſtica.
Orobi,ideſt mocus ſimilatur eruiliæ. Nota ℘ frequens vſus eius facit mingere ſanguinem.
Sem.petroſillii.an.ʒ.i.ſ.
Seminis citri,
Seminis fœniculi,
Aniſi,
Baccarum lauri.an.ʒ.i.ſ.

Puluerizentur omnia ſubtiliſſime,*mellis cocti & deſpumati libr.ii.* & fiat *electuarium*. Et nota ℘ hoc electuarium ſolum per annum ſeruatur.

De coſto,ſi in receptis ſcriptũ reperitur abſolute, de coſto amarum intelligendum eſt.Nec auſcultes dicentes dulce coſtum reperiri.Nam illos omnino uituperat Simon Ianuen.hoc modo dicens.Inuenitur aũt in multis locis coſtũ dulce ſcriptũ in confectionibus ,ſed nec uidi nec audiui ab aliquo dici,ſed qđ imperiti dũt coſtũ dulce eſſe,radix ẽ enulæ artificioſæ ꝓparata:igitur & ſi in receptis inueniatur ſcriptũ coſtum dulce amarum,ponatur, cum illud dulce in rẽ natura non ſit.Duæ tñ reperiuntur diuerſitates coſti: unum .n.eſt indicum & eſt rufum violẽtum eſt,& arabicum quod album eſt & temperatius & illo utimur:quare nota , & hoc omnes clamant doctores . A nullo.n.reperies dulce coſtum ſcribi de doctoribus medicinę:quare quieſcant tãtis authoritatibus uiri hi ignari dicentes coſtum dulce reperiri.

De ſaxifragia eſt cõtrouerſia inter aromatarios.multi. n. ignorantes pro ea ponunt quãdam herbam habentem folia ſimilia fere chelidoniæ ſiue pimpinellæ: minus tñ lata & habentẽ radicẽ groſſam & errãt.nã illa eſt paſtinaca ſylueſtris. Sed uera ſaxifragia eſt quædã herba naſcẽs in mõtibus Aronæ adhærens ſaxibus:quæ herba facit plantã cũ multis foliis ſubtiliſſimis , ſubtilitatis fere capillo℞ longitudinis digiti , & hæc uera ſaxifragia eſt:& illa in medicinis debet apponi & nõ alia,& ex hoc apparet corruptella aromatarioꝝ,quia non habetur uirtus medicinæ a doctoribus limitata &c.

IVLEP roſatũ Meſ.ualens & conferens aduſtioni febriũ & uehementiæ ſitis & inflammationi ſtomachi & pectoris. Cuius permixtio hæc eſt.

℞.Aquæ roſæ lib.iii.zuccha.albi clarificati.lib.ii.& fiat iulep lento igne debito modo decoquendo, & leuiter clarificato cum aqua roſa.

Aromatarii noſtri ꝛpis non faciunt hoc modo,ſed clarificato zuccharo cum aqua communi , cum propinqua eſt coctioni,addunt pro omni lib.i.zucchari,aquæ roſæ ʒ.ii.& iſte non eſt modus,& ideo nõ habetur vtilitas a doctoribus poſita,& hoc propter auaritiam aromatariorum.

Quotiens enim ſcriptum reperitur iulep de roſato ſemper eſt intelligendum tanquam de perfectiori & meliori.

IVLEP uiolatum Meſ.conferens ad febrem , & inflammationem,& aſperitatem pectoris,& tuſim,& pleureſim , & eius operatio eſt ſicut *iulep roſatum*.

℞.Aquæ florum uiolarum li.iii. zucchari albi & clarificati cum aqua uiolarum lib.ii.& fiat *iulep*.

Iulep omnes ſunt parum decoquendi,eo quia ſi multum decoquuntur candeſcunt,nec propter leuem eius coctionẽ timetur eorũ corruptio,eo quia aqua eſt aromatica , et eos a corruptione conſeruat.Et nota ℘ dico,℘ nõ ſunt multum decoquendi,coquendi tamen ſunt.

Differt ſyrupus a iulep dupliciter . Primo , quia ſyrupus longe melius decoquitur quam iulep. Secundo, quia iulep abſq; alicuius rei commixtione decoquitur:ſecus autẽ ſyrupus.Et ſic fiunt iulep &c.

IVLEP de iuiubis Meſue ualet ad aſperitatem pectoris ac tuſsim , & ingroſſat ſputum ſubtile , & facit facilem eius expulſionem , & confert raucedini e pleureſi. Cuius permixtio hæc eſt .

℞.Iuiubarum magnarum & pinguium numero.c. Et de coq; in lib.iiii.aquæ uſq; dum remaneant lib.ii.& cum lib.i. zucchari fiat iulep in bona forma &c.

CATHARTICVM imperiale Nicolai. i. laxatiuum , pro imperatoribus uel aliis delicatis hominibus inuentum:ducit enim ſine læſione: præcipue ualet pinguibus hominibus qui ſemper ſunt conſtipati: ualet etiam iliofis, uentoſitatem ſtomachi & inteſtinorum habentibus optime caput purgat, & de toto corpore utranq; choleram,quietam educit.Cuius permixtio hæc eſt.

℞.Diagrydii.
Myrobal.citrinorum.
Hermodactylorum.
Zucchari an.ʒ.iiii.ſ.
Garyophyllorum,
Zingiberis,
Spicæ celticæ.an.ʒ.i.ſ.
Melanopiperis.i.piper nigr℞
Cinnamomi,
Spicæ nardi,
Saxifragiæ,
Polypodii.an.ʒ.ii .
Macropiperis,ideſt piper longum.
Cardamomi.
Amomi.an.ʒ.i.ſ.

Mellis quantum ſufficit,ſumatur cum uino uel cum aqua calida mane & ſero doſis eſt ʒ.iiii.

LITONTRIPON Nicolai,pertundens lapidem interpretatur:hoc lapidem frãgit et expellit ſi in renibus uel uefica fiunt:hac utens medicina nec dolorem ilii nec lapidis uitium incurrit.Cuius permixtio.

℞.Spicæ nardi,
Zingiberis,
Xlobalſami,
Acori,
Cinnamomi,
Peucedani,
Meu,
Melanopiperis.i.pip nigrũ
Leucopiperis.i.piper albũ,
Saxifragię.an.ʒ.ii.
Carpobalſami,
Garyophyllorum,
Coſti,
Rheupontici,
Liquiritiæ raſæ,
Cyperi,
Dragacanthi,
Alexandri.i.macedonici,
Chamædryos,
Seminis apii,
Seminis ſparagi,
Seminis baſiliconis,an.ʒ.i.
Seminis urticæ,
Seminis citri an.ʒ.i.& gr.xv.
Folii,
Croci,
Squinanti ,
Caſſiæ lignææ,
Bdellii,
Maſticis,
Radicum ireos,
Amomi,
Seminis leuiſtici,
Seminis grana ſolis,
Seminis petroſillini,
Sileris montani,
Sinoni.i.petroſillii agreſtis.
Cardamomi,
Anethi.i.ſemen,
Euphorbii,
Lapidis lyncis,
Olei nardini,
Olei muſcellini,an.℈.i.minus gana.iiii.
gra.xv.

Mellis deſpumati quantum ſufficit : detur quando opus fuerit cum uino calido.

LAETIFICANS Raſis.9.Almanſ.in ca.de melancholica:in diebus uero quibus quieſcit æger debet ſumere ex electuario quod uocatur lætificans,lætificat cor & animum,& oris & ſudoris odorem bonum facit. Cuius permixtio.

℞.Seminis meliſſæ,
Corticum citri,
Garyophyllorum,
Galliæ muſcatæ,
Maſticis,
Croci orientalis,
Cinnamomi,
Nucis muſcatæ,
Cardamomi maioris,
Neremiſch.
Been albi,
Been rubei,

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 286 sur 335

Zedoariæ.	phyllati, ana partes
Doronici.	æquales.
Seminis ozimi maioris.	Muſci quantum eſt decima
Seminis ozymi garyo-	pars unius.

Deinde ſumantur chebuli.xx.emblici.xxx.Et terantur in tribus libris aquæ & coquantur ad conſumptionem duarũ partium,& colentur in colatura uero addatur mellis deſpumati lib.i. deinde bulliant uſq; ad conſumptionem aquæ. Poſtea ex hoc melle conficiantur prædictæ ſpecies,quod tamen in pondere ſit ad triplum ad ſpecies, de quo cum neceſſe fuerit ad magnitudinem auellanæ ſumendum eſt: hoc enim medicamen lætitiam & coloris pulchritudinem,& digeſtionis bonitatem operatur,& retardat canos.

Neremiſch apud Aui.in.2.can. ca.5 20. & flos & cortex & capita ſimilant maci,ſed eſt minus rubeus ad citrinitatẽ declinans & eſt aromaticus &c.neq; per id cognoui qd ſit.

Permutatio neremiſch in eodem cap.& loco eius ponitur quarta ponderis ipſius de zingibere,& medietas ponderis eius de phiſticis,& ſexta ponderis ipſius de ſpica.

Simon Ianuẽ inquit neremiſch,ſed in arabico neremiſch eſt,ut Aui.deſcribit,ſed nec Simon vr̃ cognouiſſe qd eſſet.

Matthæus Sylu.dicit,ꝙ neremiſch eſt ſemẽ roſæ aſini uel flos ipſius. Aui.in ſuis ſimplicibus in fine antidotarii ait Neremiſch.i.muſaha & eſt flos peonię uel peonia,& ſic credo eſſe bene expoſitum: nã ſicut dictum eſt,Matth.Sylu.dicit, quòd neremiſch eſt flos roſæ aſini.Auer.uero in.5.colli. dicit:Peonia.i.roſa aſinorum.Præterea uide apud Io.Arculanum in cap. de melancholia,qui deſcribit prædictum electuarium eſt authoritate Raſis,& ibi inquit:Neremiſch.i.ſemen peoniæ. Barth. Montagn. habet loco neremiſch peoniam quæ idem eſt.Gentilis uero ſuper.5.can.Aui. ignorauit quid eſſet neremiſch.Dicit enim ibi ꝙ Cóciliator dicit falſum in cap.de colica, dum dicit, ꝙ neremiſch eſt ſemen peoniæ,& ſic ego reperi apud Conciliatorem differentia ducenteſimanona,quæ eſt penultima omnium ſuarum differentiarũ,dicit enim ibi:Neremiſch.i.peonia, & ſic ex meo iudicio Conciliator & alii bene dixerunt,ſed Gentilis non bene dicit ſicut oſtendi ſupra per ſupradictos autores,quòd uerum neremiſch eſt flos peoniæ uel ſemen ipſius.Præterea uide etiam quòd Raſis in electuario de nucleis fructuum habet ſeminis peoniæ. & Auicenna in eadem confectione habet neremiſch, quod idem eſt.

Loch de pino Meſue conferens ad tuſsim antiquam, & aſthma, & ſputi uiſcoſo,& conſtrictionem anhelitus. Cuius permixtio.

℞ Granorum pini munda	Radicum lilii cœleſtis, ideſt
torum & recẽtium.3.xxx.	ireos.3.iiii.
Amygdalarum dulcium ex	Carnium dactylorum heyron,
corticatarum,	ideſt dactylis illius prouin-
Auellanarum aſſatarum,	ciæ.3.xxxv.
Dragacanthi,	Amygdalarum amararum ẽt
Gummi arabici,	excorticatarum.3.iii.
Liquiritiæ raſæ,	Mellis paſſularum,
Succi liquiritiæ,	Zucchari tabarzet,
Amyli,ideſt amydi,	Butyri recentis.an.3.iiii.
Capillorum uene.an.3.iiii.	

Mel tabarzet quid ſit ſupra declaratum eſt lib.i. &.5.v.s. fiat loch, mel coquendo & depurando.

Auellanæ aſſantur quemadmodum ſemina. Igitur facias ut ſupra tibi oſtendi de ſeminibus, & hoc modo habes doctrinam aſſationis earum, aſſantur autem quoniam aſſatæ maturant catarrhum.Sed cortex interior abiicitur, & hoc modo aſſando remouetur quædam ſuperflua humiditas.

Dragacantum quod ponitur in omni loch præparatur hoc modo.Accipiatur mellis & aquæ ana.q.ſ.& infundatur dragacanthum & permittatur per totam noctem uſque in mane, & ſi deeſt aqua addatur,deinde per ſedatiũ fricando tranſeatur,& hoc modo utitor,& ſi facias de omnibus gummis in loch intrantibus.

Nucleus ſi ſimplr ſcribitur, de nucleo pini intelligit qui dã uero alii de nucleo oliuę itelligũt.Aui.uero.2.cã. de nucleo dactyli intellexit.Sed prima opio uerior & melior eſt,

Mel paſſulatum fit hoc modo. Exprimantur paſſulæ donec ex eis exeat ſuccus,& accipe de dicto ſucco partẽ unã, mellis partes duas,uidelicet ſucci paſſularũ.ʒ.i. mellis.ʒ.ii. miſce,& bulliãt ſimul uſq; ad cõſumptionẽ ſucci, & tũc erit mel paſſulatum. Et hoc modo oſtẽdi facere Gal. mel myrtinum ꝙ fit ex duabus partibus mellis & una myrtillorum .ſ.ſucci. In ſuo antidotario minori in cõfectione quæ incipit.Cõfectio mellis myrtini,Quod ſi ſuccus earũ haberi nõ poteſt hoc modo facias.Paſſularũ.ʒ.ii.aquæ.ʒ.vi. bulliant ſimul uſq; fere ad cõſumptionẽ aquæ, deinde exprime paſſulas & adde duplum mellis & coque,& erit mel paſſulatum.

Varia reperitur litera in hac cõpõne,quædam.n. dicit ut ſupra annotatum eſt,& iſta litera bona eſt. Alia uero dicit, mel cãnæ.q.ſ.& idem eſt quod puluis zucchari,eo quia puluis ille extrahitur ex cãnis & condenſari nõ põt,& antiqui mel cannæ appellabant. Alia uero dicit zucchari tabarzet. & idem ſignificat quod zuccharum illius regionis qd eſt albiſsimum,purum,& bene coctum,uerũ quia non cognoſcitur ipſorum diuerſitas accipitur zuccharum mederæ &c.

Loch de papauere Meſ.& ẽ diapapauer, conferens ad tuſsim calidã,& pectoris aſperitatẽ,& cuius ſputũ ẽ tenue, & indiget maturatiõe,& igroſſatiõe.Et cõfert ad febrẽ calidã,& dolorẽ pectoris & pleureſim.Cuius pmixtio hęc eſt.

℞.Seminis papaueris albi.	Amydi,
ʒ.xxv.	Seminis portulacæ.
Amygdalarum dulcium ex	Seminis lactucæ,
corticatarum.	Seminis cydoniorum,
Granorum pini,	ana.ʒ.iiii.
Gummi arabici,	Croci.ʒ.i.
Dragacanthi,	Penidiarum albarum
Succi liquiritiæ.an.ʒ.x.	ʒ.iiii.

Syrupi de papauere hoc modo facti lib. i. & fiat loch in bona forma.

Syrupus iſte hoc modo fieri debet.

℞.Capita papaueris albi & nigri,an.M.s.ſeminis lactucę florum uiolarum,ana.ʒ.i.bulliant hæc in li.iiii. aquæ ſecundum artem:deinde colentur & addantur lib.ii.zucchari:fiat ſyrupus de quo fiat loch præſcriptum.

Loch de ſquilla Meſ. Et eſt medicamen iuuamenti magni eius quibus materia groſſa & uiſcoſa & difficilis maturationis exuberat in membris anhelitus reddens eam facilem ad expellendum, & confert difficultati anhelitus,& dolori pectoris,& laterum. Cuius permixtio hæc eſt.

℞.Succi ſquillæ, mellis colati & bene deſpumati.an.ʒ.vi. Miſce,& ſimul coq; uſq; ad formam loch & reſeruetur.

Modus extrahendi ſuccũ a ſquilla talis eſt. Mũdẽt ſquillam a ſuperioribus & interioribus corticibus: qa uenenoſæ et mediæ ſumantur: & bene inuoluatur in paſta facta cũ farina hordei uel ſiliginis uel frumenti:nõ aũt ex luto ut quidã fatui faciũt.Et notãter dictũ eſt in paſta hordei,ſilliginis uel frumẽti,nõ aũt in luto.Lutum.n.ĩ ſorditiẽ eius adit. ſed farinæ dictæ nõ hñt ſorditiẽ:immo addũt in uirtute earũ & ſubtiliãt & mũdificant ipſas:& poſt inuolutionem de dicta paſta ponãtur in furno tẽperate calido,et permittãtur uſq; ad coctũrã paſtæ in qua laminæ ſquillæ ſunt: deinde extrahãtur, et abiecta paſta accipiãtur laminæ ſquillæ ita calidæ et ꝓiciãtur in mortario lapideo prius calefacto et piſtello ligneo bene piſtẽtur nõ aũt cũ piſtello ferri,ferrum.n.facit eis rubiginẽ,quæ rubigo uenenoſa eſt,et poſt perfectã piſtationẽ cõfeſtim ante infrigidationem ipſarũ in ſubtili pecia inuoluãtur et exprimãtur fortiter,et ſic ſuccũ habebis.Nec infrigidari permittantur: eo quia infrigidatę ſuccus haberi nõ poſſet propter maximam uiſcoſitatẽ quam facerẽt &c. Qd ſi ſquilla careremus apponi põt loco eius rafanus etc.

Loch ſanum et expertum Meſ. et eſt ex inuentione noſtra:conferens ad tuſsim:et ad raucedinem uocis quæ eſt propter frigiditatem: et phlegma groſſum quod continetur in pectore pulmone.Cuius permixtio hęc eſt.

℞.Cinnamomi,	Sebeſten.an.3.xxx.
Hyſſopi ſiccæ,	Paſſularum enucleatarum,
Liquiritiæ raſæ.an.ʒ.iiii.	Ficuum ſiccarum,
Iuiubarum.	Dactylorũ pinguium.an.ʒ.ii.

Fœnu-

Fœnugræci.3.v.	Radicum ireos.
Capillorum ueneris.M.i.	Calamenthi.f.montani.
Aniſi,	Seminis lini ana.3.iiii.
Seminis fœniculi,	

Hæc omnia coquantur ſecundum artem in lib.iiii. aquę vſque ad conſumptionem medietatis: deinde colentur, & in colatura addantur Penidiarum lib.ii. Et coquantur uſque ad ſpiſsitudinem mellis deinde proiiciantur ſuper eis.

Pinearum mũdatarum.3.v.	Gummi arabici præparati ut
Liquiritiæ.	ſupra.
Amygdalarum mundata.	Amydi.an.3.iii.
Dragacanthi an.3.iii.	Radicum ireos.3.ii.

Miſce omnia ſimul: prius tamen bene contuſis conterendis et puluerizatis puluerizandis,& reducantur ad formam loch,bene omnia commiſcendo. Doſis eius a.3.v. vſque ad 3.x.Et ſumatur lambendo &c.

Coqui ſecundum artem eſt plus & minus res bullire ſecundum quod ſui natura & plus & minus ſuſtinent de decoctione.Quæ uero ſint illa quæ ſuſtineant multum de decoctione: quæ uero minus, in ultima diſtinctione declarabitur,pro nunc his ſis contentus.

Loch ad aſthmata Meſue bonum ad conſtrictionem anhelitus:& ad tuſsim antiquam.& ſubtiliat humorem groſſum. Cuius permixtio eſt hæc.

℞.Squillæ aſſatæ.ʒ.iiii.	Praſii.3.i.
Radicum ireos.3.ii.	Myrrhæ,
Hyſſopi,	Croci. ana.3.s.

Mellis cocti & bene deſpumati,ʒ.ii.s. & fiat loch prius conterendo ſubtiliter præſcripta.

Modus aſſandi ſquillã talis eſt. Accipe cæpe ſquillæ mediocris magnitudinis & amoue cortices exteriores & interiores abiiciendo ambas.Quæ uero in medio ſunt inuoluas in paſta hordei,& ſit paſta groſſa groſſitudinis digiti. deinde ponatur in furno & tandiu dimittatur quòd paſta effecta ſi rubea: deinde extrahe & dimitte infrigidare: poſt infrigidationem aperiatur, ſi bene aſſata eſt contere ſubtiliter & utere.Aliter,iterum inuoluas in alia paſta & in furno ponas: & tantum hoc facias quod bene aſſata ſit. Nam niſi bene aſſentur remanet in eis acuitas mala qua nocent ſtomacho & uentri ualde uomitumque & nauſeam faciunt.

Mel nota quòd bene deſpumari debet in quacũque compoſitione ponatur: & maxime in loch & confectionibus pectoralibus: eo quia quando ſpuma ab eo non eſt ablata facit tuſsim & laxat uentrem.quare notent aromatarii: quia aliquando ſunt cauſa magni detrimenti &c.

Loch de pulmone uulpis magiſtrale: ualet aſthmaticis empyicis,dyſpniæ, orthomiæ, & tuſsientibus ex cauſa frigida.Cuius permixtio hæc eſt.

℞.Radicum ireos.	ana.ℨ.ii.
Liquiritiæ raſæ.	Zingiberis.
Hyſſopi ſiccæ.	Ficuum ſiccorum.
Dragacanthi.an.3.i.	Dactylorum.
Pulegii.	Cubebarum.
Cinnamomi.	Seminis urticæ.
Amygdalarum dulcium.	Seminis aniſi an.ℨ.ii.

Pulmonis uulpis.3.vi. præparati. Zucchari diſſoluti in decoctione capillorum ueneris.Liquiritiæ.Hyſſopi.& Pulegii.vnc.vi.& fiat loch.

Pulmo uulpis hoc modo præparatur & conſeruatur,mũ detur peroptime ab omnibus ſuis immunditiis: deinde illum bene laues cum aqua uitæ:& poſtea illum aſpergas zucchаro optimo bene puluerizato: deinde exiccari in ſtupha uel furno leniter calido.Et poſt ipſius exiccationem inuoluatur in abſinthio & reſeruetur in loco ſicco. Abſinthium enim conſeruat illum a corroſione uermium.

Alio modo conſeruari & præparari poteſt hoc modo Accipe pulmones uulpis numero. vi. ſcindantur per uenas & cannas, poſtea abluantur cum uino albo dulci & calido & odorifero quater uel quinque uicibus per horam pro qualibet uice: poſtea exiccentur in furno leuiter calido & uſui reſeruentur in abſinthio: & modus iſte melior eſt.

Loch de aliis Meſue, quòd confert tuſsi phlegmaticæ & maturat materiam eius bonum & expertum.

℞.Alliorum mundatorum lib.s Et elixa ea in aqua decoctionis cicerum & hyſſopi ſiccæ uſque dum ſint bene diſcocta:deinde colentur & terantur alia ſicut medulla,& proiice ſuper ea mellis & butyri ana ʒ.vi. Et decoquantur lento igne uſque ad terminum loch:& utere, bonum eſt.

Loch de caulibus Meſue: ualet ut ſupra dictum eſt in loch de aliis.

℞.Succi cauliũ nõ trãſplantatorũ. lib.v. lento igne coq; auferẽdo ſpumã eius uſq; dũ redeãt ad li.ii.Deinde coquat cum rob. et mellis an.li.i. uſq; dum ingroſſetur & bonũ eſt.

Loch de farfara magiſtrale: multum ualet in paſsione pectoris.Cuius permixtio hæc eſt.

℞.Radicũ farfaræ.i.ungulæ caballinæ elixatarum in aqua cõi.ʒ.vi.Piſtentur ſubtiliter in mortario lapideo cum piſtello ligneo,& poſtea addat.Pinearum purgatarum ʒ.i.s. Paſſularum enucleatarũ,ʒ.ii.Piſtentur oia ſubtiliter, & cum li. i.Zucchari,& alibi lib.i.s.diſſoluti in decoctione ubi coctæ ſunt radices farfare,et aliqui sũt q̃ addũt infraſcriptas ſpẽs.

℞.Croci.	Macis.ℨ.i.
Garyophyllorum.	Succi liquiritiæ.ℨ.iiii.
Cinnamomi.ana.ℨ.i.	Miſce & fiat loch ſm artem.

Loch bonum Meſue: conferens hecticis, & conſumptis, & phthiſicis maxime, & expellit ſaniem de pectore, mundificat pectus, & pulmonem, & tuſsim lenit.

℞.Papaueris albi,	Gummi arabici,an.3.vi.
Spodii,	Seminis cydoniorum.
Seminis lini torrefacti.	Seminis citrulli,ana.3.vi.
Croci,	Granorum naſturtii,
Amygdalarum dulcium,	Seminis cotti,
ana.3.iii.	Amygdalarum amararum,
Amydi,	Fabarum ana.3.i.s.
Dragacanti,	Penidiorum.3.lxx.

Diſſoluantur penidia in aqua fontium,& coquantur, & conficiantur cum eis cætera doſis.3.ii. cum aqua mellis.

Loch de amygdalis Meſ.conferens ad tuſsim, ad uehementiam ſiccitatis pectoris,& pulmonis.Cuius permixtio.

℞.Amygdalarum dulcium,	Gummi arabici,
Amygdalarum amararum,	Liquiritiæ.
Seminis lini torrefacti,	Succi liquiritiæ.ana.3.i.s
Granorum pini,	Zucchari,
Aniſi,	Penidiorum,an.3.iii.
Dragacanthi.ana.3.i.s.	

Confice cum mellis, & ſucci fœniculi bullitorum quantitate ſufficienti, & fiat &c.

Loch de althæa magiſtrale.

℞.Radicum altheæ quantum placet,lauentur optime,& a ligno interiori mundentur, poſtea incidant̃ per tranſuerſum minutiſsime,& coquantur in aqua cõpleta decoctione: poſtea optime piſtent. deinde ſtamignẽtur cũ ſua decoctione,& ſi per ſe non poſſent tranſire manibus fortiter cõprimantur, & de hac colatura accipe lib.iiii.iuſti ponderis.

℞.Mellis deſpumati lib.ii.	rum.ʒ.iii.
Liquiritiæ raſæ ſubtiliter pul	Pulmonis uulpis præparati.
uerizatæ.ʒ.vi.	Seminis cotti,ana.ℨ.iiii.
Paſſularum bene contuſa-	

Conterantur omnia ſubtiliſsime, & miſceantur, & bulliant,quouſque habeant formam loch,& in fine poſt aliqualem infrigidationem apponantur præſcriptæ ſpecies.

Species omnes in loch intrantes debent ſubtiliſsimæ conteri,& per ſpiſſum ſedacium tranſiri,& non tantum ſpecies,loch ſed omnes medicinæ pectorales.

Loch oẽs in ſua bonitate p duos annos ſeruant̃,& ꝑprie delectabiles,horribiles uero vſq; ad tres ãnos ſeruari ꝓñt.

MITRIDATVM magnum Nico. hoc eſt mater antidotorum,ualet ad omnem capitis paſsionẽ uiri, & mulieris,& timidis, lachrymantibus oculis, & uitio aurium, ſubuenit dentium doloribus, et palato,oiaq; uitia oris, et maxillarũ medetur,ſi ſuper locum dolentem ponatur,et iterum ad modum emplaſtri ponatur in temporibus ubi fit diſcurſio,lientericis datur cum decoctione balauſtiarum,præcipue datur cõtra uenenum, ſi di-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 288 sur 335

ſtemperatum potetur cum ſucco mentę, uel ſuperponatur Quartanariis etiam ante horam acceſsionis datum mirifice prodeſt cum uino tepido.

Mitridatum iſtud, diſcuſſum, & uentilatum fuit in Ticinenſi academia, a collegio medicorum, & ſecũdum modum ſequentem fuit approbatum eſſe de mente Nicolai, nihil ultra addendo uel minuendo.

Garyophyllorum,
Storacis calamitæ,
Spicæ nardi,
Xylobalſami, ideſt lignum balſami,
Orobi,
Leuiſtici,
Dragacanthi,
Maſticis,
Galbani,
Gummi cedri, & quia nõ habemus loco eius ponimus gũmi iuniperi.
Aſpalti,
Caſtorei,
Offei.i.gummi hederæ,
Bdellii,
Terræ ſigillatæ,
Melliloti,
Laudani,
Opopanaci,
Armoniaci,
Opii,
Liquiritiæ raſæ,
Sulphuris uiui,
Nitri.i.ſalnitrum,
Hypoquiſtidos,
Achaciæ,
Roſarum,
Chamædryos,
Hypericon,
Abrotani,
Pœoniæ,
Elemi, ideſt enula,
Origani,
Hyſſopi,
Rami cedri, quia non reperiuntur loco ipſorum ponitur flos, folia, ſaniem, quidam uero ramuſculos iuniperi, ſed ſaniem melior eſt.
Daphnide, ideſt laurus,
Ariſtolochiæ longæ,
Epithymi,
Peucedani,
Centaureæ.ſ.minoris,
Roris marini,
Radicum iringorum,
Balauſtiarum,
Squillæ,
Cimarum myrti.an.ʒ.ii.
Iuſquiami.
Corticum granatorum,
Aniſi,
Raphani,
Carpobalſami, ideſt ſemen balſami,
Cymini,
Cardamomi.ſ.maius.
Seminis fœniculi,
Siſeleos.i. ſiler montanum ſemen accipitur.
Seminis apii,
Ameos,
Petroſillini.ſ.herba,
Rutæ.ſ.herba,
Seminis papaueris nigri,
Dauci,
Nafeos.i.ſemen gith.i.lapa,
Seminis rapæ,
Synapis albæ,
Macropiperis, ideſt piper longum,
Ozimi,
Amomi, ana.ʒ.ii.
Acori.ſ.radix,
Ilafeos, ideſt bardena,
Panis porcini.i.cyclamen.
Phillis, ideſt caperis,
Zacharię, ideſt flos agnicaſti,
Cornu cerui,
Balſami. i.liquor emanans ab arbore balſami.
Cinnamomi,
Croci,
Zingiberis,
Coſti,
Squinanti,
Terebenthinæ,
Myrrhæ,
Olibani,
Caſiæ lignææ.
Agarici albi,
Spicæ celticæ,
Radicum ireos,
Rheupontici,
Aſſari,
Praſii,
Diptami,
Colloquintidæ,
Silfei.ideſt conſolid.mino. an.ℨ.iiii.
Sthœcados,
Artemiſiæ,
Calamenti.ſ.montani,
Leucopiperis.i piper album,
Chamæpithyos,
Melanopiperis, ideſt piper nigrum.
Pentaphyllon.an ℨ.iiii.
Petroſillini, ideſt ſeminis petroſillii.
Seminis anagogæ.i.ſumach.
Malabatri.i.folii indi.
Cardamomum.ſ.minus.i.meli geta.an.ℨ.iiii.
Baccarum lauri.ℨ.i.gra.vii.
Vini uetuſtiſsimi.ʒ.ii.

Puluerizentur ſubtiliter omnia, ſed gummę diſſoluantur in optimo uino albo, quẽadmodum dictũ eſt in tyriaca, mellis cocti, & deſpumati.lib.viii.& ʒ.ii.& fiat in bona forma.

Laudanum nõ eſt terribile: immo ſi laboretur in eius triturationę prius corrumpet quã fiat malaxabile: ideo debet diſſolui, & liquefieri in uino quemadmodum gũma. Laudanum res eſt calida, & ſicca in primo gradu.

Inſuper ſcias, q̃ omnes gummæ parum ſuſtinent de cõtritione, & oẽs medicinæ ſubtilis ſubſtantiæ, & acutæ, & raræ ſicut ſcamonea, aloes, & oẽs medicinæ inflammabiles, ſicut gummæ, ut bdelliũ, & ſerapinũ. Et ratio eſt, quia per triturationem acquiritur inflammatio, quæ. n. flãmatio fit per motũ qui motus calefacit. Et hoc quia iſtæ medicinæ ſunt aptæ inflammationę rõne ſubſtãtiæ, & ſubtilitatis, & hac inflãmatione, & motu duo fiunt. Vnum quia partes ſubtiles euolãt. Aliud quia ipſa intenſa cõtritio corrũpit ſubſtantiam earũ.

Ariſtolochiæ omnes ſpecies de triturationę, & decoctione rem plenam ſuſtinent.

Ana enim dictio arabica, & tantum importat in lingua latina, quantum æqualiter.

Radix ireos debet in umbra exiccari, & incidi in paruas fruſta, & in filo infilari: & partes ſeu fruſtra ſeparata eſſe debent, ita q̃ una pars non tangat aliam, & reſeruetur.

Peucedani colligi debent de menſe Nouembris, Spica vero celtica colligi debet de menſe. Iulii.

Vnum uniuerſale in omnibus cõpoſitis eſt intelligendũ de etimologia vocabuli. Medicinis.n. compoſitis imponuntur nomina varia. Quñq; enim a medicina quę eſt baſis denominatur, ſicut diacydonitem a carnibus cydoniorum: Aliquñ a quantitate licet non ſit baſis, ſicut diaphœnicon a phœnichiis.i.dactylis: Aliquñ a cõponente, ſicut Phylonium a Phylone medico, & Mitridatum a Mitridate rege. Aliquñ ab effectu cõi ſicut benedicta, quia ab omnibns ſumentibus benedicitur. Aliquñ a propriis effectibus, ſicut blanca, quia blancos.ſ.albos purgat humores. Aliquñ a ſimilitudine, ut diacurcuma: quia ſimilatur radici curcumæ. Aliquñ a loco, vt ſyrupus de bizantiis, bizantium quidam eſt locus in confinibus Macedoniæ: Aliquñ a quantitate medicinæ, & authore componẽte, ſicut dicitur diarhodon abbatis. diarhodon dicitur a roſis abbatis: quia abbas quidam compoſuit. Aliquñ ex effectu, & authore, ut ygia græca.i.ygia ſaluatrix græca, quia græci eam inuenerunt. Aliquñ eſt medicina, & ſimilitudine, ſicut opopyra.i ſuccus ſimilis igni. Aliquñ a numero medicinarum, ut tyriaca diateſſeron.i.de quatuor rebus. Aliquãdo a loco in quo aliqua ſuarum medicinarum fuerit collecta, ſicut medicina aſuledatio ſcripta in capitulo de lepra. aſuledatio eſt mons quidam: ſuper cuius lapides mingunt hirci montani, & ibi colligitur. Et quia tantum duodecim modi ſunt hic poſiti, tantum plurimi ſunt alii modi impoſitionis q̃ apud nos ſunt noti, & qui ignoti, & qui ꝓcedunt a uoluntate hominis: immo omnes deſcribi non poſſunt.

Iſtæ ſpecies ſunt ſubtiliter etiam puluerizandæ, & cribellandæ. Nam cribellatio, & puluerizatio ſubtilis duo facit. Primo quia tranſeunt ad loca remotiſsima. Secundo cito calore noſtro alterantur, & præparantur.

Mitridatum ſi canonice, & ſecundum artem factum eſt, durat eius uirtus uſq; ad annos quadraginta in ſua uirtute, & bonitate &c.

MITRIDATVM Auic. & eſt confectio quam fecit Mithridates Rex, & nominauit ſuo nomine, & cõpoſuit ipſam & eſt ex medicinis expertis ſuper venena proprie, & ſuper ægritudines alias, ut eſſet aggregatiuum iuuamenti uenenorum diuerſorum, & ægritudinum diuerſarum: fuit ergo ipſum tyriaca in illo tpe. Deinde poſtquã accidit Andromacho, illud quod expertus fuit ipſum ſuper iuuamentum carnium ſerpẽtum, & aliorum addidit in eo trochiſcos de uiperis, & alteratum, eſt parum per additionem, & diminutionem. Fuit ergo tyriaca magna in multitudine iuuamẽti. Veruntamen tyriaca magna eſt magis iuuamẽti ipſo in re una, & eſt iuuamentum ſerpentum. In reliquis uero rebus nõ diminuitur mitridatum a tyriaca diminutione de qua fit curãdum: immo eſt magis additi in pluribus earum iuuamenti, & confidentioris utilitatis, & non prẽlongemus ſermonem in numero illorum iuuamentorum: qm̃ ipſa ſunt illa perdicta quæ ſunt tyriacæ, & ſit doſis copioſior parumper.

Confectio mithridati ex deſcriptione cõmuni omnium. Cuius permixtio.

Scordeon

Scordeon,ideſt allium ſylueſtre.
Myrrhæ,
Croci,
Agarici albi.
Zingiberis,
Cinnamomi,
Dragacanthi.ana.ʒ.x.
Spicæ nardi,
Olibani,
Naſturcii,
Squinanti,
Xylobalſami,
Sthœcados,
Siſeleos,
Coſti,
Camepithyos,
Galbani,
Terebenthinæ,
Macropiperis.i.piper longum,
Hypoquiſtidos.
Caſtorei,
Folii,
Storacis calamitæ,
Opopanacis.ana ʒ.viii.
Caſiæ ligneæ,
Leucopiperis,ideſt piper album,
Melanopiperis,ideſt piper nigrum,
Hermodactylorum,
Polii ſcilicet montani,
Scordeon.an.ʒ.vii.
Dauci,
Melliloti,
Gentianæ,
Olei balſami,
Carpobalſami,
Trochiſcorum chochion ana.ʒ.vii.
Bdellii,
Rutæ.ana.ʒ.ii.
Armoniaci,
Spicæ romanæ,
Maſticis,
Gummi arabici,
Petroſillii,
Cordumeni, ideſt carui agreſte,
Seminis fœniculi.ana ʒ.v.
Aniſi,
Acori,
Meu,
Serapini,
Aſſari an.ʒ iii.
Opii,
Roſarum rubearum.
Pulegii ceruini.ana.ʒ.v.
Phu,
Achaciæ,
Vmblici ſtinchorum.
Seminis iuniperi.ana. ʒ.iiii.ſ.

Vini odoriferi antiqui in quo infundantur ea quæ oportet infundi Mellis deſpumati.q.ſ.& miſceantur, & reſeruetur, & adminiſtretur poſt ſex menſes: ſumma iſtarum præter mel,& vinum ſunt nu.lvi.

Micista Nico.i.experta,detur proprie hæmorrhoidas habentibus, & contra uentris tortionem, & rugitum, lienteriæ,& dyſſenteriæ oi ſolutioni optima eſt: detur cum aqua pluuiali mane,meridie,uel ſero.Cuius permixtio.

℞. Myrobalanorum citrinorum.
Myrobalanorum indorum.
Myrobalanorum Kebulorum.
Omnium mundatorum & aſſatorum an.ʒ.ii.ſ.
Myrobalanorum bellericorum.
Myrobalanorum emblicorum, omnium aſſatorum. ana ʒ.ii.
Naſturcii.ʒ.ii.ſ.
Aniſi,
Cimini,
Marathri,ideſt ſemen fœniculi.ana.ʒ.ii.
Ameos,
Carui.an.ʒ.i.ſ.

Infundantur hæc omnia in fortiſſimo aceto per diem,& noctem.Deinde extrahantur,& exiccari permittãtur:deinde puluerizentur,& poſtea addatur.

Spodii,
Sumach,
Balauſtiarum,
Maſticis.an.ʒ.i.gra.v.
Gummi arabici.an.ʒ.i. gra.v.

Fricentur hæc alia manibus cum oleo roſato, & poſtea puluerizentur ſubtiliter,& cum lib.i.& ʒ.iii.ſyrupi myrtini,fiat electuarium in bona forma.

Myrobalani oẽs aſſantur hoc modo, infundantur myrobalani qui aſſari debent in ſucco cydoniorum, uel granatorũ:deinde linteo exicca eos, poſtea madefiant in oleo roſa. uel maſticino:deinde eos aſſa ſuper patellam ferream bene calefactã:ſuper ducendo,& mouendo.Et antequã incipiant nigrefieri ab igne ſiue a patella calida,amoueantur ne combu antur,& ſic ſunt aſſati,& hoc mõ in uſu adminiſtrantur.

Sex ſunt modi præparationis medicinarũ, primus eſt coctio,ſecundus cõtritio,tertius aduſtio,quartus ablutio,quintus congelatio,ſextus commixtio,& cauſam omnium iſtorũ hoc in libello reperies deſcriptam.

Mel roſatum Meſue ſtomachum confortat, & detur mane,& meridie.

℞.Infuſionis roſarum viridium lib.x. Mellis deſpu. li.v. coquatur ad modum ſyrupi roſati ex infuſione.

Mel roſatũ Nicolai qđ græci rhodomel uocant ſic fit. ℞.Mellis albiſsimi,& puriſsimi.lib.x.
Succi roſarum recentium.lib.i.

Ponatur in caldario ad ignẽ poſito, cum bullire ceperit uiridium roſarum cum forficibus, uel cultello inciſarum.li. iiii.addantur,& tam diu bulliant quouſq; ad ſucci conſumptionẽ redeat, & dum bullierit ſemper agitetur, & in fictili uaſe repoſito,quanto magis tenebitur,tanto melius erit. Stomachum confortat, & mundificat, cũ frigida confortat mundificat, & conſtipat, cum calida mundificat. Datur in mane, & meridie: de hoc conficitur diamargariton garyophyllatum,& rubea trochiſcata.

Mel violatum fit eodem modo.

Et ualet typice febrientibus cum tepida: corpus humectat, & relaxat, & ualet ad ſiccitatem pectoris cum aqua tepida datum.

Mel violatum Nico. alio modo.

Mellis electi,& purificati lib.x. Violarum lib.v. Bulliant duo hæc ſimul leui ebullitione,deinde coletur,coquatur poſtea ad debitã coctionem, & reſeruetur. Mel de quo fit mel roſatum & uiolatum antequam violæ,uel roſæ in eo ponantur debet bñ purgari,deinde ponendo in eo aq̃, & bulliendo cum ea debet cõtinue deſpumari,demum cum aqua per decoctionem fere eſt conſumpta, uiolæ, uel roſæ ſunt intus ponendæ,& poſt puſillũ colari debent: deinde in integrum decoqui,& hoc modo mel purificatur.

Mel roſatum Nico.alio modo.Cuius permixtio.

℞. Mellis purificati.lib.x.Roſarum libr.v. bulliant ſimul ebullitione leui:deinde colentur, & perfecte decoquantur & reſeruetur.

Quidam ſunt qui ad purificandum mel non faciunt,ut ſupra oſtenſum eſt. Sed illud clarificant cum ouis quemadmodum dixi de zuccharo,hic modus non eſt inutilis,facias modo ut tibi placet.

Miva cydoniorum cum ſpeciebus Meſ. ſtomachum & hepar,& omnia uiſcera confortans,appetitum excitans, digeſtionem prouocans,uomitum, & uentris ſolutionem ſedans,& eſt medicina experta,& famoſa.

℞ Succi cydoniorum acetoſorum lib.xx.vini antiqui boni li.x.Coquãtur cũ facilitate uſquedũ cõſumpta ſit eius tertia ſemper auferendo ſpumã eius.Deinde coletur, & dimittatur reſidere,ut clareſcat,& proiice ſuper illud mellis boni, & deſpumati lib.vi. Et iterũ bulliantur,& auferatur ſpuma eius, & proiiciantur ſuper illud ſpẽs alephanginæ ligatæ in panno ſuſpenſo ſuper illud medicamen,& ſunt proprie iſtę.

℞.Cinnamomi,
Heil,ideſt cardamomi maius an.ʒ.iii.
Maſticis.an.ʒ.i.ſ.
Croci.ʒ.ii.
Ligni aloes,
Garyophyllorum ʒ.ii.
Zingiberis.ʒ.i.ſ.
Macis ana.ʒ.i.ſ.

Omnia præter crocum terantur contritione groſſa, & ſuſpendantur in pãno,ſicut diximus omni hora fricando illud ſuper medicamen donec fiat ei ſpiſsitudo.Deinde aromatizentur cum muſci.℈.i.galliæ ʒ.ii. Et ſunt ex hominibus qui faciunt ipſum ſine ſpeciebus,& ſunt qui loco mellis ponunt zuccharum, & proprie quando oportet faciunt cum ſpeciebus,& ſine ſpeciebus.Miua hæc aromatica durat per annos tres in ſua uirtute & bonitate.

Species præſcriptæ ad bulliendũ non ſunt ponendæ vſq; fere facta ſit decoctio, vel ſit bene propinquũ coctioni, eo quia iſta parum ſuſtinent de decoctione, & hoc bene nota.

Miva cydoniorum ſine ſpeciebus Meſ. ſimiliter ualens ſicut diximus ſuperius.

℞.Succi cydoniorum lib.c.& ponatur in uaſe lapideo mundo,& bulliat cum facilitate auferẽdo oi hora ſpumam eius vſq; ad conſumptionẽ medietas:deinde coletur, & dimittatur modicum reſidere,ſicut per horas tres, & proiiciãtur ſuper ipſum uini antiqui lib. lx. Deinde coquat ſuper prunas vſquedum ſpiſsitudinem habeat.Et ſunt qui loco mellis po-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 290 sur 335

nunt zuccharum. Et sunt qui faciunt cum speciebus, & quidam sine eis, & aromatizant, sicut diximus.

Succus seu uinum cydoniorum hoc modo fit. Cydonia cum gratusia raspantur usque ad interiorem animam. Deinde in pecia inuoluuntur, & cum torculari exprimuntur & colatura præparatur, ut uinum granatorum durat enim in eius uirtute per annos tres.

Nota his q̄ in condendo radices, & faciendo syrupos cū succis apponenda est magna quantitas mellis, quia eos cōseruat. Et sic in condendo radices ponitur quadruplum mellis.

Mel myrtinum fit sic. Accipe succi myrtillorum libr. i. mellis despumati li. ii. & bulliat simul usque ad consumptionem succi, & coletur, & tunc erit mel myrtinum.

Mellis Anacardi fit prout patet in isto in capitulo de anacardina.

Mvsa magna Nic. quæ a multis probata melancholicis antique. & moderne tusientibus, asthmaticis, peculiarensem, peripneumonicis, hepaticis, cardiacis est probata dyssenteriæ obsistit: quotidianariis & quartanariis typos sine dubio tollit. Cuius permixtio hæc est.

℞. Croci,	Aristolochiæ rotundæ,
Opii, an. ʒ. vi.	Gentianæ,
Cinnamomi,	Ireos,
Casiæ,	Peucedani,
Euphorbii,	Piperis albi,
Castorei,	Piperis nigri,
Myrrhæ,	Iusquiami,
Olibani,	Dauci,
Masticis,	Petrosillini,
Cozumbri,	Sinomi, ideſt petrosillii agreste,
Pyrethri,	Mandragoræ an. ʒ. i.
Celticæ,	

Aristolochiæ longæ, an. ʒ. i.

Mellis q̄ sufficit, datur ad modum castaneæ ante horam accessionis cum aqua calida tusientibus in sero &c.

Marenatvm sic fit. ℞. Marenarum lib. xxv. uel circa & bulliant in lib. i. aquæ lento igne: ebullitionis tantum q̄ exeat uinum. & de dicto uino claro accipe lib. vi. zucchari boni, & solidi lib. iiii. & fac bullire tantum quod sit in forma zeladiæ, & non plus. Et ad faciendum marenatam de scatolis, accipe pulpæ marenarum lib. ii. zucchari lib. i. & coque, sicut codognata de zuccharo.

Mixtvra cordialis magistralis sic fit.

Diaboraginati,	Zucchari candi.
Diabuglossati,	Manuschristi rosati, ana
Zucchari uiolati an. ʒ. iii.	vnc. ii.
Zucchari rosati ʒ. ii.	Puluueris cordialis. ʒ. iiii.

Misce, & fiat mixtura cum syrupo uiolato. Conterantur subtiliter manuschristi, & zuccharum candidum facto subtili cum syrupo de acetositate citri, & fiat mixtura. Candi si simpliciter scriptum reperiatur uel candi uiolati, vel rosati. Illud est zuccharum rosatum, uel uiolatum induratum quod reperitur in fundo uasis ubi reconditur iulep rosatum, uel uiolatum, & de eo est intelligendum.

Ista componentia hanc mixturam debent multum bene commiscerī in mortario semper, & paulatim syrupum addendo donec ipsorum debita fuerit facta permixtio &c.

Mixtvra pectoralis magistralis sic fit.

℞. Zucchari uiolati,	Penidiarum,
Zucchari bugloſſati.	Diadragacanthi ana.
Zucchari boraginati,	vnc. vi.
Manuschristi uiolati an. ʒ. iiii.	Diacalamenti,
Diairis de zucchar. ʒ. vi.	Loch de altheæa ana. ʒ. ii.

Misce cum syrupo uiolato fiat mixtura, & reseruetur.

In ista compositione est notandū q̄ si debitā formam habere debet necesse est, q̄ manuschristi, penidii, diadragacanthi & diairis subtilissime prius per se terant: deinde cū aliis rebus misceantur, & cum syrupo prædicto humectētur &c.

Oxyzacchara Nic. ab oxy. quòd est acetum, & zuccharo dicitur, fit autē hoc modo, & ualet tertianariis, quotidianariis, & acutis, & peracutis, & quartanæ nō uere, cholerā purgat. Dat cū calida in mane. ℞. Zucchari lib. i. Succi malorum granatorum acetosorum. ʒ. viii. Aceti vnc. iiii. Ponantur omnia ad ignem, & tandiu bulliant cum spatula semper agitando, & spumam remouendo donec ad formam syrupi reddatur.

Hoc in loco zuccharum non clarificatur, & si pur illud clarificare uis saltim tantum bulliant, quòd aqua consumetur antequàm aceto permisceatur quæ postquam consumpta erit acetum, & succum granatorum ponatur, & hoc fit, vt aceti uirtus deperdatur &c.

Oxymel simplex Mesue. Iuuamentorum multorum propriorum qui sunt in corpore toto, & ad materias quæ sunt in iuncturis proprie: quoniam resoluit eas, & diuidit, & subtiliat humorem grossum, qui est in stomacho, & hepate, & est efficax in materias febrium longi temporis. Diuidit enim, & maturat eas. Cuius permixtio hæc est.

℞. Mellis boni lib. ii.
Aquæ fontium lib. iiii.

Misceantur duo hæc, & bulliant lento, & claro igne usq; fere ad consumptionem aquæ deinde his addatur.

Aceti boni lib. i. Decoquantur usque ad perfectam decoctionem, & reseruetur in uitreato uase.

Secaniabin ideſt syrupus factus ex melle, aceto, & aqua. Squingibin est syrupus factus ex aqua, aceto, & zucchar. Ieleniabin idem est quod mel rosatum. Hydromel uero idem est quod aqua mellis &c.

Oxymellis compositi Mesue conferens ad febres antiquas, & diuidit, & abstergit choleram grossam, & phlegma, & aperit oppilationes omnes, & proprie stomachi, & hepatis, & splenis, & prouocat urinam.

℞. Corticum radicis apii,	Seminis apii,
Corticum radicis fœniculi,	Seminis fœniculi ana
ana. ʒ. ii.	vnc. i.

Seminis anisi,
Mundentur cortices, & conterantur, & proiiciantur super eas in uase lapideo aceti boni antiqui, & albi li. x. aquæ lib. xii. dimittatur per diem & noctem. Deinde coquatur donec eius tertia consumatur: postea coletur, & proiiciatur super ipsum mellis quod sit medietas eius, & coquātur cum facilitate, sicut superius diximus.

Oxymel squilliticum uirtuosum Mes. ualet contra materias difficiles, & submersas in locis difficilis eradicationis earum, & confert ad ægritudines stomachi, & hepatis, & uiscerū, & eructuationē acetosam: & mollificationē ueficæ.

℞. Mellis despu. & purificati lib. iii. Aceti squillitici li. ii. coquantur usq; ad perfectam coctionem, & reseruetur.

Ad purificandum mel debet esse dupla quantitas aquæ ad mellis, ut mellis lib. ii. aquæ communis lib. vi. simul debent bullire usque ad consumptionem medietatis, semper spumam abiiciendo. hoc modo purificatur.

De Oleis.

Olevm muscellinum.

Olei communis lib. vi.	Myrrhæ,
Aquæ fontium lib. iii.	Casiæ lignæ ana. ʒ. vi.
Folii,	Xylobalsami. ʒ. vi.
Spicæ,	Garyophyllorum,
Masticis an. vnc. i. s.	Carpobalsami,
Storacis calamitæ,	Bdellii an. ʒ. iiii.
Croci an. ʒ. vi.	
Costi.	

Muſci vnc. i. alii dicunt, quòd debet dicere muſci. ʒ. i. Neregil. i. nuce indica ʒ. iii.

Hæc omnia terantur grosso modo excepto muſco, & bulliant simul ad consumptionem aquæ, deinde colentur, & reponantur in uase uitreo bene obturato, & intus posito muſco resoluto cum oleo, & serua.

Istud oleū est in usu in diuersis locis. dicitur aūt muſcellinum pp muſcum quod recipit: quidā praue putauerunt hoc esse oleum balsaminum. i. de granis been, sed non recte: ille uero qui dedit istam descriptionē istius olei dixit, q̄ ipsum inuenit in antido. Gal. & dixit, q̄ Gal. composuit ipsum.

Neregil. i. nux indica secundum Serapionem in cap. de nuce indica, ut dictum est supra.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 291 sur 335

OLEVM roſatum Meſ.& eſt confortatiuum:& reſolutiuum,conuenienter lenitiuum,& ſedatiuum. Rude uero eſt extinctiuũ inflammationum,confortatiuum, aggregatiuum inſpiſſatiuum,& prohibitiuum curſuum, propter quod potentiſsimum eſt potatum ad disinteriam, & ad fluxum menſtruorum per corpus.Et differt completum a rudi: quoniam completi materia ex oliuis completis : & foliis roſarum cõpletarum.Rudis autem materia eſt oliuis, quibus nondum accidit completio, & maturatio,& ex foliis quæ non reſerarunt nodos ſuos.

Modus compoſitionis eius eſt, ut accipiatur oleum de oliuis,aut oleum ſiſaminum recens,lauetur cũ aqua fontiũ lauationibus pluribus.Deinde accipe folia roſarum rubearum recentium contuſarum quantitatem ſufficientẽ,& ſepelias in oleo quod modo lauaſti,& reconde in uaſe uitreo,& obtura orificium eius,& exponas ſoli per dies vii. Deinde coque in uaſe duplici per horas.iii.Deinde fac permutationẽ foliorũ roſarum,& utere aliis recentibus,& dimitte per alios dies.vii.Deinde exerce coctionem in eo ſicut feciſti prius,& fac denuo permutationem foliorũ roſarũ: & proiice ſuper illud aquæ infuſionis roſarum quam tradidimus in ca.de ſyrupis ſicut quantitas olei,& ſtringe orificium uaſis, & dimitte ſoli per dies xl.Deinde excola,& iterum expone ſoli, & dimitte tempore extenſo & utere ubi oportet &c.

OLEVM roſatum Meſue alio modo, & eſt magis reſolutiuum.

℞. Succi roſarum.Aquæ infuſionis roſarum prædictæ an. partem.i.Olei loti,& præparati,ſicut diximus partes.iii.Foliorum roſarum contuſarum quantum ſufficit reconde in uaſe uitreo,& expone ſoli ſicut diximus. Deinde operare de decoctione eius,& permutatione foliorum roſarum, & expoſitione in ſole,ſecundum q; diximus de permutatione ſucci,& aquæ infuſionis : & hoc fiat bis.

Vltimo uero oleum cũ ſucco roſarum, & aqua infuſionis earum recondatur in uaſe,& exponatur per dies xl. ſoli.

Iſto modo raro fit,ſed hoc modo oleum factum eſt ſoluti uum,& eſt illud de quo intelligit Aui.quando dixit 2.li.cap. de roſis, quòd oleum roſatum ſoluit uentrem.

Nota q; roſæ ex quibus fit oleum roſatum, & ſyrupus roſatus,& cætera neceſſaria colligendæ ſunt in menſe Aprilis uel Maii,& in umbra exiccandæ ſunt &c.

OLEVM uiolatum Meſue,inflammationes ſedat ubicunque ſint,& lenit aſperitates,et etiam pectoris, et pulmonis & ſedat apoſtemata calida,et pleureſim. Et modus operationis eſt ſicut olei roſati, excepto quod debet fieri cum oleo rudi,aut amygdalino, aut ſiſamino cum illis modis operationum quos diximus.Cuius permixtio.

℞.Olei oliuarum immaturatarum lib.i.Violarũ uiridium contuſarum.ʒ.iiii.Reponantur in uaſe uitreo & ſoli exponãtur per dies vii.deinde bulliant in duplici uaſe per horas iii. poſtea colentur manibus cõprimendo,et hoc fiat bis ſemper nouas uiolas mutando,ſoli exponendo, & decoquendo, ut ſupra.Vltimo uero colaturę adde uiolas nouas quantitatem dictam,et ſuper his adde,aquæ infuſionis uiolarum lib.i. Et ſtringe orificium uaſis:et expone ſoli per dies xl.deinde cola manibus, exprimendo,et iterum in dicto uaſe exponatur dimittatur,et permittatur uſquequo aqua conſumpta ſit.

Infuſio uiolarum debet fieri,ut ſupra oſtendi, ut in ſyrupo uiolato ex infuſione. Accipiatur igitur de illa aqua, et fit iſtud oleum.

OLEVM de lilio ſine ſpeciebus Meſue eſt ſedatiuum,lenitiuum,et mollificatiuum.Cuius permixtio.

℞.Olei oliuarum li.i.Florum liliorum alborum.ʒ.iiii. Reponantur in uaſe uitreo,et ſoli exponantur, et modo eo facias de decoctione,et de permutatione florum, et coctione et de aqua infuſionis quemadmodum feciſti in oleo camæmillino,et anethino,nec addendo,nec diminuendo.

Infuſionis modus florum liliorum alborum eſt,ut infuſio roſarum,et uiolarum:accipiendo duntaxat folia florum liliorum alborum.

OLEVM de lilio cum ſpeciebus Meſ.confert dolori pectoris, et eſt ſedatiuum dolorum qui fiunt a frigiditate, et confert dolori matricum,et frigiditati eius, et calefacit renes,et ueſicam,et confert colicæ. Et modus compoſitionis eius eſt,ſicut olei camæmillini præterquàm oportet ut citrinitas eorum tota abiiciatur. Cuius permixtio.

℞.Foliorum florum liliorum,	Carpobalſami.ʒ.i.
alborum.ʒ.ix.	Garyophyllorum,
Maſticis,	Cinnamomi an.ʒ.iiii.
Coſti,	Croci.ʒ.iii.
Calami aromatici an.ʒ.i.	

Omnia groſſo modo conterantur, et proiiciantur ſuper eis lib.ii.aquæ foliis liliorum prius remotis et dimittatur per diem,et noctem,poſtea omnia ſimul bulliant tribus uel quatuor ebullitionibus:deinde pone olei oliuarum,uel ſiſamini ſuper ea lib.ii.Et tribus ebullitionibus iterum bulliat: deinde ponatur in uaſe uitreo cum foliis liliorum, et dimitte in ſole per dies xl. deinde cola et adminiſtra.

Iſtud oleum qñ fit ex lilio cœleſti.ſ.ireos, et tũc illud eſt magis reſolutiuum,calefactiuum,penetratiuum,factum uero ex lilio albo eſt magis ſedatiuũ,lenitiuũ, et maturatiuũ,

OLEVM camæmillæ Meſ.eſt oleum bene dictum expertorum iuuamentorum eſt.n.reſolutiuum conueniens,ſedatiuum dolorum, et eſt in eo prohibitio curſus materierũ propter ſtipticitatem eius modicã,et confortat neruos, et confert doloribus eorum,et cõfortat neruoſa omnia. Et modus operationis eius eſt ſicut olei roſa.et ut oleum uiolatũ præterquã oportet,ut fiat cum oleo de oliuis cõpleto, aut oleo ſiſamino cum illis modis præparationum, quos diximus.

Infuſio florũ camæmillæ fit eodẽ modo, quo fit infuſio roſarũ,et uiolarum,accipiendo flores camæmillæ loco roſarũ et ſecundum eandem quantitatem, et aquæ,et florum.

OLEVM de abſinthio magiſtrale,ſtomachum confortat, et calefacit : et fortificat, et uermes a pueris cuſtodit. Cuius permixtio.

℞. Summitatũ abſinthii.Succi abſinthii an.ʒ.iiii.Olei oliuarum li.iii.Et de his facias prout in ſuperiori tibi monſtraui de decoctione,et permutatione,et expoſitione ad ſolem.

Oleum quandoq; fit ex oliuis complete maturis, et illud oleum dicitur completum.Aliquando fit ex oliuis immaturis,et illud dicitur rude,uel onfacinum, et magis ſtipticum eſt frigidum complete.

OLEVM de anetho Meſ.eſt ſedatiuum dolorum reſolutiuum,prouocatiuum ſudoris,quare confert rigori febris inunctum in ſpina,& membris neruoſis prouocat ſomnum, & confert dolori capitis:& reſoluit apoſtemata,& durities,& modus operationis eſt.Cuius permixtio.

℞.Olei oliuarũ lib.i.Florum anethi.ʒ.iiii.Reponãtur in uaſe uitreo:& decoquantur vt in ſuperiore tibi dixi ter permutando flores,& ter decoquendo ut ſupra ultimo adde.

Infuſionis anethi li.i.Et ſoli exponas per tempus tibi in ſuperiori dicto,& omnia facias de iſto quemadmodum de alio ſuperiori monſtraui.

Modus infuſionis florum anethi eſt,ut infuſio roſarum,et uiolarum,nec plus,nec minus,niſi,q; loco uiolarum, uel roſarum ponatur anethum.

OLEVM de ruta Meſ.Renes, & ueſicam, & matricem calefacit, & confert doloribus eorum, et dolori laterum. Et modus operationis eſt.

Foliorum rutæ,	Succi rutæ an.ʒ.iiii.
Olei oliuarum incompletarum lib.iii.	

Tria hęc reponantur in uaſe uitreo ſtricti orificii,& obturetur os eius,& ſoli per dies xv.exponantur: deinde per horas quatuor in duplici uaſe coquantur,poſtea colentur fortiter manibus comprimendo,& de ſecũdo,& tertio hoc reiteretur:demũ decoquatur per tempus ut ſupra, & reſeruetur.

De oleo nota,q; aliud eſt nouum,et aliud eſt uetus : illud quòd eſt nouum calefacit calefactione temperata, et humectat uetus uero eſt calidum magis quàm reſolubile.

Igitur cum olea temperata facere uis, uel parum calida oleum nouum accipere debes.Cum uero calida,tunc uetus accipere potes. Et hic nota, quòd omne oleum cum quo hæc olea fiunt,debet carere omni malo ſapore.

OLEVM de menta magiſtrale.ualet contra oppilationẽ

ſtomachi, & hepatis ex frigido humore,& confortat ſtomachum & necat uermes in ſtomacho puerorum, & incitat appetitum,& ſoluit durities in ſtomacho , & tuſsim frigidam calefacit:ſtomachum bonum facit. Cuius permixtio .

℞.Foliorum mentæ uiridis. Succi mentæ an.℥.iiii.
Olei oliuarum completarum lib.iii.

Tria hæc reponantur in uaſe uitreo , & ſoli exponantur per dies xv.os uaſis obturãdo: deinde bulliant per quatuor horas deinde colentur manibus fortiter exprimendo , & hoc idem ter reiteretur ſemper modo prædicto faciendo : deinde cola, & reſerua .

Iſtud oleum a Meſuæ non deſcribitur : ſed ſic communiter ab omnibus practicantibus fieri ſolet .

Oleum ſambucinum Meſ.lenit,& mundificat cutim & confert doloribus neruorum,& confortat eos . Cuius permixtio hæc eſt .

℞.Olei oliuarum li.i.Florum ſambuci in menſe Maii collectorũ.℥.iiii.Facias & de iſto modo quo fit oleum camemillinum,anethinum,liliorũ in omnibus tam de permutatione quã decoctione,q̃ ſoli expoſitione,& infuſionis additione .

Modus infuſionis florum ſampſuci,ſit , ut infuſio præſcriptorum florum,& roſarum,& uiolarum &c.

Inſuper nota, ꝙ omnes præſcripti flores debent eſſe uirides,& de ipſis uiridibus eſt intelligendum . Ideo ſemel in anno fieri poſſunt,& non plus &c.

Oleum de nenuphare Meſ.inflammationes ſedat ubicunq; ſint,& lenit aſperitates ẽt pectoris,& pulmonis,& ledat apoſtemata calida,& pleureſim.Cuius ꝓmixtio hæc eſt.

℞.Olei oliuarum immaturarum lib.i.
Florum nenupharis uiridium contuſarum.℥.iiii. Reponãtur in uaſe uitreo,& facias prout de oleo uiolato tibi dixi, & de poſitione ad ſolem,& de decoctione,& de permutatione florum,& de additione infuſionis.

Infuſio nenupharis fit ſicut infuſio uiolarum, uel roſarum,nec plus , nec minus.

Ex omnibus floribus fieri poteſt oleum & habet uirtutem florum,& fit ut de floribus uiolarum tibi monſtraui:ſed accipi debent cum ſunt completæ maturitatis,& non deperdunt naturalem eius colorem &c.

Oleum coſtinum Meſuæ,neruos,& lacertos calefacit. Et aperit oppilationes eorum,& confortat omnia membra neruoſa,& confert ſtomacho,& hepati, & confortat capillos,& prohibet caniciem,& facit colorem,& odorem corporis bonum & fit ita.Cuius permixtio .

℞.Coſti amari.℥.ii. vnc.viii.
Caſiæ ligneæ.℥.i. Vini odoriferi.lib.ii.
Summitatum maioranæ.

Confrangantur omnia prædicta & infundantur in uino per noctes duas:deinde accipe Olei ſiſamini libr.iii. Decoquantur omnia in duplici uaſe per horas ſex & reſerua.

Hic nota ꝙ auctor dicit coſti amari:ex his uerbis poſſet quis credere ꝙ ſit aliud coſtũ.igitur intelligas ex ſuis dictis, ꝙ te inſtruit ꝙ non accipias de adulterato , ſed de naturali ꝙ amarum eſt:& hic etiã nota quæ ſupra de coſto tibi dixi.

Oleum de formicis uolantibus Nicolai ualet ad confortandum coitum .

℞.Formicarum uolantium,& pone in oleo,& pone ſoli per dies xl. in uaſe uitreo .

Oleum de cappariibus magiſtrale ualet duritiei,oppilationi,& dolori ſplenis,nec non omni eius ægritudini.

℞.Corticum radicum cap parorum.℥.i. Tamariſci.℥.ii.
Rutæ.℥.i.
Seminis agni caſti, Olei oliuarum lib.i.
Scolopendriæ, Aceti ,
Cyperi an.℥.ii. Vini optimi ana.℥.ii.

Miſce & confrangantur omnia groſſo modo & coquantur in dupli uaſe uſque ad conſumptionem uini & aceti: deinde colentur & repone .

Multæ aliæ deſcriptiones huius olei reperiunt a doctoribus deſcriptæ:ſed iſta melior ẽ:& lõga experiẽtia ꝓbata eſt.

Oleum myrtinum Ioan.de ſancto Amando ſtomachũ & cor confortat & neruos.Cuius permixtio hæc eſt .

℞. Myrtillorum,lib.i. confrangantur.
Vini optimi lib.iii. Olei communis lib.ii.

Miſce & ſimul bulliãt in duplici uaſe uſq; ad conſumptionem uini:deinde colentur.Et iterum myrtilli & uinum ſm eandẽ quantitatẽ cũ dicto oleo ad coquendũ ponantur , & iterum & tertio hoc illud fiat:deinde coletur & reſeruetur. In hoc oleo apponi debet uinũ rubeũ ut adiuuetur in ſtipticitate & melior ſit.Notũ ſit illud Meſ.quia ſuccus myrtillorum ad nos non portatur:ꝙ ſi haberi poſſit: modus faciendi eſt ſicut olei cydoniorum ut in iſto oſtenſum eſt &c.

Oleum maſticinum Meſ. confortat ſtomachum , neruos:hepar:& iuncturas: & lenit apoſtemata dura : & ſedat dolores . Cuius permixtio.

℞. Olei roſati lib.i.Maſticis.℥.iii.Vini boni.℥.iiii.Decoquantur omnia in duplici uaſe uſq; ad conſumptionem uini & reſeruetur .

Vinum cum quo fieri debet iſtud oleum eſſe debet uinũ vermiglium:eo quia magis ſtypticum & confortatiuum eſt.

Oleum de caſtoreo magiſtrale ualet ad oẽm frigiditatẽ neruorum : & ad ſpaſmum,& tremorẽ,& confert tremori: & tetano : & doloribus neruorum , & iuncturarum .

℞.Caſtorei vnc.i. Carpobalſami ,
Storacis calamitæ, Coſti,
Galbani, Bdellii ,
Euphorbii , Spicæ.℥.iii.
Opopanaci . Olei oliuarum lib.ii.
Been albi . Vini boni rubei.℥.vi.
Been rubei ana.℥.iii.

Bulliant omnia ſimul in duplici uaſe uſq; ad conſumptionem uini:& conquaſſentur:& coletur : & reſeruetur .

Oleum ſcorpionum Meſ. ſecundum ualet ad lapidem in renibus & ueſica,frangit,& expellit eum . & proprie in renibus & femore,& ſupra collum ueſice inunctum:& inie ctum per uirgam,expellit enim eum. Cuius permixtio.

℞. Ariſtolochiæ rotundæ.Gentianæ . Cyperi Corticum radicis capparis an.℥.i.Conterantur omnia groſſo modo,& funde ſuper ea . Olei amygdalarum amararum Kiſt.i.ideſt lib.i.s.& pone in ſole per xx.dies ſtringendo orificium uaſis,deinde proiice ſuper ea ſcorpiones numero xv. Et iterum ſtringe orificium uaſis : & dimitte in ſole per dies xxx. deinde colentur & reponantur.

Iſtud oleum quanquam Meſue iubeat abſq; coctione illud facere, tamen ut uirtus iſtarum rerum in oleo melius tranſeat,laudarem,ꝙ antequam ſoli exponerentur cũ oleo ad ignem tribus uel quatuor ebullitionibus & plus bullirent,eo quia in eo fit de decoctione multa ſuſtinentia .

Oleum cydoniorum Meſ.ſtomachum & membra nutritionis confortat,& neruos,quibus accidit laxitas,& prohibet multitudinem ſudoris.

℞.Carnium cydoniorum tritorum cum cortice ſuo,quibus media accidit maturatio.Succi cydoniorum cum corti ce in complete maturatorum an.℥.vi.Olei ex oliuis immaturis lib.iii.

Tria hæc ponantur in uaſe uitreo & ſoli reponantur per dies xv.uaſe obturato,deinde coquantur in duplici uaſe per horas.iiii.deinde colẽtur cum pecia exprimendo,& colaturæ iterum addantur cydonia,& ſuccus eorum quantitate ſupraſcripta . Et ſoli per tantum tempus dimittantur : deinde in duplici uaſe ut ſupra coquantur deinde exprimantur : & iterum & tertio cydonia & ſuccus colaturæ addantur:& ſoli exponantur,& tempore dicto iterum dimittantur: poſtea ultimate coquatur & coletur & ſeruetur.

Si oleum de oliuis immaturis haberi non poſſet loco ipſius accipi poteſt oleum completum,& ter uel quater lauari poteſt in aqua,& ita aliqualiter uirtuti olei incompleti approximabit.Et modus lauandi oleum eſt in unguento dialtheæ magiſtralis &c.

Oleum ſpicæ ſeu nardi Meſ. & eſt ſecunda deſcriptio, & eſt oleum benedictũ multorũ iuuamẽtorũ : & proprie ad oẽs ægritudines frigiditatis:& uẽtoſitatis, & proprie neruorum ſtomachi, & hepatis,& ſplenis,renum, ueſicæ , & matricis,& confert dolori auris uentoſo , & dolori capitis : & emi-

emicraneæ ſecũdum omnem modum adminiſtrationis eius: etiam facto ex eo caputpurgio purgat: & colorem efficit bonum & corporis odorem.

℞.Spicæ indæ.ʒ.iii. Foliorum lauri.
Sampſuchi.i.maioranæ ʒ.ii. Cyperi.
Xyloaloes.i.lignum aloes. Squinanti.
Radicum enulæ. Cordumeni.i.carni agreſtæ.
Folii indi. ana.ʒ.i.ſ.
Calami aromatici.an.ʒ.i.ſ.

Confrangantur omnia groſſo modo: & fundantur ſuper ea uini boni & aquæ an. tantum quod prædictæ res cooperiantur. Olei ſiſamini lib.vi. Decoquantur in duplici uaſe per horas.vi.lento igne, deinde ſine colatura omnia in uaſe reponantur, & obturetur os uaſis.

Oleum oliuarum eſt materia omnium, oleorum: & denominationem olei habet, & intelligitur de oleo oliuarum: & non de alio oleo. Compoſitio huius olei eſt precioſiſsima: ſed raro fit propter penuriam folii ueri, & propter auaritiam emptorum nolentium debitum precium ſoluere.

Oleum ſiſaminum non fit: quia grana ſiſami non reperiuntur apud nos, ſed loco ipſius accipi poteſt oleum amygdalarum dulcium uel illud quòd inferius deſcribitur.

Olevm ſpicæ magiſtrale, & hoc cõiter fit & ualet.

℞.Spicæ nardi.ʒ.ii. Calami aromatici.
Spicæ celticæ.ʒ.i. Croci ana.ʒ.ſ.
Stœcados.ʒ.iiii. Succi ſaluiæ,
Maioranæ.ʒ.iiii. Vini optimi ana.ʒ.vi.
Nucis muſcatæ. Olei communis.lib.vi.
Cinnamomi.an.ʒ.vi. Aquæ fontis.ʒ.vi.
Maſticis.ʒ.ii.

Confrangantur omnia ſimul: & coquantur in duplici uaſe lento igne uſque ad conſumptionem uini & aquæ & ſucci, deinde reſeruetur.

Oia olea debent coqui in duplici uaſe et lento igne: eo qa oleum faciliter eſt reſolubile, & magno calore inflãmaretur & uirtus deperderetur, imo doctores uolunt & iuſſerunt hanc decoctionem. modus autem tritus eſt. Sed ſi artificiale uas ad hoc nõ haberemus, poſſemus accipere urceũ petræ uel ſtagni coopertum, & in eo oleum & alia ponere: deinde dictum urceum infundere in cacabo aquæ pleno, et ſub eo ignem facere ex ebullitione aquæ, oleũ quòd aquam non tangit decoquatur, & hic eſt modus optimus.

Dicitur oleum ſpicæ a ſpica in eo intrante, eo quia ſpica eſt baſis in hoc oleo &c.

Olevm uulpinum Meſue, & eſt medicamen nobile utillimum ad arthriticam, & podagram, & dolorem, renum, & dorſi. Cuius permixtio.

℞.Vulpem unam integram, cuius interiora ſint euulſa, & pone in uaſe & funde ſuper ipſam aquæ fontium, & aquæ marinæ.ana. Kiſt.i.ideſt lib.i.ſ.

Olei antiqui clari Kiſt.ii. ideſt lib.iii.ʒ.ix. Et ſimul omnia decoquantur lento igne cum ſalis.ʒ.iii. Et coquantur uſque ad aquæ conſumptionem, deinde permuta in alio uaſe, & proiice ſuper ipſa, Anethi.

Alaſe.i. thimus ana.lib.i. Et funde ſuper ea aquæ dulcis decoctionis predictarum herbarum lib.ii. & decoque ſicut prius uſque ad aquæ conſumptionem, & carnis ab oſsibus, & neruis ſeparationem, deinde colentur omnia fortiter exprimendo, & reſeruetur eſt enim mirabile.

Et quando præter oleum coquitur uulpes in aqua fontium & aqua ſalſa, & ſit aquæ quantitas multa cum eiſdem herbis, & adminiſtretur lauando in tina ex efficax. Hoc quo que non ꝑtermittimus, ꝙ uulpes tandiu debet coqui, ſiue in faciendo oleum ſiue aquam ad abluendum donec diſcocta ſit, ut eius artus omnes laxentur & diſſoluantur.

De aqua marina. Nã ſi illam habere nõ põt loco eius apponas aquam bene ſalitam, & cum hoc quòd bene ſalita ſit iterum quantitatem ſalis in receptam deſcriptam appones.

Aqua marina ante quartũ diem putrefit & fetet. Sed ad eã cõſeruandam per mẽſem ponat ſeu miſceatur cum ea parum aquæ uitis. Aqua enim uitis eſt bona conſeruatrix, eo quia reſiſtit contra omnẽ putrefactionem. Et ultra hoc conſeruat encauſtrum ne a magno frigore congeletur: ut ſæpe ego expertus ſum hoc incidenter.

Salis ſi ſimpliciter ſcribatur uel ſcriptum reperiatur ſemper de uſuali & communi intelligatur.

Kiſt enim idem eſt quod lib.i.ſ. uel cotile duæ. Et cotila eſt.ʒ.ix. ut uolunt doctores &c.

Olevm de hypericon magiſtrale mirabile.

℞.Summitatum hypericon.ʒ.iii. Infundãtur in uino odorifero per.iii.dies & noctes, deinde bulliat in duplici uaſe bene obturato uaſe: & fortis fiat expreſsio: poſtea.

℞.Tãtundem hypericon bene cõtuſi, & infundatur in ſu praſcripto uino tribus diebus & noctibus: deinde addatur terebẽtinę.ʒ.iii. Olei antiqui.ʒ.vi. Croci.ϑ.i. Et miſceãtur & coquãtur in boccia in duplici uaſe uitreo vſq; ad conſumptionem uini: deinde reſeruetur in uaſe uitreo, iſtud oleum nõ eſt multũ in uſu. Hypericon eſt ſatis nota, eo ꝙ a Dioſcoride uocatur hypericon. Aui. inquit hypericon nominatur arabice alcarib: & nominatur ſyriace vua dęmonis. Dioſcorides facit de hypericõ tria capitula, et diſtinguit ipſas ſpecies. vnum facit ſub nomine aſquiron, aliud ſub nomine corium quòd eſt rapa ruſtica. aliud de hypericon. ſed Sera. in uno cap. de omnibus loquitur, ſed illud hypericon, quo utimur habet folia parua, et in eis foramina minuta, et propterea uocatur perforata ſiue herba ſancti Ioannis, ſiue fuga dęmonum, quæ inuenitur in partibus noſtris.

Olevm pro doloribus puerorum bonum et expertũ.

℞.Olei anethi, olei camomil.an.ʒ.vi. olei rutæ, ſtoracis liquidę an.ʒ.iii. pulueris cymini.ʒ.ii. bulliant omnia una ebullitione, deinde coletur et uſui reſeruetur quando oportet.

Olevm de amygdalis dulcibus Meſue, aſperitatem lenit gutturis et pulmonis et partium omnium exteriorum, et omnes durities et ficcitates membrorum et iuncturarũ lenit. Et confert hecticis, et impinguat et augmentat ſperma. Et iniectum confert dolori uuluæ et ueſicæ, et modus faciendi dictum oleum talis eſt.

℞.Amygdalarũ q̃titatẽ quàm uolueris. Cõtere eas bene uel macina eas ad molã, et ipſis bene macinatis repone in patella ſub qua ſit ignis clarus et eas in dicta patella reuolue manibus quouſq; dicta paſta ſit bene calida, deinde dicta paſta inuoluat in tela, poſtea in expreſſorio ponatur, et bene cõprimatur, et ſtet ſub eo aliqualiter, deinde iterũ ad molam ponas ad remolendũ, et poſtea in patella iterũ ad bene calefaciendum ponantur, demum poſt calefactionẽ petiis inuoluatur, et iterum exprimatur, et tunc habebis totum oleũ. Alios modos ponit Meſue, ſed iſte magis uſitatus eſt.

Sunt qui ſubtilem corticem ab amygdala remouent ante quàm oleum faciant, easque mundant ab omni immunditia: et modus iſte bonus eſt, et oleum magis perfectum. Sed inertia detenti, pauci ſunt qui hoc faciant. modo igitur præſcripto de oleo amygdalarum fiunt omnia olea quæ per expreſsionem fiunt, ut de nucleis perſicorum, de chryſomilis, et oleum amygdalarum amararum.

Olevm de amygdalis amaris Meſue eſt aperitiuũ oppilatiuum, carminatiuum uentoſitatum, et reſolutiuum, et cõfert dolori aurium et ſurditati et ſybilo, lenit aſperitates et delet pãnum faciei, et confert doloribus neruorum et duritiem eorum lenit: et modus compoſitionis eius eſt ſicut diximus de oleo de amygdalis dulcibus.

Olevm amygdalarum magiſtrale pro bibendo ſic fit.

℞.Amygdalarũ excorticatarũ.li.iiii.uel li.ii.ſi uis exiccẽtur bene ab aqua in bacilono ſub quo ſit ignis carbonũ: deinde bene piſtenẽ, poſt bonam cõtuſionem ponãtur in bacilono dicto, et bũ calefiant manibus ſemper ducẽdo, deinde recolligãtur in unã maſſam, et ſi teneri per ſe nõ poſſent parum aqua uiolarũ aſpergantur uſquequo de eis fieri poſsit ad modũ paſtoni ſemper tamẽ manibus ducendo. Poſtea inclinato bacilono ad unã põnem ſub quo remoueatur ignis maſſam dictam manibus comprimens, quemadmodum mulieres ſolent facere cum pannos ſuos inliſciuant: et poſt aliqualem fricationem cum ſapone illos exprimunt, et hoc ſæpe facias. Et ſic extrahes pro omni lib.i. amygdalarum.ʒ.iii. olei hoc ego ſæpe feci, et fieri feci pro multis perſonis.

Olei amygdalarum ſimpliciter ſi ſcriptum reperiatur & abſque determinatione ſemper de oleo amygdalarum dulcium eſt intellige ndum.

Oleum de nucleis perſicorum Meſ.ſ.ex nucleis perſicorum oppilationes aperit,& confert dolori auris,& occidit vermes in eis,& linitur ſuper umbilicum calidum,& necat uermes uulnerum,& confert dolori ani, & hæmorrhoidarum,& tumoribus eorum. Et modus faciendi dictũ oleũ eſt ſicut diximus de oleo de amygdalis dulcibus.

Oleum laurinum Meſ. confert dolori capitis,& hemicraniæ,frigidis & dolori neruor& iuncturarũ : & confert neruis læſis a frigiditate: & confert dolori ſtomachi,& dolori colico,& renũ,& dolori matricis,hepatis,& ſplenis,& dolori uiſcerum. Et modus faciendi dictum oleum talis eſt. ℞. Granorum lauri maturorum quantum uolueris, & dum adhuc ſunt recentia tere in pila, & fac bullire cum aqua in caldario. Deinde exprime in zamari plano non habente cõcauum,& collige ex aqua quod ſupernatat oleum. Deinde iterum exprime grana contrita in zamari habente uacuum & infunde aquam calidam & collige oleum: & repone & adminiſtra ubi oportet.

Oleum laurinum Magiſtrale ualet ut ſupra : & modus faciendi talis eſt.

℞. Baccarum lauri quantitatẽ quã uolueris: mundentur a ſuperiori cortice,& macinentur bene ad macinam olearior: deinde caleſiat illa paſta in cacabo: ſemper manibus agitando ſub quo fit ignis, deinde inuoluatur in pecia, & ſub expreſſorio ponatur,& bene exprimatur,& iterato remacinetur,caleſiat & exprimatur & habebis oleum.

Alio modo docet facere Meſ. hoc oleũ bulliẽdo in aquã dictæ baccaræ & pinguedo ſupernatans pro ipſo oleo accipitur uide ab eo: ſed modus ſuperior melior eſt.

Ex multis ſeminibus & ex multis nucleis fructuum olea fieri poſſunt,ſed quia in uſu non ſunt ſermonem nõ licet fieri. Olei nucum amygdalarum amararum,auellanæ, chryſomillæ, de perſicis, de nuce inda, de ceraſis,de granis citri, de phiſticis & pineis,de lino,de ſemine papaueris, de ſemine lactucæ,de ſemine cucurbitæ, de ſemine fœnugræci fieri poſſunt & fiunt per expreſsionem, modo quo fiunt olea amygdalarum dulcium uel amararum.

Oleum irinum Meſ.eſt abſterſiuũ,reſolutiuum, & maturatiuum,& ſedatiuum dolorum frigidor℞ : & ſubtiliatiuũ & maturatiuum materierum quæ ſunt in pectore & pulmone,& confert doloribus hepatis & ſplenis, & calefacit ea. Et confert doloribus iuncturarum,& lenit durities earũ,& apata dura,& ſcrofulas. Et confert dolori & frigiditati matricis iuuamentum manifeſtum. Et confert ſpaſmo. Et diſtillatur in aurem,& confert dolori ipſius & fœtori narium.

℞. Radicum ireos ʒ.ii. Florum eius ʒ.iiii. Aquæ decoctionis radicum eius lib.i. Oleum ſiſaminum,aut de oliuis maturis lib.ii. Bulliant in duplici uaſe uſq; ad aquæ conſumptionem. deinde cola & permuta radices & flores,& aquam decoctionis,& iterum hoc bis fiat ſicut diximus de oleo roſato deinde cola & reſerua.

Oleum iſtud eſt illud quod intrat in unguento arthanitæ Meſue &c.

Oleum de granis ſiſami Meſ. impinguat,& addit in ſpmate,& lenit durities,& aſperitates,& clarificat uocem,& lenit guttur,& eſt materia alior oleorũ multor℞. Et modus componis eius eſt ſicut olei de amygdalis, præter quã oportet ut grana ſiſami prius excorticentur, & modus operationis eius eſt. Mundetur ſiſamus ab oĩbus imunditiis, deinde roretur ſuper ipſum aqua cũ ſale pauco,& confricetur manibus,iterũq; roretur donec madefiat, poſtea expãdatur ut exiccetur,deinde aſſeſ aſſatione modica,& ponatur in ſacculo panni aſperi,& fricetur multum donec excorticeẽ, deinde mundetur a corticibus, & molatur cum molis : & fiat alrachine,& de cetero trahatur oleum ſicut de amygdalis, & quãdoq; trahitur oleum præterquã excorientur. Et eius operatio eſt ut aſſetur primo ſiſamus,deinde molaẽ, & fiat alrachine: & trahatur oleum ſicut diximus.

Oleum ſiſaminum Magiſtrale,℔ fit quando haberi nõ poteſt oleum de granis ſiſami. Cuius permixtio.

℞. Muſci.ʒ.i.	Spicæ.
Ligni aloes.ʒ.s.	Cardamomi.ſ.maioris & minoris,
Nucis muſcatæ.	Galliæ muſcatæ.
Garyophyllorum.	Cubebe.an.ℨ.i.
Macis.an.ℨ.i.	Olei communis.lib.i.
Calami aromatici.ℨ.i.	

Bulliant in duplici uaſe & reponantur.

Iſtud oleum ingreditur in multis medicinis, & quia ad nos non defertur,quãquã multi & falſe dicant ℔ uerus apportatur,hanc compõnem loco ipſius ſolent medici diſpenſare quæ in uirtute eſt ipſius. Et ſi hãc nõ uis facere,& aliud habere non potes, ipſorum loco accipias oleum amygdalarum dulcium, qui in uirtute eſt illius, ut omni medicorum tenet ſcola. ſed recens eſſe debet non rancidum.

Oleum de chryſomillis Meſ. ſedat dolorem ani, & hæmorrhoidarum,& reſoluit tumores in eis, & tumores narium,& impedimenta linguę,& dolores auris,et modus eſt ſicut diximus in ca.de oleo de amygdalis dulcibus.

Oleum de tartaro magiſtrale. ualet ad maculas faciei purgandum.

℞. Tartari quantitatem quam uolueris,ponatur ſuper prunas,& tantum permittatur,℔ totus inflammetur et rubeat, poſtea ponatur in ſacculo lineo, & pone dictum ſaccuſum in loco humido ſicut in penu: & ſub ſacculo ponatur uel ampulla uel cyatum, quod enim exiet ab eo oleum tartari ab omnibus ſolet appellari.

Hoc oleum poteſt fieri tam de tartaro albo, ſcilicet vini albi quam uini rubei.

Et ſunt qui alio modo faciunt. ſ. puluerizando tartarum ſubtiliter,deinde in ſacculo telæ reponunt, & ipſum ſacculũ,et tartarũ irrorant aceto,deinde ſub prunis,ponũt, et relinquunt uſquequo nigreſcat,deinde extrahunt illũ a ſaccu lo iterum,et puluerizant,et aceto aſpergunt, & ſub prunis ponunt,et poſt ipſius nigredinem ſacculum accipiunt & in penu ponunt,et liquor exit.

Quinq; modis habetur diuerſitas oleorum. Quædam.n. olea fiunt per expreſsionem ut oliuarum & amygdalarum: Quædam per impreſsionem ut oleum camomillæ & de abſinthio. Quædam per reſolutionem ut oleum ouorum, & frumenti. Quædam per ſublimationem ut oleum philoſophorum: uel de lateribus. Quædam uero per emanationem ut oleum balſami.

Et iterũ oleorum triplex eſt diuerſitas. Quædam. n. ſunt frigida ut roſatũ,uiolatum. Quædã temperata,ut amygdalarum dulcium recẽs, eo quia elapſo mẽſe ranceſcit,et ſic ſua temperies deperditur,& calidum fit,ideo dixi recens. Et q̃dam calida ut rutaceum,coſtinum,et uulpinum. Olea frigida quanto recentiora tanto meliora,et cum tranſeunt tres menſes uirtus ipſorum perditur et calida fiunt. Temperata uero uſq; ad ſex mẽſes ſunt in ſua bonitate. Calida uero ſeu calefacientia quanto antiquiora,tanto meliora etc.

Oleum ſaluiæ magiſtrale. Cuius permixtio hæc eſt.

℞. Foliorum ſaluiæ. Succis eius.an.ʒ.iiii. olei oliuarum lĩ. iii. Et facias prout in oleo ruthæ, menthæ, et abſinthii tibi oſtenſum eſt,de decoctione, expoſitione ad ſolem, et trina permutatione ſucci et herbæ.

Modo hoc potes facere ex omnibus herbis oleum, et illud oleum habebit uirtutem illius herbæ. Sed fieri debent olea ex herbis in menſe Maii, ut in pluribus, eo quia tunc maiori uirtute uigent.

Oleum de euphorbio Meſ. et eſt medicina ſolẽnis ad ægritudines neruorũ frigidas,et dolori eorũ,et dolori iunctũrarum,et dolori hepatis,et ſplenis. Et fit caput purgium ex eo ad ſodam,hemicraniam,et lythargiam,℔ ita fit.

℞. Euphorbii ʒ.s. Olei de Keiri ʒ.v. Vini odoriferi tantũdem,decoq; vſq; ad uini conſumptionem et utere.

Alius modus eſt faciendi dictum oleum.

℞. Staphiſagriæ. Condiſi.an.ʒ.iiii. pyrethri ʒ.vi. Calamẽti montani ſicci ʒ.xii. Coſti ʒ.x. Caſtorei ʒ.v. Tere et decoque in uaſe uitreo cum uini odoriferi.lib.iii.s.

Poſtq̃ infuſæ fuerint in eo diebus duobus vſq; ad mediũ vini.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 295 sur 335

uini. Deinde manibus fricatione uehementi cola: & funde ſuper ipſum olei de keiri: aut olei ſiſamini. lib. i. s. Et decoq; vſque ad conſumptionem uini. Deinde proiice ſuper ipſum Euphorbii recentis & albi ʒ.iiii. trici contritione ultima: & coquatur cum eo.

De condiſi eſt ſpecies ellebori albi.

OLEVM de ſemine lini Meſ. cõfert ad ſpaſmũ & lenit du ritiem neruorum, & iunćturarum, & eſt medicina magna ægritudinibus ani. ſicut ſunt apoſtemata, & hæmorrhoidæ, & rhagadie, & dolori pulſatiuo. Et modus operationis eius eſt ſicut olei ſiſamini præterquam non oportet vt excorientur ſemina lini.

OLEVM de cucurbita Meſue ualet ad inflammationes, ſedat ubicunque ſint, & lenit aſperitates etiam pectoris & pulmonis, & ſedat apoſtemata calida & pleureſim. Cuius permixtio.

℞. Succi raſuræ tenerrimæ cucurbitæ. Florũ eius. an. ʒ.iiii. Olei oliuarum incompletarum. lib. iii. Tria hæc reponantur in uaſe uitreo, & facias prout oſtendi tibi in oleo menthæ, abſinthii, tam de decoćtione quam expoſitione ad ſolẽ, permutatione ſucci, & raſuræ.

Olea omnia frigida perfećtiora fiunt cum oleo incõpleto quam cum completo, ſi aũt cum completo fiunt lauari debent cum aqua fontis bis, uel ter, calida uero olea fieri debent cum oleo completo abſq; lotione.

Poteſt etiam fieri oleũ ex ſemine cucurbitæ per expreſſionem, quemadmodum fiunt alia olea ex ſeminibus, & erit ſuperiori temperatior, & naturæ magis conformis.

OLEVM de floribus papaueris Meſ. ſedat dolores calidos, & facit ſomnum. Cuius permixtio.

℞. Flores folia & capita papaueris uiridia contuſa ʒ.iiii. Oleum oliuarum incompletarum. lib. i.

Reponantur duo hæc in uaſe uitreo, & obteretur os uaſis, & ſoli exponantur per dies. vii. deinde bulliant in duplici uaſe per horas tres, poſtea coletur manibus fortiter exprimendo, & hoc fiat bis ſemper noua folia, capita, & flores innouando, ſtandoq; ad ſolem, & bulliendo ad ignem ut ſupra. Tertiæ uero colaturæ adde ſupraſcriptam quantitatem foliorum florum &c. contuſis ut ſupra. Et his addas aquæ in fuſionis papaueris lib. i. Et ſtringe orificium uaſis. & expone ſoli per dies. xl. deinde cola manibus exprimendo: & itẽrũ in dićto uaſe reponãtur: & ſoli exponãtur: & ibi permittantur uſq; ad conſumptionem aquæ.

Iſtud oleũ fieri etiam poteſt ex ſolo ſemine per expreſſionem, ut fit oleum amygdalarum & ſeminum.

Infuſio papaueris fit ut infuſio uiolarum: excepto ꝙ in illo ſolum flores accipimus: in iſto vero flores, folia, & capita omnium ʒ.iiii. & cõfrangantur in reliquis ſit ut illa &c.

OLEVM de iunipero Meſ. confert infećtionibus cutis: & malo mortuo tibiarum: & ſerpigini: & cancro: & uulneribus malis. Et modus faciendi talis eſt.

℞. Lignorũ eius quantitatẽ ſufficientẽ: & ſcinde in fruſta: & imple ex eis dolium magnũ uitreatũ interius cuius orificiũ ſit arćtum, & fac foueam in terra, & præpara parietes eius cum terra figuli. Deinde pone ollam uitreatam ex direćto in fundo foueæ habentẽ orificium amplum: & cooperiatur lamina ferrea ſubtili perforata foraminibus multis ſicut cribratorium tritici: ita ꝙ lamina undiq; ollæ orificium cooperiat. Deinde ſuper lamina præparatur orificium dolii, ex inuerſo: & præparetur cum terra figuli, ut nihil ex utriſq; orificiis reſpiret. Poſt illud accinde ignem ſuper totum corpus dolii & dimitte ardere ſic per horas. ii. manabit enim ex arte hac oleum quod reconde & adminiſtra ubi oportet.

PVLVIS cordialis dulcis Magiſtralis. Iuuamentum magnum ad ægritudines cerebri, cordis, ſtomachi, & hepatis: & lætificat cor: & nos fuimus experti: & ualet ad tremorem cordis: & ſyncopim: & quando quis triſtatur & neſcit radicem: & facit oris odorem bonum. Cuius permixtio.

℞. Fragmentorũ cordialiũ Communium ſcilicet.	Smeraldorum, Rubinorum. an. ʒ.ii.
Zaphirorum.	Raſuræ cornu cer.
Seminis acetoſæ. an. ʒ.ii.	Terræ ſigillatæ. ʒ.i.
Margaritarum. ʒ.i.	Zucchari albi & fini. ʒ.xxiiii.
Et ſunt aliqui qui ponunt	Foliorum auri & argenti. an. numero. xl.
Granatarum,	Conterantur omnia per ſe ſubtiliſsime & reſeruentur.
Hyacintorum. an. ʒ.ii.	
Corallorum rubeorum,	
Corallorum alborum,	
Raſuræ eboris an. ʒ.iii.	

In hac compoſitione zuccharum apponitur duplici cauſa. Primo ut ſit magis guſtui delećtabilis. Secundo ut citius a natura attrahatur.

Præſcripta autem qũo cor confortent uel ratione nutrimenti uel qualitate uel occulta proprietate: in qõne mea de remouentibus uenenoſitatem & malitiam narcoticorum a membris principalibus ſubtiliter excuſsi quantum uero ad locum iſtum pertineat. dico quod agunt, & ratione qualitatis, & ratione proprietatis occultæ: & hoc magis.

PVLVIS contra uermex magiſtralis amarus eſt.

℞. Cornu cerui uſti.	Seminis portulacæ. an. ʒ.iiii.
Granellæ præparatæ. i. Herbæ ianuæ.	Oſsis de corde cerui. ʒ.iiii.
	Zaphirorum,
Diptamni,	Smeraldorum,
Myrrhæ,	Rubinorum,
Tormentillæ,	Granatarum,
Seminis caulium,	Hyacintorum. an. ʒ.i.
Seminis acetoſæ,	Rheubarbari electi ʒ.i.s.
Seminis coriandrorum præparatorum.	Seminis leuiſticis ʒ.x.
	Foliorum auri numero. xl.

Granella hoc modo præparatur mundetur ab omni immunditia, & ſuper eam proiiciatur acetum quo cooperiatur: & omni die acetum permutetur: & hoc fiat per dies nouem: deinde extrahatur ab aceto, & ſuper aſsidem dilatetur & permittatur in umbra exiccari.

PVLVIS pro botio Montagnanæ exiccans multum.

℞. Auuellanarum,	Nucis muſcatæ,
Spongiæ combuſtæ,	Gallarum.
Ballæ marinæ combuſtæ.	Ariſtolochiæ longæ,
Chartæ combuſtæ,	Cinnamomi,
Oſsis ſepiæ,	Ellebori albi,
Seminis plantaginis, ana. ʒ.iiii.	Ellebori nigri, ana. ʒ.ii.
Trium piperum,	Limaturæ acus præparatæ,
Zinziberis,	Cineris corticum ouorum,
Salis gemmæ,	ana. ʒ.s.
Lapidis pumicis. an. ʒ.ii.	

Conterantur ſubtiliſsime, & detur omni die. ʒ.i. cũ aqua ſaluiæ per duas horas ante cibos, optimum effećtum.

Spongia hoc modo comburitur. primo bene lauetur & purgeť a lapidibus interioribus: deinde in furno temperato exiccetur: deinde comburatur. Et cognoſcitur eius combuſtio quando omnis eius pars puluerizari poteſt: & hoc modo comburitur etiam charta. cauſa quare duo hæc comburuntur eſt, ut ſint magis corroſiua & penetratiua.

Modus incinerandi cortices ouorum poſitus eſt ſupra in electuario de cineribus.

Limatura uero acus præparatur eo modo quo ſcoria ferri ut in electuario de ſcoria fieri oſtenditur.

PVLVIS Ducis: ſiue puluis pro ſtomacho magiſtralis, ualet ad confortandum ſtomachum, & ad calefaciendum.

℞. Cinnamomi ſubtilis & electi. ʒ.ii.	Cardamomi. ſ. maioris & minoris,
Zingiberis,	Cubebæ,
Galangæ,	Piperis longi,
ana. ℈.i.	ana. ℈.i.
Garyophyllorum,	Zucchari albi. ʒ.vi.
Nucis muſcatæ an. ℈.i.	

Miſce & fiat puluis piſtando prius ſpecies: deinde zuccharum.

Ad faciendam compoſitionem hanc bonam pro omni drach. i. ſpecierum apponi debet. ʒ.i. zucchari ſi perfecta et bona eſſe debet.

PVLVIS ſenæ montagnanæ in ſuo antidotario.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 296 sur 335

℞.Folliculorum sanæ.℥.i.s. Cinnamomi,
Zingiberis, Tartari.an.3.i.
Macis.an.3.iii.
Terantur omnia satis grosso modo.& dosis eius est.3.i.

Folliculi ponendi sunt in hac compositi one: quia sunt melioris totius plantæ magisquam solutiui in foliis uero uirtus est debilis ualde.&c.

Pvlvis senæ magis solutiuus magistralis.

℞.Folliculorum senæ.℥.ix. Cinnamomi.3.i.s.
Tartari.℥.iiii. Salis indi.3.iiii.
Macis.3.iii. Diagrydii 3.s.

Terantur oia satis grosso mō & fiat puluis & dos.est.3.s.

Tartarum quod apponi debet in hac cōpositione est tartarum uini albi:eo quia magis solutiuū est et penetratiuum quam tartarum uini nigri.

Pvlvis pro epithemate cordiali magistralis: & ego eum fieri facio.

℞.Florum bugloſſæ. Seminis acetosæ,
Florum boraginis. Ligni aloes,
Florum melissæ.an.m.s. Garyophyllorum.an.3.i.s.
Sandalorum omnium. Croci.ℨ.s.
Rosarum rubearū.an.3.ii. Margaritarum.3.s.
Doronici, Musci.gra.iii.
Been albi & rubei. Camphoræ.gra. vi.
Karabæ, Fragmētorum precioſorum
Ossis de corde cerui. omnium.℥.i.
an.ℨ.iiii. Corali utriusq;.
Corticum citri.3.i.s. Spodii.an.3.s.

Conterātur oia p se:deinde misceātur & vsui reseruentur.

Flores omnes in umbra exiccari debent. Nam si in sole exiccentur pars ipsorum deperderetur. sol enim resoluit partes subtiles & uaporosas.

Apparet quibusdam extraneum q̄ in hac compōne frigida:& quæ ad infrigidandum facta est crocus apponatur: sed hoc factū est ut dirigat uirtute aliarū medicinarum ad cor. & sic instruit Auic.fen.quarta primi.cap.2.

Pvlvis pro sacculo cordis magistralis sic fit.

℞.Florum boraginis.℥.s. Boli armeni.an.3.i.
Florum bugloſſæ, Corallorum rubeorum,
Ossis de corde cerui.3.i. Seminis acetosæ,
Florum melissæ ana.℥.s. Corticum citri.an.3.s.
Rosarum rubearum.3.ii. Ligni aloes,
Florum camæmillæ. Spodii.ana.ℨ.ii.
Florum anthos.i.florum ros- Croci,
marini.an.3.i.s. Setæ crudæ.an.gra.x.
Sandalorum omnium, Camphoræ.ℨ.s.
Been albi & rubei,

Misce & oia grosso mō puluerizētur & usui reseruentur.

Duæ præscriptæ compositiones specierum sunt terendæ grosso modo: & per cribrum medicinarum transeundæ, ut commodius possint in sacculis stare:ac ut uirtus ipsarum lōgion tempore duret.& sic finis imponitur.

De puluеribus fuit opinio quorundam q̄ uirtus earū duraret usque ad sex menses.Sed huic opinioni ego non adhæreo:eo quia in spatio sex mensiū uirtutes puluerum resoluūtur & efficiuntur debiles. Igitur dicas q̄ per duos menses conseruantur in bonitate sua:& non plus.

Pvlvis pro sacculo capitis magistralis.

℞.Florum camæmillæ.M.s.
Stœchados, Cubebarum,
Maioranæ.ana.M.s. Nucis muscatæ,
Macis, Corticum citri.
Masticis.ana.3.i. Rosarum.an.3.i.
Corallorum rubeorū.ℨ.i. Salis usti.ℨ.iiii.

Conterātur hæc & in pecia ponantur: & capiti approximentur.

Quantitas suprascriptarum & infrascriptarum specierū in sacculis apponenda est. ℥.i. pro singulo uel ℥.i.s. ad plus. Forma sacculi capitis debet esse quadrata ad latitudinem palmæ manus.Sacculus uero pro corde debet habere formam cordis &c.

Pvlvis restrictiuus magistralis.

℞.Boli armeni lib.i. Thuris ℥.i.
Myrtyllorum.℥.vi. Rosarum rubearum,
Sanguinis draconis.℥.iii. Balaustiarum.ana.℥.ii.
Masticis ℥.i.

Conterantur subtiliter & usui reseruentur.

Omnes species puluerum in hac summa supra descripta subtiliter sunt conterendæ: & per spissum sedacium sunt transeundæ.&c.

Pvlvis pro mingentibus in lecto Montagnanæ efficax multum.

℞.Stomachorum gallinarum Agrimoniæ ℥.i.
præparatorum.3.iiii. Cineris ericii cōbusti. 3.iii.

Conterantur omnia & detur patienti 3.i. cum pauco uino uel brodii quando uadit dormitum.

Stomachi gallinarū hoc modo præparātur. Accipe aquā capitelli calidā in lisciuii quantitatem cōuenientem, & infundas stomachos gallinarum uel caponorū per horam:postea ablue duabus uel tribus uicibus:deinde abiecto lisciuio infunde in uino uermiglio:& sicut fecisti de lisciuio, similiter fac ablutionem in uino.Et etiam in aqua de nouo infunde aquam ut supra.Et postea in uino mutando ut de albentur:portentur in furno a quo nouiter panis fuerit extractus & permittantur exiccari & reseruentur usui &c.

Ericius comburitur eo mō quo lepus comburitur:& modus combustionis positus est in electuario de cineribus.

Pvlvis pro bombardis & schiopettis.

℞.Salis nitri.℥.iiii. Carbones salicis.℥.i.
Sulphuris.℥.ii.

Pistentur omnia subtiliter:& fiat puluis.

Pvlvis pro implendo dactylos pro mulieribus grauidis pro comedendo.

℞.Masticis electi, Myrtillorum,
Thuris albi.an.ℨ.i.s. Boli armeni,
Sanguinis draconis fini.ℨ.s. Granæ electæ ana.ℨ.s.

Pistentur omnia & ponantur.3.i.suprascriptarum specierum pro singulo dactylo abiecto osse interiori: & inuoluatur in papyro:& limphetur cum uino uermiglio: & ponatur ad calefaciendum subtus bernices calidas: & detur mulieribus dubitantibus disperdere & bonum est.

Pastonvm pro philomenis sic fit.

℞.Farinæ cicerum fractorū grosso modo.li.i. Amygdalarū mundatarum.℥. vi.& simul bene incorporentur & pistētur: deinde accipe butyri recentis.℥.iii. & pone in captia & liquefac: & postea adde croci.ℨ.iii. & misce omnia simul in captia & pone super ignem semper agitando cum spatula & nō detrahas ab igne donec erit sicuum parunt, & postea pone ad cribellum ut totum transeat:& si non uult transire ite℞ residuum pone ad ignem ad exiccandum donec exeat totum de cribro & serua.

Pilvlae alephanginæ Mes. & interpretantur pilulæ de aromatibus ex inuentione nostra:ualent ad dolorem stomachi propter phlegma ipsum:& sunt uehementis iuuamēti in mundificādo stomachum,& cerebrū,& humores grossos,& instrumenta sensuum,stomachum uero confortant & digestionem procurant.

℞.Cinnamomi electi, Nucis muscatæ,
Cubebæ, Cardamomi maioris &
Ligni aloes, minoris,
Calami aromatici, Garyophyllorum,
Macis.ana.3.viii. Assari.ana.3.viii.
Masticis, Carpobalsami.3.viii.
Squinanti, Absinthii sicci,
Spicæ.ana.3.viii. Rosarū rubearum.an.3.v.

Terantur hæc oia contritione grossa,et infundantur super ea aquæ lib.xii.et coquantur usq; ad consumptionē duarum partiū,deinde fricent manibus, et colent,exprimēdo aquo sitatē eius: postea accipe aloes succotrini libr.i. et laueē in scutella lapidea uitreata lauatiōibus pluribus cū aqua pluuiali:postea remota aqua proiiciantur super eū de prædicta decoctione lib.ii.et ponatur in sole et permittatur deficcari oi die cū spatula agitando:deinde post ipsius exiccationē conterantur subtiliter et puluerizentur et superponantur.

Myrrhæ

Myrrhæ, Maſticis.an. 3.v. Croci.3.iii.Et ea permiſce cum aloe loto,& poſt reſiduum decoctionis adde & ſoli expone omni die commiſcendo cum ſpatula : & tãtum permittatur ſtare ꝙ exiccentur & ſerua.doſis eſt.3.i.uſq: ad aur.i.

Iſtæ pilulæ non poſſunt confici niſi ſemel in anno ſcilicet pilulæ alephanginæ in æſtate.ſ.in menſe Iunii uel menſe Iulii.& ſic tantum iſta ſpecies pilularum per annum conſeruatur in ſua uirtute & non plus.

Magna diuerſitas reperitur in Meſ.de doſi roſarum & abſinthii,quidam ponunt.an.3.v.quidam uero.3.v.& iſta litera uerior & melior eſt.nam roſæ ponuntur ut expellant malitiã caliditatis aloes a ſtomacho & capite.abſinthium uero ut aggreget ſua ſtipticitate partes laxatas ab aloe. quare 3.v.eſt doſis quæ in dicta recepta apponi debet.

Aloes lauatur cum aqua pluuiali propter hanc cauſam, quia illa ſubtilior eſt quam cõmunis:ideoq; magis penetrat per omnes partes aloes quam poſſet communis facere propter groſsitiem ſuæ ſubſtantiæ,quare cum illa lauetur.

Aloes lauatur hoc modo. Accipe de aloe ſuccotrino mũdo,ꝙ cito frangatur, & boni ſit odoris quantitatem quam uolueris,bene teratur,& cribelletur: deinde proiiciatur in ſcutella lapidea uitreata & roretur aloes ex aqua pluuiali donec imbibatur ab ea per totum:deinde ſoli exponatur,& exiccari permittatur ab illa aqua.Et cum deſiccatum fuerit iterum teratur & ſecundo iterum imbibatur ex aqua pluuiali,& dimitte ſiccari ſicut prius, & iterato hoc facias, & tertio uſquequo aqua omnes partes eius penetrauerit, & hoc modo aloes erit lotus,nec alio modo lauari debet.

Pilvlae maſticinæ Petri de Ebano ſuper additionibus factis Meſ.cap.de medicinis appetitus corrupti in fine capituli præſeruantes ſtomachũ ab omni læſione intrinſeca nec permittunt humores putrefieri in eo:immo abſtergũt, & mũdificant rugas,& parietes,& qui aſsiduat uſum earum diebus ſingulis permanebit illæſus a doloribus ſtomachi, nec a doloribus capitis uexabitur unquam, & nihil eſt oculis mihi crede ſalubrius iſtis,& qui triſtantur ſubueniunt,& eſt medicina matricis uiſcoſæ,& uiſcerum interiorum.

℞.Maſticis.3.iiii. Agarici albi.3.iii.
Aloes electi.3.x. Miſce & fiant pilulæ cũ ſucco altiliæ.i.ſucco artemiſiæ,& poteſt etiam reformari cũ ſyrupo de ſtœchados.doſis eſt pilulæ.ii.uel.iii.quãdo uadit dormitum,& poteſt recipi ſecundum mentem uolũtatum uſq; ad.xxi. au.3.i.uel ii.

De altilia,aut altimilia,ꝙ idẽ eſt,o quanta differentia reperitur in hac maxime ab ignorantibus aromatariis.Quidã dñt,ꝙ altilie eſt uinũ,uel ſapa,uel rob.falſum eſt,ſi Cõciliator diceret conficiantur cũ tile eſſet uinũ coctum,ſed ait cũ ſucco altiliæ.i.artemiſiæ. nã iſtud uocabulũ egomet audiui in Hiſpania,& dicũt altimilia.i.artemiſia. Auic.in.5.can.in tyriaca Eſdræ inquit.ſucci altiliæ:& eſt albelengeſif.& dicitur abrotanũ ſylueſtre. ergo eſt artemiſia. nam albelengeſif apud Galenum in.vi.ſimplicium eſt artemiſia. Præterea Cõciliator ſeu Petrus de Ebão dicit,ꝙ cõpoſitio hæ pilularũ eſt medicina matricis uitioſæ, & uiſcerũ interiorũ prout ſupra ſcripſi.ergo artemiſia ad idẽ mirabiliter ualet, & ſic eſt, ꝙ altilia eſt mater herbarum,ſiue artemiſia.Et loco eius poteſt poni ſyrupus de ſtœcados,ut ſupra dictum eſt.

Pilvlae aureæ Nico.ab excellentia auri.ſicut. n. aurum inter alia metalla præcioſiſsimũ habetur,ſic pilulæ iſtæ inter alias meliores approbant,purgãt caput, acuunt uiſum & auriũ auditũ,& cõſerunt uẽtoſitati ſtomãchi,& inteſtinorũ,& cõferũt colicę,& purgant ſine moleſtia,& ſunt in uſu.

℞.Aloes electi, Seminis fœniculi.3.i.s.
Diagrydii.an.3.v. Croci,
Roſarum rubearum, Coloquintidæ interioris,
Seminis apii.an.3.i.s. Maſticis an.5.i.
Seminis aniſi.an.3.i.s.

Puluerizentur non multum ſubtiliter, & formentur pilulæ cum aqua infuſionis dragacanthi.

De colloquintida inter doctores ẽ diſcordia:multi ponũt qñ reperiũt interioris colloquintidæ,& ſemina,& pulpã ut uult Circainſtans, & male faciũt.alii uero ponũt pulpam ſine ſemine,ut alii omnes ſcribunt doctores,& iſti melius faciunt,& ſic communiter ab omnibus ponitur, ut Seruitor de modo præparandi ponit,& ſic Meſ. in deſcriptione trochiſcorum alandal iubet illam a granis mundari.

Pilvlae de quatuor rebus ſecundum Franciſcum de Pedemontium in cap.de dolore inteſtinorum,& medicinis eius,& ſunt expertiſsimæ.

℞.Colloquintidæ, loco eius trochiſcorũ alandal. Serapini.an.3.ii.
Salis gemmæ,
Diagrydii.an.3.ii.

Terantur & conficiantur cũ ſucco porri : iſtæ pilulæ non ſunt in uſu apud nos, dicuntur aũt de quatuor rebus a quatuor ſimplicibus quæ in ipſis ingrediuntur ſine liquore.

Pilvlae turbithatæ,& dñr aureæ Meſ.& ſunt primæ, choleram,& phlegma ſine moleſtia purgant,ſtomachum,& hepar confortant,& digeſtionem procurant.

℞.Turbith albi,& boni, Maſticis.3.vii.
3.xvi. Roſarum.3.vii.
Aloes.3.xii. Croci.3.iii.

Puluerizentur,& conficiantur cum ſucco abſinthii.

In iſtis pilulis non ponitur zingiber,& hoc eſt ut debiliores ſint,& a longe non trahant qđ ſecus facerent ſi in eis poneretur:zingiber.n.permixtum cum turbith fortificat ipſius ſolutionem,& facit,ꝙ a longinquo attrahat.

Pilvlae aggregatiuæ ex inuentione noſtra Meſ.quæ ſunt in uſu contingentes aggregationem expertorum iuuamentorum ad febres antiquas, & ad febres diuerſitatis, & ad ægritudines capitis ſtomachi,& hepatis, & educunt putrefactiones utriuſque choleræ & phlegma: & mundificant inſtrumenta ſenſuum,& ſunt mundificatiuum bonum:

℞.Myrobalanorum citrin. Polipodii.3.ii.
Rauedſeni.an.3.iiii. Turbith,
Succi eupatorii, Aloes.an.3.vi.
Succi abſinthii.an.3.ii. Maſticis,
Diagrydii.3.vi. Roſarum rubearum,
Myrobalano.Kebulorum. Salis gemmæ,
Myroba.indorum, Epithymi,
Agarici albi, Aniſi,
Coloquin.interioris.an.3.ii. Zingiberis.an.3.i.

Miſce & reformentur cum electuario roſato Meſ.omnibus prius puluerizatis.doſis eſt.3.i.uſq; ad.3.i.s.

Nota ꝙ ſucci intrantes in iſtis, & aliis pilulis ſeu confectionibus hoc modo fiunt.Accipiatur abſinthium, & bene conteratur:deinde in pecia rara inuoluatur, & poſtea cum torculari exprimatur,& abſq; alia colatura in uefica ponatur,& ſoli ad exiccandũ permittatur.ſi.n.a parte groſſa colaretur,in uefica nihil remaneret, eo quia pars aquæ a ſole conſumeretur,& ut de abſinthio dico:ita & de aliis omnibus herbis intelligatur,& per annum conſeruatur.

Nota ꝙ iſtæ pilulæ,& pilulę de hermodactylis minores, & de hermodactylis ex inuentione noſtra Meſ. reformentur cum electuario roſato Meſue, & nõ cum electuario de ſucco roſarum ſicut faciunt quidam ignari aromatarii, qui reformant cum ſupraſcripto electuario de ſucco roſarum, & hoc propter auaritiam.

Nota inſuper,quod ſi ſimpliciter ſcriptum reperies pilularum aggregatiuarum,de iſtis ſupraſcriptis eſt intelligendum,& non de aliis.

Pilvlae de fumoterræ. Auic.lib.4.Fen.7. capitulo de ſcabiei cura.purgant materias aduſtas, & conferunt ſcabiei.Cuius permixtio.

℞.Myrobalanorum citrinorum.
Myrobalanorum indorum.ana.3.v.
Scamonea.3.v.
Aloes ſuccotri.3.vii.

Puluerizentur oĩa nõ multũ ſubtiliter. Et confice cũ ſucco fumiterræ depurato,aut cũ aqua fumiterræ irrorando ea & dimittatur ad ſolẽ donec exiccetur,& imbibatur uice altera & dimittatur donec exiccetur, & fiat illud tribus uicibus & in oĩ uice fiat ſicut ſorbitio:deinde dimittatur donec inſpiſſetur, & cum factum fuerit fiant inde pilulæ.

Hic intelligẽdũ eſt, & in oĩbus aliis locis in quibus ſcri-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 298 sur 335

buntur myrobalani, quòd ſolum cortices amotis oſsibus accipi debent myrobalani.

Modus faciendi ſupraſcriptas pilulas uidetur obſcurus, ſed hoc modo fieri debẽt. Terantur ꝑſcripta in eis: deinde irrorentur ſucco fumiterræ cocto, et depurato, aut aqua fumiterræ, in tm̃, ꝙ oẽs partes ipſarum penetrent: deinde in ſole ad exiccandũ ponantur, & ante perfectã exiccationẽ, ſed poſt aliqualem ſuctionẽ iterũ aquæ fumiterræ irrorent, & ſoli exponantur, et hoc ter fiat, ultimo in ſole exponantur, & tantum permittantur, donec pilularum formam accipere poſsint: deinde remoueantur, & conſeruentur.

PILVLAE de mezereon Meſue, et ſunt medicina mirabilis ad hidropiſim, et educunt aquam citrinam, & ſunt expertæ. Cuius permixtio.

℞. Foliorum mezereon præparatorum .3.v.
Myrobalanorum citrinorum .3.iiii.
Myrobalanorum Kebulorum .3.iii.

Miſce & puluerizentur oĩa non multum ſubtiliter, et cõfice cum aqua endiuiæ in qua diſſoluti ſint tamarindi, et tereniabin. an. 3.i. et fiant, doſis eſt 3.i.s. Mezereon ꝑparatur hoc modo. Infundatur in fortiſsimo aceto, et per diem dimittatur, et exiccari ꝓmittatur: deinde cõteratur, & adminiſtretur, hoc.n. modo ꝑparatur, ut ſerositas, et inflãmatio q̃ in eo eſt amoueatur, parum.n. ſuſtinent de decoctione, & laborioſa contritio uirtutem eius deſtruit, & reſoluit.

PILVLAE de hiera ſimplici Gal. 2. therapeuticę, cap. 12. ualet ad uniuerſas paſsiones capitis aurium & oculorum, ſtomachum, & ſplen purgant.

℞. Specierũ hieræ ſimplicis Galeni .3.iiii. Et cõficiantur cum melle roſato & fiant. Nec aliud eſt addendum, nec diminuendũ, & hoc modo Galenus deſcribit loco allegato.

Neceſsitas compoſitionis pilularum fuit: quia medici uolẽtes dare ſuã medicinæ in forma in qua diu moretur in ſtomacho oportuit eas aptare in forma pilularum, cum ſolidum magis in ſtomacho ſtet, quanquæq; alia forma.

PILVLAE de hiera cõpoſita, ſiue de hiera cũ agarico magrales, et ualẽt ad dolorẽ capitis: pectus mũdificãt et humores, groſſos, & putridos, & cõferũt aſthmati, et tuſsi antiqi.

℞. Specierum hieræ ſimplicis Galeni.
Agarici trochiſcati, ana .3.iiii.
Aloes boni puluerizati .3.viii.

Miſce, & cum melle roſato fiant pilulæ.

In hoc libello notãdũ eſt, ꝙ in aliqbus deſcriptionibus, & compõnibus reperiẽ terantur, & in aliquibus conterantur: ideo differentia eſt inter tero & cõtero. Terere.n. idem eſt ꝙ rem aliquã diuidere per partes groſſas. Conterere uero idẽ eſt quod rẽ diuidere per partes ſubtiliſsimas: imo qñ intendo ſpecies ſubtiliſsime teri debere, ſcribo, & dico cõterantur. Quando uero uolo, quòd groſſo modo puluerizentur, dico, & ſcribo terantur. quare & in ſupraſcriptis, & in infraſcriptis compoſitionibus ad hoc aduertatur.

PILVLAE de hiera magna Galeni, ualent ad diuerſas capitis paſsiones, aurium, & oculorum, et ſtomachum optime purgant, & cauſas hepatis, et ſplenis duritiem molliunt, & extenuant, ueficæque proficiunt.

℞. Cinnamomi fini,	Squinanti,
Roſarum rubearum,	Radicum aſſari,
Spicæ, Maſticis,	Violarum,
Xylobalſami,	Epithymi,
Carpobalſami,	Agarici albi,
Caſsiæ lignex.	Turbith albi,
Abſinthii,	Colloquintidæ, an. 3.i.
Croci, an. 3.i.	Aloes boni ʒ.ii.

Puluerizentur omnia non multum ſubtiliter, & fiant pilulæ cum uino, aut cum melle roſato.

PILVLAE fœtidæ maiores Meſ. de mente Gal. expertorum iuuamentorum ad ægritudines omnes neruorũ quę ſunt a materia groſſa uiſcoſa difficilis eradicationis, & ad dolores iuncturarum qui ſunt ab eadem cauſa, & omnes dolores totius corporis quam eidem habent naturam, ſimiliter, & ad uertiginem, & ad epilepſiam, & hemicraniam difficilem, & ſodam, & morpheam, & albaras, & lepram.

℞. Serapini,	bris drach.ii.
Armoniaci,	Hermodactylorum .3.ii.
Opopanaci,	Diagrydii .3.iii.
Bdelli,	Cinnamomi,
Colloquintidæ,	Spicæ indæ,
Hermel. i. ſemen cicutæ,	Croci,
Aloes,	Caſtorei, ana .3.i.
Epithymi. ana .3.v.	Turbith albi .3.iiii.
Alſebram. i. xula, & colligitur in menſe Octo	Zingiberis .3.i.s. Euphorbii. ℈.ii.

Terantur omnia, & gummæ diſſoluantur in aqua porri, & fiant pilulæ.

Nota de mente authoris pandectarũ: ꝙ harmel ſcriptũ per h, idem ſignificat quod ſemen cicutæ, quando uero per a, idẽ eſt quod ſemen rutæ. Ex hoc igitur intelligas, ꝙ diuerſus modus ſcribendi diuerſificat nomen uocabuli, quare ſemper reſpiciendæ ſunt literæ, & ſyllabæ uocabulum componentes in medicina ſcriptum, eo quod uariatur ſecundum uarietatem compoſitionis literarũ, quare bene nota.

PILVLAE fœtidæ minores Meſ. quę ſunt in poteſtate maiorum.

℞. Serapini,	Myrrhæ .3.v.
Armoniaci,	Turbith albi .3.x.
Opopanaci,	Colloquintidæ .3.vi.
Bdellii, an. drac.v.	Diſſoluantur gummę in aqua porri, & cætera terantur, & cum ea conficiantur.

Vnũ gñale hic nota, et incidenter. Qd̃ illud quod de natura ſua eſt aromaticũ: quãto ẽ aromatitius tãto melius, & qd̃ eſt fœtidũ q̃to fœtidius tãto melius, excepto aloe. Sitr oẽ qd̃ dẽt hẽre aliquẽ ſaporẽ, q̃to in ſuo ſapore ẽ intẽſius tãto melius: excepto aloe. Nã cũ ſit de natura rerũ amaritudinem habentium: quanto minus amarum, tanto laudabilius.

Gũmę diſſoluanẽ in aqua porri uel in aceto, uẽ in aliquo alio liquore hoc mõ. Infundanẽ i aqua, uel aceto ꝑ noctem, & debet acetũ, uel aqua eſſe in tanta copia, ꝙ eas tegat. In mane, ſi gũmæ totam biberunt aquã, uel acetũ, & duræ ſint, adiungat ipſorũ alterũ, poſtea accipias eas, et fricabis manibus ſuper ſedaciũ: qua fricatione bona tranſibit ſubſtãtia, paleæ uero, & immunditiæ remanebunt, & tunc utere.

PILVLAE de ſarcocolla Meſ. in cap. de ſarcocolla: & in antidota. & ſunt pilulæ aliæ educẽtes phlegma, & conferunt ad ægritudines phlegmaticas. Cuius ꝓmixtio hæc eſt.

℞. Sarcocollæ præpara .3.iii.	Zingibegis drac.i.s.
Turbith albi. drac.iiii.	Salis gemmæ, drac.i.
Coloqntidæ interioris .3.i.s.	Diſſolue ſarcocollã in aqua roſata, cætera terantur, & cum ea fiat maſſa.

Sarcocolla hoc modo præparatur. Infundatur in lactę aſinæ per dies quinq; ſemper, & omni die lac innouando, & primum abiiciendo, demum diſſoluatur in aqua roſata ut in ſuperioribus pilulis tibi monſtraui.

PILVLAE de bdellio maiores Meſ. expertæ ad fluxum hemorrhoidarum, & ulcerum in eis, & ad fluxum menſtruorum. Cuius permixtio.

℞. Bdellii ʒ.i.s.	an. drac.ii.s.
Seminis ameos, drac.iii.	Myrobalanorũ emblicorum.
Myrobalanorum Kebulorũ,	Venarum aduſtarum .i. radix
Myrobalano. indorum,	acori aduſti,
Myrobalano. bellericorum,	Karabæ, an. 3.ii.s.

Infundatur bdellium in ſucco porri, cætera terantur, & cum eo fiat maſſa, & dentur pilulæ in modum ciceris.

De porro nota, ꝙ quoddã eſt porrum capitatũ. i. trãſplantatũ, & eſui illud cõpetit. Aliud eſt ſectile. i. nõ tranſplantũ, & iſtud uſui medicinæ cõpetit. Igitur de iſto fit ſuccus de quo iſtæ pilulæ reformantur, & ex his etiam fiat aqua, uel per ſublimationem, uel per decoctionem, & iſte ultimus modus magis mihi placet de qua reformentur, & diſſoluuntur gummæ intrantes in pilulis fœtidis, quare nota.

Diuerſitas magna reperiẽ in receptis harũ pilularũ fere oẽs Meſ. dicũt uenarum aduſtarũ. Et hanc literam reprobat Matth. Syl. in ſynonimis ponitur ſub ca. 690. dicens, ꝙ ẽ error ſcriptoris: et ꝙ debet dicere auellanarum aduſtarũ. Sed ſalua ſemꝑ eius pace in errore eſt, ſed dẽt dicere uenerarũ aduſta-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 299 sur 335

aduſtarum,ut a quodam antiquiſsimo Meſ.ſcriptum reperi. Et q̄ ſic dicere debeat,patet eo quia uenenæ.i.acorus ſ. radix quæ radix ſupra aliquem ēt portata illū cōſeruat a fluxu ſanguinis,ut ipſe,ponit ca.181.quare ſe ipſum corrigat.

Radix acori hoc mō aduritur, poſt ipſam exiccationem per groſſa ſatis fruſta incidat: deinde ſuper laminā ferream ignitā inceſſanter agitetur,& reuoluat quouſq; color eius de toto mutetur,& tunc remoueatur,quia aduſta eſt.

PILVLAE lucis maiores Meſ.addunt in uiſu, & corroborant eum,& auditum, & abſtergunt inſtrumenta ſenſuū, & expellunt ſuperfluitates, & cuſtodiunt ſanitatem totius corporis,& præſumitur ſuper eis abſq; neceſsitate abſtinendi cuius permixtio hæc eſt.

℞.Roſarum rubearum,	Cinnamomi,
Violarum,	Aniſi,
Abſinthii,	Seminis fœniculi,
Colloquintidæ,	Seminis apii,
Turbit,	Caſsiæ lignea,
Cubebæ,	Croci,
Calami aromatici,	Macis an.ʒ.ii.
Nucis muſcatæ,	Myrobalanorum citrinorum,
Spicæ,	Myrobalano.kebulorum,
Epithymi,	Myrobalano.indorum,
Carpobalſami,ideſt lignum balſami,	Myrobalano.belliricorum,
	Myrobalanorum emblico.
Sileris montani,	Rauedſeni, ideſt rheubarbar.
Seminis rutæ,	ana ʒ.iiii.
Squinanti,	Agarici,
Aſſari,	Senæ,an.ʒ.v.
Maſticis,	Euphragiæ.ʒ.vii.
Garyophyllorum,an.ʒ.ii.	

Aloes ſuccotrini ad pondus omnium, terantur omnia,& conficiantur cum ſucco fœniculi,& fiat maſſa. doſis eſt a ʒ.ii.uſq; ad drach.iii.

De colloquintida pauci ſunt qui in receptis ponāt colloquintidā,fundant ſe ſuper dictum Meſ. in deſcriptione trochiſcorū alandal, qui dicit Trochiſci alandal:qui ponuntur in hiera Hermetis,& in aliis cōfectionibus loco colloquintidæ:ac ēt pp ſuam uenenoſitatem dicunt non eſſe auſi in receptis ponere. Alii vero ponunt colloquintidam,& nō trochiſcos alandal,dicentes,q̄ magis ſolutiua eſt,et q̄ a doctoribus ponit in cōpōnibus tanquā calcar,ut ēt faciunt diagridiū,& ſic his rōnibus uarii uarias cōpones faciunt. Ego uero ſoleo hoc fieri facere,ſi in receptis authorē reperio,conſidero ſi in eis ipſius malitiam frangentes ſunt poſita, uel nō ſi ſic audacter illam apponi facio,ut in iſta recepta Si non: loco ipſius pono trochiſcos alandal, & hoc eſt quod dicit bonus Meſ.& propter hoc in hiera Hermetis poſuit in qua multæ,& multæ ſunt medicinæ venenoſæ, & paucę earum venenoſitatem corrigentes,& tu hoc conſidera bene.

PILVLAE de hermodactylis maiores Meſ. expertæ ad dolorem iuncturarum,& podagræ frigidæ.

℞.Hermodactylorum,	Caſtorei,
Aloes,	Sarcocollæ,
Myrobalanorū citrinorum,	Euphorbii,
Turbith,	Opopanaci,
Colloquintidæ,	Harmel.ſ.ſemen cicutæ,
Bdellii,	Seminis apii,
Serapini,an.ʒ.vi.	Croci.ʒ.i.s.

Conterantur omnia, & cum ſucco caulium fiat maſſa & doſis ʒ.i.in ʒ.ii.

Colloquintida antequā in cōpōne ponat debet vltimate conteri:vt iubet Meſ.in cap.de rectificatione medicinarum pro trituratione cū dicit. Oportet q̄ colloquintida ultime puluerizetur: nec ſit contentus aliquis in trituratione eius.

De contritione iterū nota,q̄ duplex eſt,quędam.n.eſt multa:quædā pauca:multa contritio fit duabus de cauſis Prima ut per illā contritionem remoueatur malitia medicinæ quā tum faceret,ſi groſſa eſſet:& ob hoc bene conteritur pulpa colloquintidæ.Secunda eſt.quia membrum quod curare uolumus eſt ſituatum in remotis partibus,& immo bene conterendæ ſunt,ut medicinæ rerū hepatis. Groſſa uero contritio fit duabus de cauſis.Vna eſt ne ultimata contritione virtus medicinæ,& operatio eius propria corrumpatur,ut ſcamonea,ſi in ultimo conteratur deperdit uirtutem ſolutiuā. Secunda eſt ut multo tempore remaneat in ſtomacho,& iuuet digeſtionem,uel magis attrahat,& ſic medicinæ ſtomachichæ,& ſolutiuæ groſſo modo conteruntur.

PILVLAE de hermodactylis minores Meſ.ualent ad podagram calidam.Cuius permixtio.

℞.Hermodactylorum.ʒ.v.	Roſarum rubearum.ʒ.ii.
Scamoneæ præparatæ. ʒ.ii.s.	Aloes.ʒ.x.
Myrobalanorum citrinorum.ʒ.iii.	Confice cum cathartico roſato.i.cum electuario roſato.

Terendo prius terenda,& da ʒ.ii.

Catharticū.i.purgatiuū,ut doctores exponunt. igitur catharticum roſatum idē eſt quod purgatiuum factū cum ſucco roſarū.Et ſic electuarium de ſucco roſarum & electuariū roſatum dici poteſt catharticum roſatum,uerum ego magis laudo reformari debere cū electuario roſato: quia illud magis benignum eſt,& minori uenenoſitate participat.

PILVLAE de hermodactylis ex intentione noſtra Meſ.

℞.Hermodactylorū.ʒ.v.	Myrobalanorum citrinorum,
Aloes.ʒ.v.	Turbith,an.ʒ.iiii.
Zingiberis.ʒ.ii.	

Et fac pilulas cum electuario roſato:& da.ʒ.ii.

PILVLAE de rheubarbaro Meſ.cōferunt ad febres antiquas gñatas ex diuerſis humoribus uiſcoſis, et putridis multarū putredinū,& dolorē hepatis, & principiū hydropiſis.

℞.Rauedſeni.ideſt rheubarbari.ʒ.iii.	Succi abſinthii,ana.ʒ.i.
	Seminis apii,
Maſticis.ʒ.i.	Seminis fœniculi.an.ʒ.i.s.
Myrobalano.citrino.ʒ.iii.s.	Trochiſcorum diarhodon,
Succi liquiritiæ,	ʒ.iii.s.
Specierum hieræ picræ.i.hieræ ſimplicis.ʒ.x.	

Terantur terenda:& conficiantur in magdaleone cum aqua fœniculi,& da cum aqua caſei.ʒ.ii.in ſero.

Pro reformatione pilularum nota, q̄ niſi pilulæ reformētur cum aliqua re uiſcoſa non poſſunt ſimul teneri,ut faciūt iſtæ pilulæ, et pilulæ cochiæ quæ reformantur cum uino albo.Ideo ſi iſtæ reformarentur cum ſyrupo acetoſo,uel cum oxymelle ſimplici non eſſet inconueniens, & pilulæ cociæ cum melle roſato.Igitur ut dico de iſtis,& de aliis etiam in telligas quæ cum aqua uel uino reformātur &c.

PILVLAE Indæ Meſ. quas ſcripſit Haly. quarum iuuamentum eſt multum ad ægritudines melancholicas, & cancrum,& lepram,& morpheam nigrā difficilem, & ſunt bonæ melancholiæ, & timori,et quartanæ, et ad dolorem ſplenis,& icteritiam ſplenalem.Cuius permixtio.

℞.Myrobalanorum nigrorum indorum.	uandi ſupra oſtenſus eſt.
	Colloquintidæ,
Ellebori nigri.	Salis indi,an.ʒ.iiii.
Polypodii.an.ʒ.v.	Succi eupatorii,
Epithymi,	Spicæ,an.ʒ.ii.
Stœchados.an.ʒ.vi.	Garyophyllorum.ʒ.i.
Agarici,	Specierum hieræ picræ.i.ſimplicis.ʒ.xii.
Lapis lazuli loti,modus la-	

Terant,& fiat maſſa cum ſucco apii:doſis eius eſt an.ʒ.ii. uſq; ad au.ii.& ſunt ſanæ,et exptæ,et da cum aqua caſei.

Nota q̄ pilulæ omnes conſeruantur cum bona earum uirtute & operatione uſq; ad menſes ſex. Et debēt teneri magdaleonibus,& non in puluere,quia non conſeruantur:immo nullam uel remiſſam faciunt operationem. Et non debent cōſeruari in loco exceſsiue calido, nec prope ignem, nec ad ſolem, quia in exceſsiuam duritiem,& lapideitatem conuerterentur, et tunc nullo modo debent aromatarii eas exhibere,eo quia ſi darentur torquerent corpus, et nullam penitus operationem facerent.

PILVLAE ſine quibus eſſe nolo Nico.pilulæ a rotunditate dñr,ſine quibus eſſe nolo pp magnā efficaciā q̄ habere dñr, ſupiores purgant humores:præcipue ualent ad catarractas oculorū,et obſcuritates eorum,caput purgant a cholera,et phlegmate,et melancholia,uiſum confortant, et iliofis conferunt,aurium dolorem ſanant.Cuius permixtio hæc eſt.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 300 sur 335

℞.Aloes optimi ablu. 3.xiiii.
Myrobalano. citrino.
Myrobalano.Kebulorum.
Myrobalanorum bellericorum,an.3.i.
Myrobalanorũ emblicorum,
Myrobalanorum indorum,
Rheubarbari,an.3.i.
Rosarum,
Masticis,an.3.i.
Absinthii,
Violarum,
Folliculorum senæ,
Agarici electi,
Cuscutæ,an.3.i.

Terantur omnia deinde accipe scamoneæ ꝑparatæ subtiliter puluerizatæ.3.vi.s.ligetur scamonea in pecia:et infundatur in succo fœniculi quãtitate qua pilulæ possint reformari: deinde exprimat scamonea manibus: prius tñ inunctis oleo uiolato uel communi, & tantum dicta scamonea exprimatur & manibus ꝓtractetur, ꝙ in lactis similitudinẽ a panno exeat tota eius humiditas, et scamonea: et de illa expressione pilulæ formẽtur abiiciẽdo quod intra peciã de scamonea remanebit.Succũ fœniculi cũ expressione facta de scamonea accipiendo,& pilulas formando.

Aloes quando simpliciter ponitur pro succotrino: & de succotrino intelligit:ut ponit Matth. Syl. capitulo ꝓprio.

Pilulæ a pila dicuntur:quia sicut pila est rotunda: ita pilulæ debent esse rotundæ.

Pilulæ quare dantur in forma rotunda:est q̃a figura sphe rica non tangit planum nisi in puncto. Sed cõcauum ipsum tangit undiq; qñ ergo pilula ponitur in stomacho quod est concauum ipsa æqualiter tangitur a qualibet parte stomachi: & ideo undique, & in omni sui parte ad actum reducitur propter calorẽ stomachi,& ideo ipse in qualibet sui parte reducta ad actũ attrahit undiq; æqualiter a membris omnibus, ideo datur, & dari debent in forma rotunda &c.

PILVLAE cociæ Gal.euacuant humores diuersos a capite, & toto corpore, & acuunt alias medicinas quando miscentur cum eis.Cuius permixtio hæc est.

℞.Aloes,
Scamoneæ præparatæ,
Abſinthii,an.drach.iiii.
Masticis,
Colloquintidæ an.3.iiii.

Terantur & conficiantur cum succo absinthii,& reseruã &c. Quare enim hæ pilulæ dicuntur cociæ. Cociæ.i. capitales, a cocos quod est caput.

Pilulæ cur dentur in impari numero.

Pythagoras.n.posuit in impari numero uirtutẽ multam, & dixit numerũ imparem masculũ.igitur perfectiorem. Et ob hoc uulgares sequẽtes eum credunt, ꝙ dando eas in numero impari sit maior perfectio,& multum errant. Numerus.n.non est principium actionis,& passionis. ut.5.Metaphysicæ,cõmẽto.2. Et ideo facta dosi conuenienti medicinæ potest formari numerus pilularum par,& impar.

PILVLAE cociæ Almansoris usuales, ualent ad dolorem capitis, & stomachi, & euacuant humores malos qui sunt in capite & in stomacho.

℞.Pulueris hieræ picræ, Almansoris.3.x.
Colloquintidæ.3.iii.s.ℨ.i.
Turbith,
Stœcados,an.3.v.
Dyagrydii.3.ii.s.

Terantur hæc,& conficiantur cum uino albo.hæc est species pul. hieræ picræ Almansoris quæ intrant in suprascriptis pilulis.Cuius permixtio.

℞.Rosarum rubearum,
Spicæ indæ,
Masticis,
Xylobalsami an.ℨ.i.
Carpobalsami.ℨ.i.gra.vi.
Cinnamomi,
Xilocasiæ,
Radicum assari.an.ℨ.i. gra.vi.
Aloes boni.3.vi.ℨ.ii.

Pilulæ fuerunt inuentæ. Primo propter earum minorẽ displicentiam gustui, cum uniuersaliter componantur ex rebus amaris.Secundo,ut magis a remotis attrahant:quanto.n.medicina longiori tempore stat in stomacho,tanto magis,& a longinquioribus attrahit.

PILVLAE arabicæ Nicolai,purgant mirabiliter oẽs humores.s.sanguinem,& choleram rubeã, & nigrã,& lætitiã afferunt,tristitiam remouent,mentem acuunt, uisum audacter restaurant,memoriã trahunt, scothomiam, uertiginẽ, hemicraneã,oculos,dentes,gingiuas,stomachũ, splenem, sonitum aurium,oẽs humores, omnibus actibus, & omnibus temporibus, sine molestia in uiris, & mulieribus purgant.Cuius permixtio.

℞. aloes electi.ʒ.iiii.
Radicum brioniæ,
Myrobalanorum omnium,
Masticis,
Diagrydii,an.3.iiii.
Assari,idest radicum,
Rosarum rubearum, an.3.iiii.
Zingiberis.3.i.
Castorei.3.iii.

Misce,fiant pilulæ,cum succo fœniculi uel absinthii.

Si scriptum simpliciter in pilulis reperitur scamonea,de præparata est intelligendum, & non de alia, prout in electuariis supra declaraui.

PILVLAE alsaiaret. Auic. in prima fen. tertii. in cap. de canonibus uniuersalibus curationis capitis, et exponitur a Gentili in hunc modum.

℞.Specierũ hierę simplici.3.ii.
Myrobalanorum citri.3.i.
Masticis.3.i.
Aloes boni.3.iiii.

Terantur, & cum uino optimo fiant pilulæ.

De myrobalanis nota,ꝙ aliqñ reperitur scriptũ in receptis myrobalanorũ absolute,et tunc de oĩbus myrobalanis est intelligendum.s.de quinq; generibus myrobalanorum. Si uero scriptũ reperiatur myrobalani absolute de citrinis est intelligendum sicut de melioribus, et perfectioribus.

PILVLAE stomachichæ penultimæ descriptionis Mes. & sunt illæ quæ dari possunt omni tempore, & sunt in usu, stomachum, & caput mundificant.

℞.Turbith boni.3.x.
Masticis.3.iiii.
Rosarum rubearum.3.iii.
Aloes optimi.3.xvii.

Terantur,et conficiantur cum succo absinthii.

Hic nota,quòd si zingiber cum turbith poneretur fortificarentur operationes eius.nã turbith sui uirtute, et de se, phlegma subtile trahit,sed si cũ eo zingiber admiscetur fortificando ipsum,facit,ꝙ attrahit, etiam phlegma grossum.

PILVLAE stomachichæ secundæ descriptionis Mesue et sunt in usu,stomachum,et digestionem confortant,cerebrum, et stomachum a corruptis humoribus purgant,et appetitum excitant.

℞.Hieræ picræ.3.x.
Trium myrobalanorum,
Absinthii sicci,an.3.iii.
Masticis,
Seminis anisi,
Myrobalanorum emblicorum.an.3.iii.s.
Myrobalanorum bellericorum.
Agarici albi,an.3.iii.s.
Zingiberis.3.ii.
Squinanti.3.i.
Turbith albi, et gummosi. 3.xii.

Terantẽ,et cõficiantẽ cũ succo absinthii, et da.3.ii. uel.3.iii.

PILVLAE imperiales, siue laudabiles.N. quas ipse intitulauit Pilulæ aliæ ante cibum,& post cibum,et sunt illæ quæ sunt in usu,et bonæ, ualent ad confortandum stomachum, et purgant sine molestia.

℞.Nucis muscatæ,
Spicæ indæ,
Croci,
Ligni aloes,
Cardamomi maio.et mino.
Garyophyllorum.
Amomi,
Cinnamomi.an.3.s.
Zingiberis,
Galangæ,
Zedoarię.an.3.s.
Cubebarum,
Macis,
Seminis anisi.an.3.s.
Masticis,
Seminis fœniculi,
Carpobalsami,
Quinque generum myrobalanorum.
Turbith albi, et gummosi,
Mannæ granatæ,
Agarici albi,
Folliculorum senæ.an.3.s.
Rheubarbari boni ad pondus oĩum suprascriptarũ sunt. 3.xiiii.s.
Aloes boni ad pondus oĩum suprascriptarũ sunt.3.xxvii.

Terantẽ oĩa.et aloes de p se,& postea misce,et fiãt pilulæ cũ uino albo optimo.Et inunctis manibus cũ oleo laurino reformẽt,et aliqñ possunt reformari cum syrupo uiolato.

Senæ cum simpliciter scriptum reperitur in compositionibus solutiuis uel lentiuis,de folliculis semper est intelligendum, cum magis solutiui, & meliores sint.

PILVLAE communes. Auic. prima fen. quarti. tract. 4. cap. de præseruatione pestilentiæ.

℞.Aloes electi.3.ii. Myrrhæ, Croci ana.3.i.

Terantur,& cum uino optimo fiant pilulæ.

Pilulæ

Pilulæ omnes præscriptæ, & infra scribendæ exhibendæ non sunt immediate post ipsarum compositionem, sed saltim stādum est per quindecim dies ut possint simul commisceri. Et tunc agent operationem suam ratione compositionis. Secundo aūt faciunt si ante dictum tempus exhibentur: utrū aūt in illo tpe fermententur, & nunquid dici possit vera fermētatio. Satis in quæstiuncula mea de narcoticis per longū processū declaraui, q uidere uult ad ipsam recurrat.

Pilulæ quæ ab aromatariis exhibentur, magis obsunt quā cōferant, si tpe debito nō exhibentur, ideo modū exhibitionis inscribā, ne sua imperitia, & temeritate, uiri ad aliquas graues ægritudines incurrant. Pilulæ quæ dantur quantum iuuat nostro proposito, spectat, aut dantur ad euacuandum aliqualem materiam in stomacho existentem, & tunc dari debent ante cœnam immediate. Aut ad euacuandum aliquā humiditatem cerebri, & tunc post cœnam per duas horas saltim exhibendæ sunt, & hæc intelligatur de pilulis non scamoneatis, & leuibus, ut masticinæ, & elephanginæ, de hiera simplici &c. Aut dantur ad purgandum humorem loco medicinę. & tunc dari debent facta digestione cibi in stomacho, & post tardandus est cibus saltim per horas sex, & hoc modo doctores exhiberi iubent.

Pilvlae bichichiæ Mes. in suo de appropriatis capitulo de cura tussis siccæ, sistunt catarrhum, & dilatant pectus & guttur.

℞. Succi liquiritæ,	Dragacanthi,
Zucchari albi an.ʒ.x.	Amygdalarum dulcium. ana
Amydi.ʒ.i.s.	drach.i.s.

Misce, & fiant pilulæ cum mucillagine cydoniorum.

Species omnium pilularum grosso modo sunt conterendæ, & per rarum sedacium transiri debent, & sic melior est sua operatio, & a longinquioribus partibus attrahunt ratio supra est assignata in electuariis.

Pilvlae de agarico Mes. pectus mundificant, & humores grossos. & putridos, & cōferunt asthmati, & tussi antiq.

℞. Agarici electi,	Radicum ireos,
Masticis an.ʒ.iii.	Prasii an.ʒ.i.

Terantur, & conficiantur cum uino cocto.

In istis pilulis soleo apponi facere loco agarici agaricū trochiscatum, & trochiscos alandal loco colloquintidæ, eo quia in eis sunt multæ medicinæ uenenosę, & fere nullæ sunt medicinæ earum uenenositatem refrangentes: immo refractæ esse debent, medicinæ apponendæ sunt trochisci alandal & agarici trochiscati.

Pilvlae de lapide lazuli Mes. ualent ad ægritudines melancholicas, & cholerę aduste, sanæ, & expertæ.

℞. Lapidis lazuli loti.ʒ.vi.	Salis indi.ʒ.ii.s.
Epithymi,	Agarici ʒ.viii.
Polypodii an.ʒ.viii.	Garyophyllorum,
Diagridii.	Seminis anisi an.ʒ.iiii.
Ellebori nigri an.ʒ.ii.s.	Hierę picrę.ʒ.xv.

Cōfice cū aqua endiuiæ, uel succo, & da.ʒ.ii.cū aqua casei.

Pilvlae de euphorbio Mes. educunt phlegma frigidum: & conferunt ad mollificationem paralysis: & educunt humores grossos, qui descendunt ad neruos.

℞. Euphorbii,	Serapini,
Agarici,	Bdellii an.ʒ.ii.
Coloquintidæ ana.ʒ.ii.	Aloes.ʒ.v.

Misce cum aqua porri dosis.ʒ.s.vsque ad ʒ.i.

Pilvlae ad omnes morbos catarrhi Mesue, ualent ad tussim catarrhalem & dicuntur pilulæ de cinoglossa.

℞. Myrrhæ purę.ʒ.vi.	Croci.ʒ.i.s.
Olibani.ʒ.v.	Radicū linguæ canis.ʒ.iiii.s.
Opii,	Et fiant pilulæ, quarum dosis
Iusquiami ana.ʒ.iiii.	ʒ.s.vel ʒ.i.

Pilvlae de opopanaco Mes. conferunt paralysi, & torturæ, & ægritudinibus neruorum frigidis, & dolori iuncturarum, & genuum, & dorsi.

℞. Opopanaci,	Myrrhæ,
Hermodactylorum,	Zingiberis,
Serapini,	Piperis nigri,
Bdellii an.ʒ.v.	Piperis longi,
Cassiæ fistulæ,	Myrobalanorum bellericorum,
Myrobalano. citrinorum,	
Myrobala.emblicorum,	Myrobal. indorum, an.ʒ.i.
Armoniaci,	Diagrydii.ʒ.ii.
Colloquintidæ ana.ʒ.v.	Turbith.ʒ.iiii.
Croci,	Aloes boni.ʒ.xii.
Castorei an.ʒ.i.	

Infundantur gūme in aqua caulium, & conficiantur cum aliis, dosis eius est.ʒ.i.usq; ad aur.i. & da cum aqua iuę.

Pilvlae alexandrinæ magistrales, ualent ad ægritudines melancholicas, & cancrum, & lepram, & morfeam nigram difficilē, & ægritudines neruorum frigidas habētibus humiditatem difficilis eradicationis, & phlegma uiscosum & confert colicæ, phlegmaticæ, uentosæ, & confert hydropisi, & dolori splenis, & stomachi frigiditati.

℞. Aloes boni, & sublimis	Ameos.ʒ.s.
℥.i.	Masticis.ʒ.iiii.
Colloquintidæ interioris,	Anisi.ʒ.ii.
Diagrydii,	Euphorbii.ʒ.iii.s.
Absinthii,	Ellebori nigri.ʒ.ii.
Bdellii ana.ʒ.s.	

Et fac cum succo caulium, dosis.ʒ.i.vel ʒ.ii.

Pilvlae de serapino Mes. experte ad dolorem iunctu rarum, & sciaticam, & podagram, & conferunt ad dolorem matricis, & prouocat menstrua.

℞. Serapini,	Fumiterræ,
Armoniaci,	Calamenti,
Opopanaci,	Folii, an.ʒ.s.
Bdellii, an.ʒ.ii.s.	Centaureæ,
Seminis apii,	Polii,
Seminis ameos,	Costi,
Armel,	Salis gemmæ an.ʒ.s.
Seminis anisi an.ʒ.i.	Aloes boni.ʒ.vi.
Acori ʒ.s.	Coloquintidæ.ʒ.v.

Fiant pilulæ cum uino. dosis.ʒ.i.usque ad.ʒ.ii.

Pomvm laudani quod portatur in manu tępore pestis.

Cinnamomi electi,	Thuris albi,
Garyophyllorum,	Myrrhæ an.ʒ.i.
Ambræ bonæ,	Sandali citrini,
Musci,	Boli armeni,
Storacis calamitæ an.ʒ.i.	Calami aromatici an.ʒ.ii.
Macis,	Camphoræ.ʒ.iii.
Seminis iuniperi,	Laudani boni.℥.vi.
Rosarum rubearum an.ʒ.i.s.	

Cerę q.s. & fiant poma in mortario cum pistello calido, & cum pauco uino maluatico, uel vernacia.

Poma ambræ quæ portantur ut supra.

Laudani boni.ʒ.iiii.	ana.ʒ.i.s.
Storacis calamitæ.ʒ.iiii.	Rosarum rubearum.
Ligni aloes,	ana.ʒ.i.
Cardamomi,	Thuris alb.ʒ.i.s.
Myrrhæ,	Ambræ bonæ.ʒ.s.
Sampsuchi, ideſt maioranæ.	Musci boni.ϑ.i.

Cerę q.s. & fiant poma in mortario. cum pistello ferreo calido, ut supra.

Vrea trochiscata, Nicolai: rubea dicitur ab ipso colore, trochiscata, quia trochisci in ea ponuntur ualet tertianariis, quotidianaris, ante horam accessionis data cum rhodostomate ad modum auellanæ. Naribus & pulsibus ex ea inunctis sanitatem præstat: tenuati ex acri phlegmate facto data cum ptisana subuenit.

℞. Liquiritiæ rasæ,	Croci,
Cinnamomi,	Rosarum,
Papaueris albi ana.ʒ.iii.ϑ.ii.	Seminis iusquiami,
gra.vii.s.	Seminis apii ana.ʒ.iii.
Spicæ nardi,	gra.xv.
Violarum an.ʒ.i.gra.vii.s.	Trochiscorum croci magnetis.
Garyophyllorum,	Trochiscorum idiocri,
Storacis calami an.ʒ.s.	Myrrhæ,
Opii thebaici.ʒ.s.	Seminis anisi ana gr.xv.

Mellis quantum sufficit & da ut supra.

Rosata nouella Nicolai: rosata dicitur a rosis: no-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 302 sur 335

utilla respectu ueteris quæ recipiebat tabar: idest sulphur uiuum: uomitum & subuersionem stomachi aufert: debilitatem, & sitim reprimit: defectis ex lõga infirmitate mire subuenit: sudores diaforeticos compescit: cuius permixtio.

℞. Rosarum rubearum, Galangæ,
Zucchari, Nucis muscatæ,
Liquiritiæ rasæ. an. ʒ.i. ʒ.i. Zedoariæ,
℈.ii.s. Storacis calamitæ,
Cinnamomi. ʒ.i. ℈.ii. gr.ii. Cardamomi maioris &
Garyophyllorum, minoris,
Spicæ nardi, Seminis apii ana. ℈.i.
Zingiberis an. ℈.i. gra.ix. gra.ix.

Puluerizent puluerizãda: et cũ mellis li.i. ʒ.viii. fiat in forma liquida. Si uero i forma solida: facias ut supra tibi ostendi.

Nardi si reperitur scriptum in aliqua compositione ut in hac communiter reperitur: de spica nardi intelligẽdum est: non autem de compositione cuiusdam unguenti præciosi, ut quidam dementes ausi sunt dicere.

Requies Nico. requies dicitur quia requiẽ accipiẽtibus pstat: maxime typice febricitantibus, quotidianariis tertianariis quartanariis, acutis, & peractis. Cuius pmixtio.

℞. Rosarum rubearum, Seminis psillii,
Violarum. an. ʒ.iii. Nucis muscatæ.
Seminis iusquiami, Cinnamomi,
Opii, Zucchari. an. ʒ.i.s.
Papaueris albi, Sandalorum alborum.
Corticum mandragoræ, Sandalorum rubeorum,
Seminis scariolæ. an. ʒ.i.s. Sandalorum citrinorum.
Seminis lactucæ, Spodii de canna,
Seminis portulacæ. an. ʒ.i.s. Dragacanthi an. ℈.ii. gra.v.

Puluerizentur subtiliter puluerizãda, mellis cocti & despumati lib.i. & ʒ.iiii. & fiat electuarium.

Ista compositio a multis corrupta est, & male cõponitur multi. n. addunt & in suis receptis reperiunt ultra præscripta Miconis: & exponunt quod est papauer nigrum & falsenam idem est quod papauer album: ut uult Gentilis super 5. can. sed litera debet stare ut præscripsi.

Vsus istorum opiatorum non debet ẽt nisi transactis sex mensibus. Et inueterata ultra sex annos non nigorosæ electuaria hæc operantur: immo declinant ab eorum uirtute, maxime stupefactiua sen opiata &c.

Svfvf aromaticum Mes. confortat stomachum digestionem facit bonam: ventositatem dissolui: oris odorẽ facit bonum. Cuius permixio hæc est.

℞. Anisi aur. xii. Ligni aloes,
Seminis fœniculi. aur. iiii. Corticis citri. an. aur. i.s.
Liquiritiæ rasæ, Musci boni. gra. xv.
Zingiberis. an. aur. iii. Zucchari tabarzet ad pondus
Garyophyllorum, omnium.
Macis, Zucchari habet medium pondus omnium.
Cinnamomi electi,
Galangæ, an. aur. ii. Dosis eius est aur. ii. cum vino bono.
Galliæ muscatæ. aur. i.

Sief album cum opio Mesue: conferens ophthalmiæ & doloribus oculorum. Cuius permixtio hæc est.

℞. Cerussæ lotæ in aqua Amyli. ʒ.ii.
rosa. ʒ.x. Dragacanthi albi. ʒ.i.
Sarcocollæ. ʒ.iii. Opii. ʒ.s.

Fiant trochisci parui longi, sicut suppositoria.

Sief Album sine opio Mesue. valet ut supra. Cuius permixtio.

℞. Cerussæ lotæ in aqua Amyli. ʒ.ii.
rosa. ʒ.x. Dragacanthi. ʒ.i.
Sarcocollæ. ʒ.iii.

Fiant trochisci parui longi ad modum suppositorii de. ℈.s. pro quolibet uel circa.

Svppositoria ad tenasmon magistralia: ualent tenasmon & ægritudinibus ani.

℞. Terebenthinæ, Croci. ʒ.i.
Myrrhæ, Opii,
Thuris. ana. ʒ.i. Licii. i. succi. an. ʒ.ii.

Et cum albumine oui fiant suppositoria ad longitudinem unius digiti & applicetur, parum unum filii: & sic fit.

Svppositoria alia ad tenasmõ. Cuius permixtio.

℞. Thuris. Licii,
Vernicis, Myrrhæ,
Opii, Croci. ana. ʒ.i.

Sanguinis draconis an. ʒ.i. Et fiant suppositoria cum uino uel albumine oui & cum filo: ut supra.

Svppositoria de Cyclamine & de aliis gummis.

℞. Myrrhæ, Opopanaci,
Castorei, Cyclaminis, idest panis porcinus an. ʒ.i.
Nigellæ. ana ʒ.i.

Et fiant suppositoria cum tryphera & cum filo.

Svppositoria Constructiua.

℞. Litargyrii, Croci,
Olibani, Opii. an. ʒ.ii.
Masticis. an. ʒ.ii.s.

Et fiant suppositoria cum filo.

Saccvlvs pro corde sic fit.

Require in isto capit. de puluerib⁹ pro sacculo cordis.

Saccvlvs pro capite fit. ut patet *in isto* ca. de puluerib⁹, & incipit. Puluis pro capite.

Saccvlvs alius pro capite.

℞. Vernicis ʒ.ii. Garyophyllorum,
Macis, ana. ʒ.iiii.

Misce & fiat sacculus.

Saccvlvs pro stomacho sic fit.

℞. Absinthii sicci. M.i. Cinnamomi. ʒ.iii.
Mentæ siccæ, Macis,
Rosarum rubearum. Garyophyllorum,
Coriandrorum præparato- Spicæ,
rum, an. M.i. Galangæ. an. ʒ.s.
Masticis. ʒ.i.

Conterantur grosso modo: & fiat sacculus.

Saccvlvs alius pro stomacho.

℞. Rosarum rubearum. M.i. Coriandrorum præparatorũ.
Absinthii sicci, Seminis anisi. an. ʒ.ii.
Mentæ siccæ. an. M.i.

Misce & conterantur grosso modo & fiat.

Saccvlvs pro pulsibus.

℞. Chelidoniæ. M.s. Papaueris. an. M.s.
Meliloti,

Pistentur grosso modo & fiat sacculus.

Saccvlvs pro sianchis sic fit.

℞. Furfuris frumenti, Florum camæmillæ. ana quã
Seminis anethi, tum sufficit.

Stomachicvm calidum Nicolai: confortat digestionem uirtutem adiuuat, & iliosis satis ualet.

℞. Cinnamomi, Spicæ,
Zingiberis an. ʒ.ii. Macis,
Garyophyllorum, Ligni aloes,
Galangæ, Cardamomi an. ʒ.s.
Nucis Muscatæ an. ʒ.s. Zucchari albi. lib.i.

Misce & fiat confectio in morsellis aut in puluere.

Stomachicvm frigidum Nicolai: ualet contra omnem calorem: sitim reprimit: & patientibus debilitatem ex calore nimio potenter subuenit acutis et peracutis mirifice prodest.

℞. Sandali albi, Seminis melonis,
Sandali rubei. an. ʒ.i.s. Succi liquiritiæ,
Spodii, Rosarum rubearum,
Berberis, Violarum,
Seminis portulacæ, Florum nenupharis. an. ʒ.i.
Seminis scariolæ. an. ʒ.i. Zuccari albi.

Et fiat confectio cum lib.i. aquæ rosæ.

Stomachicvm laxatiuum.

℞. Diagrydii. ʒ.i. Seminis anisi, an. ʒ.i.
Turbith, Cinnamomi,
Folliculorum senæ. an. ʒ.i. Garyophyllorum,
Masticis, Spicæ, an. ʒ.i.
Rosarum rubearum an. ʒ.ii. Zucchari albi, lib.ii.

Et misce, & fiat, & detur dosis eius est. ʒ.iiii.

Species pro composita de rapis.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 303 sur 335

℞.Seminis fœniculi.lib.iii. Seminis carui. lib.i.
Seminis coriandrorum,lib.i. Seminis anisi.ʒ.vi.
ʒ.vi.

Pistentur grosso modo & aspergantur super rapis & super ponatur acetum quantum sufficit.

Species pro ceruelato.

℞.Piperis.ʒ.iii. Croci.ʒ.i.
Garyophyllorum, Salis communis.ʒ.iiii.ʒ.
Zingiberis an.ʒ.ii. Carnes porcinas lib.iii.
Cinnamomi fini.ʒ.iiii. de ʒ.xxviii.per.lib.
Nucis muscatæ, Casei ueteris & boni ʒ.xii.
Macis an.ʒ.i. Et fiat ceruelatum bonum.

Salsa confecta sic fit.

℞.Zingiberis ʒ.ii. Synapis ʒ.iii.
Cinnamomi, Nucis muscatæ,
Piperis an.ʒ.ii. Piperis longi,
Garyophyllorum, Coriandrorum præparato-
Galangæ, rum ana.ʒ.iiii.
Macis an.ʒ.ii. Allii mundi.ʒ.i.ʒ.
Serpilli, Salis communis.ʒ.ii.
Petrosillii ana.ʒ.ii. Amygdalarum mundata-
Maioranæ, rum,
Mentæ, Passularum an.lib.ii.
Croci an.ʒ.iiii. Mellis despumati lib.xii.

Pistentur omnia subtiliter & incorporentur cũ melle & reseruetur:& quando operari oportet dissolue cum forti.

Syrvpvs acetosus simplex Mesue, ualet ad materias calidas,frigidas,subtiles & grossas & uiscosas siue adhærentes & facit penetrare medicinas in partes quas forte non penetrarent. Et facit acquirere diuisiuas sectiones duri & difficilis:& modus operationis est.

℞.Zucchari albi lib.v.Aquæ fontium lib.iiii.Et cũ ea clarificetur zuccharum:quo clarificato cũ igne lento semper spumam abiiciendo:deinde proiiciãtur super illud, Aceti uini albi lib.ii.in leui & forti lib.iiii.& in mediocri lib.iii.& da ei post illud perfectionem decoctionis. Sed usitatus modus est ponere lib.ii.aceti & facere syrupum:& hic in usu est.

Multi dubitant in hac recepta:& apparet eis ambiguum id quòd Mes.dicit:& referunt illud forte:& illud debile: & illud bene ad acetum .Et non debet referri ad acetum: sed ad uirtutem syrupi:& sic clara est litera.

Syrvpvs de radicibus Mes. siue acetosus compositus in alia est magistralis:ualet ad coleram grossam difficilẽ & ad phlegma.Incidit.n. & abstergit & aperit oppilationes quæ sunt in hepate & splene & renibus.Cuius permixtio.

℞.Radicum apii, Seminis fœniculi,
Radicum fœniculi, Seminis anisi,
Radicum petrosilii, Seminis ameos,
Cadicum endiuiæ an.M.i. Seminis sparagi an.ʒ.iiii.
Seminis apii.ʒ.iii. Aceti boni lib.ii.

Omnia præter acetum bulliant in lib.xx. aquæ ſm artem usq; ad consumptionem & perfectam coctionem:deinde colentur & in colatura addatur Mellis purificati aut zucchari lib.iiii.Et aceti quantitas præscripta:& coquatur ad perfectam coctionem:& appellatur syrupus iste de radicibus cũ aceto, si uero facere uis illum sine aceto remoueas acetum & erit factum & erit radicibus.

Triplex fuit necessitas syruporũ cõpositionis:prima fuit conseruatio uirtutum rerũ in toto anno:secunda exhibitionis rerũ in forma potabili:uolẽdo uirtutem rei præter eius substantiã,tertia pp infirmos qui non possunt sumere medicinas nisi in hac forma:& pp has causas syrupi reperti sunt.

Radices anteq̃ exiccentur bene lauandæ sunt & ab interiori ligno mundandæ:deinde ad solem siccandæ:deinde reseruande a fumo & humiditate sunt.& ita fere omnes herbę bene exiccantur & conseruantur.Flores uero in umbra.

Radices simplicicer prolatæ sunt quinq; numero.s.radix fœniculi:apii: petrosillii:brusci:& sparagi.

Semina quatuor frigida communia minora sunt ista. Semen endiuiæ:lactucæ:scariolæ:& semen portulacæ: ideo si simpliciter scriptum reperiatur seminum communium frigidorum minorum de illis intelligatur.

Si uero scriptum reperiatur quatuor seminum communium calidorum maiorum.ista ponantur.s.semen anisi fœniculi:carui: & ameos:qui illa sunt.

Semina uero quatuor cõia minora calida sunt ista:semen apii:petrosilini:cymini,& nasturtii:immo si simpliciter scribatur quatuor semina cõia minora calida de istis intelligat.

Syrupus factus cũ melle simpliciter melius ualet q̃ factus cũ zuccharo: & quadruplex est cã.Prima est:quia mel cũ sit uiscosum melius cõseruat medicinas cõponentes syrupũ q̃ zuccharũ.Secunda ratio:quia mel magis mundificat materias,tegitq; horribilitatẽ medicinæ quàm zuccharũ.Tertia quia mel est dulcius.Quarta causa,quia melius digerit quã zuccharũ.Et licet syrupus factus cũ melle melius sit ad digerendum & mundificandũ:tñ ad infrigidandum & confortandum melius ualet syrupus factus cũ zuccharo quàm cũ melle. Vnde si intendimus digerere,abstergere, calefacere, & mundificare fortiter,debemus facere syrupum cum melle. Si infrigidare,confortare,leniterq; aperire: cum zuccharo bono.Si utrunq; fiat cũ utroq; ideo notent ignari & trouantuli aromatarii,qui suos syrupos propter auaritiam cũ melle faciunt.Maior.n.intentio syrupi est confortare,infrigidare, & leuiter digerere,quàm aliud facere,quare &c.

Syrvpvs de duabus radicibus & est magistralis.

℞.Radicum petrosilii.

Radicum fœniculi an.M.i.Bene lauentur & a ligno interiori mundentur & abradantur:deinde bulliant in li.viii.aquæ usq; ad consumptionem medietatis: deinde colentur & prędictæ colaturæ addantur zucchari albi clarificati li.ii.& bulliant usq; ad perfectam decoctionem in formam syrupi.

In isto syrupo sunt qui ponunt radicem apii loco radicis petrosilii.Sed quia apium habet in se hanc proprietatem q̃ epilepsiam mouet: ideo mihi suspectum est: & loco ipsius poni facio petrosillium.

Syrvpvs de succo endiuiæ ualet ad oppilationem hepatis:& extinguit inflammationes febrium & sitim & hepar calefactum. Cuius permixtio.

℞.Succi endiuię cocti & depurati & colati li.iii.Zucchari li.iiii.Et fiat syrupus decoquẽdo debito mõ:& est in usu.

Succi omnium herbarum conseruantur per annum & nõ ultra. si supra eos ponatur parum olei oliuarum & bene sint clarificati:ut in syrupo de bizantiis ostenditur:& apponendi sunt in uase uitri uel saltim uitreato: demum transacto anno sunt abiiciendi.

Syrvpvs de endiuia magistralis.

℞.Foliorum endiuiæ, Diantos.M.ii.
Hepaticæ, Radicum endiuiæ,
Capillorum uen.an.M.iii. Aquæ endiuiæ an.lib.i.

Bulliant hæc ſm artẽ in li.xviii. aquæ usq; ad consumptionem duarum partium deinde colẽtur & colaturæ addantur. Zucchari clarificati.li.vi.& fiat syru.coquendo debito mõ.

Nota hic unũ uniuersale,q̃ si uis facere syrupum magis clarũ:tũc in decoctione debes Zuccharũ clarificare: sed tũc syrupus non est tantæ uirtutis. Ideo semper zuccharum per se clarificari soleo facere deinde decoctionem supra addo.

Syrvpvs alius de endiuia,cuius inuentor fuit Gentilis de Fuligineo quẽ manu propria eius descriptũ ego iã uidi:efficacior & melior præscripto.Cuius permixto hæc est.

℞.Succi endiuiæ, Succi hepaticæ an. lib.iii.
Clarificentẽ seu purgentẽ prædicti succi ad ignem ut expedit.
℞.Rosarum, Capillorum ueneris,
Violarum, Hordei mundi.
Lentiginis aquæ.i.loraminiæ Seminum communium frigi
Florum nenupharis, dorum maiorum an.ʒ.i.
Polytrichi,an.ʒ.s.

Bulliant omnia hæc ſm artem in lib.vi.aquæ usq; ad consumptionẽ tertiæ partis:deinde colentur,& colaturæ addantur Zucchari clarificati lib.iiii.& fiat syrupus qui aromatizetur cum infrascriptis subtili modo puluerizatis.

℞.Sandalorum alborum, Ligni aloes,
Sandalorum rubeorum, Cinnamomi,
Berberorum, Corticum citri.an.ℨ.i.
Seminis cydoniorum an.ℨ.i.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 304 sur 335

Subtiliter puluerizentur, & syrupus aromatizetur, est enim efficacior.

Aromatizatio dupliciter fieri potest. primo ꝙ postquam syrupus perfecte coctus est proiiciantur ea ex quibus debet aromatizari: & permittantur solum una ebullitione bullire: deinde ab igne remoueantur & reseruentur.

Alio modo postquam syrupus perfecte coctus est, & ab igne remotus, possunt aromata ex quibus aromatizari debet intus apponi, & simul longo tempore concutiendo misce & sic uirtutem accipiet earum: & hoc modo aromatizatio fit. uterq; modus est laudabilis.

SYRVPVS rosatus ex infusione rosarum Mesue conferens adustioni febrium uehementer, siti & inflammationi pectoris. Cuius permixtio.

℞. Infusionis rosarum uiridiũ lib. v. Zucchari bo. li. iiii. Misce & fiat syrupus decoquendo debito modo.

Modus infusionis rosarum talis est. Accipe foliorum rosarũ uiridiũ mundatarũ. li. vi. ponantur in uase uitreato stricti orificii: & super eas fundantur aquæ feruentis lib. xv. & stringatur orificiũ uasis: & dimittatur per horas ix. Deinde coletur & bene rosæ exprimant: & postea abiiciant. Et iterum tantundem foliorũ rosarũ recentiũ in dicto uase ponantur. & supra dictã aquam colatam quæ denuo fuerit calefacta proiiciatur & obturetur & permittatur ut supra: & iterum tertio hoc fiat: deinde coletur & si reseruare uolueris apponatur ad solẽ per dies xl. in uase uitreo stricti orificii, et distilletur parum olei oliuarum in orificio eius: postmodũ reserua: & de dicta infusione accipe quando uolueris ponendo æqualem quantitatem zucchari cum ea.

SYRVPVS de rosis siccis magistralis confert fluxui uentrix ex caliditate.

℞. Infusionis rosarum siccarum rubearum.
Zucchari clarificati an. lib. ii.

Misce & fiat syrupus decoquendo debito modo.

Infusio rosarum siccarum fit ut infusio rosarum uiridium hoc excepto, quòd loco uiridium ponuntur rosæ siccæ: sed secundum eandem quantitatem tam de rosis quam de aqua.

Omnes syrupi restringentes ut syrupus rosatus, de granatis de myrtis: & cæteri constrictiui debent bene decoqui: lenitiui uero uiolati e contrario.

SYRVPVS de succo rosarum confert in acutis & peracutis febribus & soluit natura cum facilitate.

℞. Succi rosarum rubearum lib. iii. Zucchari lib. iiii. Et cum aqua fontium clarificetur: & fiat syrupus.

SYRVPVS de succo acetosæ Mes. confert febribus cholericis, & inflãmationi stomachi & confortat cor calidũ & stomachum, & est conueniens febribus pestilentialibus.

℞. Succi acetosæ purificati lib. iii. Zucchari clarificati li. ii. Et fiat syrupus decoquendo debito modo & reseruetur.

In syrupis unum uniuersale nota. Syrupi enim aut cum Zuccharo aut cum melle aut sapa fiunt.

Syrupus qui de zuccharo fit, melius debet decoqui q̃ qui cum melle componitur: cũ mel sit magis cõseruatiuum & minus corruptibile. Et ideo syrupus cum melle factus diutius conseruatur. Syrupus factus de melle quãto minus decoquitur, tanto magis laxat: & quanto plus coquitur, tanto plus restringit. Syrupi in æstate magis coquẽdi sunt q̃ in hyeme & oi tpe, syrupus quanto magis coquitur tanto melior est.

SYRVPVS de agresta Mes. confert uomitui & solutioni cholericæ, & inflammationi stomachi, & siti laboriosæ & febribus cholericis: & confortat stomachũ prægnantium quæ facile recipiunt superfluitates: & ualet contra uenena & modus operationis eius est sicut syrupus de acetositate citri: & quidam condiunt cum garyophyllis. Cui permixtio.

℞. Succi uuæ acerbæ lib. xii. Decoquatur lento igne usq; ad consumptionem tertiæ partis, deinde coletur & postea permittatur donec claresc at: & postea, accipe de eo claro lib. vii. Zucchari clarificati li. v. Et simul coquantur usq; ad perfectam coctionem & reseruetur.

Succus iste extrahi debet ex uuis citrinis declinantibus ad rubedinẽ non maturis ultima hebdomada Iulii, & post ipsarũ collectionẽ stent per tres dies, deinde succus extrahat anteq̃ hebdomada illa transeat: quia elapsa illa hebdomadã stella canis abscondit & succus eius nõ est tãtæ pfectionis.

Insuper incidenter hic est notandũ ꝙ illa quæ dantur pro fluxu uentris ad constringendum: debent exhiberi statim ante cibum, Quæ uero propter uomitum dantur, immediate sumpto cibo danda sunt.

Syrupus de papauere Mesue conferens ad tussim siccam & phthisim, & catarrhum, faciens ad somnum.

℞ Papaueris albi,	Seminis lactucæ. ʒ. xl.
Papaueris nigri & proprie capita eorum an. ʒ. l.	Seminis maluæ,
	Seminis cydoniorum, aaa ʒ. vi.
Capil. ueneris. ʒ. xv.	Zucchari albi,
Liquiritiæ. ʒ. v.	Penidiorum an. ʒ. viii.
Iuiubarum num. xxx.	

Coquantur omnia in lib. iiii. aquæ pluuialis usq; ad consumptionem medietatis: deinde colentur. Et clarificentur cum prædicto zuccharo & penidiis & fiat syrupus.

Semina omnia mucillaginem faciẽtia non sunt sic ad bulliendum seu decoquendum cum aliis rebus ponenda: sed sunt in pecia liganda demum, ad bulliendum ponenda: & sic uirtus earum in syrupo tranſit: & uiscositas quæ syrupum ui scosum redderet retinetur &c.

Allii sunt qui addunt sapam seu uinum coctum in hoc syrupo. ʒ. vi. ut dirigat uirtutem aliarum medicinarum ad pectus. sapa enim multum pectori amicatur.

SYRVPVS de pomis simplex Mes. confortat cor debile & sanat syncopim & tremorem cordis.

℞. Succi pomorum dulcium. Succi pomorum acetosorum an. lib. v. Bulliant ambo simul usq; ad consumptionem medietatis: deinde infunde in eis setam tinctam in Kermes. i. tinctã in gr. ʒ. s. & dimittatur in eis per dies duos usque dum claresc at deinde colentur. Et colaturæ addantur zucchari clarificati lib. iii. & fiat syrupus.

Seta tincta in Kermes. Nota ꝙ Kermes scriptũ cum r, sine s, idem est ꝙ granum cum quo seta tingitur: scriptum uero cum s, scilicet Kesmes. i. passulæ. hoc bene nota: quia diuersitas literæ diuersificat rem.

Omnes syrupi facti ex succis, semper zuccharum debet esse clarificatum & coctũ per se postea uero succi sunt addendi: & ratio est, quia per longam ebullitionem succi uirtus deperditur: & hoc intelligas de succis fructuum & uinis aromaticis, quia hi parum sustinent de decoctione. Succi uero radicum quanto magis decoquuntur, tanto puriores reddunturHerbarum uero succi mediocrem sustinent de decoctione, & illa mediocri purificantur.

Pomum simpliciter si scriptum reperiatur, de malo est intelligendum, ut Mattheus Syl. scribit.

SYRVPVS de pomis compositus Mes. in sua practica capitulo de soda ex aggregatione choleræ & phlegmatis, & confert ad ea quæ diximus in capitulo: & est nobile & expertum, & confert quartanæ & oppilationi splenis & omni ægritudini quæ est de melancholia.

℞. Capillorum ueneris,	Camæpithyos,
Radicum bugloſſæ domesticæ,	Stœcados,
	Chamædryos an. ʒ. vii.
Radicum bugloſſæ syluestris,	Squinanti,
	Ellebori nigri an. ʒ. iii.
Florum [illegible]arum,	Fumiterræ. ʒ. i.
Polypodii,	Eupatorii. ʒ. iiii.
Epithymi, an. ʒ. i.	Succi pomorum dul. vnc. viii.
Folliculorum senæ. ʒ. vii.	

Omnia præscripta præter epithymum, succum pomorum & capillorum ueneris, bulliant in lib. iiii. aquæ usque ad consumptionem medietatis: deinde bulliant cum eis ebullitione una epithymum & capilli ueneris: postea colentur, & cum succorum pomorum & zucchari clarificati lib. ii. fiat syrupus debito modo decoquendo.

Zuccharum ꝙ in syrupis ingreditur semper debet clarificari & purgari: & non solum in syrupis: sed in omnibus compositis. in quibus zuccharũ intrat. Modus igitur clarificandi talis est: qđ pro oi lib. zucchari accipienda sunt duo albumina ouorum uel unum ad minus & lib. i. aquæ & simul aqua-

& albumina ouorũ manibus ſunt concutienda. Illa concuſſione multa ſpuma reſultabit:& quanto magis concutiẽtur tanto maior fiet. In illa igitur ſpuma exponatur:et diu bullire permittatur: vſq; ad conſumptionem medietatis:deinde ad ſtamineam panni bene lotam illa oĩa bene colabis & ſic erit zuccharum clarificatũ ſeu purificatum. Sed ſi uis clarificari ſyrupos & iulep ſine albuminibus ouorum:ita ꝙ remaneant clariſsimi & aurei coloris dum coquuntur, ponatur in uaſe ſucci granatorum acetoſorum in fine decoctionis.ʒ.i.s. mirabiliter.n.clarificat. Et idem facit parum uini boni electi quando uinum granatorum non haberetur.

Syrvpvs de granis myrti Meſue vſualis: confert ſolutioni antiquæ & tuſsi, & confortat ſtomachum et pulmonem et uiſcera. Et eius modus eſt ſicut ſyrupus de agreſta. Cuius permixtio.

℞. Succi myrtillorum lib.vi. Zucchari lib.iii.s.
Miſce & fiat ſyrupus ſecundum artem.

Syrvpvs de myrtis magiſtralis ualet ut ſupra.

℞. Granatorum myrtillorum,	Roſarum rubearum, ana.ʒ.i.
	Spodii,
Carnium cydoniorum.	Hypoquiſtidos. ana.ʒ.iii.
Sumach.	Gummi arabici.ʒ.ii.
Acaciæ,	Maſticis.ʒ.s.

Bulliant hæc omnia in lib.iii.aquæ ſm artem uſq; ad conſumptionem tertiæ partis:deinde colentur,& colaturæ addantur zucchari clarificati lib.iii.& fiat ſyrupus.

Syrupus de myrtis Meſue non ſit in certis partibus,quia ſuccus myrtillorum haberi nõ poteſt: & ſi haberi poſſet melior,& perfectior iſto eſſet.

Syrvpvs de corticibus citri Meſue ſtomachum confortat,& facit oris odorem bonum.Cuius permixtio.

℞. Corticum pomorum citri recentium lib.i.Setæ tinctæ in Kermes ʒ.s.ideſt in grana.Corticum cydoniorũ li.s. Decoquantur in aqua fontium lib.v.uſque ad conſumptionem duarum partium, deinde addatur zucchari clarificati & cocti.lib.i.coquatur uſq; ad formam ſyrupi:& in fine aromatizetur cum muſci granis.iiii.

Aduerte hic & cortices cydoniorum debent poni in fine quaſi decoctionis, eo quia parum ſuſtinent de decoctione: & hoc ratione aromaticitatis ſuæ.

Ad clarificandum zuccharum apponenda eſt pro omni lib.i.zucchari aquæ communis lib.i. & dicta quantitate bene clarificatur & purgatur.

Syrvpvs de acetoſitate citri Meſue. Cuius iuuamentum eſt magnum in extinguendo inflammationes choleræ rubeæ:& febres inflammatiuas uehementes,& febres peſtilentiales: & propriæ q̃ ſunt in æſtate venenoſa. Et confert ebrietati,vertigini,& ſiti uehemẽti.Cuius pmixtio hęc eſt.

℞.Succi acetoſitatis citri li.xii. Decoquatur in uaſe uitreato ſuper prunas uſq; ad conſumptionẽ tertiæ partis, deinde coletur & permittatur clareſcere.Poſtea accipe ex eo claro lib.vii.Zucchari albi clarificati.li.v. Miſceantur ſimul & coquantur ad ignem uſque ad perfectam coctionem.

Ego autem aliter ſoleo fieri facere, & pauci ſunt aromatarii qui ſciant facere illud. Immo fere oẽs facientes hunc ſyrupum,diu in forma ſyrupi non poteſt ſtare,ſed congelatur tanquam gella, & hoc aduenit imperitia faciẽtium. Sic igitur eſt faciendum. Accipiatur illud in quo acetoſitas reperitur citri:& ipſam in pecia ſubtili & ſpiſſa pone, leuiterque peciam exprimas non uiolenter,exiet liquor clarus nõ mucillaginoſus. Accipe igitur de dicto liquore quãtitatem dictam zucchari albi bene clarificati,& debito modo cocti, quantitatem ut ſupra: & cum eo pone acetoſitatem, & ſoli exponas. Sol.n.cõſumet paruo tpe humiditatẽ ſuperfluam acetoſitatis.Et remanebit clarum & illuſtrum tanquã aqua. hoc enim modo cypriani faciunt ut ab eis accepi.

Nota quòd Meſue dicit.accipe de iulep depurato. Iſtud accipe de zuccharo clarificato & iulepizato. non autem de iulep intelligit, ut quidam aromatarii fatui credunt &c.

Syrvpvs uiolatus compoſitus Meſue. confert tuſsi calidæ & pleureſi.

℞.Violarum.vnc.ii.ſem.cydoniorum vnc.i.ſeminis maluç. vnc.i.iuiubæ. Sebeſten.ana. numero .xx. Coquantur hæc cum lib.vi.aquæ cucurbitæ ſecundum artem uſq; ad cõſumptionem tertiæ,partis,Zucchari clarificati lib.i.s. & fiat ſyrupus debito modo decoquendo.

Aqua cucurbitæ fit incidendo cucurbitas in groſſa fruſta,deinde ponantur in alembico,& aqua extrahatur.

Syrvpvs violatus ex infuſione Meſue conferens ad febrem & inflammationem & aſperitatem pectoris & tuſſim et pleureſim. Cuius permixtio.

℞.Aquæ infuſionis uiolarum.lib.v. Zucchari clarificati lib. iiii.Miſce & coquatur cum facilitate.& reſeruetur.

Modus infuſionis uiolarum hoc modo fit. Accipe uiolarum recentium lib.vi. ponantur in uaſe uitreato ſtricti orificii:& poſtea fundantur ſuper eas aquæ pluuialis bulliẽtis. lib.xv.& ſtringatur orificium uaſis, deinde permittatur per horas ix.His elapſis colentur aliqualiter exprimendo & de nuo in uaſe prædicto tm̃ de floribus uiolarum recẽtium ponatur,& denuo eadem aqua bene calefacta ſuper eas mittatur & ſtringatur orificium uaſis, & ſic per horas ix.dimittaẽ & iterum tertio hoc fiat ſeruando modum bis per te ſeruatum,& dimitte per horas.ix. & poſtq̃ aqua infrigidata fuerit coletur a uiolis.Et ſi illam conſeruare uolueris,ponatur in uaſe uitreato ſtricti orificii, & diſtilletur parum olei in orificio eius: & ſtringatur caput eius, deinde ſoli exponaẽ per dies.xl.deinde remoueatur & conſeruetur.

Violæ ſunt colligendæ in menſe Martii, & de eis ſyrupũ facias,& omnia alia neceſſaria.

Syrupus uiolatus ſi ſimpliciter reperiatur ſcriptum, de ſyrupo iſto ex infuſione ſemper eſt intelligendum: & non de compoſito,ſiue de ſyrupo uiolato compoſito &c.

Syrvpvs de iuiubis Meſue conferens ad raucedinem uocis & tuſsim et pleuriſim. Cuius permixtio.

℞.Iuiubarum nu.lx.	Seminis melonum.
Violarum,	Seminis lactucæ,
Seminis maluarum.an.ʒ.v.	Dragacanthi,ana.ʒ.iii.
Capillorum ueneris.vnc.i.	Liquiritiæ,
Seminis cydoniorum.	Hordei mundi excorticati.
Seminis papa.albi an.ʒ.iii.	ana.vnc.i.

Decoquantur in lib.iiii.aquæ fontium ſcdm artem uel aqua pluuiali vſq; ad conſumptionem medietatis: deinde colentur & colaturæ addantur zucchari clarificati lib.ii.& fiat ſyrupus debito modo decoquendo.In hac compoſitione fere omnes textus ſunt corrupti,litera.n.multorum dicit iuiubarum. lib.x.quòd hæc litera falſa ſit apparet cum dicit coquantur in lib.iiii.aquæ.nõ enim poſsibile eſt:cum maior ſit quantitas iuiubarum quam aquæ.

De hordeo nota quòd auctor uult ꝙ excorticetur. amoto enim cortice exteriori tollitur uirtus eius abſterſiua & remanet uirtus lenitiua cum aliquali ſiccitate.

Dicit inſuper in aqua fontis coqui debet, eo quia poſt pluuialem ſubtilior eſt & penetrationi aptior.

De aqua pluuiali multa infra dicentur.

Syrvpvs de ſcabioſa magiſtralis.

℞.Radicum ſcabioſæ.M.i.hordei mundi a cortice ſuperiori.M.ii.Corallorum rubeo.ʒ.ii. Aquæ pluuialis lib.x.Bulliant oĩa ſimul uſq; ad crepaturam hordei, & cocturam radicis,deinde colentur exprimẽdo. Cui colaturæ & expreſsionĩ addatur.Succi ſcabioſæ lib.i. Et iterum cum p̃dictis bulliat ſuccus uſq; ad ipſius purificationem, deinde coletur,& his addantur zucchari clarificati li.ii. Pulueris corallorum rubeor.ʒ.ii.Coquantur uſq; ad perfectam coctionẽ & reſeruetur. De aqua pluuiali & de corallis in iſto ſyrupo cur reſtringãt,& ſyrupus iſte dilatet partes pectoris,rõ dr̃ in ſyrupo de liquiritia ponitur aqua roſata,quia eadem eſt rõ &c.

Syrvpvs de granatis Meſue.valet contra febres cholericas & phlegmaticas multæ inflammationis & ſitim. Cuius permixtio hæc eſt.

℞.Vini granatorum dulcium,& uini grana. aceto.an.lib.v.
Coquantur ſimul uſq; ad conſumptionẽ medietatis,& dimittaẽ poſtea p duos dies dũ clareſcat & reſideat,poſtea remotis reſidentia colẽtur, & his addãtur zucchari clarificati lib.iii.& coquantur ad formam ſyrupi.Et in medio coctio-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 306 sur 335

nis addãtur ſetæ tinctæ in Kermes.i. in gra.3.ii. & permittantur vſque dum facta ſit perfecta decoctio.
Vinum granatorum fit. Accipiendo grana granati mundadata a corticibus & inuoluuntur pecia, & ſub torculari ponuntur & exprimuntur & facta expreſsione colatur & in ampullis ponitur & ſoli exponit̃ p aliquot dies:deinde ſine reſidẽtia ſeu ſine fece mittat̃ poſtmodũ oleũ oliuar̃ ſup illd̃ apponit̃ & reſeruat̃ bene, p annos.iii. cõſeruat̃ i bonitate.

Hic notandum q̃ zuccharum quod ingreditur in iſto ſyrupo debet eſſe ab aliqua decocta purgatum:ita quòd in eo nulla uel bene pauca ſit aqua, quando uinum prædictum granatorum cum eo miſcetur: eo quia ſi longa coctione cũ aqua coqueretur uirtus eius deperderetur.

Syrvpvs de menta Meſ. ex inuentione noſtra: & eſt in uſu:ualet ad ſtomachũ frigidũ,confortat nauſeam:uomitũ fluxũ uentris,ſingultũ ſedat.Cuius permixtio hęc eſt.℞. Succi cydoniorum muzorum & dulciũ.Succi granatorum acetoſorũ dulciũ & muzorum.an.lib.i.s. Proiiciatur ſuper eos mentæ ſiccæ.lib.i.s. Foliorum roſarũ rubearũ.ʒ.ii. Et ſi mul dimittant̃ p diẽ & noctẽ. deinde coquantur cum facilitate uſq; ad medium.i.mediocri decoctione: deinde colẽtur & his addatur. Zucchari clarificati. lib.ii. Et fiat ſyrupus debito modo coquendo & aromatizetur cum gallia.

Syrupus nihil aliud eſt quàm decoctio uel ſuccus inſpiſſatus cum aliqua re dulci.ſ.uel cum melle, uel cum zucchăro uel cum ſapa.Succus autem eſt rob.Rob enim eſt ſuccus inſpiſſatus per decoctionem ab igne uel ſole ſine aliqua re dulci: & hæc eſt ipſorum differentia.

Muzum enim proprie dicitur: cuius ſapor eſt compoſitus ex dulci & acetoſo.

In hoc ſyrupo ſunt qui loco zucchari ponũt mel. Ego,n. zuccharo magis laudo. cũ ad maioris intentiones cum zuccharo facto cõueniat,maioréq; tẽperãtiam habeat. Vbi uero intenderemus calefactionem maioré cũ melle fieri põt.

Syrvpvs dinarii & eius interpretatio eſt ſyrupus de bizantiis Meſue faciens ad febres oppilationum & febres colericas & phlegmaticas: quarum difficilis eſt eradicatio & ad icteritiam.Cuius permixtio hæc eſt.

℞.Succi endiuiæ.	Succi boraginis uel
Succi apii.an.lib.ii.	Succi bugloſſæ.an.lib.i.
Succi lupulorum.	

Bene depurentur, deinde depurati bulliant in eis.

Foliorum roſarum rubea-	Seminis aniſi.
rum.ʒ.ii.	Seminis fœniculi.
Liquiritiæ.ʒ.iii.	Seminis apii.an.ʒ.iii.
Spicæ.ʒ.ii.	Poſtea colentur.

Accipe igitur de prædicta colatura lib.iiii. zucchari boni & clarificati lib.ii.s. Et coquantur cum facilitate omnia ſimul', donec ad formam ſyrupi coquãtur & reſeruetur: & hic erit ſyrupus de bizantiis ſine aceto.

Si uero facere uolueris dictum ſyrupum cum aceto, addas ad omnem partem ſuccorum depuratorum partem medium. Cum igitur in dicto ſyrupo appoſueris lib.iiii.ſuccorum in quibus fuerint bullitæ, res præſcriptæ ponas aceti lib.ii.Et erit ſyrupus de bizantiis cum aceto. nihil ultra erit addendum uel minuendum.

Hic multi laborant aromatarii diuerſimode ut ſuccos cõſeruare poſsint: et nõ tñ iſtos, ſed oẽs alios.Quidam uero poſt expreſsionem dictorũ ſuccorum bullire ad ignem eos faciunt: deinde reſeruãt: & hoc mdo corrumpuntur. Alii poſt expreſsionem & colaturã factam cum ſtaminia ad ſolẽ ponunt:& facta reſidẽtia remouẽt illos ad reſidẽtia,deinde reſeruant:& hoc modo etiã corrũpuntur.Ego uero poſt expreſsionẽ illos colari facio p ſtaminiam: deinde iterũ colari facio per ſacculũ factũ ex tela ſpiſſa, ac ſic clarificarem ſyrupum,intãtum quod pars groſſa ſuperflua hoc modo purificatur. Et quia quãdo nõ trãſit pp partẽ ſpiſſam claudẽtem ſaculum, tũc uacuo. & ſacculũ bene lauo: deinde repono ſuccum:&ſic facio donec totũ ſit colatũ:deinde in ampulla pono, & ſupra parum olei oliuarum, deinde ſoli expono per dies.xv. & ſi reſidentiam aliquam faciunt, illam amoueo:& illos ſic colatos reſeruo,nõ ſolũ per annum:ſed per annos,& menſes: & ſic facio de uino granatorum & cydoniorum ſemper ponendo oleum.

Illud enim a putrefactione conſeruat: & tu bene nota.

Succi enim iſti & ſimiles herbarum in uaſis uitreatis uel uitri conſeruari debent. Liquores uero oculorum debent reſeruare in uaſe æneo.

Hic nota q̃ ſucci hi & omnium herbarũ ſolum per annũ conſeruantur in ſua bonitate ſi cũ oleo ut ſupra aptẽtur & nõ plus quare,in capite anni debẽt ſucci de nouo fieri,et antiqui alterius anni abiici,cũ iam oẽm uirtutẽ ſuã amiſerint.

Syrvpvs de fumoterræ maior Meſue,quod eſt in uſu, ſtomachum & hepar confortat,oppilationẽ aperit, & morbos cutis curat: & proprie quorum materia ſunt humores ſalſi aut aduſti ſicut eſt ſcabies, impetigo, ſerpigo, & lepra. Cuius permixtio.

℞. Myrobalanorum citri-	Liquiritiæ,
norum.	Roſarum rub.an.ʒ.iiii.
Myrobalanorum Kebulo-	Epithimi,
rum.ana ʒ.xx.	Polipodii. an.ʒ.vii.
Florum bora.uel bugloſſæ,	Prunorum,
Violarum,	Paſſularum.ana.ʒ.vi.
Abſinthii,	Tamarindorum,
Cuſcutæ.ana.ʒ.i.	Caſsiæ fiſtulæ.ana.ʒ.ii.

Hæc omnia bulliant ſecundum artem in lib.x. aquæ uſq; ad perfectam coctionem caſsia, & tamarindis exceptis:deinde colentur:in qua colatura diſſoluãtur caſsia et tamarindi:deinde addãtur Zucchari clarificati.Succi fumiterræ depurati.an.lib.iii.Et coquãtur ad formam ſyrupi.

Bulliant in aqua tunc de aqua communi eſt intelligendũ ſcilicet uel pluuiali uel fontis,& non ſolum in hoc ſyrupo: ſed in omnibus aliis compoſitionibus: in quibus abſolute reperitur bulliant in aqua.

In aliquibus receptis, & etiã fuit opinio multorum q̃ in hac recepta roſæ non eſſent apponẽdæ: & dñt quòd fuit error ſcriptoris, qui ſcribere debebat liquiritiæ raſæ & ſcripſit roſæ:ſed ſalua pace ſcriptorum dico, q̃ roſæ apponẽdæ ſunt:et auctor illas appoſuit,ut ipſarum uirtute reprimatur acuitas multarum medicinarum in iſta compõne intrantiũ.

Syrvpvs de praſsio Meſue conferens ſenibus & frigidis natura,et ægritudinibus q̃ fiunt in pectoribus eorum, & tuſsi antiquæ,et aſthmati,et phlegmate groſſo, & putrido,& proprie ei cuius difficilis ẽ ſpiratio. Cuius pmixtio.

℞.*Praſsii* ʒ.ii.	Seminis maluæ,
Hyſſopi,	Fœnugræci,
Capillorum uene.an.ʒ.vi.	Ireos.ana.ʒ.iii.
Liquiritiæ.ʒ.i.	Seminis lini.
Calamenti,	Seminis cydon.ana.ʒ.ii.
Seminis aniſi,	Paſſularum.ʒ.ii.
Radicum apii,	Ficcum ficcarum. nu.xv.
Seminis fœniculi.ana.ʒ.v.	

Bulliant hæc omnia ſecundum artem in lib.x.aquę uſque ad conſumptionem medietatis: deinde colentur et his addantur.Penidiarum,lib.ii.Mellis purificati li.ii.Et fiat ſyrupus debito modo coquendo.

De praſsio, nota quòd in hoc ſyrupo ponenda eſt herba praſsii non ſuccus. Electuarium uero fieri debet ex ſucco non de herba.

Varia reperitur litera in diuerſis Meſue de hoc ſyrupo. in aliquibus.n.baſis huius ſyrupi eſt radix fœniculi & apii: in aliquibus ficus:in aliquibus hyſſopi: in aliquibus capillorum ueneris.Et ſi ſic nõ debet appellari ſyrupus de praſsio: quia alia et alia eſt intentio quam ponunt Meſue: ſed recepta debet ſtare ut ſupra ſcripta eſt:& ſic erit intentio ſyrupi de praſsio ſecundum Meſue.

Syrvpvs de abſinthio Meſue conferens ad caſum appetitus:& debilitatem ſtomachi: & mollificationẽ uiſcerũ & debilitatem hepatis & dolorem. Cuius permixtio.

℞. Abſinthij romani ʒ vj.Foliorũ roſarũ rubearum ʒ. ij. Spicæ ʒ.iii.infundantur hæc omnia per diem & noctẽ in uino albo bono antiquo & odorifero. Succi cydoniorũ.ana. lib ii.s.ponendo in lapideo uaſe,deinde coquãtur cũ facilitate uſque ad cõſumptionem medietatis,deinde colẽtur,& colaturæ

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 307 sur 335

colaturæ addantur:mellis bene purificati lib.ii.& fiat ſyrupus debito modo coquendo.

In vna compoſitione ſi inuenitur vna res. Cuius plures ſunt ſpecies quam illarum rerum debemus intelligere. uerbi gratia cum ſcribitur ſpicæ uel roſarum &c. dico ꝙ debemus intelligere ſpeciem præualentem aliis in uirtute,ut de ſpica nardi quæ melior eſt & de roſa rubea,quia illa prꝙalẽte albis in virtutem.

Syrvpvs de epithymo Meſ.choleram nigrã & humores aduſtos cum virtute expellens morbos ex eis factos curat:& confert propriæ eis qui parati ſunt ad lepram : & qui cancrum patiuntur:& vulnera fraudulenta & fiſtulas & ſcabiem & ſaphati.Cuius permixtio hæc eſt.

℞.Epithymi boni & hortenſis.ʒ.xx.	Myrobalanorum bellicorꝝ. Liquiritiæ,
Myrobalanorũ citrinorum	Polypodii,
Myrobalanorum indorum.	Agarici,
ana.ʒ.xv.	Stœchados.an.ʒ.vi.
Cuſcutæ,	Roſarum rubearum,
Fumiterræ.an.ʒ.x.	Seminis fœniculi,
Thymi,	Seminis aniſi ana.ʒ.ii.ſ.
Calamenti,	Prunorum nume.xx.
Bugloſſæ.ſ.herbæ,	Paſſularum enuclea.ʒ.iiii.
Myrobalanorum emblico-	Tamarindorum.ʒ.ii.ſ.
rum ana.ʒ.vi.	

Bulliant hæc omnia tamarindis exceptis in lib. xv. aquæ ſm artem uſq; ad conſumptionẽ medietatis,deinde colenẽ, & cum prædicta colatura diſſoluantur tamarindi,deinde addantur zucchari clarificati lib.iii.Rob.i.uinum coctum ſeu ſapa lib.ii.& fiat ſyrupus debito modo coctus.

Epithymi hortenſis,dicitur hortenſis , eo quia hortenſe minus vigoroſum eſt quam quod in montibus naſcitur , & cõiter minorẽ habet malitiam.Et hoc ſcribit Sauonarola in ſua practica capitulum,de hydropiſi aſclite de ſucco radicis ireos & tu uide:& Auic.lib.ii.cap.vi. vbi dicit ꝙ res ſyluestres ſunt omnibus domeſticis fortiores , & de ſylueſtribus ꝙ montanæ ſiunt fortiores.

Paſſulæ in hoc ſyrupo ponuntur vt vigorent operationẽ epithymi,& remoueant malitiam ipſius quæ timetur ex ſua nitroſitate. Et ut conferent operationem myrobalanorum & remouent ab eis malitiam hanc quæ eſt ut non remaneãt in villis ſtomachi & inteſtinorum. Folia colligenda ſunt qñ habent quantitatem debitam & non ſunt parata ad caſum , & non amiſerunt colorem ſuum proprium.

Syrvpvs de thymo Meſ.conferens ægritudinibus pectoris & pulmonis frigidis , & ſtomachi, & hepatis & eſt medicamen bonum , & confert frigidis complexione.Cuius permixtio.

℞.Extremitatum thymi.ʒ.ii.	Seminis apii,
Calamenti,	Seminis dauci.an.ʒ.iiii.
Mentæ ſiccæ.an.ʒ.v.	Paſſularum enucleatarum. i.
Seminis aniſi,	ab omni immunditia pur-
Seminis fœniculi.an.ʒ.iiii.	gatarum.ʒ.iiii.

Bulliant hæc oia ſm artem in lib.x.aquæ uſq; ad conſumptionem medietatis , deinde colentur & colaturæ addatur mellis purificati lib.ii.& fiat ſyrupus debito modo coquendo,& aromatizetur cum galliæ.ʒ.ii.

Si in receptis reperitur gallia abſolutæ ſcripta de gallia magna eſt intelligendũ tanquã de digniori & perfectiori.

Paſſulæ hoc in ſyrupo ponũtur, ut corrigant & uigorẽt, virtutem thymi:quemadmodũ de epithymo ſupra dictũ eſt.

Syrvpvs de arthemiſia Magiſtralis.valet ad oppilationem matricis,doloribus,eius & male complexioni.

℞.Arthemiſiæ,	Lupuli,
Capillorum veneris	Polypodii,
Sauinæ,	Gentianæ,
Chamædryos,	Rubeæ tinctorum.an.M.i.
Chamepithyos,	Spicæ,
Origani,	Aſſari,
Hypericon,	Thymi,
Cyperi,	Epithymi.
Squinanti,	Camæmillæ,
Roſarum.ana.ʒ.i.	frigidorum.
Ozimi,	Maiorum.an.ʒ.ſ.
Sampſuchi,	Seminis apii,
Calamenthi,	Seminis fœniculi,
Scolopendriæ,	Seminis petroſilii,
Betonicæ,	Ameos,
Scabioſæ.an.M.i.	Carui,
Violarum.ʒ.i.	Iuniperi,
Sandalorum rubeorum.	Milii ſolis,
Seminum communium	Seminis rutæ.an.ʒ.ii.

Bulliant omnia hæc in aqua ſufficientis quantitatis ſm artem,& ſtent prius in ea infuſi per horas.x.Cinnamomi.ʒ.i.ſ.Serapini.Armoniaci.an. ʒ.ſ. Dictæ gummæ ligentur in pecia.Et oia ſimul bulliant uſq; ad conſumptionem medietatis:deinde colentur & colaturæ addantur.Mellis purificati lib.vi.& fiat ſyrupus debito modo coquendo.

Coqui ſecundum artem hoc modo intelligitur.Eſt enim aliqua medicina quæ multũ ſuſtinet de decoctione ut ſunt radices.Aliqua minus illa ut ſunt ſtipites plantarum.Aliqua iterum minus ut ſunt folia.Aliqua adhuc minus & ſunt fructus.Aliqua iterum minus & ſunt ſemina . Aliqua minus & minus & ſunt flores . Igitur cum tu decoquere uis aliquem ſyrupum uel aliquam decoctionem . Primo ponas ad bulliendum radicem, ſecundo ſtipites,tertio folia, quarto fructus, quinto ſemen,ſexto flores:& hoc modo coques ſecundum artem. Iſta regula non generalis eſt:ſed ab ea excipiũtur quædam herbæ & ſemina ut inferius declarabitur , ubi numerabuntur & ſemina & herbæ parum ſuſtinentia de decoctione:ſed hanc regulam poſui:quia ſicut in pluribus euenit & fieri debet,inferius clarius dicetur , declarabiturque ſigillatim quæ medicinæ ſuſtineant & quæ non.

Semina omnia colligenda ſunt quando ſunt matura,& aquoſitas propria ab eis eſt ſeparata.

Syrvpvs, de ſtœcados Meſ.expertus ad omnes ægritudines neruorum frigidas,ſicut eſt paralyſis,epilepſia ſpaſmus,tremor & tortura.Cuius permixtio.

℞.Stœchados.ʒ.xxx.	Pyrethri.ʒ.vii.
Aſſæ.i.thymus,	Piperis longi.ʒ.iii.
Calamenti,	Zingiberis.ʒ.ii.
Origani.an.ʒ.x.	Paſſularum.ʒ.iiii.
Seminis aniſi.ʒ.vii.	

Bulliant hæc ſecundum artem in aqua ſufficientis quantitatis vſq; ad conſumptionem tertiæ partis . Poſtea coletur et colaturæ addantur Mellis purificati.lib.v. Et fiat ſyrupus debito modo coquẽdo.Et facta quaſi perfecta coctione vel parum diſtante a decoctione , ponantur hæc groſſo modo confracta & in pecia ligatavidelicet.

Cinnamomi,	Zingiberis,
Calami aromatici,	Piperis nigri,
Spicæ,	Piperis longi.ana.
Croci.ana.ʒ.i.ſ.	drach.i.ſ.

Et reſeruetur in vitreato vaſe,in quo ſi vis peciam potes relinquere in qua ſunt aromata.

Bulliant in aqua ſufficientis quantitatis . Nota quòd iſta ſufficiens quantitas.diuerſificatur multipliciter.Nam quando ſunt res quæ multum ſuſtinent de decoctione , tunc pro omni manipu.i. ipſarum apponi debent aquæ bocalia quatuor.Si vero mediocrẽ medietatem.Si parum , bocale vnũ tantum. Si vero menſuretur vnciis,debes pro omni lib. rerum ponere.lib.vi. aquæ ſi multum ſuſtinet de decoctione . Si mediocrem,lib.iii.Si parum lib.i.ſ. Et ideo caueant viri in manibus rudium aromatariorum ſe ponentes.Et domini medici bene conſiderent quis aromatarius ſit qui ſuas ordinationes diſpenſat , quia ſi ignarus , ne & animæ & honori ſuo &c.

Syrvpvs de hyſſopo Meſ.confert aſthmati & tuſſi, & dolori pectoris,& laterum,& lacertis pectoris. Cuius permixtio hæc eſt.

℞.Hyſſopi ſiccæ,	Liquiritiæ.an.ʒ.x.
Radicum apii,	Hordei mundi.ʒ.iiii.
Radicum fœniculi,	Seminis maluæ,
Radicum petroſilii,	Dragacanthi,an.ʒ.iii.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 308 sur 335

Seminis cydoniorum.ʒ.iii. Paſſularum enucleatarum.
Capillorum ueneris.ʒ.vi. vnc.i.s.
Iuiubarum, Ficuum ſiccarum,
Sebeſten.an. nu.xxx. Dactylorum pin.an.nu.x.

Coquantur omnia ſm artem in aqua ſufficientis quantitatis,in aqua.ſ.pluuiali uſq; ad conſumptionē duarum partium, deinde colentur & colaturæ addantur, Albarum penidiarum lib.ii.& fiat ſyrupus debito modo coctus.

Radices colligendæ ſunt cum folia crediderunt:quia tūc & natura & uirtus foliorum reuertitur ad radicem,& tunc fortior eſt uirtus radicis.

Radix ſi ſimpliciter ſcripta reperitur in compoſitis,de raphano domeſtico eſt intelligendum. Sic enim & Romani & Græci hodie accipiunt.

Syrupi omnes iſti,ſcilicet uiolatus,de hyſſopo,de ſcabioſa, de liquiritia,de praſio,de iuiubis,et oēs decoctiones pectorales cum aqua pluuiali faciendi ſunt : non cum aqua cōmuni, et ratio,eſt quia aqua pluuialis eſt magis ſubtilis, & ratione ſubtilitatis magis penetratiua, facitq; uirtutes aliarum medicinarum ad partes pectoris penetrare:quæ cū alia aqua non penetrarent. Et ad dominum Auicennam dicentem, quòd aqua pluuialis ratione ſubtilitatis ſuæ ſubſtantiæ citius putrefit : dico ꝙ uerum dicit, & hoc propter impreſſionē aeris ab extra.Sed ab itra ſecꝰ ē, quare bñ nota.

Albarum dicit auctor penidiarum, eo quia penidii fieri debent ex zuccharo albo : non cum puluere rubeo ut quidam faciunt aromatarii noſtri temporis &c.

Syrvpvs de liquiritia Meſ. confert tuſsi antiquæ, & mundificat pectus et pulmonem. Cuius permixtio hęc eſt.

℞.Liquiritiæ raſæ & mundæ.ʒ.ii. Capillorum ueneris.ʒ.i.
Hyſſopi ſiccæ.ʒ.iiii.

Proiice ſuper his aquæ pluuialis lib.iiii.& dimitte ꝑ diē & noctē, deinde coquantur ſm artem uſque ad conſumptionem medietatis: deinde colentur & colaturæ addantur.

Mellis purificati, Penidiarum.ana.ʒ.viii.
Zucchari clarificati, Aquæ roſarum.ʒ.vi.

Bulliant & coquantꝰ uſq; ad formā ſyrupi & reſeruetur.

Hic notandum ꝙ abſurdum uidetur quòd in iſto ſyrupo auctor ponat aquam roſam: cum ipſa reſtringat. & hic ſyrupus debet dilatare partes pectoris:& hoc nō ſolum uidetur contra rōnem:ſed eſt ēt contra facientes hunc ſyrupum: eo quia nulli ſunt qui aquam roſam in eo ponant. Ad hoc dicēdum ꝙ recte ponitur: & qui non ponunt multum errant,& ratio eſt. Nam ad hoc ꝙ ſyrupus iſte ualeat tuſsi antiquæ:et pulmonem et pectus mundificet : non ſolum oportet ꝙ in eo ſint dilatantia partes pectoris, lenientia & maturātia catarrhū ut ꝑ liquiritiā capillos ueneris et hyſſopū fit. Sed ēt neceſſe eſt ꝙ in eo ſint ea quæ partes relaxatas adiuuent, & uirtutē expulſiuā confortent atq; refocillent:& fortificent: et hoc fit per aquam roſatam. igit rationaliter ponitur. Et ſunt aliqui qui ponunt aquæ infuſionis roſarum uiridium.

Tribus modis uel altero trium modorum cognoſcitur qñ ſyrupus eſt coctus primo quando accipitur cū ſpatula diſtillat continuē ſicut oleū.ſecundo qñ adhęret ſpatulæ. tertio ſi ponatur ſuper unguem una gutta remanet,& non diſcurrit huc uel illuc:& hæc eſt uera cognitio coctionis.

Syrvpvs de eupatorio Meſ. conferens febribus antiquis,& proprie eis quibus corrumpitur forma ſtomachi:& hepatis, oppilationes aperit: & confert frigiditati hypocondriorum & inceptioni hydropiſis.

℞.Radicum apii, Sucaha.i.radix cardonis benedicti ſemi.
Radicum fœniculi,
Radicum endiuiæ an.ʒ.ii. Florum bugloſſæ,
Liquiritiæ, Seminis fœniculi,
Squinanti, Seminis aniſi,
Cuſcutæ,an.ʒ.ii. Eupatorii.ana.ʒ.v.
Raued.i.rheubarbari,
Abſinthii,
Roſarum rubearum an.ʒ.ii. Maſticis.ana.ʒ.iii.
Capillorum ueneris, Spicæ,
Bedegar.i.radix cardonis benedicti maſculi ana.drach.v. Aſſari,
Folii.ana.ʒ.di.

Coquantur in lib.viii. aquæ ſecundum artem uſq; ad cōſumptionem tertiæ partis : deinde coletur & colaturæ addantur zucchari clarificati lib.iiii.Succi apii, Succi endiuiæ depurati.ana.lib.iii.ʒ.ii.℈.iiii.& grana.xii.Et fiat ſyrupus debito modo coquendo.

De bedegar et ſucaha ē magna diuerſitas inter doctores Auic. Matth. Syluaticus. Dioſcorides. Simon Ianuenſis Plinius,& Gentilis exponunt quòd eſt ſpina alba.Gentilis etiam exponens receptam ſotiræ: quæ quinto canon.deſcribitur.dicit iterum quòd eſt maneries ſpinæ, pro qua communiter ſumitur alba ſpina. Et infra eo lib. pro expoſitione pilularum: dicit:& bedegar eſt modus,ſpinæ,et creditur quòd ſit ſpina alba hoc eſt quod a doctoribus elicere potui: qui confuſe loquuntur,quia dato quòd ſit ſpina alba non ponunt quām partem ipſius plantæ apponere debeamus.Communiter aromatarii ponunt quandam rem habentem ſimilitudinem ſpongiæ quæ reperitur adhęrere plantæ roſæ ſylueſtris, & dicunt eſſe bedegar.

Sucaha de ſucaha dicit Simon Ianuenſis quòd eſt nomen arabicum,& idem importat quòd ſpina arabica : & hoc idē dicit Galenus, Raſis, Halyabas, Matth. Syluaticus. Paulus uero ualens oſtendere quid ſit ſucaha. eſt herba dulcis quæ extenditur ſuper terram: & facit capita groſſa, & flores ſanguinei coloris: ſed hæc apud nos non reperitur. Alii uero dicunt quòd ſucaha.i.bedegar & bedegar.i.ſucaha. & ſic exponunt ignotum per ignotum.

Alii uero poſtponentes tantorū uirorum ambiguitates ſolent hoc in ſyrupo apponi facere iuncos marinos & radices cardonis benedicti: & dicunt ꝙ duo hæc uidentur de mente auctoris cum illa ſint aperitiua prouocatiua urinæ: confortatiua hepatis,quæ oīa quæruntur a ſyrupo de eupatorio, & quòd reperiunt experimento bene eis ſuccedere.

Sed & hi & illi a ueritate ſunt multum diſtantes. Igitur ſcias quòd bedegar eſt radix cardonis benedicti, quæ maſculus dicitur nullum florem faciēs,nec tirſum, ſed folia extenduntur ſuper terram & folia ſtrictiora ſunt & breuiora ſucha magiſq; inciſa.Sucaha nota eſt radix cardonis benedicti florem faciens cum groſſo capite cum paruo tirſo,immo a radice non extenditur per longitudinem ſpanæ ſeu eleuatē,& in futura & propinqua pluuia conſtringitur, & in ſereno dilatatur et ſemina dicitur. differt a ſuperiori cardone per folia tirſum & florem. Apud nos non reperiuntur uel raro duo hi cardones, ſed portantur a montibus Bilinzonæ in confinibus Tentonicorum ducis Mediolani in mōtibus & ſaxis oriuntur & hęc eſt uera expoſitio & declaratio bedegar & ſucaha &c. et duæ hę radices in hoc ſyrupo ponuntur non aliud &c.

Pauci ſuper ſunt qui hunc ſyrupū ſciant facere. Meſ. enī dicit fiat ſyrupus cū ſucci apii & endiuiæ quantitate ſufficienti,& nulli ſunt qui hanc ſufficientem quantitatem eligere ſciant. Igitur nota ꝙ per hanc ſufficientem quantitatē intelligitur proportionata quantitas zucchari ad ſuccos, quemadmodum proportionauit & poſuit in ſyrupo de bizantiis.ſ.ſucci lib.iiii.zucchari lib.ii.s.quòd eſt pro omni li. zucchari ſucci depurati.ʒ.xix.cum.ʒ.i.℈.i.gra.xvi.nec plus nec minus.Illo igitur modo proportionando reſultat ſucci quantitas præſcripta ſupra nec plus nec minus, & hæc fuit & eſt opinio doctoris quare bene nota quia pauci ſunt facientes hunc ſyrupum ſecundum rationem.

Flores colligēdi ſunt quando perfecte ſunt maturi et antequam cadant & antequam dimittant colorem ſuum &c.

Syrvpvs de calamento Meſue ſpleneticis, & frigida habentibus uiſcera, & ſenibus, & tuſsi antiquæ, et aſthmati. Cuius permixtio hæc eſt.

℞.Calamenti domeſtici, Calamenti ſylueſt. ana.ʒ.ii. Cheiſim.i.ſemen leuiſtici, drach.vi.
Dauci.ana.ʒ.vi.
Paſſularum mundatarum.ʒ.iii. Squinanti,
Mellis purificati.lib.ii.

Et fiat ſyrupus ſecundum artem.

Syrvpvs ad matricem Magiſtralis. ualet ad omne uitiū matricis,et maxime mulieribus quæ sūt frigidæ naturæ.

℞.Cala-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 309 sur 335

℞. Calamenti, Squinanti,
Stœcados, Cyperi,
Petrosillii ana.ʒ.iii. Cuscutæ ana.ʒ.ii.
Sauinæ, Cassiæ ligneæ,
Chamædryos, Aristolochiæ longæ,
Chamepithyos, Gentianæ,
Poli montani ana.ʒ.iii. Baccarum lauri,
Maioranæ, Ameos, Reupontici. an.ʒ.i.s.
Dauci, an.ʒ.ii. Aquæ fontium lib.ix.

Coquantur omnia in dicta aqua usq; ad consumptionem tertiæ partis: deinde colentur & colaturæ addantur Zucchari clarificati lib.iii. & fiat syrupus secundum artem &c.

Syrvpvs cordialis Magistralis. ualet ad tremoré cordis, & eũ cõfortat & stomacho subuenit: syncopi & maniacis subuenit: & aufert caloré: & sitim in corpore extingit.

℞. Melissæ, Florum boraginis,
Éndiuiæ an.M.i. Florum bugloss. an.M.i.

Et fiat de prędictis decoctio secundum artem ut superius declarauí in aquis: uidelicet.

Aquæ endiuiæ, Seminis acetosæ.ʒ.s.
Aquæ buglossæ, Vini pomorum ranciorum,
Aquæ rosarum rubearum, Vini granatorum an.℥.iii.
Aquæ melissæ.an.℥.iiii. Coralli albi subtiliter pulue
Seminis quatuor frigidorum rizati.ʒ.iiii.
minorum.ʒ.iiii.

Suspendatur cum pecia ligata in syrupo. Zucchari albi clarificati.q.s. Et fiat syrupus secundum artem &c.

Syrvpvs de cicorea Gulielmi de Sali. ualet contra omnem materiam uenenosam in alterando & mundificando eam & propriæ ualet in antrace & carbunculo: & similibus & febre pestilentiali æstiuali & autumnali. confortat cor & nutritiua extinguendo calorem materialem: mundificando materiam per urinam & secessum: & facit appetere cibum, & inducit somnum & fit ut infra.

℞. Foliorum cicoreæ.M.i. Acetosæ,
Foliorum boraginis, Scario agrestis.i. batile-
Lactucarum, sere siue flores quæ di
Violarum dico flores, cuntur monegete &
Florum scariolæ, nascuntur in bladis.
Linguæ bouinæ, an.M.s.

Conterantur grosso modo, & bulliant secundum artem in lib.iii. aquæ usq; ad consumptionem tertiæ partis: & colentur, & in colatura addantur Zucchari clarificati lib.ii. Et bulliant simul & in dicta bullitione addantur Rheubarbari electi & puluerizati.℥.ii. & aliquando rheubarbari.ʒ.ii. Et in usu est communiter de.℥.ii. Rheubarbarum suspendatur in pecia in dicto syrupo & sæpe exprimatur pecia rheubarbari cum manu usquequo coctus sit syrupus.

Et nota ꝙ rheubarbarũ dẽt poni qñ syrupus erit mediocriter coctus. quia rheubarbarũ parum sustinet de decoctione.

Syrvpvs Sabor regis Mes. in practica in ca. de melancholia & mania, & uocatur Sabor rex Medorum conferens maniæ & melancholiæ ex adustione choleræ citrinæ. Cuius permixtio.

℞. Succi buglossæ domesti- Folliculorum sennæ,
cæ, vnc.iiii.
Succi buglossæ syluestris. an. Croci.ʒ.ii.
lib.ii. Zucchari tabarzet.
Succi pomorum dulcium re lib.iii.
dolentium lib.iii.

Fit autẽ sic sennæ proiiciantur in succis per diem & noctẽ post contritionem eorum: deinde bulliant ebullitione una, aut ii. deinde cum zuccharo fiat syrupus crocus autem confricetur in panno cũ decoctione: da.℥.ii.uel.iii. cũ aqua buglossæ: & qñque apud necessitatem datur cum aqua casei.

Syrvpvs diamoron Mes. & est conueniens ad apostemata gutturis, & uuleæ, & ad omnia genera prævocationem.

℞. Expressionis mororum seni seu baci. an. lib.i.s.
celsi. Rob.i. vinum coctum,
Expressionis mororum de Mellis purificati an.lib.i.

Coquantur omnia simul usq; ad spissitudinẽ & reseruẽ. Rob idem est quod sapa sed uinum ultimate decoctũ Robub autem propriæ est quicunq; succus inspissatus uel caliditate solis uel ignis. unde litera Mes. quæ dicit rob est corrupta ex defectu translatoris, debet enim dicere robub. igitur quando Mes. dicit Rob.i. robub suppleatur &c.

Syrvpvs de lymonibus ualet mirabiliter in febribus idest contra febres pestilentiales. Cuius permixtio.

℞. Succi lymõcelli li.xii. Zucchari albi.li.v. Et fiat syrupus sicut syrupi de acetositate citri nec plus nec minus prout patet in isto.

Syrvpvs de Ribes stomachum calidum confortat: vomitum colericum sedat: sitim extinguit: cordis ebullitionem mitigat & ipsum confortat: solutionem cholericam stringit & alterat.

℞. Succi ribes lib.xii. Zucchari albi lib.v. Et fiat syrupus hoc modo primo bulliat succus ebullitione una: aut duabus & dimittatur frigescere & clarifieri, & coletur, & cum zucchero suprascripto & clarificato fiat syrupus secundum artem & seruetur in uase uitreato &c.

Ribes quidã dicunt ꝙ est acetosa: & quidam dicunt quòd est coctus sed falso: qm̃ non est acetosa: qm̃ Mes. facit semotim capitulũ de rob de ribes a capitulo de rob de acetosa. Similiter ubi ponit capitulum de rob de ribes ait. quòd ualet sicut rob de acetosa. Item non est coctus: qm̃ coctus est calidæ & siccæ complexionis: sed ribes sunt frigidæ & siccæ.

Albani est planta stipitem habens rubeum ad uiriditatem decliuem, tenerum: cuius sapor est dulcis, acetositati mixtus habet folia rotunda uiridia nigra: cuius granum portatur de corasceni acidi saporis de quo fit rob &c. Nos autem loco eius accipimus succum acetosæ, quæ est lapacium agreste quod ponere possumus.

Serapio in libro aggregationũ capitulo de ribes auctoritate Isaac uenarum Ribes ex planta habens capreolos recẽtes rubeos ad uiriditatẽ declinantes: & habet folia magna lata rotunda uiridia & habet grana: qm̃ sapor est dulcis cum acetositate, & ipsa est frigida & sicca in secundo gradu, & signum super hoc est acetositas eius & stipticitas: & ex hoc contingit ꝙ infrigidat stomachum: & aliqui dicunt ꝙ est frigidus & siccus in tertio gradu. Nascitur autem planta ista in montibus Syriæ frigidis, niuosis: ut patet in pandectis.

Triasandali Nicolai dicuntur a tribus generibus sandalorum qui ibi intrant. Dantur propriæ contra calorem hepatis, stomachi, phthisicis, ictericis. Cuius permixtio.

℞. Sandalorum alborum, Gummi arabici,
Sandalorum rubeorum, Dragachanti ana solidum.i.
Sandalorum citrinorum, idest an.ʒ.i.s.
Zucchari albi ana solidos Seminis melonum,
duos idest ana.ʒ.iii. Seminis cocumeris,
Rheubarbari, Seminis citrulli,
Spodii.s. de canna, Seminis cucurbitæ,
Succi liquiritiæ, Seminis scariolę an.solidum
Seminis portulacæ.s. dome- .i. idest an.ʒ.i.s.
sticæ an.solidum.i.s. idest Camphoræ.℈.i.s.
ʒ.i.s.℈.i.gr.ii.s. Rosarum rubearum,
Amydi solidum.i. idest vnc.i.s.
ʒ.i.s. Puluerizentur subtiliter.

Syrupi rosati lib.ii. & fiat electuarium. Sed communiter fit in forma solida.

Solidus.n. idem est quod ʒ.i.s. ut omnes doctores affirmant: & exagium: idem etiam est: & non differt a solido nisi solum nomine.

Omnia simplicia ex quibus cõfectiones electuaria & cõpositiones oés cõponuntur nõ sunt simul terenda. Sed quælibet simplex medicina per se conterenda est & puluerizanda & ratio est quia oia nõ sunt eiusdẽ cõplexionis & substãciæ. Immo quædã sustinẽt multũ de contritione & quædam minus. Cinnamomum enim & macis sunt rarę substantiæ, gariofilli uero & gummæ, sunt densioris substantiæ, quapropter ut ex contritione uirtus ipsorum non deperdatur, omnia de per se debent puluerizari, quod secus faciunt aromatarii nostri temporis & male: immo nimirum si composita non habent uirtutem a doctoribus limitatam. Et hoc

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 310 sur 335

idem in decoctionibus eſt aduertendum ut in tractatu ſyruporum te ſcire feci.

TERZEA ad ardorē urinæ Magiſtralis. Cuius pmixtio.

℞.Seminis melonis mundi	Seminis portulacæ,
ʒ.xv.	Seminis papaueris al.
Cucurbitæ.i.ſemen mundæ	an.ʒ.i.ſ.

Incidantur minutiſſime & cum zuccharo albo ad pondus omnium fiat terzea.

TRIPHERA magna Nicolai magna dicitur: quia magnam utilitatem & fructum mulieribus confert, datur contra dolorem ſtomachi uirorum & mulierum cum aqua in qua cocta ſint ſemina fœniculi, aniſi, & maſticis, datur contra uitia matricis ex frigiditate: ſi diſtemperata bibatur cum uino in quo cocta ſit arthemiſia: prouocat etiam menſtrua ſi fuerit cum arthemiſia bene trita: & oleo muſcellino commixta, & peſſarius ex bombice factus, ſi fuerit ex ea inunctus in naturam mulieri immiſſus non concipiet. Si datur cum uino in quo cocta ſit mandragora uel ſambucum miro modo prodeſt pueris qui non poſſunt dormire, & in nocte nimis garriunt: diſtemperata cum lacte mulieris in modum ciceris & bibita prodeſt. Cuius permixtio.

℞.Cinnamomi,	Acori,
Galangæ,	Roſarum rubearum,
Garyophyllorum,	Piperis nigri,
Zedoariæ,	Seminis aniſi,
Zingiberis,	Seminis apii,
Coſti,	Seminis petroſillii,
Storacis calamitæ,	Seminis fœniculi,
Calami aromatici,	Macedonici,
Cyperi,	Dauci,
Radicum ireos,	Ozimi.i.ſemen baſiliconis,
Peucedani,	Seminis iuſquiami,
Corticum mandragoræ,	Cymini,
Spice celticæ,	Diptami, an.ʒ.i.

Puluerizentur omnia ſubtiliter, & cum mellis li.i.ʒ.ii. cocti & depurati fiat confectio: & hoc modo faciendo nihil addendo uel minuendo erit triphera ſine opio. Si uero cum opio facere uis, addas prædictis omnibus opii thebaici.ʒ.ii. & cum opio trifera erit. Sed in hac prima mulieres uolunt illam in zuccharo. Accipe igitur ſupraſcriptarum ſpecierū ſine opio.ʒ.i. zucchari lib.i. & facias. Confectio hæc danda eſt ſtomacho uacuo, & differenda eſt comeſtio uſquequo de ea facta ſit digeſtio. Et dictæ ſpecies ſubtiliſſime ſunt terendæ ac puluerizandæ. Dicitur enim compoſitio hæc triphera .i. hominem iuuenem reddens.

Nota ꝙ quamuis in multis confectionibus reperias ſcriptum mellis cocti, ꝙ tamen cum melle crudo & mundo poſſunt confectiones fieri: & illud habet minus de ſpiſſitudine & magis de penetratione. Igitur ab auctoribus ſæpe inuenies ſcriptum mellis cocti, & quandoq; mellis crudi, ut per hoc intelligas ꝙ utrunq; potes ponere & conuenienter.

TRIPHERA perſica Meſue, experta apud perſas: & cōfert febribus acutis & inflammationi ſtomachi: & hepatis, & ictericis calidis, de oppilatione incolumitatem acquirit. uiſum a fumis cholericis deperditum reparat. Sitim mitigat morbos aduſtionis fieri prohibet. & eſt medicina magna in æſtate peſtilentiali & autumnali. Cuius permixtio.

℞.Succi ſolatri,	Prunorum damaſcenorum
Succi endiuiæ,	num.50.
Succi apii,	Cuſcutæ.ʒ.iiii.
Succi lupu.depu.an.lib.i.	Myroba. kebulorum,
Folliculorum ſenæ.ʒ.ii.	Myroba.indorum.
Violarum ſiccarum: aut uiridium.ʒ.iiii.	Myroba.citri.an.ʒ.ii.
	Spicæ.ʒ.iii.
Agarici.ʒ.i.	Epithymi.ʒ.xl.

Inuoluantur myrobalani in oleo amygdalarum dulcium.

Tamarindorum.ʒ.iii.	Rheubarbari.ʒ.ii.
Mannæ electæ.ʒ.i.ſ.	Myroba. citrinorum.ʒ.i.ſ.
Caſiæ fiſtulæ.ʒ.iiii.	Myroba. Kebulorum,
Zucchari uiolati lib.i.	Myrobalano.indorum ana
Zucchari fini albi lib.iii.	ʒ.viii.
Aceti uini.lib.i.	Myrobala.emblicor.ʒ.iiii.
Myroba.bellerico.ʒ.iiii.	Spodii,
Granorum fumiterræ,	Sandali citrini,
Trochiſcorum diarhodon,	Quatuor ſeminum.ſ.ſemina
Macis,	cōmunia frigida.an.ʒ.ii.
Maſticis.	Aniſi.ʒ.iiii.
Cubebæ,	Spicæ.ʒ.ii.

Modus confectionis eius eſt, ubi dicit Solatri, Endiuiæ, Apii, & lupulorū, uult ut ſit ſuccus depurati an.li.i. & proiiciatur ſuper eos uiolarū folliculorū agarici prunorū cuſcutæ: myrobalani Kebuli: myrobalani indi: myroba.citrini, ſpicæ, & accipiatur de ſupraſcriptis quantitas ſicut prius diximus: & bulliāt ſuper prunas cū facilitate dum remaneant li.ii. & in iſtis ſupraſcriptis ſint ſucci lib.ii. & bulliant ſimul & proiiciatur ſuper iſta epithymi boni. inuoluantur myrobalani in oleo amygdalarum dulcium uel oleo uiolato, & bulliant ebullitione una, & deponatur ab igne & excoletur: & diſſoluantur in una parte iſtius colaturæ tamarindorum, caſſiæ, mannæ, zucchari uiolati: colentur & mundentur a granis & ſcophis. & in alia parte aquæ proiiciatur zucchari. fini, & aceti, coquantur cum facilitate: deinde pone ſyrupum iſtud quod diſſolutum eſt in ſuccis, & aggregentur ſimiliter & coquantur uſq; ad mellis ſpiſſitudinem. ultimo uero proiicias ſuper iſtud rheubarbari: myrobalani citrini: myrobalani indi: myroba. Kebuli: myrob. bellirici quātitatem ſicut prius diximus, quatuor granorum fumiterræ: trochiſcorum diarhodon: macis: maſticis: cubebæ: ſpodii: ſandali: citrini: aniſi: ſpicæ, uoluantur in oleo uiolato, & repone in uaſe uitreato: & da cum aqua frigida uel cum aqua endiuiæ aut ſolatri. doſis eſt.ʒ.i.

TRIPHERA minor ex arte Phenonis Meſ. ualet ad eorruptionem & exuberantiam menſtruorum & hæmorrhoidarum: & ad corruptionem formæ: & debilitatem ſtomachi: & deſtruit humorem crudum: & clarificat colorem: & confortat ueſicam: & abſcindit fluxum uētris. Cuius permixtio.

℞.Myrobalanorum Kebulorum,	Olibani ana.ʒ.iiii.
	Ameos,
Myrobal.indorum,	Zingiberis,
Myrobal.bellericorum,	Carmezit.i. fructus tamariſci uel flos.
Myrobal.emblicorum,	Spicæ,
Nucis muſcatæ an.ʒ.v.	Squinanti,
Naſturcii,	Cyperi.an.ʒ.iiii.
Aſſari,	Scoriæ ferri nutritæ in ace-
Origani perſici,	to ꝑ dies v. & aſſatæ.ʒ.xx.
Piperis,	

Myrobalani aſſentur cum butyro uaccino &c. inuoluantur cum oleo amygdalarum dulciū & aromatizentur cum.ʒ.i. Muſci. Mellis.q.ſ. & da poſt ſex menſes, doſis eſt a.ʒ.i. uſque ad.ʒ.iii. Eſt enim expertum & efficax & proprie ad humoroſitatem ſtomachi & putrefactionem in ipſo.

TYRIACA magna Andromachi quæ melior eſt omnibus, & quæ fieri debet. Cuius deſcriptionē reperi in quodā libello Gentilis de uenenis: quàm ut ipſe teſtatur habuit & extraxit a quodā libello Andromachi. ꝓpria manu ſcripto.

Tyriaca magna Andromachi dicitur: quia ab eo compoſita fuit ualet contra grauiſsimas paſſiones humani corporis: epilepticis: apopleticis: ſtomachicis, cephalalgicis, & hemicranicis: prodeſt ad raucedinē uocis: conſtrictionē pectoris optima eſt arteriacis, aſthmaticis, emoptoicis, ictericis: hydropicis, peripneumonicis: iliosis: & uulnera in inteſtinis habentibus phreneticis: iliosis: colicis ſubuenit: menſtrua educit, & fœtum mortuum expellit: lepram curat: & frigori prodeſt: & cæteras paſſiones inueteratas emendat: præcipuæ contra oia uenena & ſerpentum morſus & reptilium ualet: ſed uniuerſa eſt eius doſis. ſ. pro quantitate & qualitate uniuſcuiuſq; paſſionis quæ in Andromacho ſcribitur.

℞.Trochiſcorum de ſquilla	Cinnamomi electi,
aur.xlviii.	Roſarum rabearum ſiccarū,
Trochiſcorum de tyro.	Seminis napi ſylueſtris.
Trochiſcorū andaracharon,	Scordeon.i.allium ſylueſtre,
Piperis nigri,	Ireos.i.radicum,
Opii thebaici ana aureos	Agarici albi,
xxiiii.	Succi liquiritiæ,

Opobalſami,ideſt olei.ana. aur.xii.
Myrrhæ puræ,
Croci,
Zingiberis,
Rheubarbari,
Radicum pentaphyllon,
Calamenti montani,
Praſii,alii petroſillii,
Macedonici.i.ſemen,
Stœcados arabici,
Coſti amari,
Piperis longi,
Pulegii indi,
Olibani,
Floris ſquinanti,
Terebenthinæ,
Caſſiæ ligneæ an.au.vi.
Bdellii,
Galbani,
Aſpalti,
Opopanaci,
Centaureæ mi.ana.aur.ii.
Spicæ nardi,
Polii montani,
Piperis albi an.aur.vi.
Storacis liquidæ,
Seminis apii,
Sileris montani,
Dauci.i.ſemen,
Ameos.i. ſemen,
Chamæpithyos,
Chamædryos,
Succi hypoquiſtidos,
Spicæ celticæ,
Folii indi,
Meu,
Gentianæ,
Seminis fœniculi,
Terræ ſigillatæ,
Colcotar aduſti:ideſt uitriolum aduſtum,
Amomi,
Acori,ideſt radicum,
Hypericon,
Naſturcii albi.i. ſemen,
Carpobalſami,
Phu.i.radicum ualerianæ,
Gummi arabici,
Carui agreſte:ideſt cordumeni,
Aniſi.i ſemen,
Acaciæ,
Caſtorei,
Serapini an.aur.iiii.
Ariſtolochiæ rotundæ, aur.ii.
Mellis deſpumati lib.x.
Vini boni odoriferi antiqui. lib.iii.& fac.

Et nota q̄ pro omni libra mellis ſunt.ʒ.iii.ſpecierum prę dictarum,& hoc uoluit bonus Andromachus & apponi debet ſi tyriaca debet habere uirtutem deſcriptam a doctoribus & in alia.ʒ.vi.

In hac deſcriptione multa ſunt intelligenda.Et primo de opio thebaico,dī.n.opiū thebaicū:quia factū & collectū ē Thebis:q̄ illud eſt melius & perfectius quocūq; alio opio vbicūq; collecto,& eſt minoris piculi & timoris uſus eius.

De calamento dicitur montanum : & ponitur quia habet maiorem caliditatem & ſiccitatem quam calamentum fluuiale: quod naſcitur iuxta aquas.

Stœcados arabici dicitur arabici quia in Arabia oritur & ille melior ē,& in illis ptibus multū colligit. Sed nos utimur ſtœchados q̄ colligit in partibus Romæ,& eſt pfectū.

Loco chamæpithyos ſi non haberetur accipi poteſt iua muſcata quæ a Meſ.in capitulo de ægritudinibus neruorum appellatur zinzem.

Hypoquiſtidos ſuccus eſt barbæ hircinæ, & illud ponitur non herba,non ſolum in hac compoſitione,ſed in omnibus medicinis,in quibus ſimpliciter reperies ſcriptum hypoquiſtidos,& qui herbam ponunt, male immo peſsime faciunt.

Cētaurea de minori intelligendū eſt,& illa in medicinis adminiſtrāt,quia ſi ſimpliciter reperitur,de ea eſt intelligendū.Et radix accipi debet nō herba,ut quidā rudes faciunt,

Vitriolum ſeu colcotar hoc modo aduritur.Accipe de eo quantitatem q̄ uolueris,& pone in patella ad ignē, & continue ſub ea inſuffletur donec igniatur, & continue uitriolum uoluatur,& tantum hoc fiat, quòd eius naturalis calor mutetur,& tunc remoueatur : quia aduſtum eſt .

Species iſtæ tyriacæ debent ſubtiliter teri ſeu puluerizati & bene cribellari per ſubtilem & ſpiſſum ſedacium , ut melius,& citius res ſimul fermentari poſsint,ut Meſue , & Auicenna ſcribit in capitulo de tyriaca .

Puluerizabile enim idem eſt quod comminuibile,uel diuiſibile in partes paruas,& eſt aliud quam frangibile.

Vtilitas autē puluerizationis eſt,quia facit penetrare uirtutes medicinarum ad partes,ad quas non penetrarent.

Aetates.n.tyriacæ ſunt quatuor Prima dicitur infantia, & incipit a die cōpoſitionis uſq; ad ſex menſes. Secunda pubertas quæ incipit poſt illud tēpus , & durat uſq; ad decem annos.Tertia adoleſcentia,& incipit poſt illud,& durat uſque ad xx.annos.Quarta ſenectus , & incipit poſt illud , & durat uſque ad.xxx.annos , poſt illud expoliatur a uirtute tyriacæ .

In uaſe plumbi tyriaca debet poni uel conſeruari, uel argenti,in alio.n.uaſe poſita facit quandam feruginem quæ appellatur zinian,& conſumitur humiditas eius naturalis, & neceſſaria in tyriaca. quare in plumbo bene conſeruatur Et uas in quo ponitur non debet repleri , ſed ſaltem tertia pars uaſis debet eſſe uacua,ut medicinæ poſsint reſpirare , & exhalare ne ſeſe ſuffocent.

Tyriaca Galeni quæ communiter fit,licet non ſit tantæ perfectionis quantæ eſt præſcripta Andromachi . Cuius permixtio hæc eſt.

℞.Trochiſcorum de ſquilla lib.iii.
Piperis longi.lib.ii.ʒ.iii.
Trochiſcorum tyri.lib.i.s.
Trochiſcorum diacoral. lib.i.s.
Xylobalſami.i.lignum balſami.lib.iiii.ʒ.x.s.
Opii thebaici.i.illius prouinciæ.ʒ.vii.s.
Rheubarbari,
Spicæ nardi,
Coſti,
Squinanti an.ʒ.vi.
Croci,
Zingiberis.
Caſſiæ lignea,
Storacis calami,
Myrrhæ,
Terebentinæ,
Calament.montani,
Thuris,
Diptami an.ʒ.vi.
Stœcados arabici,
Polii montani,
Pentaphylli,
Piperis an.ʒ.vi.
Folii,
Petroſillii,
Gummi arabici,
Agarici,
Roſarum,
Radicum ireos lilii cœleſtis
Leuiſtici an.ʒ.vii.s.
Scordeon.i.allium ſylueſtre,
Seminis rapæ ſylueſtris,
Cinnamomi ana.ʒ.vii.s.
Colcotar uſti:ideſt uitrioli aduſti,
Serapini,
Terræ ſigillatæ,
Hypoquiſtidos, ideſt ſuccus barbæ hircinæ,
Spicæ celticæ,
Radicum acori,
Chamædryos,
Gentianæ.ſ.radix,
Siſtra.i.ualeriana,
Carpobalſami, ideſt ſemen balſami.
Seminis apii,
Ameos,
Amomi,
Seminis fœniculi.
Carui,
Sileris montani.i.ſemen.
Naſturtii,
Aniſi,
Mummiæ,
Opopanaci,
Galbani,
Ariſtolochiæ longæ,
Hypericon an.ʒ.iiii.s.
Caſtorei,
Aſphalti,
Centaureæ minoris, ſcilicet radix.
Dauci an.ʒ.ii.ʒ.vi.

Et eſt ſemen peſtinacæ ſylueſtris.Mellis cocti, & deſpumati rubos.v.& lib.v.quod eſt pro omni lib.i. mellis.ʒ.iii. ſpecierū.Sed aromatarii auaritia ducti hoc tempore ſolum ponunt lib.iiii.ſpecierum pro rubo vno mellis , & malefaciunt & ob hoc tyriaca non habet uirtutes a doctoribus deſcriptas:quare ſemper ponas.ʒ.iii.ſpecierum pro omni li.i. mellis.Et præſcriptum mel ſit coctum bona coctione.

Crocus uero,& hypoquiſtidos per ſe puluerizentur ac uitriolum . gummæ uero in optimo uino albo diſſoluantur, alia uero omnia ſimul,mel uero infrigidatū,terebintina , & hypoquiſtidos intus ponantur:deinde oēs aliæ ſpecies. Crocus uero infundatur in uno bocali optimi uini nigri : & dimittatur per tres dies:deinde cum dicto uino in tyriaca ponatur:uitriolum uero etiam in uino diſſoluatur,& in tyriaca ponatur. & ſimul miſceantur. Sunt qui addunt galletti ſubtiliter puluerizati.ʒ.s.ut tyriaca maiorem nigredinem habeat.Sed hoc ego non laudo . Cum extra mentem Galeni & omnium doctorum fuerit,& nunc præſentium ſit .

Hoc nomen tyriaca eſt nomen impoſitum ab effectu. idē enim eſt dicere tyriaca,quòd conferens uenenis,ſed præſentium, & aliarum medicinarum uenenoſarum . Et ideo hoc nomen habet duas partes,tyria.n.ſignificat ſerpētem,& Ka, quod ſignificat medicinas uenenoſas cum componitur. igitur tyriaca eſt nomen quod ſignificat rem quæ iuuat in uenenis ſerpentum : & medicinarum uenenoſarum, & eſt uocata tyriaca a carne tyri .

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 312 sur 335

Agaricus,ireos,& radix acori ponuntur in hac recepta & in aliis:quia habent in se uirtutem conseruandi alias medicinas,ne cito corrumpantur,& augent earum uirtutes. Et sic ponitur,ut conseruet zingiber a corruptione.

Anacardi corrumpunt uirtutē trochiscorū tyri. dictique trochisci debent esse parui,& bene compressi,si conseruari debent,& non debent exiccari in sole.Sol.n. habet uirtutē dissoluendi,& destruendi uirtutē carniū tyri,& uiperarum.

Tyriaca non debet dari nisi sit fermentata, & fermentatio sit in tpe sex mēsiū.Quid aūt sit fermentatio nota. Nam cōpositū habens unam formā,& uirtutē resultantē ex simplicium compositione.Significat hoc uocabulum fermentata.

Vinum in tyriaca ponitur primo ut per eum fiat medicinarum conseruatio,& commixtio.secundo quia ipsum confortat cor,& est contra uenenum.

In exhibitione tyriacæ istæ conditiones sunt seruandæ. Primo ꝙ sit fermentata.Secundo ꝙ detur sanis,& in parua quantitate,& raro.Tertio ꝙ non detur in tpe calido: sed in temperato,uel frigido.Quarto ꝙ non detur pueris usq; ad decimum quartum annum.Quinto ꝙ non exhibeatur in cōplexione calida.nec in homine parato inflammationi. Sexto quòd non detur stomacho repleto cibo.Et hæ sunt conditiones attendendæ in exhibitione tyriacæ.

Duæ præscriptæ descriptiones tyriacæ per annos xxx. ac etiam usque ad xl.annos seruantur, dummodo sint conuenienter & debite factæ.

Trochisci diarhodon Mes. quorum iuuamentum est magnum ad febres antiquas,& febres permixtionum,& febres phlegmaticas, & febres in quibus corrumpitur forma,& confert ad dolorem stomachi, & abstergit humiditatem eius.Cuius permixtio.

℞.Foliorum rosarum rubearum aur.vi.ideſt.ʒ.ix.
Spicæ aur.ii.ideſt.ʒ.ii.
Liquiritiæ rasæ, aur.iii.ideſt.ʒ.iiii.ſ.
Ligni aloes,au.ii. ideſt.ʒ.iii.
Spodii de canna,aur.i. ideſt.ʒ.i.ſ.
Croci,aur.ſ.ideſt.ℨ.ii.gra.v.
Mastices.ʒ.ii.

Conterantur omnia,& conficiantur cum uino albo optimo, & fac trochiscos in forma lupini.

Quid sit trochiscus nota.Et trochiscus compositio quædam ex diuersis puiueribus,& speciebus, mediante aliquo liquore aggregata,& dicitur trochiscus a trochos quod est rota, quia trochiscus est similis rotæ.

Trochisci de rosis minoris Mes.stomachum,& hepar confortant, & conferunt febri phlegmaticæ, stomachum præparant,& humorositatem ipsius abstergunt. Cuius permixtio.

℞.Foliorum rosarum rubearum.ʒ.x.
Liquiritiæ rasæ.ʒ.v.
Spicæ nardi.ʒ.ii.ſ.

Conterantur hæc,& conficiantur cum uino albo optimo & fac trochiscos.Et si laxatiuum facere uolueris, adde Scamoneæ præparatæ.ʒ.iii.

Quare autem trochisci fiant,est ut medicinæ possint melius conseruari,acquirunt etiā ista permixtione aliquā uirtutem confortandi,quā prius per naturā non habebant &c.

Trochisci de rosis maiores Mes.sicut confirmatum est in libris plurimum iuuamentorum,quorum maius est ad dolorem stomachi,& malitiam digestionis, & eis propriæ quibus corrumpitur forma,& principium hydropisis,& febres antiquas.Cuius permixtio hæc est.

℞. Foliorum rosarum rubearum.ʒ.iiii.
Ligni aloes.ʒ.ii.
Mastices.ʒ.i.ſ.
Absinthii.ʒ.i.
Spicæ,
Cinnamomi.
Casiæ lignea,
Florum squinanti ana.
ʒ.i.

Conterantur,& fiant trochisci cum uino albo optimo.

De floribus squinanti nota.Nota enim ad nos portantur sed ipsorum loco apponimus rami partem.

Trochisci de rosis,& de eupatorio Mes.expertorū iuuamentorum ad febres antiquas,& febres compositas,& ad dolorem hepatis, & oppilationem ipsius, & icteritiam. Cuius permixtio hæc est.

℞.Foliorum rosarum rubearum.ʒ.i.
Spicæ.ʒ.iii.
Rauedseni,ideſt rheubarbari.ʒ.iiii.
Spodii.ʒ.i.ſ.
Liquiritiæ rasæ.ʒ.iii.ſ.
Succi eupatorii.ʒ.x.
Tereniabin, accipitur eius loco manna, dissoluta in succo præscripto.ʒ.ii.

Et fiant trochisci conterendo prius omnia.

Liquiritia si simpliciter scripta reperitur,de radice siccasemper intelligendum est, de qua duæ tantum partes usui medicinæ conueniunt.ſ.radix & succus.

Trochisci de rheubarbaro Mes.conferentes ad dolorem hepatis, & oppilationem ipsius, & ad apostemata eius,& antiquas ægritudines in ipso & hydropisim & corruptionem formæ, & ictericis.

℞. Rauedseni boni.i.rheubarbari.ʒ.x.
Succi eupatorii.ʒ.iiii.
Rosarum rubearum.ʒ.iii.
Spicæ,
Anisi.an.ʒ.i.
Rubeæ tinctorum,
Seminis apii,
Absinthii,
Assari an.ʒ.i.
Amygdalarum amararum.
ʒ.iiii.

Conterantur,& fiant trochisci de aureo.i.pro singulo.

Nota ꝙ isti trochisci,quia non possunt reformari cum superscriptis humiditatibus in ipsis ingredientibus.ideo additur de succo eupatorii intantū,ꝙ reformari possint, & quēadmodum dixi de istis, ita de cæteris intelligat sequētibus.

Trochisci de camphora Mes.ualent ad febres multæ inflammationis, & sitim uehementem, & incensionem choleræ rubeæ,& ebullionem sanguinis,& supercalefactionem stomachi,& hepatis,& icteritiam, & conferunt hecticæ,& phthisi.Cuius permixtio.

℞.Rosarum, rubearum.
ʒ.iiii.
Spodii.ʒ.ii.
Gummi arabici,
Spicæ an.ʒ.i.
Sandalorum citrinorum.
ʒ.ii.ſ.
Croci.ʒ.i.
Liquiritiæ rasæ.ʒ.ii.
Seminis citrulli,
Seminis cucumeris,
Seminis melonis,
Seminis cucurbitæ,
Dragacanthi. an.ʒ.i.
Ligni aloes,
Cardamomi maioris & minoris,
Amydi,
Camphoræ an.ℨ.ii.
Zucchari albi,
Tereniabin, ideſt manna,an.
ʒ.iii.

Conterantur,& conficiantur cum mucillagine psyllii facti in aqua rosa.

Ad faciendum mucilaginem psyllii accipiendum est.ʒ.i. seminis,&.ʒ.iiii.aquæ rosæ,& non solum de hoc semine intelligas.sed de omni re de qua mucillaginē facere intēdis.

Nota insuper ꝙ sunt quidam ignari aromatarii, qui frangunt dictum semen ad faciendum mucillaginē,& male, co quia interior medulla pars est calida.superior uero est frigidissima,& hoc in loco quærimus infrigidationem, & haberemus intensissimam calefactionem,& non solum confrangenda non est sed nec diu in aqua debet dimitti, propter causam supra allegatam de confractione.

Trochisci de spodio Mes.qui sunt ultimi ad febres acutas,& inflammationem stomachi, & hepatis & sitim uehementem.Cuius permixtio.

℞.Spodii.ʒ.iiii.
Rosarum rubearum.ʒ.vii.
Seminis portulacæ,
Succi liquiritiæ an.ʒ.ii.

Quatuor seminum communium frigidorum maiorum.

Gummi arabici,
Dragachanti an.ʒ.i.ſ.
Croci.ʒ.i.ſ.

Conterantur omia,& fac trochiscos cū mucillagine psyllii.

Quatuor semina cōia frigida maiora sunt ista,semen melonū,cucumeris,cucurbitæ, & citrulli. quare si quatuor semina cōia maiora scripta reperiantur suprascripta ponant.

Confice cum mucillagine psyllii,uel cydoniorum, uel alterius cuiusuis est intelligendum,ꝙ fieri debet in aqua communi,& hoc intelligas in omnibus in quibus non specificatur liquor in quo fieri debet.

Sunt qui in istis trochiscis nō ponunt nisi quatuor res,suco liquiritiæ supra.Sed nō sunt tantæ uirtutis,quare ponēda sunt

sunt alia quatuor, & fiant, ut supra, et erunt efficacissimi.

TROCHISCI de spodio cum semine acetosæ Mesue, conferunt ad febres cholericas, cum quibus est solutio uentris, & sedant inflámationem stomachi, & hepatis, & sitim continuam. Cuius permixtio.

℞. Rosarum rubearum. ʒ.i.s. Spodii. ʒ.x. Seminis acetosæ. ʒ.vi. Seminis portulacæ. ʒ.ii.s. Seminis coriandrorũ præparatorum, & torrefactorum. ana. ʒ.ii.s. Sumach. ana. ʒ.ii.s. Amydi assi. Berberorum, Balaustiarum. ana. ʒ.ii. Gummi arabici. ʒ.i.s.

Conterantur omnia, & conficiantur cum succo agreste .i. cum succo uuæ acerbæ.

Modus assandi gummã arabicam, & oẽs gũmas. Frangantur in frusta ad magnitudinem ciceris: deinde accipe patellam, uel bernacium, & calefac forti calefactione: deinde ab igne remota ponantur supra gummæ, & sine intermissione misceantur, & supra dictam laminam calidã semper miscendo permittantur donec albescant, & si illa caliditas non sufficit, calefiat denuo lamina remotis tñ gummis: deinde recalefacta supra gummæ ponantur, & misceantur donec albescant, & albefactæ remoueantur, quia assatæ sunt, & hoc modo facias de omnibus gummis.

Coriandrorum semina hoc modo ꝑparantur. Bene cum aqua cõi lauentur, ut ab eis puluis amoueatur, & per tres dies in aqua permittantur mutando quotidie aquã: postea colentur, & in forti aceto ꝑmittãtur per quatuor dies quotidie mouendo cum manu, postea colentur, & superponanẽ succi cydoniorum, & aquæ rosatæ ana partes æquales: & ꝑ duos dies intus permittantur semper mouẽdo sæpe, & quotidie cum manu, postea colenẽ, & soli ad exiccandum apponantur, & sic ꝑparati dicuntur. Sed unum nota, quòd bene exiccari permittantur, aliter acquirent malum saporem.

Semina coriãdrorum hoc modo torrefiunt. Calefiat bernacium, uel patella ad ignem mediocri caliditate: deinde supra semina ponantur quæ torrefieri debẽt, & sic supraponantur, & ducantur hinc & inde, donec calorem undiq; sentiant. ſper omnem eius substantiam. deinde remoueantur. Et hoc modo omnia semina torrefiunt.

Præparantur aũt coriandrorum semina, ut q̃dam venenositas q̃ in eis est amoueatur. Torrefiunt uero, vt magis sitptici reddantur. Torrefactio. n. idem est, quòd semicoctio.

Amydum assatur ut fiunt gummæ ducendo super laminã bene calidam. Et cum incipit eius naturalis color alterari remouetur, & assum est.

TROCHISCI de berberis Mesue primi, qui sunt in vsu, valent ad febres inflammatiuas, extinguunt enim eas, & sitim angustiosam.

℞. Berberorum, aut succi eius. Spodii, Succi liquiritiæ. Seminis portulacæ. an. ʒ.iii. Rosarum rub. ana. ʒ.vi. Spicæ. ʒ.i. Croci, Amydi, Dragacanthi. ana. ʒ.i. Seminis citrulli. ʒ.iii.s. Camphoræ. ʒ.s.

Conficiantur cum. ʒ.ii. Mannæ dissolutæ cum succo berberorum. Et si succus non reperitur dissoluantur cum decoctione ipsorum, & reformentur.

Gummi si simpliciter scriptum reperiatur: de gumma arabica est semper intelligendum.

Trochisci a pilulis in tribus diuersificantur. ſquantitate operatione, & exhibitione. In quãtitate, diuersificantur, eo quia in maiori quantitate formantur. Vnde trochisci semp debent formari ad quantitatẽ de. ʒ.i. trochiscis de tyro exceptis. Secundo in operatione diuersificantur. pilulæ enim a remotis trahunt, trochisci uero non attrahunt. Tertio diuersificantur in exhibitione, qa trochisci semper debẽt exhiberi cum aliquo liquore uel succo habente respectum ad proprietatem trochiscorum: non autem pilulæ &c.

TROCHISCI de absinthio Mesue, qui conferunt febribus antiquis, & aperiũt oppilationem hepatis, & stomachi & confortant stomachũ, et conferunt dolori membrorũ nutritionis, et confortant appetitũ. Cuius permixtio hæc est.

℞. Absinthii sicci, Rosarum rubearum, Anisi. ana. ʒ.ii. Raued. i. rheubarbari, Succi eupatorii, Assari. ana. ʒ.i. Apii, Amygdalarum amararum mundatarum, Spicæ, Masticis, Folii. ana. ʒ.i.

Conterantur, & fiant trochisci cum succo endiuiæ.

Necessitas, & causa compõnis trochiscorũ est conseruatio alicuius rei lungo tpe, & cõmoditas portandi. Alia est, quia medici aliqñ uolebant dare aliquas res cum tota substantia, & puras, & hoc modo præparari iusserũt. Alii uero dñt, qꝑ trochisci fiunt, vt medicinæ possint melius conseruari acquirunt etiam aliquam uirtutem confortatiuam per artem, quam prius per naturam non potuerunt habere.

TROCHISCI de alKeKengi Mesue ad ulcera in renibus, & uesica, & dolorem quando mingitur vrina.

℞. Granorum alKeKengi, Seminis citrullorum, Seminis albathecæ, Semi. cucurbitæ, an. ʒ.ii.s. Boli armeni, Gummi arabici, Thuris, Sanguinis draconis, Seminis papaueris albi, Amygdalarum amararum. ana. ʒ.vi. Succi liquiritiæ, Dragacanthi, Amydi, Granorum pini. ana. ʒ.vi. Seminis apii, Karabæ, Boli. i. terra sigillata, Iusquiami, Opii. ana. ʒ.ii.

Conterantur omnia, & conficiantur cum aqua mellis uel iulep uiolato.

Albathecæ semen, est semen cuiusdam melonis indi uiridis ad similitudinem cucumeris bene maturi, quod anguria alio noie appellatur, sed si semen illorum non reperitur, loco eius accipere potes semina melonum nostrorum.

Amygdalæ amaræ, & quatuor semina ponũtur in hac descriptione trochiscorum hac ratione. bolus. n. armenus, & sanguis draconis habent stationem, & moram in primis uenis, et sua uirtute illas non transcendunt, sed quia in hoc casu indigemus quod ad consolidandum cum sua stipticitate ad uesicam uadant, et per se nõ possunt, ideo posuit, author amygdalas, et semina frigida, ut penetrationem faciant, & ad locum ducant.

De bolo nota, qꝑ bolus idem est quod terra sigillata, quæ in multis proprietatibus est similis bolo armeno, & adhuc habet excellentiorem uirtutem & operationem.

TROCHISCI de capparibus Mesue resoluentes duritiem splenis, & uentositatem. Cuius permixtio hæc est.

℞. Corticum radicum capparorum. ana. ʒ.ii. Nasturcii, Seminis agni casti. an. ʒ.vi. Armoniaci, Nigellæ, Foliorum rutæ, Calamenti, Aristolochiæ rotundæ. Succi eupatorii, ana. ʒ.ii. Radicum acori, Cyperi, Amygdalarum amararum. Scolopendriæ. ana. ʒ.i.

Dissoluatur armoniacũ cum aceto forti, & cũ dicto aceto trochisci reformenẽ conterendo oĩa alia. Et fit dosis eius aur. i. cũ uino in quo coquaẽ radix capparis, cortex fraxini & cortex tamarisci, aut extremitates ramorum eius, & cortex salicũ. Et sunt qui duplicant armoniacum, & est melius.

Capparorum radix, & genestræ flores colligendi sunt in mense Decembris.

Trochisci conseruantur vsq; ad sex menses, et debẽt formari in forma rotunda & deprimi in medio, & hñt bonam uirtutem, & cum transeunt dictum tps amittunt uirtutem, & de omnibus trochiscis est intelligẽdum. Exceptis trochiscis stellæ qui conseruantur usque ad duos annos.

TROCHISCI de eupatorio Mesue, cõferunt ad febres antiquas, & rigorem earum, oppilationem hepatis, & splenis aperiunt, & sunt medicina bona apostematũ in ipsis, & ictericis, & in principio hydropisis. Cuius permixtio.

℞. Tereniabin loco eius accipitur manna, Succi eupatorii. ana. ʒ.i. Rosarum rubearum. ʒ.iiii. Spicæ. ʒ.iii.s. Raued. i. rheubarbari.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 314 sur 335

Assari, Spodii.3.iii.s.
Anisi.ana.3.ii.s.

Conterantur omnia,et fiant trochisci cum succis herbarum,et reseruetur

Succi herbarum sunt succi ex quibus cõponitur syrupus de bizãtiis,et sunt quatuor.s.Succi endiuiæ Succi apii.Succi lupulorum. Succi boraginis,uel buglossæ, et his succis dicti trochisci reformantur,quod si haberi non possent,ipsorum loco accipere possumus syrupum de bizantiis.

Trochisci de karabe Mes.abscindentes sanguinem de omni loco manationis eius.

℞.Karabæ.3.vi.
Cornu cerui adusti.
Gummi arabici adusti,
Corallorum adustorum,
Dragacanthi,
Acaciæ,
Hypoquistidos.an.3.ii.
Balaustiæ,
Masticis,
Laccæ,
Papaueris nigri assi.an.3.ii.
Thuris,
Croci,
Opii,an.3.i.s.

Conterantur oia,et fiant trochisci cũ mucilagine psyllii.

Modus comburendi omnes gummas,cornu cerui,et corallos talis est.Terantur et ponantur in olla terrea, et ponatur in furno,et dimittantur per totam noctem, si quod posuisti sint coralli,uel cornu cerui, uel gummæ sunt combustæ,extrahe.aliter iterum in sequenti nocte in furno apponantur,et tantum apponantur,ꝙ comburantur, et reserua, et habes combustionis modum.Et hoc modo conchilia omnia comburuntur,et ossa animalium.

Operatio ignis in medicinis est triplex.quædam.n.torre fiunt,et cognoscuntur quando sunt torrefactæ,quia quando calor penetrauit totam substantiã medicinæ, tunc operatio est perfecta,et per illam remouetur,quædam parua humiditas quæ in medicina erat. Secũda operatio est assatio ꝑ quã remouetur pars humida,et viscosa subtiliatur, vt in semine lini,et ipsius assatio cognoscitur quãdo incipit in superficie colorem mutare, et ad contrarium quod ante erat reducit, assata est.Tertia operatio est combustio,et hoc fit transmutando uirtutem unam,et fortificando aliam, ut in rheubarbaro, et myrobalanis quando comburuntur, pars subtilis solutiua debilitatur, et terrestris styptica augetur.Et ipsius combustio cognoscitur quando naturalem,et proprium colorem in tota ipsius substantia deperdit, et alium acquirit, tunc combusta est.Et hoc norent bene aromatarii.

Medicina sex de causis aduritur.Prima ut eius acuitas amoueatur,vt de vitriolo. Secunda vt per adustionem acuitas acquiratur,et sic lapides adurũtur, et in calcem transmutantur.Tertia qñ ipsa est ualde grossa, ꝓp quod ipsa ad partes remotas non potest penetrare nisi subtilietur,ut cornu cerui.Quarta ut melius possit conteri,ut sericum. Quinta ut malitia medicinę remoueatur,et sic scorpiones adurunt. Sexta causa,ut humiditas superflua consumetur,et sic myrobalani,et gummæ omnes quæ dantur contra fluxum uentris aduruntur,vt auferatur gũmositas illas per quam laxabat.

Pauper si simpliciter scriptũ reperiatur semper de albo intelligatur,et de semine,et non de alia parte plantæ. Modus vero assationis eius est,sicut cætera semina supra in diadrachanto calido.Clare modum reperies.

Trochisci de myrrha.Rasis.9.Almans. cap. de prouocatione menstruorum: valent ad prouocationem menstruorum.Cuius permixtio.

℞.Myrrhæ.3.iii.
Lupinorum optime tritorum.3.v.
Foliorum rutæ.3.iii.
Mentastri,
Pulegii ceruini,
Cymini,
Rubeæ tinctorum.an.3.iii.
Asa.i.asa fœtida,
Serapini,
Opopanaci,an.3.iii.

Conterantur omnia,et conficiantur trochisci cũ aqua in qua bullierint,et coctæ fuerint.3.ii.seminis iuniperi.

Notent aromatarii ut a suis erroribus corrigãtur. Nam reperitur in receptis asa simplici,s,scriptũ, et idem est quod asa fœtida.Et assæ,duplici ss,et idem est quod thymus. quare hanc notate differentiam.Et ideo in compositione multi errant ponentes thymum pro asa fœtida.

Si reperitur scriptum in receptis simpliciter rubeæ, uel rubea,semper debes intelligere de rubea tinctorum quę est quædam radix cum qua tinctores in rubeum tingunt.

Trochisci de terra sigillata Mes.inuẽtione nostra, qui sunt in usu,et sunt ultimi iuuamenti ad sputum, & ad egressionẽ sanguinis, & proprie sumpti cum aqua arnoglossæ.Et qñq; linitur ex uno eorũ super frontem,et sedant fluxum sanguinis ex naribus. Et linitur ex eo super matricem, ad fluxũ mẽstruorũ,& sedat.Et qñq; mittitur in matricẽ,& quandoq; linitur super pectinem,& mittitur in ueficam qñque linitur super membrum manationis sanguinis, & sunt experti.Cuius permixtio.

℞.Sanguinis draconis,
Gummi arabici assi,
Ramich.i.quædã cõpositio. infra describenda,
Foliorum rosarum rubearꝝ,
Seminis rosarum,
Terræ sigillatæ,
Sehedengi: idest semen canapis,
Coralli,scilicet rubei,
Karabæ,ana.3.ii.
Margaritarum,
Amydi assi,
Spodii,
Achaciæ,
Lapidis hæmathitis,
Eusistides.i.hypoquistidos.
Balaustiæ,
Boli armeni seu lutum armenum quod idẽ est.an.3.ii.
Dragacanthi,
Papaueris nigri,an.3.i.s.
Seminis portulacæ assæ.
Cornu cerui usti,
Thuris,
Gallarum,
Croci.an.3.ii.

Conterantur omnia, & fiant trochisci cũ aqua arnoglossæ,idest cum aqua plantaginis.Et hi sunt fine opio, & da cũ aquã spodii gummi boli armeni,spicæ.Et quando inuitat ne cessitas ponitur in eis opii thebaici. 3. ii. & quandoq; plus & quandoque minus sicut oportet. Modus aũt administrationis eorum est secundum tres modos. Ad fluxum sanguinis ex pectore,aut pulmone administrandi sunt cum aqua portulacæ,& ad excoriationem cum rob cydoniorum, aut cum aliquo robub stipticorum. Et ad manationem sanguinis ex partibus inferioribus, confert iniectio eorum cum aqua virgæ pastoris.

Differentia est inter sedenagi,et sehedẽgi.sedenagi.i. lapis emathitis, sehedengi vero idẽ est quod semen canapis. Contrariæ tamen opinionis fuit Gentilis & Christophorus de honestis exponentis de mente aliquorum, ꝙ est fumus terræ sehedengi non semen canapis. Ego vero apponi facio dictum semen cum magis hoc in casu conueniat.

Varia est opinio inter hoies de semine rosæ, quidam.n. dicunt,ꝙ semina rosæ sunt quædam grana quæ reperiuntur inclusa in illa parua grosꝭitiæ quæ sustinet folia rosæ,& sunt pilosa.quidam dñt, ꝙ non illa,sed illa sunt quæ reperiuntur in medio rosæ habentia colorem glaucum,et ista opinio est falsa.Nã illa a doctoribus appellatur anthera. Prima ergo opio est uera,eo quod semen alicuius dicitur esse illud quo seminato producit simile,sed hoc facit illud semen pilosum grosꝭitudinis grosꝭi milii non rotundum,sed compressum, & reperitur aperiendo illam paruam grosꝭitiem, ut supra dictum est.& uulgo dicitur vn grattaculo,Et colligenda debet esse de mense Iulii vel Augusti.

In receptis quando simpliciter scriptum reperiantur coralli,rubei.apponẽdi sunt,& de eis intelligendum, & nõ de aliis.Si uero scriptum reperi atur corallorum, et de rubeis,& albis est intelligendum.

Hypoquistidos.i.succus ipsius herbæ in medicinis apponitur,ut supra dixi qui fieri debet in mẽse Aprilis,et Maii, et usu reseruari.

Trochisci de anisо Mes. qui auferunt febres antiquas,et aperiunt oppilationes,et emendant malitias hepatis.Cuius permixtio.

℞.Seminis anisi,
Eupatorii.an.3.ii.
Seminis anethi,
Spicæ,
Masticis,
Folii.an.3.s.
Absinthii,
Assari,
Seminis apii,
Amygdalarum amararum. ana.3.s.
Aloes boni 3.ii.

Conterantur oia,& fiãt trochisci cum succo absinthi, &

apii,da cum ſyrupo acetoſo, & herbarum.

Amygdalarum ſi ſimpliciter ſcriptæ reperiantur, & abſolute, tunc de amaris eſt intelligendum, & non de aliis niſi exprimantur, eo quia dulces competunt eſui. amaræ uero uſui medicinæ.

Medicinæ quæ ſumuntur a ſuperfluitatibus animaliũ debent ſumi ab animantibus uiuentibus ſanis, & tempore ueris, ut cornu cerui.

Trochisci de agarico Meſue in cap.de agarico, & ſunt incolumes. Solutione educunt phlegma groſſum, & choleram rubeã. Et dixit Galenus ſolutione educũt utrãq; choleram,& phlegma,& humores uiſcoſos, groſſos,& putridos.Et eius proprietas eſt mundificare cerebrum,& neruos,& mẽbra ſenſuum,& lacertos,&educere materias quę ſunt in nucha,& finibus eius.Et mundificare pulmonem,& pectus ab humoribus uiſcoſis,& putridis. Et mũdificare ſtomachum,& hepar,& ſplenẽ,& renes,& matrices mulierũ, & educere materias a iuncturis.Propter quod uocauit Democritus agaricũ medicinam familiæ:quia ad ſingularũ partium corporis cõmoditatem ſe habet.Et ualet ad oẽs dolores intrinſecos corporis, & eſt medicina mirabilis ad ſodã antiquam,& epilepſiam,& uertiginem propriæ, & confert etiã maniæ,& melancholiæ,& ægritudinib.neruorũ,& apoſtematib.cerebri.Et eſt ex medicinis bonis aſthmati,& difficultati anhelitus,& ulceribus pulmonis,& pectoris,& ſanat dolores ſtomachi, & uiſcerum, & eſt medicina magna oĩum oppilationũ,&ægritudinum oĩum, quarum mater eſt oppilatio ſicut eſt icteritia proprie, & hydropiſis,& groſsities ſplenis,& confert dolori hepatis iuuamentum manifeſtum,& ſplenis ſiſr,& renum,& curat apata eorum,& prouocat urinam,& menſtrua,& mundificat matricem,& uſus eius aufert fœditatẽ coloris cutis acquirens ei colorem bonũ,& eſt ex medicinis educentib. uermes,& confert ét ſciaticæ,& dolorib.iuncturarum,et eius quidã iuuamentum ad febres antiquas diuerſarum materierum, & ad typũ earum magnum eſt,& proprie cum eo quod conuenit,& potibus.

℞.Agarici electi, & mundi ʒ.i.s. — Zingiberis mun.ʒ.i.ℑ.i. Salis gemmæ.ʒ.s.

Conterantur omnia, & cum oxymelle ſimplici fiant trochiſci,uel in paſta permittantur.

Aliqui ſunt qui hanc cõpoſitionem faciunt,& relinquunt in paſta, & dicunt ꝙ tunc appellari debent agarici trochiſcati, ſi uero reformantur ad formam trochiſci, ꝙ tunc appellandi ſunt trochiſci de agarico, ſed ipſorum ſalua pace ſub quacunque forma appellari poſſunt, & agarici trochiſcati,& trochiſci de agarico.

Alio modo fieri pñt agarici trochiſcati, & fiunt cũ infuſione zingiberis,& ſalis gemmæ cum uino albo, & utitur.

Alia etiam modo fieri poteſt,ut Galenus dixit.Fiant trochiſci ex eo cum uino infuſionis zingiberis in quo puluis ipſius ſæpe ſubmergatur,& fiet operatio eius completa,& ex rebus ſibi addditis uigorantibus ipſum ex ſpica, & aqua caſei,& proprie ſumpta ex capris.

Trochisci alandal Meſue qui intrãt in hiera hermetis,& aliis confectionibus loco coloquintidæ.

℞.Pulpæ coloquintidæ albæ,& leuis, et mũdæ a granis ʒ.x.

Incidantur cum inciſorio inciſione minuta, & fricentur manibus,prius tamen inunctis cum oleo roſato vnc.i. deinde accipe.

Dragacanthi, — Bdellii.ʒ.vi.
Gummi arabici.ana.vi. — Aquæ roſæ.ʒ.iiii.

Infundantur præſcriptæ gummæ in dicta aqua, & dimittantur per quatuor dies cum dictis mucillaginibus,fiãt trochiſci de dicta coloquintida ſubtiliter inciſa, & exiccentur in umbra,deinde iterum terantur contritione bona, et iterum confice cum glutine eorum, & facias trochiſcos,et iterum exicca in umbra,& reſerua.

Gummæ colligendæ ſunt anteq̃ indurentur, & minorentur,quia ſi non colliguntur illo tpe:reducuntur in puluerẽ, & uirtus ipſarum deperditur. virgæ uero colligendæ ſunt antequam ueniant ad quantitatem debitam.

Quare autem medicinæ coagulentur eſt,ut uirtus calida quæ in eis eſt extinguatur,uel in totum remoueatur.

Trochisci diacoralli Nicolai.

℞.Coralli rubei.ʒ.iiii. — Aloes.ʒ.i.
Cinnamomi, — Caſsiæ ligneæ,
Myrrhæ, — Folii,
Amomi, — Maſticis,
Papaueris albi.ana.ʒ.iiii. — Polii,
Squinanti, — Phu.i.valerianæ,
Croci,ana.ʒ.ii. — Aſſari,
Calami aromatici, — Pedis columbini.ana.ʒ.i.
Xyloaloes,ideſt lignum.

Conterantur omnia,et cum uino optimo formentur trochiſci de ſolido pro uno ſingulo.

Hic incidenter eſt notandum ꝙ habens defectum appetitus nunquam debet uti croco,& hęc eſt regula generalis, quoniam malum faſtidium generat hoc Ioannes de ſancto Amando in fine opuſculi ſui.

Trochisci de tyro Nicolai.

℞. Tyros iuuenes longitudinis unius palmi exiſtentes, oculos hñtes rubeos,& linguam mobilẽ, et cornua in modum grani frumenti,caput et caudã trib. digitis menſuratis abſcinde mediũ,quod remanet excoria,et inteſtinis proiectis optime dulci aqua laua,et in dicta aqua pura,et munda coq;,donec ſpine a carnibus ſeparentur:poſtea ſpinis proiectis,carnem in mortario marmoreo ſatis tere,et commixta eiuſdem ponderis,farinæ hordei uel panis frumenti aſsi cũ iure ſuo temperata,et inde fac trochiſcos, et reſerua.

Trochiſci iſti non debent eſſe multæ quãtitatis,et in medio ſunt bene comprimendi,& in umbra exiccãdi.Et in ſua bonitate,et uirtute per annum ſeruantur,et non plus.

Trochisci de ſquilla Nicolai.

℞.Squillam integram, et diuide anteriorẽ, et poſteriorem partem abiiciẽdo, mediã uero partem inuolue in paſta fermentata,et in furno coque,cocta abſtrahatur de paſta:teratẽ in mortario bene,et tantundem farinæ orobi adde,& ex inde trochiſcos reforma cum uino, uel melle puro, et mũdo, & in umbra exiccentur, et ſi deeſt orobum:tantũdem panis aſsi ſubtiliſsime triti pone.

Mel purum,et electum hoc modo cognoſcitur, ſi hẽt ſex cõditiones,prout infra optimum eſt.Primo debet eſſe uernale. quia melius eſt illud hyemali.Secundo ꝙ ſit rubeum. Tertio ꝙ ſit graue.vnde qđ eſt in fundo,eſt melius.Quarto quòd ſit dulce,quia quanto dulcius tanto melius.Quinto ꝙ ſit denſum:quia quanto denſius tanto perfectius. Item mel apum melius quam mel cannæ.

Commemorare,& inſuper quod infra tangetur, ꝙ ſquilla cum cultello ferreo non eſt incidenda,nec interior,&exterior pars accipienda, cauſa autem, ut in tractatu ſyruporum.et loch aſsignatum eſt.

Trochisci andaracon.i.Andromachi. Auic. 5.can. & eſt tertia deſcriptio intrans in tyriacã.Cuius permixtio.

℞.Alſelibet.i.arbor cornuta uel neſpili.ʒ.vi.

Squinanti.ʒ.i.s. — Caſsiæ ligneæ.ʒ.vi.
Calami aromatici, — Amaracon:ideſt maiorana.ʒ.x.
Myrrhæ, — Spicæ indę.ʒ.xvi.
Aſſari, — Polii,
Xylobalſami.i.lignum balſami.ana.ʒ.vi. — Maſticis,ana.ʒ.vi.
Cinnamomi, — Myrrhæ.ʒ.ii.
Pmomi.ana.ʒ.iiii. — Croci.ʒ.xii.

Conterantur oĩa per ſe & fiant trochiſci cum uino albo.

Species trochiſcorũ oĩum ſubtiliſsime conterendæ ſunt, & per ſpiſſum ſedacium tranſeundæ ut melius per omnia membra tranſire poſsint,et per paruas uenas.

Aſſelibet dicit Gentilis quòd ignoratur quid ſit:ſed eius loco debet poni xylocarates:xylocarates nota.i.arbor cornuta quòd eſt arbor portans cornelas uel neſpillas igitur ſummitas alterius accipi poteſt ut ab antiquis doctoribus colligere potui.

Trochisci de vipera Auicen.5.can.

℞.Viperas nouiter captas et abiiciãtur a parte capitis eius quatuor digiti: & ſiſr a parte caudæ ipſius, medium uero

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 316 sur 335

quod remanet conseruetur & aperiatur,& extrahantur uiscera eius & proprie fel eius Et bene abluatur cum aqua salita ablutione exquisitissima.hoc facto decoquâtur in aqua bene salita:& cum eis addatur anetum & coquantur leui coctione deinde fiat collectio carnis ab osse ipsarum . Et carnes earum in mortario lapideo bene pistentur : deinde misceantur cum quantitate æquali tortellarum de seni bene contritarum : & fiant trochisci cum iure earum: & qui eos facere, uult ungat digitos suos oleo balsami: & fiant trochisci parum bene compressi. qui exiccentur in umbra per annum,& conseruentur & administrentur.

Vipera de qua supradscripti trochisci fieri debêt debet habere conditiones. Primo debet habere caput planũ & latũ apud ꝓpinquitatẽ colli , debet esse minuta & subtilis ualde cauda curta: strepitum faciens & sonitum in incessu, uelox motu: & aspectus eius præsumptuosus et audax,et flaua: & de flauis fœmina. Cuius cognitio est : quia masculi habent unum dentem in omni latere & fœmine plures:& capi debent in loco sicco.humidæ.n.sunt malæ. & sint uelocis motus tenentes caput altũ ac eleuatum . Et ut capiuntur ilico incidat̃ pars capitis & caudæ,scd̃m quantitatẽ in trochiscis dictam: ꝙ si ab eis currit sanguis plurimus & fuerit motus eius in illa dispositione plurimus,& mors ipsius tarda:tunc scias ꝙ est electa.Ex uipera igit supradscripta signa habenti trochisci fieri debent.Trochisci sint paruissimo minuti , subtiles,exiccent̃ in umbra et reponant̃.Custodiãtur etiã a radiis solaribus:& ante et post exiccationẽ . sol enim destruit & priuat eos a uirtute appropriata carnibus uiperarum.

Trochisci ramich Mes. quę est medicina composita & reiicitur in aliis medicinis: & confortat stomachum, cor,& hepar debile.Et ualet ad lubricitatem uiscerum intestinorum,& sedat acuitatem:& sistit fluxum cholericum,& uomitum: & sedat animum,& acquiritur ex eo in hoc iumentum magnum:& confert ad fluxum sanguinis undecunque et ex sufflat ex eo in nares ꝓpter fluxũ sãguinis ex eis.

℞.Succi acetosæ uel cydoniorum.ʒ.xvi.
Granorum myrti.ʒ.ii.
Rosarum rubearum.ʒ.i.
Bulliant simul ebullitione
una , postea coletur &
colaturæ misceantur,
Gallarum recentium et humidarum contritarum
contritione ultima.
vnc.ii.
Et iterum coquantur :
deinde puluerizentur,
super eos,
Foliorum rosarum rubearum.ʒ.i.
Sandali mazachari: idest citrini.ʒ.x.
Gummi arabici.ʒ.i.s.
Sumach,
Spodii de canna.ana.ʒ.i.
Succi agrestæ.ʒ.vii.
Succi granatorum myrtillorum tritorum ultima contritione.ʒ.iiii.
Ligni aloes,
Garyophyllorum,
Nucis muscatæ.ana.ʒ.iiii.

Misceantur omnia simul in scutella lapidea: & illic permittantur donec exiccentur postea puluerizentur subtilissime cum.ʒ.i.s.Camphoræ dissolutæ in aqua rosa. fiant trochisci ad pondus.ʒ.i.& reserua,& nota quòd sunt aliqui aromatizant eos cum musci.ʒ.unius quarta.

Hic multi hesitant propter falsitatem literæ : una enim litera dicit succi granorum myrtillorum , & illa falsa est : sed dicere debet ut præscripsi.s. succi granatorum myrtillorum tritorum:& sic bene stat & fieri potest.

Tortelle de seni secundum Mattheum Syl. & intrant in trochiscos de uipera. Auic. Quarum permixtio.
℞.Farinæ tritici bene purgatæ a tritico seu furfure. li.i.Impastetur cum aqua infusionis masticis ponendo pro omni. ʒ.i.aquę cõis.ʒ.i.masticis electi: de dicta farina fiãt fugaciæ paruæ quæ in furno decoquantur : & coctæ puluerizentur & cum aqua prædicta iterum reformentur ad formam trochiscorum,& decoquantur, postea reseruentur.

Appellatur compositio hæc tortella de seni . nam tortella.i.panis azimus bis coctus,de seni.i.de terra Hierusalem: quoniam ibi arabes imponant eas cum aqua masticis . habes igitur ex his modum faciendi & ethymologiam uocabuli tortellarum de seni.

Trochisci de uiolis Mes. in antido. suo : & sunt in usu : & uocantur trochisci amech : sedantes inflammationem:& lenientes uentrem , & mundificantes pectus . Cuius permixtio .

℞. Foliorum alias florum violarum.i. florum viridium habentium mediocritatẽ inter humiditatẽ & siccitatem.ʒ.xii.
Turbith albi & gummosi.ʒ.vi.
Succi liquiritiæ.ʒ.iii.
Tereniabin: idest manna.ʒ.iiii.

Et fiant trochisci cum zuccharo aut cum pulpa cassiæ . dosis est.ʒ.ii. Et quandocunque innuat necessitas ponitur in eis diagrydii.ʒ.ii.

Trochisci alii de uiolis in cap. de asthmate in practica Mes. ualent autem ad constrictionem anhelitus, & leniunt naturam, & mundificant pectus.

℞.Foliorum florum violarum mediocrium in exiccatione et humiditatione.ʒ.vi.
Turbith boni arundinei,
drach.iii.
Succi liquiritiæ,
Tereniabin.i.manna
Diagrydii ana.ʒ.ii.
Et fiant trochisci ut in alia descriptione.

Trochisci de lacca Mesue conferunt ad oppilationes hepatis & splenis: & febres antiquas diuersas , et prouocant urinam.

Laccæ mundæ,
Succi liquiritiæ,
Absinthii,
Berberorum,
Succi eupatorii,
Rheubarbari,
Aristolochiæ longæ,
ana.ʒ.i.
Costi,
Assari,
Amygdalarum amararum,
Seminis anisi,
Rubeæ tinctorum,
Seminis apii,
Squinanti.ana.ʒ.i.

Et fiant trochisci cum uino optimo.

Trochisci chochion Auicenna qui intrant mithridato Auicennæ.

℞.Passularum mundatarum enucleatarum.ʒ.iiii.
Glutinis albotin:idest terebentina.ʒ.xxiiii.
Squinanti,
Myrrhæ.ana.ʒ.xii.
Cinnamomi,
Bdellii,
Blattæ byzantiæ,
Spicæ romanæ.i.spicæ celticæ.ana.ʒ.iii.
Cassiæ lignea,
Melliloti,
Radicum cyperi,
Baccarum lauri.ana.ʒ.iii.
Calami aromatici.ʒ.ix.
Croci.ʒ.i.
Bitumen iudaicum.i.aspaltum.ʒ.ii.s.
Et fiant trochisci cum melle & uino bono,

Trochisci de ligno aloe Mes. conferentes ad debilitatem corporis,stomachi,et pulsum cordis & syncopim & debilitatem hepatis , et hydropisim et fetorem oris .

℞.Ligni aloes.ʒ.ii.
Masticis,
Cinnamomi,
Garyophyllorum,
Gallię,
Spicæ,
Macis,
Nucis muscatæ.ana.ʒ.i.s.
Rosarum rubearum ʒ.ii.
Cubebæ,
Cardamomi,
Ceil.i.cardamo.minus,
Corticum citri,
Bauciæ.ana.ʒ.i.s.
Musci,
Ambræ ana.℈.s.

Fiant trochisci cum melle passularum . Et administrentur cum uino odorifero aromatico.

Trochisci de balaustiis Auic.conuenientes eis qui habent fluxum uentris et egestionem: emittunt sanguinem & saniem: habent tenasmon.

℞.Balaustiarum,
Sumach,
Corticum granatorum,
Corticum glandium torrefactorum.ana.ʒ.viii.
Hordei torrefacti,
Myrtillorum.ana.ʒ.viii.
Gallarum torrefactarum & infusarum in aceto & exiccatarum.
Cymini torrefacti.
ana.ʒ.iiii.

Et fiant trochisci cum aqua rosata uel succo plantaginis uel succo malorum granatorum.

Trochisci de sandalis Mesue : ualent ad febrem inflammatiuam & malitiam complexionis calidæ in stomacho & hepate.

℞. Sandali albi,
Sandali rubei,
Sandali citrini an.ʒ.viii.
Spodii,
Seminis cucumeris,
Seminis cucurbitæ ana ʒ.iiii.
Seminis citrulli,
Seminis portulacę.an.ʒ.iiii.
Rosarum rubearum ʒ.vii.
Camphoræ.ʒ.i.
Berberorum aut succi eius ʒ.vi.
Boli armemi.ʒ.iiii.

Confice cum aqua portulacæ:& da cum lacte acetoso,aut cum aqua agrestæ,aut acetositate citri,aut rob de ribes.

Trochisci croci magnetis Nicolai: & intrant in rubea & sotira.

℞.Croci.ʒ.iii.
Rosarum rubearum,
Xyloaloes,ideſt lignum aloes.ℨ.ii.
Seminis ameos an.ʒ.i.s.
Myrrha.ʒ.i.s.

Misce & formentur trochisci cum aqua rosa.

Trochisci idiocri Nicolai qui in rubea & sotira intrant.

℞.Amomi.ʒ.i.
Cinnamomi.ʒ.s.
Croci,
Folii,
Myrrhæ,
Casſiæ ligneæ.ana.ʒ.s.
Spicæ.ℨ.i.
Opobalsami,
Costi,
Squinanti ana gra.xv.
Calami aromatici,
Xylobalsami,
Radicum assari,
Radicum ualerianæ: ideſt phu.ana gr.xv.
Marathri.i.semen fœnic.
Mastichis an.gr.x.
Amarici.i.tama.gra.vi.

Vini ascaloni,ideſt uinum pauci coloris optimi q.ſ. hæc omnia tere & uino illo trochiscos informa,& cum fumo storacis calamitæ siccæ & usui reserua.

Vngventvm, siue cerotum magistri Ganfredi quod dicitur Gratia dei ualet.n.ad sanandum oēs plagas nouas & ueteres:& generat bonam carnem:& non permittit intrare aliquam corruptionē:nec permittit generare malam carnem:& ualet omnibus neruis in ciſis uel conquaſſatis,& ualet contra uuiuersa quælibet beſtiæ uenenoſæ,& ad scrophulas: & malum sancti Antonii,& multa alia prout per experientiam uidetur.

℞. Galbani.ʒ.i.
Armoniaci.ʒ.ii.ʒ.ii.
Opopanaci,
Viridis æris,
Thuris an.ʒ.i.
Olibani,
Myrrhæ ana.ʒ.i.
Lapidis calamitæ.ʒ.i.
Lapidis hematithis.ʒ.ii.
Aristolochiæ longæ,
Mastichis,
Bdellii,
Colophoniæ,ideſt picis græcæ ana ʒ.i.
Ceræ nouæ.ʒ.viii.
Olei oliuarum,
Lithargyrii ſubtilis ana.li.i. vnc.vi.

Et hæc omnia debent esse bene puluerizata: excepta cera cum tribus, quæ sunt istæ in primis. Et modus faciendi dictū unguentū talis est.Istæ gūmæ.ſ.galbanum,armoniacum, & opopanacū distemperentur & ponantur per diē & noctē in forti aceto primo diuisæ cum cultello in minutis particulis:postea bulliant in captia uel in patella super ignem cum lento igne,semper mouendo cū spatula donec totum acetū sit consumptū,postea colentur per pannum lineum fortiter cum duobus baculis in alia patella,& dimittatur sic stare:& postea recipiatur olei oliuarum & ponatur intus cera in dicto oleo inciſa in minutis particulis, & super ignem ponat oleū & cera,quæ cum liquefacta fuerit,ponatur intus lithargyrium optime puluerizatum semper mouendo cum spatula ne fundū capiat:& coquantur simul,donec color mutetur & fiat nigrū:postea ponantur intus in dictum oleum gūmæ & fac paulatim bullire donec gummæ sint bene dissolutæ, & dictę gummæ paulatim quasi filando semper mouendo cū spatula & sæpe deponendo ab igne ne medicina saliat extra quibus gūmis sic in oleo prædicto distillatis & bullitis. probetur si sunt coctæ tali modo. Ponatur una gutta in aqua frigida,& si durescit,coctæ sunt,& si non durescit, ponatur super ignem donec fiat dictū signum, & postea quando coctæ & durescunt,ponatur intus uiride æris bene puluerizati & semper mouendo cum spatula ut bene incorporentur, postea addatur myrrha,aristolochia longa,mastix.ultimum uero ponatur intus tus,olibanum,bdellū,lapis hematithis,lapis calamita & colophonia, & coquantur simul miscendo cum spatula ne fundum capiat & mutetur ut ueniat nigrum vel rubeū,& qñ ista signa uidebis,tūc ponatur una gutta in aqua frigida,si non adhęret digitis oleo unctis & sit coloris medii nigri & rubedinis,tunc est coctum,& tunc remouea-tur ab igne semper mouendo cū spatula, postea ponatur in aqua frigida, & dimittatur ibi frigescere, ita ꝙ possit poni manus intus fortiter donec sic ductile ungendo manus cum oleo,tunc inuoluatur ad ultimum superius terebentinæ.ʒ.vi.cerę nouæ simul liquefactæ.ʒ.ii. & fiat.

Vngventvm sanans ulcera antiqua difficilis consolidationis:& est medicamen expertum Mesue.

℞.Aloes boni,
Myrrhæ mundæ ana partes æquales,deinde tere uehementer cum succo absinthii, & succo plantaginis donec fiat sicut mel,& administretur cum corio aut panno subtili.

Vngventvm alfesiricon Mesue, relatum ad Alexandrum mundificans cutim, & sanans scabiem siccam,aspritatem cutis,& impetiginem,& phlegma grossum.

℞.Cerussæ albæ & subtilis,
Lithargyrii subtilissime puluerizati,
Alfesiricon, ideſt radicum bryoniæ,
Aloes boni,
Croci,
Argenti uiui extincti. ana partes æquales.

Olei de oleandro & aceti ana quantum sufficit & scriptū & post oleum confectum ut uidebis fiat unguentum sicut de cerussa. Oleum quod intrat in isto unguento est inferius tum completum.

Oleym de oleandro quod intrat in supraſcripto unguento,ualet scabiei,& aufert eam omnino.

℞. Succi oleandri lib.i.
Rosarum rubearum uidium.ʒ.vi.
Olei omphacini lib.ii.

Oleum omphacinum.i.oleum de oliuis non maturis.Auicenna in.2.cano.in cap.de oliuis inquit. oleum quandoque exprimatur ex oliuis ultime maturis, & oleum omphacinū est illud quod expressum est ex immaturis,& quandoq; exprimitur ex oliuis rubeis mediis inter immaturas & ultime maturas, istud oleum non est in usu.

Oleander autem ſm Aui.in.2.can.est syluestris & fluuialis,& ipse computat ipsam inter species uenenosorum idem in 4.in fen. sexta in cap.summa secunda uenenorum ex plātis inquit.Oleander plurimum interficit homines & animalia,& hæc planta est quam diaueron uocat. hæc plura nomina habet.nam ab aliquibus dicitur uerediendron, & ab aliis redendron,& ab aliis lorandrum,& ab aliis redodaphin,& ab aliis uero, eius folia sunt similia, amygdalæ, sed maiora & pinguiora,& florem habent similem rosæ,in locis maritimis nascitur. Leonardus de preda palea in cap. de pruna ab igne perfico inquit oleum de landrod.i. de oleandro. Idem confectio alfesiricon.

Confectio alfesiricon Mes.quod est medicamen compositum ad fistulas, & cancrum, & malum mortuum, & ualet ad additionem carnis putridæ,& sanat scabiem siccam.

℞. Lithargyrii albi.Calcanti ana partem unam.Floris æris partem mediam.Terantur cum aceto uehementer forti in sole tpe æstiuo,fere per diem unum semper modicum addēdo acetū,deinde ponatur in uase uitreato, & stringatur os eius & sepeliatur in fimo diebus.xl. deinde administretur.

Vngventvm aureum Mesuæ curat & solidat plagas, & est sanum & expertum,Cuius permixtio.

℞.Cerę citrinæ.ʒ.vi.
Olei cōmunis boni.lib.ii.ʒ.v.
Terebentinę.ʒ.ii.
Rasæ pini.ʒ.i.s.
Colophoniæ.ʒ.i.s.
Olibani,
Mastichis,an.ʒ.i.
Croci.ʒ.i.

Misce & fiat unguentum in bona forma.

Vngventvm pro rapis & restis equorum quondam illustrissimi domini domini Bernabonis.

℞.Axungiæ porci masculi lib.i.
Viridis æris.ʒ.i.
Cerussæ,
Lithargyrii,
Limaturæ ferri ana.ʒ.i.

Pistentur subtiliter & misce cū axungia,& fiat unguentū primo lauent rapas & restas cū aqua & sapone molli bene

& postea siccentur, & ungantur sæpe.

VNGVENTVM aliud ad rapas & restas equorum domini domini Bernabonis expertum.

℞.Litargyrii, Argenti viui extincti cum saliua.ana.ʒ.ii.
Ceruſſæ subtiliter pulueri- Olei rosati.ʒ.i.
zatę.ana.ʒ.ii.

Misce & fiat unguentum conueniens ad ungendum: sed primo lauetur ut in alia scripsi.

VNGVENTVM mirabile de elleboro ad tineam ibi.

℞.Myrrhæ, Lithargyrii.ʒ.ii.
Ellebori albi.an.ʒ.i.s. Cerę nouæ.ʒ.ii.s.
Olei laurini.ʒ.ii.

Misce & fiat unguentum molle: istud vnguentum nō est in usu apud nos.

Elleborus ſm Mes.est barba alfugi ſm Auer.in 5.ca.elleborus est condisi:quod non creditur uerum.multi moderni cōputant cōdisi inter ſpecies ellebori:eo ꝙ per sternutationem cōmouet:tñ nostri doctores non ponunt ſpecies ellebori nisi duas.ſ.album & nigrum:qui satis noti sunt: in oleo de euphorbio ponitur condisi. Condisi nō est elleborus ſm intentionem Mesue qñ niger nascitur apud radices arboris fructuosæ sunt fructus eius solutiui.Papias inquit. Anticira est insula ubi abundauit elleborus ad capitis purgationem necessarius: & ponitur pro elleboro antiqua parte templi quæ ortus respicit.hæc ab aliquibus dicitur velax: & ab aliquibus dicitur stranudella: eo ꝙ puluis ipsius in naribus positus sternutationem commouet.

VNGVENTVM de semperuiua ibidem.

℞.Olei violarum. Pinguedinis anseris.ʒ.vi.
Olei rosarum.ʒ.i. Succi semperuiuæ.ʒ.iii.

Bulliant omnia simul usque ad consumptionem succi postea adde croci.ϑ.i.& fiat unguentum.

Istud unguentum non est in usu.semperuiua. ſ. maior ſm Circa instans dicitur:quia semper uiridis reperitur. Auice. in.2.inquit.semperuiua est sucutum. in cap. vero de sucuto inquit.sucutū dicitur ꝙ est sempuiua: & dicitur ꝙ est spēs seminis mandragorę:sed non rectę:quia illud capitulum de succo est corruptū,nam apud Arabes est simphitum. ergo ē cōsolida maior:& sic si legis illud capitulū de sucuto apud Auic.cum ca.de simphito apud Dioscoridem videbis ꝙ idē sunt.Semperuiua apud Dioscoridem,uocatur aizon maius. dicitur quòd omni tpe folia uiridia habet.dicitur & bucalmon quod non est,nam bucalmon est oculus bouis: aut zetalmon:aut ambrosia quod non est.aliud facit capitulum de aizon minori: & hæc est vermicularis & rubenore. Aizon vero est proprie nomen suum:quia componitur ab ai quod est semper & zon quod est viua vnde semperuiua dicitur: quia semper folia uiridia habet nascitur super tegulas plurimum & in locis quibus stercora proiecta fuere & alibi.

VNGVENTVM de plumbo ſm Leonardum de preda palea paduanensem in cap.de crispilla.

℞.Plumbi usti cum sulphure secundum.Seruitorem vstum. Lithargyrii.an.ʒ.ii. Ceruſæ.Antimonii.ana.ʒ.i. Olei rosati q.ſ.& fiat vnguentum molle.

Istud vnguentum est in vsu:maxime secundum istam descriptionem idem in cap.de cura cancri habet.idem in cap. de vlceribus ambulatiuis habet:sed uterque ab isto differt. Plumbū vero apud Aui.vocatur alamech & alhabar.vstum uero cum sulphure secundum Seruitorem superius in quadam sief ostendi &c.

VNGVENTVM mirabile de cancris fluuialibus secundū eundem in cap.de cura cancri.

℞.De cineribus cancrorum fluuialium recentium:& de climia auri,& de aqua solatri quod sufficit: & fiat unguentum peroptime ducendo in mortario de plumbo cum pistello aut super tabulam plumbeam. Istud unguentum non est in vsu cancri maxime fluuiales noti sunt.liber qui dicitur Bulchasis.1.Seruitor in tracta.3.ponit formam comburendi sartas.i.cancros & ait accipe cancros fluuiales viuos quando sol fuerit in signo arietis.xiii.die mēsis intelligo lunaris:& pone in furno panis quousq; comburantur & non conuertantur in cinerem.

Climia auri secundum Auic.melior est illa quæ aurea est vt cinerius glaticii cineritii coloris recēs,& laminosa grossior. Gul. Lomb. inquit.climia auri est superfluitas quæ adhæret parietibus vasis,in quo purificatur aurum: climia argenti est superfluitas quæ adhæret uasi in quo purificatur argentum. vltimo fit climia ex ære: & marchesita est sicut climia auri.

VNGVENTVM pro stomacho magistrale ualet ad confortandum stomachum.Cuius permixtio.

℞.Olei nardi.i.spicæ, & minoris,
Olei masticis, Galangæ,
Olei camæmillæ, Ligni aloes ana.ʒ.ii.
Olei Mentæ, Corallorum rubeorum,
Olei de absinthio.an.ʒ.ii. Seminis coriandrorū præpa-
Olei cydoniorum.ʒ.iii. ratorum.
Olei rosati.ʒ.i.s. Rosarum rubearum.an.ʒ.ii.s.
Macis, Summitatum absinthii,
Masticis, Mentæ,
Garyophyllorum, Florum camæmillæ,
Nucis muscatæ, Summitatum squinanti.
Cardamomi scilicet maioris ana.ʒ.i.s.

Conterantur omnia subtilissime: & cū parū cerę fiat vnguentū mediū tenens inter duritiem & mollitiē. Addendo panis brustulati prius in aceto infusi & bene expressi.ʒ.s.

In omni vnguento species debent subtilissime conteri. Nisi .n.bene puluerizarentur non posset virtus earum per poros penetrare,nec a calore præparari.

Necessitas vnguentorum & emplastrorum & oleorum sunt vt rei alicuius virtus applicaretur in substantia adhęrēti,& non statim resolubili:secundo quia medicinæ simplices non faciebant effectum.tertio propter debilitatem medicinarum simplicium.

VNGVENTVM sandalinum pro renibus Mes. ultimum ad sedandum inflammationes & apata calida & super calefactiones quæ sunt in hepate & stomacho.Cuius permixtio.

℞.Rosarum rubearum. Boli armeni.ʒ.vii.
drach.xii. Spodii.ʒ.iiii.
Sandalorum rubeorum.ʒ.x. Camphoræ.ʒ.ii.
Sandalorum alborum, Cerę albæ.ʒ.xxx.
Sandalorum citrino.an.ʒ.vi. Olei rosati lib.i.

Conficiantur & administrentur,& sunt qui lauant oleum & ceram prius cum aqua rosa tribus uel quatuor uicibus,& postea permiscent cum aliis,& est melius.

VNGVENTVM aliud pro renibus expertum domini Blasii de Besana Magistrale ualet priori.

℞.Olei rosati, Sanguinis draconis.ʒ.i.
Olei myrtillorum.an ʒ.iii. Mucillaginis psylii,
Olei de nenufare.ʒ.i. Mucillaginis cydoniorum.
Sandalorum rubeorum, ana.ʒ.ii.
Myrtillorum.an.ʒ.i. Camphoræ.ʒ.s.

Cerę parum & fiat unguentum, & lauetur oleum & cera cum aqua plantaginis,portulacæ,& lacte mulieris puellam lactantis an.ʒ.i.lauetur bis uel ter.

VNGVENTVM Galeni album Mes. ultimum in infrigidatione ualens ad febres acutas & sodam calidam pulsatiuam.Cuius permixtio.

℞.Cerę albæ.lib.i. Olei rosati lib.iiii.

Et fit factum ex oleo omphacino.i. ex oliuis immaturis. Liquefiant omnia simul:deinde lauentur cum aqua frigidissima lauationibus pluribus usquequo bene albescant. Et quanto magis lauatur tanto fit perfectior.In fine uero conquassetur seu lauetur cum parum aceti.

Istud unguentum ego lauari soleo facere cum aqua rosata loco aquæ cōis:& est magis confortatiuum renum.

Vnguentum ab emplastro differt: eo quia unguentum est magis tenerum siue liquidum seu liquabile. sed emplastrū est solidū,licet vtrunq; cū oleo & cera componat &c.

Si vis facere unguentum in forma satis dura, debes ponere ℔ omni.ʒ.i.olei spērum.ʒ.iii.cerę.ʒ.ii.s.Si vero molle pro omni.ʒ.i.olei.ʒ.ii.cerę:&.ʒ.ii.ſpecierum: & ista est dosis specierum olei & cerę ad unguenta facienda.

VNGVENTVM populeon Nicolai dicitur: quia fit de

de oculis populi ualet contra calorem acutæ febris in his qui dormire nequeunt inunctis tpibus & pulsibus & plãtis manuum & pedum.hoc idem cũ oleo rosato uel uiolato mixtis & supra hepar & umbilicum. Cuius permixtio hæc est.

℞. Oculorum populi. lib.iiii.s.
Foliorum papaueris nigri,
Cimarum rubi.
Foliorum iusquiami,
Foliorum mandragoræ ana. drach.s.
Solatri, ideſt uermicularis.
Lactucæ.ana.ʒ.s.
Semperuiuæ.ʒ.s.
Violarum,
Scantoncelli,
Vmblici ueneris ana.ʒ.ix.
Axungiæ porcinæ recentis lib.ix.

Oculi populi pistentur per se & fortiter teranť:& cũ axũgia iterũ pistentur,& magdaleones informentur, per duos dies dimittantur tertia uero die oẽs prædictæ herbæ colligãtur:& per se bene pistentur,iterũ in magdaleones per dies octo reseruentur:& simul misceantur: postea frustatim cum lib.i.uini odoriferi in caldario ponantur & bulliant ad uini consumptionem:& cũ spatula semper agitando: deinde per saccum exprimendo colentur, & dimittantur frigescere.

Oculi populi in mense aprilis sunt colligendi.& cum axũgia miscendi:& conseruandi sunt in mense maii usquequo aliæ herbæ colligantur.

De foliis mandragoræ si haberi non potest, loco ipsorum apponi possunt cortices mandragoræ. uel papauer nigrum uel iusquiamum scilicet folia.

VNGVENTVM marciaton Nicolai in suo magno antidotario a Marciano peritissimo medico a quo fuit inuentum quod facit ad dolorem & ad frigiditatem capitis,pectoris stomachi,& ad sclirosim,splenis,& hepatis: & ad ilii dolorem,uel ad solem,uel ad ignem inunctum, statim subuenit paralyticis,arthriticis,sciaticis,phreneticis,alias nephreticis:podagricis prodest:tumores reprimit: & contra omnes dolores ex frigiditate medetur potenter.

℞.Ceræ albæ lib.ii.
Olei communis lib.viii.
Roris marini,
Foliorum lauri an.ʒ.i.
Amaraci.i.maioranæ.ʒ.vi.
Foliorum rutæ.ʒ.vii.
Saluiæ cum floribus.
Sauinæ,
Balsamitæ:ideſt mentæ aquaticæ,
Lilifagi.i.saluia syluestris,
Ozimi,
Polii,
Calamenti,
Artemisiæ,
Enulæ,
Betonicæ,
Branchæ ursinæ,
Spergulæ.i.herbæ mitæ,
Herbæ uenti.i.parietæ.
Pimpinellæ,
Agrimoniæ,
Absinthii,
Herbæ paralysis,
Herbæ sanctæ mariæ,
Cimarum sambuci,
Crassulæ.i.uermicularis,
Mille folij,
Semperuiuæ,
Herbæ tetrait:ideſt orobum ana.ʒ.iiii.s.
Euisci.i.radix altheæ,
Cymini,
Myriæ.i.folia myrti.an.ʒ.iiii.
Fœnugræci.ʒ.i.s.
Butyri.ʒ.i.&.ʒ.ii.
Vrticæ,
Violarum.i.folia uiolarum,
Papaueris nigri,
Mentę saracenicæ.
Alterius mentæ:ideſt menta domesticæ,
Polytrichi,
Lapacioli: ideſt lapacium acutum,
Carduncelli:ideſt cardo benedictus,
Matris syluæ maturæ: ideſt capri folii,
Herbæ mercatæ,
Aleluia.i.panis cuculi,
Linguæ ceruinæ: ideſt scolopendria,
Crispulæ,
Camphoræ,
Storacis calamitæ,
Medullæ ceruinæ an.ʒ.s.
Adipis ursi.
Chamædrei.i. chamædryos,
Centaureæ.i.maioris.
Fragrariæ.i.herba portans fragrans.i.magistræ.
Quinq; folii, ideſt pentaphylli.
Gallinacii,
Masticis an.ʒ. i.
Thuris vnc.s.
Olei nardini.ʒ.ii.

Herbæ omnes præscriptæ colligantur in medietate mensis maii:& omnes in una die uel duobus diebus, & ab hora tertiarum usque ad meridiem.

Conficiantur sic.Herbæ terãtur subtiliter per dies.vii.in optimo uino odorifero,octaua uero die ad lẽtum igne hæc ponantur.Et cum uinum aliquantulum erit consumptũ,addatur eis oleũ prædictum:& bulliant donec incipiant diminui:deinde cum diligentia colentur,& proiectis herbis,iterũ super ignem ponantur:& cum inceperint bullire, ponestoracẽ,& cum modicũ bulierint,pone butyrũ, & axungias & pinguedines supraſcriptas aliquantulum tonsas,& oleum nardinum masticem & olibanum: & postea ceram, semper cũ spatula agitando:& cũ cera liquefacta fuerit,ab igne deponatur:& cum coagulatum fuerit,reseruetur in uase.

Paralysis herba est: cuius folia florere incipiunt tempore hiemis,quæ se extendunt in terra quasi alba & crispa habens florem album.

Herba sanctę mariæ.Ista est quædam herba ad albedinem tendens rugosis foliis.

Menta saracenica,hæc menta habet folia longiora & acutiora quam menta domestica seu hortensis. mentæ enim plures sunt species ut Mattheus Syluaticus cap.543.

Herbæ muscatæ.hæc herba est illa quæ se expandit in terram,odorem habens muſci,quæ satis assimilatur agrimonię sed est minor ea: quidam dicunt, quòd est ualeriana.

Inter unguentum & emplastrum est differentia. Nam ad compositionem unguenti reperitur cera & oleum: in emplastris autem non est expediens semper ponere ceram.

VNGVENTVM aragon Nicolai.i. adiutorium ualet ad omnem dolorem ex frigiditate uiris & mulieribus tali ordine inunctum:in testa oui primo liquefiat ad ignem. ualet ad spasmum,& ad dolorem ilii,& ad renum tali ordine inunctum ut supra dixi. ualet arthriticis, sciaticis multum prodest:quartanariis si super spinam dorsi ungatur: & quando ungitur ex frigiditate sicut prius diximus,ponatur super locum dolentem tegula calefacta.

℞. Rorismarini,
Maioranæ,
Radicum iari.i.serpentariæ,
Serpilii,
Rutæ,
Radicum ficcidæ.i.cucumeris asinini an.vnc.iiii.s.
Foliorum lauri,
Saluiæ,
Sauinæ,
Policariæ maioris & minoris.i.ellebori albi & nigri ana.vnc.ix.
Bryoniæ.i.radix cucurbitæ saluaticæ an.vnc.iii.
Laureolæ.ʒ. ix.
Nepitæ lib.s.
Masticis,
Olibani.ana.ʒ.vii.
Pyrethri.
Euphorbii,
Zingiberis,
Piperis ana.ʒ.i.
Olei muscellini.ʒ.iiii.
Olei petrolei.ʒ.i.
Adipis ursi,
Olei laurini.ana.ʒ. iii.
Butyri.ʒ. iiii.
Olei communis lib.v.
Ceræ lib.i.

Herbæ & radices colligantur tpe & hora scriptis in prædicto unguento:lauẽtur & mundentur subtiliter:deinde cõterantur, & per. vii. dies in oleo infundantur octaua uero die super ignem ponantur,& coquantur usq; ad perfectam coctionẽ:postea per sacculum colentur fortiter exprimendo,deinde dicta colatura super ignem ponatur,& cum bullire cœperit addatur oleum laurinum:butyrum: & adeps ac cera:qua liquefacta,adde petroleum & muscellinum:postea masticem,& olibanum,zingiber, piper, & euphorbium, & pirethrum,& post ab igne deponatur & recondatur.

Inter doctores magna est differentia de laureola & mezereon. quidam enim dicunt ꝙ laureola & mezereon idem sunt & falsę.Nam mezereon est planta lacticinia, & dicitur alio nomine oliuella:laureola uero est arbustum & non habet lac:sed folia laureolę sunt similia lauro.

Policaria est herba quæ habet folia similia oliuæ:sed aspera & pinguia & uiscosa:& sunt duarum specierum.s. maior & minor:maior est grauis odoris quæ in fructice est uirgas habens longitudinis cubitis duobus:minor uero unius pedis longitudine porrecta est,florem fragilem & mellinum habens colorem,& amarum saporem: & cum floruerit uelut capillos facit:radix ipsa est inutilis. Sed quia in certis partibus non reperitur nec cognitio habetur: ideo loco ipsorum possunt poni elleborus albus & niger.

De oleo muscellino magna inter doctores est contentio.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 320 sur 335

quidam.n.dicunt q̄ dicitur muſcellinum: quia in eius compoſitione intrat muſcum. Item muſcellinū vocāt: quia fit ex humiditate inuenta in tuberoſitatibus vlmi. Itē muſcellinū vocant multi oleū.de been.i.de ſemine catapuciæ. alii vero hoc modo oleum muſcellinum faciunt ſm hanc receptam: & ponitur a Galeno in ſuo antidotario & iſtud eſt in uſu.

℞.Olei.lib.vi.	Croci,
Aquæ.lib.iii.	Caſiæ ligneæ an.ʒ.vi.
Folii,	Garyophyllorum,
Spicæ,	Carpobalſami,
Coſti,	Bdellii.ana.ʒ.iiii.
Maſticis.ana.ʒ.i.s.	Nucis indæ,
Storacis calamitæ,	Macis.ana.ʒ.i.
Myrrhæ.an.ʒ.vi.	

Conquaſſentur,deinde bulliant ſimul uſq; ad cōſumptionem aquæ:deinde colentur & reſeruetur &c.

VNGVENTVM Agrippæ Nico.quo Rex iudeorum utebatur:& eſt tantæ dignitatis,q̄ nemini diſcipulorum tradere uolebat.ualet hydropicis & omnibus tumoribus in quacunque parte corporis fuerit,& ad neruos indignatos: dolori renum ex frigiditate mire ſubuenit. vrinam prouocat, & inunctum ſuper ventrem laxat.

℞.Radicum bryoniæ.i.radix cucurbitæ ſyluestris lib.ii. Radicum ebuli ſpēs eſt ſambuci faciens quædam ſemina nigra fœtentia. Tribuli marini an.ʒ.ii.Radicū ſiccidæ: ideſt cucumeris aſinini lib.i.Squillæ ʒ.ii.Ireos: ideſt lilii cœleſtis.ʒ.iii.Radicum filicis.ʒ.ii. Oēs radices ter uel quater bene lauent & in pila marmorea bene terantur.Olei lentiſci.lb.iiii.

Ponantur in dicto oleo dictæ radices,& per dies.viii.permittantur:nono uero die ad ignem ponantur oia hæc,& tā diu bulliant. q̄ radices diuidantur: deinde ponantur in facco exprimendo & colando,& cum colatum fuerit, ad ignē ponatur:& cum fuerit debite fere coctum proiiciatur cēræ albæ.ʒ.xv.Et liquefacta cerā ab igne deponatur, & poſt in frigidationem reſeruetur &c.

Antidotum eſt quodlibet includens diuerſas deſcriptiones medicinarum ad diuerſas & uarias paſſiones:& dicitur antidotum.i.contra vitium datum:quia contra ægritudines principaliter,uel aliter antidotum dr.i.contra datū, ab anti quod eſt contra, inde dicitur Antidotum quod eſt liber continens experimenta contra morbos data.

Tribuli marini ſunt quidam fructus naſcentes in aquis cornua habentia,& intus habent quandam medullam ad ſimilitudinem caſtaneæ:& iſti gallici pauperes ſolent ſuper pileos ſuos portare.

Botim eſt duarum ſpecierum domeſtica & ſyluestris: domeſtica eſt arbor terebentinæ. Et ſyluestris lentiſcus arbor in montibus naſcens:e cuius ſemine fit oleum lentiſci: & ſi haberi non poteſt,eius loco ponitur oleum maſtici.

VNGVENTVM dialtheæ Nico. dialthæa malaſticon & calaſticon:dialthæa a radice ibiſci dicitur:malaſticis.i.mollificatiuum:calaſticis.i.calefactiuum.Cuius permixtio.

℞.Radices ibiſci.lib.ii.	Seminis fœnugræci.lib.i.
Seminis lini lib.i.	Squillæ,vnc.vi.

Radices omnes bene abluantur,& terantur. ſimiliter ſemen lini & fœnugræci.& ſquilla,& in.vii.lib.aquæ ponantur per tres dies: quarto uero die ſuper ignē ponantur: & bulliant donec incipiant inſpiſſari paulatim, ponātur in ſacco: & cum exprimere uoluerit addatur aliquantulum aquæ feruentiſſimæ ad extractionem illius ſucci:de ſucco iſto accipiantur lib.ii.& mittantur in quatuor lib. olei communis & bulliant uſq; ad conſumptionem ſucci.poſtea addatur cēræ lib.i.Cumq; liquefacta fuerit,adde.

Galbani.	Colophoniæ.
Gummi hederæ.an.ʒ.ii.	Reſinæ.an.lib.s.

Ad ultimum ponatur puluis.

Et coctum ab igne deponatur: & cum infrigidatum fuerit & coagulatum fuerit,diligēter colligatur: & reponatur facit propriæ ad dolorem pectoris ex frigiditate:& ad pleureſim in teſta oui aliquantulum calefactum ad ignem:& ſuper pectus inunctum ſanat omnia infrigidata loca, & deſiccata calefacit,mollificat & humectat &c.

In receptis quando reperitur ſcriptū olei loti,modus lauandi talis eſt primo ponatur oleum in uaſe mundo ſtricti orificii,& ſupra fundatur aqua clara calidiſſima:deinde abiiciatur aqua,& totiens reiteretur proiectio dictæ aquæ feruētis,q̄ finaliter exeat eiuſdem coloris et ſaporis ſicut ante proiectionē, & tunc oleū erit mundum.Et nota qñ hoc fit, debet fieri in uno uaſe, quod in fundo foratum ſit, ut aqua poſſit exire,oleum.n.remanet ſemp ſuper aquam,& natat: quia eſt corpus aereum. Ideo quanto leuior tanto melior.

VNGVENTVM ſtaphiſagriæ magiſtrale. ualet interficiēdo vermes ſeu pediculos capitis,palpebrarū,& inguinū.

℞.Axungiæ.	Olilinoſæ.vnc.iii.
Saponis mollis.	Argenti viui extincti.ʒ.ii.
Staphiſagriæ.ana.ʒ.iiii.	

Conterantur ſubtiliter conterenda,& miſceantur.

Axungia ſi ſimpliciter ſcripta reperiatur.ſemper de axungia porcina eſt intelligendum.

Hic utiliter eſt notandum,q̄ ſtomachus, & hepar non debēt aliquo unguento ungi,aut aliquod emplaſtrum, uel cerotum ſuper eos ponendum eſt poſt cibum, quia attrahendo calorem a loco digeſtionis impediret cibi digeſtionem, & naturam a ſua digeſtione diuertit ſeu operatione.

Vnguenta,emplaſtra, & cerota,ut plurimum conſeruantur per annum in ſua uirtute, & bonitate, & non plus,quia elapſo anno paulatine humiditas eorum naturalis deperditur,& terreſtricitas acquiritur.

VNGVENTVM citrinum Nico.dicitur in ipſo pomo citrino decoquitur,pulchram reddit faciem,lentigines de facie tollit,nigredinem ad ſolem inductam deſtruit, puſtulas in quacunq; parte corporis ortas ſalſi flegmatis mirabiliter deſtruit,& aufert cicatricem in corpore,ſubtiliat leproſi faciem ſi ex eo ungatur, multum emendat, tubori oculorum pruritui,et calori, et heriſipillæ ualet.Cuius permixtio.

℞.Boracis albæ,et clarę.ʒ.ii.Criſtalli.

Camphoræ.ʒ.i.	Antalis,& dentalis.
Coralli albi.ʒ.s.	Olibani albi.
Ameni dulcis.ʒ.i.	Nitri.ana.ʒ.iii.
Belliculi marini.i.vmblici marini ʒ.iii.	Marmoris albi.ʒ.ii.
	Gerſæ ſerpentariæ.ʒ.i.
Dragacanthi albi.	Ceruſſæ albæ,& ſubtilis.ʒ.vi.
Amydi an.ʒ.iii.	

Hoc modo terantur dragacanthi, & umblicos marinos terimus in mortario marmoreo cum piſtello ferreo infimul;cætera ſigillatim in eodem mortario terantur, & cum panno ſubtiliſſimo cernātur, et cum axungiæ nouellæ porcinæ albiſſimæ li.i.s.ſepi caprini,uel pecorini.ʒ.i.s. Axūgiæ gallinaceæ.ʒ.i.

Confice ſic,caldarium plenum aquę ſupra ignē bulliat,& cacabus cum axungiis in caldario pendat in ipſa aqua,ut de calore ipſius aquæ axungiæ liquefiant, & liquefactæ per ſubtilem pannum album colentur in catinū,ut poſtea totus puluis apponatur præter camphorā, & boracē cū ſpatula ſemp agitando,ut oium bona fiat incorporatio, hoc facto in uno citrino cānato,uel duobus mittatur,et ponatur et cum ſpatula ſemper agitādo,et cum inceperit bullire,iterum in caldario ponantur, et cū ſpatula ſemper agitando puluis camphoræ,& boracis apponantur,& donec incipiat frigeſcere agitetur, et cum infrigidatum fuerit recondatur. Et nota q̄ lib.i.puluerisin lib.viii.axungiæ colatæ debent poni.

VNGVENTVM Marciaton aliud,qđ aliqui habēt in uſu.

℞.Foliorum lauri.lib.iii.	Butyri.ʒ.v.
Rutæ,lib.ii.s.	Maſticis,
Amarici,ideſt maioranæ lib.ii.	Storacis calamitę,
	Medullæ ceruinæ,
Roris marini.lib.i.s.	Adipis urſi,
Foliorum myrti lib.i.	Adipis gallinæ.ana.ʒ.i.
Eſuri.i.flos ſaluiæ,	Thuris.ʒ.ii.s.
Balſamitæ,ideſt mentę aquaticæ,	Olei nardini.ʒ.i.
	Olei uiridis.i. ex oliuis immaturis.lib.vi.
Ozimi,ideſt baſilicō.an.lib.s.	

Et fiat unguentum prout in unguento alio marciaton tibi oſtendi.

Oleum

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 321 sur 335

Oleum uiride est oleū omphacinum.i. oleum oliuarum immaturarum,& dicitur a uirendo,eo quia maiorem uiridi tatem habet quam cætera olea simplicia.

VNGVENTVM Arthanite magnum Mes. relatum ad Alexandrum quo ungitur uenter, & sumen, et ilia,& sol uit solutione cathartici.Et ungitur ex eo stomachus, & facit uomere, & educit uermes,& confert hydropisi,& solutione educit aquam citrinam, & est propinandum non ualentibus sumere medicinam.Cuius permixtio.

℞.Succi arthanitæ.i. cyclaminis uel panis porcini lib.iii.
Succi cucumeris asinini li.i. Pulpæ coloquintidæ.℥.iii.
Olei irini.lib.ii. Polypodi.℥.vi.
Butyri uaccini.lib.i. Euphorbii.℥.s.

Quæ sunt terenda tere,& submerge in succis & oleis,& pone in uase uitreo stricti orificii, & stringe caput eius,& permitte per dies octo: deinde bulliant omnia ebullitione una,& colentur: deinde proiiciantur super colaturam.

℞.Serapini.aur.v. Myrrhæ.aur.ii.

Duo hæc dissoluantur prius in forti aceto: deinde proiiciātur in dicta colatura, & bulliant simul semper agitando cum spatula, vsque fere ad succorum consumptionem, & tunc proiice super ea.

Ceræ.vnc.v. Felli uaccini.aur.vi.

Ferueant cum eis vsque dum liquefiat cera: deinde pulueriza super id.

Scamoneæ, Euphorbii.aur.ii.
Aloes, Turbith.aur.v.
Mezereon, Piperis longi,
Coloquintidæ.ana.aur.v. Zingiberis,
Salis gemmæ.aur.iii. Camæmillæ.aur.ii.

Misceantur omnia bene,ut permisceantur, & utere.

Modus extrahēdi succū a cucumere asinino talis est. Accipiantur in fine Iulii in diebus canicularibus, et in mense Augusti qui sunt citrini,q̄a illi sunt maturi, & ponantur in uase,et permittantī per noctē: deinde pforent cultello acuto Exiet aquositas quędā clara, & suba pulposa. Illa aquositas colligatur cum spongia,uel bōbice,& abiiciatur, & sub stantia pulposa reseruetur,& utatur ad libitum ponendo illam ad solem, & permittatur exiccari donec possit educi ad formam trochiscorum:deinde remoueatur, & reseruet.

VNGVENTVM aliud Arthanitæ paruum Mes. resoluēs apostemata splenis,& lapideitatem ipsius & scrophulas.

℞.Succi arthanitæ, Hyssopi humidæ.℥.v.
Viscositatem quæ mulgetur ex radice filicis, Armoniaci.℥.i.s. Bdellii.℥.i.s.
Succi Kamenelis.i.an.℥.viii. Aceti quantum sufficit.
Succi extremitatum tamarisci.℥.ii. Ceræ citrinæ.℥.vi.
Olei irini.lib.iii. Corticis radicis cappar.℥.i.s. Spicæ.℥.iii.

Et fiat,sicut superius diximus.

VNGVENTVM ægyptiaticum Mes. Magnum confert ad uulnera antiqua, & fistulas quæ indigent mūdificatione. Abstergit enim,& mundificat ea a carne mortua, & putredine. Cuius permixtio.

℞.Floris æris.℥.v. Mellis.℥.xiiii.
Aceti fortissimi.℥.vii.

Coque super ignem donec inspissetur: deinde eo ablato adde. Olibanum bene pulueriza tum.℥.ii.s. Terendo super terenda.Hoc unguentum duobus modis fit, qui.n. uolunt illum multum corrosiuum faciunt ipsum sine olibano. Qui uero mediocriter, olibanum ponunt.

VNGVENTVM de bdellio Mes. quod confert ad spasmum, & epilepsiam, & paralisim, & ad ægritudines neruorum frigidas,& lenit nodositates neruorum.

℞.Bdellii.℥.vi. Ceræ nouæ.℥.xv.
Euphorbii.℥.iiii. Olei sambuci aut de
Castorei.℥.iii. cheiri.℥.x.
Serapini.℥.iiii.

Bdellium, & serapinum infundantur in aqua rutæ agrestis, & cætera liniantur cum aqua calida, & fiat unguentum, & liniatur cum eo.

VNGVENTVM pro uermibus Montagnanæ in antidotario suorum consiliorum.

℞.Centaureæ minoris, Aloes ad pondus omnium
Absinthii, quod erit.℥.vii.s.
Lupinorum ana.℥.s. Olei absinthii.℥.iiii.
Ligni aloes, Fellis tauri.℥.i.
Cornu cerui usti, Ceræ.℥.i.s.
Diptami ana.℥.ii.

Conterantur omnia conterenda, & fiat unguentum.

Lauantur enim cera duplici causa. primo ut acuitas sua amoueatur,secundo ut acquirat uirtutem quam non habet, & quam habet deperdat,ut in unguento comitissæ:quia lauantur, ut efficiantur stiptica.

Si scriptum reperiē ceræ lotæ.tunc dicta cera lauanda est in aqua cōi.Aliter lauaē in decoctione in qua describitur.

VNGVENTVM pectorale magistrale, & est usuale.

℞.Olei amygdalarum dulcium.℥.iiii. Butyri recentis.vnc.vi.
Olei camæmillæ. Ireos subtiliter pulueriza ti. drach.ii.
Olei violati.ana.vnc.iii. Croci.℥.s.
Adipis gallinæ, Ceræ albæ.vnc.iii.
Adipis anatis.ana.vnc.ii.

Misce, & fiat vnguentum omnia simul liquefaciendo,in fine uero ireos,& crocus ponantur, deinde lauetur tribus aut quatuor uicibus cum aqua hordei tepida.

Butyrum melius uaccinum cum in medicinis ponitur.i. ad opus medicinæ datur. debet esse sine sale,& conseruatur usq; ad sex menses, uel usque ad annum ad plus.

Adeps gallinæ debet esse recens,& nō antiquatū amittit.n.cōplexionem,& uirtutem,& efficitur rancidum,et amittit temperamentum,& liquefactum melius conseruatur.

Adeps anatis,& anseris,quanto antiquiores tāto meliores sunt. & cum in medicinis administrantur nullo modo sale condiendi sunt.

Pinguedines omnes si aspergantur zuccharo subtiliter pulueriza to diu conseruantur absq; corruptione, hoc ego sæpe uidi, & experimento approbaui.Pinguedines.n. quæ pro usu medicinæ sunt, nullo modo sale saliendæ sunt, sed modo prædicto præparandæ.

VNGVENTVM apostolorum Auic.5. can. tracta. 11. quod in usu est, & est apostolicon, & noīatur unguentum ueneris,& est unguentum rectificās cū facilitate fistulas difficiles,& scrophulas paruas,nec est aliqd sise ei,& mundificat uulnera ex carne mortua,& pus, & consolidat.Et dicitur quòd est medicina.12. apostolorum. Cuius permixtio.

℞.Ceræ albæ, Thuris, masculi.℥.vi.
Resinæ.an.℥.xiiii. Myrrhæ,
Opopanaci, Galbani.ana.℥.iiii.
Floris æris.ana.℥.ii. Bdellii.℥.vi.
Armoniaci.℥.xiiii. Lithargyrii.℥.ix.
Aristolochiæ longę.℥.vi.

Infundantur bdellium, & aliæ gummæ in aceto uini, et decoquantur in æstate cum duabus lib. olei, & in hyeme cum lib.iii.olei &c.

Oleum si simpliciter scriptum reperiatur de oleo oliuarum semper est intelligendum,quod oleum est materia omnium oleorū,ut in tractatu de oleis manifeste apparet &c.

VNGVENTVM ad scabiem magistrale bonum, & expertum.

℞.Olei communis.lib.ii. Terebentinæ,
Axungiæ porci recentis. lib.ii.s. Argenti uiui extincti, ana.lib.s.
Cerussæ, Argenti sublimati.℥.iii.
Salis communis.ana.lib.i. Ceræ albæ.vnc.v.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.Axungia porci melius conseruatur liquefacta, & adeps renum caprarū hoc etiam modo melius conseruatur.

Argentum uiuū hoc mō extinguitur, & præparaē. Accipiatur argentū uiuum, & ponatur in una ampulla uitri & supra exponatur tanta saliua,q̄ cooperiatur: deinde concutiaē tantū sub et supra,semper saliuā addendo, q̄ totū confrangatur,ita q̄ possit aspergi tanq̄ lac, & partibus cui ponit adhæreat,& hoc mō extinctum erit,aliter tantum con-

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 322 sur 335

cutiatur, quòd in illam formam ueniat,& ſic extinguitur.

VNGVENTVM aliud ad ſcabiem ꝓ pueris paruis, & mulieribus grauidis,& perſonis delicatis Montagnanæ.

℞. Terebentinæ benæ lotæ.ʒ.iiii. — Succi citrangulorum. Vitellos ouo.ana.nume.iii.
Butyri recentis loti.ʒ.ii. — Olei roſati.ʒ.i.
Salis.ʒ.i.

Miſceantur omnia ſimul, & fiat unguentum.

Salis ſi ſimpliciter ſcriptum reperiatur in compoſitionibus ſemper de communi ſale eſt intelligendum.

Terebentina,& butyrũ lauandi ſunt in aqua cõi, & ſic facias de omni alia re lauanda, in qua ſolum dicitur lauetur, & non exprimatur cum qua re, cum cõi aqua lauanda eſt.

VNGVENTVM ad ſcabiem pro canibus bonum & expertum.

℞.Saponis Mellis lib.i. — Salis nitri,
Axungia porci.ʒ.vi. — Aluminis rocchæ uſti,
Ellebori nigri.ʒ.viii. — Salis communis,
Sulfuris.ʒ.vi. — Terebentinæ.ana.ʒ.vi.

Olei laurini quantum ſufficit ad incorporandum. & fiat unguentum.

Et ſi fortius facere uolueris adde.ʒ.iii.argenti ſublimati, & terræ camelli.ʒ.iiii.

VNGVENTVM album ſiue de ceruſſa crudum magiſtrale quod eſt in uſu, & ualet ad infrigidandum omnem duritiem, & batituram, & deruſchata, pelaxinam carnis, & combuſtionem ignis.

℞.Olei roſati.lib.iii. — Ceruſſæ lib.i.
Ceræ albæ.ʒ.ix.

Miſce omnia, & fiat unguentum.

Et ſunt q addunt cãphoræ.ʒ.i.s. & albumina ouorũ duo & tũc erit unguentũ camphoratum,& ſine cãphora,& ſine albumine oui erit unguentũ de ceruſſa crudũ, & ſic uocat.

VNGVENTVM de ceruſſa coctum, ualet ad conſolidandum plagas, & in uſu eſt.Magiſtrale.

℞.Olei communis lib.ii.
Ceruſſæ ſubtilis: lib.i.

Coquantur lento igne donec coctũ ſit, & ſunt aliqui qui addunt ceræ albæ,& mundæ.ʒ.iiii.& fiant magdaleones.

VNGVENTVM de lithargyrio coctum magiſtrale, & ualet ad malum tibiarum, & præcipue qui fractam habent pellem ſuper tibiis.

℞.Lithargyrii auri ſubtiliſsimi puluerizati.
Aceti fortis.lib.i.
Olei roſati clari.lib.ii.

Coquatur lento igne quouſq; coctus ſit, & fiat magdaleon, & aliqui & ſunt qui in dicto unguento addunt ceræ, ʒ.iii.ſed melius eſt ſine cera.

VNGVENTVM de minio coctum, & eſt Magiſtrale, ualet ſicut unguentum de lithargyrio.

℞.Minii ſubtiliſsimi.lib.i.s.
Olei communis.lib.i.

Coquatur lento igne, & fiant magdaleones.

VNGVENTVM Baſilicon minus magiſtrale. ualet ad extrahendum putredinem ab ulceribus, & plagis factis nouiter, & eſt in uſu.

℞.Picis nauallis, — Colophoniæ.i.picis græcæ, puluerizatæ.ʒ.vii.
Raſæ pini, — Ceræ nouæ mundæ.ʒ.v.s.
Terebentinæ,
Olei communis.ana.ʒ.ix.

Miſce omnia ſimul,& coletur, & fiat.

VNGVENTVM citrinum, et dicitur vnguentum commune, ualent ſicut unguentum baſilicon, ſed eſt plus lenitiuum,& eſt magiſtrale.

℞.Terebentinæ.lib.i. — Ceræ nouæ, & mundæ.lib.s.
Raſæ pini cola. lib.i.ʒ.iii. — Olei communis.ʒ.ix.

Miſce omnia, & fiat unguentum ſecundum artem.

VNGVENTVM de dragacanthis pro pectore magiſtrale.

℞.Gummæ dragacanthi mundæ.vnc.iiii.
Aquæ florum uiolarum.lib.ii.

Infundatur in ea gũma per horas.xii. poſtea ſtamigneẽ. & his addatur.Olei uiolati.Olei amygdalarum dulcium.Ceræ albæ.an lib.i. Liquefiant oleum,& cera:deinde apponatur gumma ipſis infrigidatis, & miſceantur.

Vnguentum hoc niſi ingenio & fiat nunquàm bonam formam habere põt,ſed ſtat in magdaleonibus groſsitudinis fabæ.Igitur hoc mõ facias,poſt liquefactionẽ ceræ,& olei,& ipſorum infrigidationem addas gummam ſtamignatam paulatine illam ſtanchezando ac ſi uelles ſtanchezare manuſchriſti, & non ceſſes addere gummam, & ſtanchezare donec habeat bonam formam,& quanto magis elaborabis in ducendo, tanto meliorem formam accipiet.

VNGVENTVM de adipibus Magiſtrale pectorale.

Adipis gallinæ, — Ceræ albæ.ʒ.iiii.
Adipis anſeris, — Olei camæmillæ,
Adipis Anatis, — Olei amygdalarum dulcium,
Butyri recentis ana.ʒ.vi. — ana.ʒ.iii.

Miſce & fiat unguentum.

VNGVENTVM Commitiſſæ Gulielmi de Varignana in ſua practica. capitulo de retentione menſtruorum:quod eſt in uſu,& eſt mirabile:& expertum pluries.

℞.Corticum medianarum caſtanearum, — Oximarum uuarum de lãbruſcis.i.granellæ,
Glandium, & copularum glandium, — Sorbarum ſiccarum immaturarum,
Corticum medianorum arboris glandium, — Neſpillorum immaturatorum,
Myrtillorum, — Radicum chelidoniæ,
Caudæ æquinæ, — Foliorum prunorum ſylueſtrium,ana.ʒ.i.s.
Corticum fabarum,

Terantˉ groſſo mõ, & bulliant in lib.viii. aquę plantaginis uſq; ad cõſumptionẽ medietatis,et poſtea coleẽ: & poſtea,

℞.Olei myrtillorum.lib.vi.
Ceræ nouæ.lib.i.

Miſce,& laua oleũ,et ceram cũ ſupraſcripta decoctione nonies ſemper remouendo aquã, & cum hoc factũ fuerit.

℞.Corticum caſtanearum, — Myrtillorum,
Glandium, — Ozimarum uuarum.i. de lambruſcis,
Corticum medianorum arboris glandium, — Sorbarum ſiccarum,
Gallarum.ana.ʒ.ii. — ana.ʒ.i.
Cineris oſsium cruris bouis.ʒ.i. — Trochiſcorum de Kara. vnc.viii.

Fiat ex his puluis ſubtiliſsimus, & miſce cum ſupraſcripto oleo, & cera, & fiat unguentum.

Per cortices fabarum author intelligit corticem in qua fabæ oriuntur,creſcunt, & maturantur, ſcilicet illa tegula.

Modus lauãdi cerã talis eſt. primo debet cera ad ignem liquefieri,deinde in aqua mũda ab oĩ ſapore debet proiici, & in aqua illa debet manibus malaxari,et aqua a cera manibus exprimi.Deinde ad ignẽ dẽt liquefieri, & in aqua munda proiici,ut prius,& ſic iterũ atq; iterũ eſt faciendum quouſq; aqua ſine ſapore exeat, et tunc erit ſignũ lotionis &c.

VNGVENTVM de Anthera Magiſtrale & eſt conſtrictiuum.

℞.Myrtillorum, — Seminis antheræ,
Gallarum, — Roſarum rubearum,
Nucum cupreſsi, — Seminis plantaginis.ana.ʒ.s.
Corticum granatorum. — Terantur hæc omnia ſubtiliter & cum
Acaciæ, — Olei roſati,lib.i.s.
Maſticis, — Cerẽ nouæ.ʒ.iiii.
Balauſtiarum,ana.ʒ.i.

Miſce & fiat unguentum.

Modus faciendi acaciam talis eſt, Accipe ſucci pomorũ ſylueſtrium quantitatem quã uolueris propinquorum maturationi,et pone in caldario,& coq; uſque ad conſumptionem codognatæ de melle, et extende, ſuper tabulam poſtquam cocta fuerint, et incide cum cultello in fruſtis paruis, et poſtea dimitte exiccari,et uſui reſerua.

Vnguentum ad combuſtionem ignis Magiſtrale ſic fit.

℞.Corticis medullæ ſambuci.ʒ.ii.

Bulliant in aqua ſufficienti uſq; ad conſumptionem duarum partium, et coletur: deinde in dicta colatura adde.

Olei

Olei nucum.ʒ.iiii.

Et bulliant lentiſsimo igne vſque ad conſumptionem ſupraſcriptæ decoctionis,poſtea adde intus in fine.

Ceræ nouæ,& boni coloris.ʒ.ii.

Miſce,& fiat vnguentum.

VNGVENTVM ad ſciſſuras mamillarum magiſtrale.

℞.Lithargyrii argenti, Axungiæ porci maſ.ʒ.ii.ſ.
Zingiberis ſini, Olei violati.ʒ.iii.
Myrrhæ.ana,ʒ.ii. Ceræ nouæ.ʒ.ii.

Et fiat vnguentum molle.

VNGVENTVM mirabile relatum ad Nicodemum Meſue.valens ad ulcera putrida, & genera in eis carnem, & ſigillat,& prohibet in eis fieri putrefactionem. Cuius hæc eſt permixtio.

℞.Myrrhæ, Mellis deſpumati.ʒ.vii.
Aloes, Vini albi,& boni.ʒ.iiii.
Sarcocollæ.ana.ʒ.i.

Decoquantur ſimul cum facilitate uſq; dum habeat ſpiſsitudinẽ.Et q̃q; additur in medicamine Vitreoli.ʒ.ſ. & proprie ad conſumptionem carnis additæ,& eſt expertum.

VNGVENTVM baſilicon magnum Meſ. confert uulneribus,in quibus eſt calefactio,& proprie in vulneribus neruoſis,mundificat.n.& incarnat ea,Cuius permixtio.

℞.Ceræ albæ.ʒ.vi. Picis græcæ: ideſt colophoniæ.ʒ.i.ſ.
Raſæ pini, Picis.ʒ.iii.
Sepi vaccini, Olei communis.lib.ii.
Olibani,
Myrrhæ.an.ʒ.i.ſ.

Conterant̃ conterenda, & fiat vnguentũ in bona forma.

Pix ſi ſimpliciter ſcripta reperiatur,ſemp de nauali intelligat.Si vero pix græca,de colophonia ſemper intelligitur.

VNGVENTVM ceraſeos magnum Meſ. rectificans vlcera maligna,& fiſtulas difficiles, & mundificat a carne mortua,& putrefactione,& perficit ſigillationem eorum ſigillatione laudabili.

℞.Armoniaci.ʒ.i. Lithargyrii.ʒ.xv.
Bdellii, Aloes,
Olibani maſculi, Opopanacis.ana.ʒ.ii.
Ariſtolochiæ, Floris æris.ʒ.iii.
Sarcocollę.an.ʒ.v. Reſinæ.ʒ.xiiii.
Myrrhæ, Ceræ albæ.ʒ.ii.
Galbani.an.ʒ.iiii. Olei communis.ʒ.ii.ſ.

Armoniacum & bdellium diſſoluantur in aceto Lithargyrium teratur & decoquatur cum oleo donec liquefiat, & tunc remoueatur ab igne,donec infrigidetur parum,& proiice ſuper ipſum armoniacum,& bdellium diſſoluta in aceto,& reduc ad ignem donec coaguletur,& poſt illud proiice ſuper ipſum reliquas medicinas,& adminiſtretur.

VNGVENTVM ceraſeos paruum Meſ. faciens naſci carnem in vulneribus,& mundificat,& incarnat ea, et confert uulneribus recentibus & antiquis.

℞.Ariſtolochiæ rotundæ, Sarcocollæ.ʒ.ſ.
Radicis ireos, Lithargyri triti puluerizati.
Sanguinis draconis, vnc.v.
Armoniaci an.ʒ.ſ.

Decoquatur lithargyrium cum olei cõis lib.i.uſq; dum liquefiat.Et conficiatur cum aliis ſicut diximus.

VNGVENTVM alabaſtrum Nardi precioſi quod Romani de Hieruſalem attulerunt tempore quo dominus noſter Ieſus Chriſtus fuit crucifixus, & probatum eſt in omnibus febribus,& rigoribus, & calculoſis doloribus lumborum, petram de uefica frangit,dolorem iliorum aufert,hemicraniam,alias iliacum dolorem amputat, cauſis matricis optime ſubuenit Maria,& Martha ſorores Lazari hoc vnguento vſæ fuerunt diebus vitæ ſuæ.Cuius permixtio hæc eſt.

Sauinæ viridis.ʒ v. Millefolii.ʒ.vi.
Gallarum cupreſsi viridis. Artemiſiæ,
ʒ.viii.ʒ.i. Fœnugræci,
Roris marini viridis.ʒ.vi. Terræ benedictæ,
Hederæ, Seminis lini,an.ʒ.vi.

Hæc omnia infunde in aquæ ſextario uno medio, & ſtet in infuſione per duos dies,poſtea adde.

Olei cõis ſextaria. v. & dimitte eum cum cautela & coquatur uſq; ad conſumptionem aquæ & remoto ab igne coletur per ſaculum additis.

Ceræ nouæ puræ, & mundæ.ʒ.vi. Reſinæ pini,
Olibani,
Colophoniç, Maſticis.an.ʒ.v.
Terebentinæ, Storacis calamitæ,
Galbani, Spicæ nardi.an.lib.i.
Gummi hederæ.an.ʒ.v. Balſami.ʒ.iiii.
Picis hiſpaniæ.ʒ.v.

Quæ terenda ſunt terantur, & quæ liquefacienda liquefiãt ſecundum artem, & miſce omnia, fiat unguentum ſemper agitando cum ſpatula,& uſui reſeruetur.

ZVCCHARVM roſatum Meſ.ſtomachum,& cor confortat,& omnia viſcera. Et cõfert ad mollificationem eorum, & eius modus talis eſt.

℞.Sumitatum florum rubearũ roſarum incompletæ maturitatis.ʒ.iiii.Permittantur poſt eorum collectionem ſaltim p diem, deinde in lapideo uaſe ultimate conterantur: poſtea adde eis zucchari lib.i.& bene piſtando permiſceantur: deinde reponantur in uaſe uitreato,& cooperiatur charta,demum ſoli exponatur,& per menſes.iii. permittatur oĩ die illum miſcẽdo:deinde remoueatur,& reſeruetur. Et hoc mõ fiat zuccharũ violatũ,bugloſſatũ,& boraginatum permutãdo ſolum flores.in reliquis vero præſcriptus modus ſeruandus eſt. Et quidam faciunt illud cum roſis non habentibus aliquid de complemento,& inuenitur magis ſtypticum.

Et ſunt qui nõ terunt roſas,ſed incidunt cum forficibus, & fricant manibus fricatione ultima roſas, & zuccharum: deinde exponunt ſoli.Nota inſuper, q̃ de floribus præſcriptis ſolũ ſummitas accipienda eſt,alia uero abiicienda,quia nimis dura.Et fila illa quæ in floribus boraginis reperiuntur abiicienda ſunt.

ZVCCHARVM violatum Meſ.inflammationem,& ſitim ſedat,uentrem lubricat. Et eius modus eſt ſicut zuccharum roſatum,indigent tamen uiolæ expanſione longiori, & expoſitione in ſole.

De artificio Ceræ.

CERA enim quid ſit, & quomodo a melle ſeparatur: quomodoq; fiat.A doctoribus longo,& claro ſermone pertractatum eſt:ita ut & mulieres, ruſtici magiſtri effecti ſint.Igitur de ipſius artificio ſcribere reſtabat. A cera igitur rubea faciam initium.

Ad faciendum ceram rubeam.

℞.Ceræ nouæ lib.i.Terebentinæ ſubtilis.ʒ.iii. in æſtate: in hyeme.ʒ.iiii.Cinaprii ſuper lapidẽ pictorũ bene triti. Olei oliuarũ.an.ʒ.i.Liquefiant cera,& terebentina ad ignem:demũ remoueãtur, & poſt aliqualẽ infrigidationẽ addaẽ oleũ & cinaprium,beneq; ſimul miſceantur,& reſeruetur &c.

Oleum.n.cum cera ponitur,ut ceram ſimul tenere faciat quæ a cinaprio ſeparatur,& frangibilis redditur,ac ut cinaprium melius conteratur.

Sunt qui loco cinaprii ad faciendum rubeam ceram. ponunt nimium, & fieri poteſt,ſed in triplo ponitur de minio ut pro omni lib.Ceræ minii bene triti cum oleo ut ſupra.ʒ.iii.uel.ii.ad minus,ſed non habet tantum colorem quantum ſi fit de cinaprio.

Ad faciendum ceram uiridem.

℞.Ceræ nouæ lib.i.Viridis æris triti, ut ſupra.Olei oliuarũ an.ʒ.i.Liquefiat cera, & poſt aliqualẽ infrigidationẽ addatur uiride æris,& oleum,& bene miſceãtur,& uiridis fiet.

Si dictam ceram tenacem facere vis, adde quantitatem terebentinæ, ſupraſcriptam in cera rubea. Terebentina. n. in cera ponitur, ut per ipſam tenax reddatur. Ac quia aliquando de ipſa fiunt imagines, ut facilius a formis in aqua madefactis ſeparetur.

Ad faciendum ceram nigram.

℞.Ceræ nouæ lib.i.Terra nigra trita,ut ſupra.Olei oliuarũ an.ʒ.i.Liquefiat cera,& poſt aliqualem infrigidationem addantur terra nigra,& oleum,& reſerua.

Luminare maius lumen apothecariorum, & aromatariorum thesaurus Omnibus cum ... - page 324 sur 335

Si dictam ceram nigram tenacē facere uis, addas quantitatem terebentinæ supra tibi notatam.

Ad faciendum seu dealbandum ceram.

℞. Ceræ quantitatem quam uolueris. Aquæ claræ partes.ii. Misceantur duo hæc, & calefiat aqua ad ignem clarum usquequo cera sit liquefacta, deinde paululum permittatur quiescere, donec tota cera natet super faciem aquæ, deinde accipe uas aliquod uitreatum, cuius pars exterior sit lenis, madefac eum in aqua frigida: deinde infundatur fere medietas eius in cera liquefacta, & extrahe cum cera quæ sibi adhæret, & permitte ceram illam infrigidare: deinde separa eam a uase, & tantum hoc facias, ꝙ tota cera ab aqua fuerit extracta: deinde dictam ceram taliter formatā soli exponas, & rori in mense Maii, & illam sæpe uoluas, & tantum permittatur, quòd fiat alba, vt cerusa.

Sunt autem quidam alii qui illam dealbant in tribus diebus seruando prædictum modum. Sed expectant in mense Iulii quando sol est in maiori calore. & quia cera illa subtilis est faciliterq; a caliditate solis posset liquefieri aspergenda est aqua munda bis in die.

Alius modus dealbandi ceram.

℞. Ceræ quantitatem quam uolueris. Aquæ claræ partes ii. Bulliant simul, & coquatur donec nigrescat aqua. Et tunc proiice aquam illam, & pone aliam, & ita sæpe fiat donec fiat alba: deinde collige ceram & reserua.

Multis aliis modis potest cera dealbari. Sed præscripti duo modi sunt communiores ac meliores. Insuper nota, ꝙ cera potest omnem colorem accipere tingendo eam cum re tingente ad colorem quem intendis facere. Seruando modum in cera rubea, & uiridi tibi declaratum, & de quantitate tam rei quam olei, & contritione.

Modus laborandi dictam ceram,

Mensvra longitudinis ſm diuersitatem ponderis.

Cereum de Rub.xxi. debet esse br.iiii. & quar.ii.
Cereum de Rub.viii. debet esse de br.iiii. & quar.s.
Cereum de Rub.vii. debet esse de br.iiii.
Cereum de Rub.vi. debet esse de br.iii. & quar.iii.
Cereum de Rub.v. debet esse de br.iii. & tertiæ.ii.
Cereum de Rub.iiii. debet esse de br.iii. & tertiæ.i.
Cereum de Rub.iii. debet esse de br.iii.
Cereum de Rub.ii. debet esse de br.ii. & quar.iii.s.
Cereum de lib.xl. debet esse de br.iii. & quar.iii.
Cereum de lib.xxx. debet esse de br.ii. & quar.ii.
Cereum de lib.xxv. debet esse de br.ii.s. & digiti.ii.
Cereum de lib.xvi. debet esse de br.ii.
Cereum de lib.xii. debet esse de br.ii. minus digitis.iiii.
Cereum de lib.viii. debet esse de quar.vi.s.
Cereum de lib.v. debet esse de quar.v.s.
Cereum de lib.iiii. debet esse de br.ii. & quar.s.
Cereum de lib.iii. debet esse de br.ii.
Cereum de lib.ii.s. debet esse de br.i. & quar.iii.s.
Cereum de lib.ii. debet esse de br.i. & quar.iii.
Cereum de lib.i.s. debet esse de br.i. & tertiæ.ii.
Cereum de lib.i. debet esse de br.i. & quar.i.
Cereum de lib.s. debet esse de br.i.
Cereum de ʒ.viii. debet esse de br.i. & digitis.ii.
Cereum de ʒ.vii. debet esse de quar.iii.s. & digitis.ii.
Cereum de ʒ.iii. debet esse de quar.iii. & digitis.ii.
Cereum de ʒ.ii. debet esse de quar.iii.
Cereum de ʒ.i. debet esse de quar.ii. & digitis.iii.
Cereum de ʒ.s. debet esse de quar.i.s. digitis.ii.
Cereum de 3.iiii. debet esse de quar.i.s.
Cereum de 3.iii. debet esse de quar.i. & digitis.iii.
Cereum de 3.ii. debet esse de quar.i. & digitis.ii.
Cereum de 3.i. debet esse de quar.i. & digitis.i.

Mensuræ istæ intelligendæ sunt ac mensurandæ cum brachio panni, & non solum intelligendæ sunt de cereis rotundis, sed de quadratis, diuersificantur tamen quandoq; secundum diuersitatem opinionum, sed hic est communis, & proportionatus modus ab omnibus usitatus.

Nota insuper, quando ceram laborantes, uel inaduertentia uel aliquo alio casu faciunt uel summitatem, uel postremam cerei nimis grossam qui ut errorem suum corrigere possint, abradunt cultello partem illam superfluam: cuius modus non laudatur. Sed accipienda est alia cera feruens, & super partem illam superfluam cum illo calore, proiicienda, & toties est reiteranda, ꝙ pars illa amota sit, & sic error corrigitur. Et nota, ꝙ parum debet esse differentia in magnitudine seu in grossitie de parte infima, & suprema si secundum rationem laboratum est cereum.

Apponitur quandoq; noua cera, rotundis cereis ut dispēdium euitetur. Igitur talis est modus. Amoueatur cera in superiori parte cerei antiqui usq; ad lycinium per quartam unam, & lycinium antiquum cum nouo bene ligetur, ita ut si cum fune suspendatur non laxetur: deinde inuoluatur charta tantæ altitudinis, quantæ cereum esse debet, & in dicta uacuitate cera liquefacta cum captia ponatur usquequo uacuitas plena sit: deinde duo uel tres manus ceræ super totum cereum addantur. Et sic nouiter totum factum esse apparebit. Modus hic ab omnibus usitatus est.

De artificio Zucchari.

Ex zvccharo multa fiunt quæ hoc meo libello non describentur. Cum iam trita sint. & rudes in his sint edocti. Sed quia fiunt, & non ab omnibus modus faciendi scitur, declarabitur, ut artificium zucchari omnibus pateat huius opusculi beneficio.

Ad faciendum coriandros solidos.

Coriandri rotundi seu solidi fiunt ex zuccharo sub quo ponitur semen coriandri præparatum, ut supra, & bene exiccatum omni humiditate. Et in principio usque fere ad finem ponitur zuccharū bene coctum. In fine uero per tres, uel quatuor manus exhibetur leuis coctionis, ut maiorem rotunditatem accipere possint, fiantq; magis solidi.

Dicti coriandri bene siccandi, & fricandi manibus sunt, & nō solum in fine, sed in omni additione zucchari, eō quia inde duriores redduntur, nec ita faciliter ab humiditatibus denigrantur & molles redduntur, & tunc ab omnibus artificium laudatur: & hæc est consuetudo Ianuensium quæ omnibus approbatur.

Ad faciendum coriandros crispos.

Tegatvr semen coriandrorū zuccharo manibus fortiter fricando usquequo habeant mediocrem magnitudinē dando super zuccharum satis fortis coctura, deinde accipiatur captia forata paruo foramine in fundo, & zuccharo impleatur, & ab alto zuccharum dictis coriandris proiiciatur semper bacilonum ducendo sub, & supra: hinc, & inde, & fit zuccharum fortis coctæ a principio usq; ad finem, & bene exiccentur ducendo bacilonum, ut supra.

Zucchārū datur bene coctū, ut crispū durare diu possit, ac ut tantū simul non adhæreant quantum adhærerent si leuiter decoquerentur, & hoc bene cocti aromatarii faciunt.

Ad faciendum cinnamomum confectum.

Cinnamomvm excorticatum a superiori cortice, & per parua fila incidatur, & in bacilono ponitur, ac zuccharū supra eum proiiciatur cum captiæ paruo foramine forato. Et in principio, ut puta per tres manus zuccharū sit leuis coctionis, postmodum usq; in fine fortiter bacilonum ducendo ut in coriandris crispis dixi, & tantum hoc continuetur, quòd grossi reddantur.

Sunt qui post primam proiectionem zucchari aspergunt in dictum cinnamomum incisum zingiberis puluerizati, ut fiant magis mordicatiui, & gustui fortes. Sed modus ille nō mihi placet. Sed ut linguæ mordentes sint, debent fieri ex bono cinnamomo, nec in fundendum est in aqua, vt quidam fatui faciunt, ut facilius incidatur, eo quia illa infusio tollit omnino saporem cinnamomi.

Ad conficiendum amygdalas.

Amygdalas & bene cum panno aspero frica, beneq; in bacilono exicca, & ab omni immunditia munda, demum zuccharum fortis coctionis super eas proiice cum captia forata bacilonum huc, & illuc ducendo incessanter: sub quo sit ignis carbonum, beneq; exiccentur, & tantum hoc fiat, ꝙ bene tegantur, & quanto magis continuatur dicta doctio baciloni, tanto solidiores redduntur.

Sunt

Sunt qui cõficiunt amygdalas cũ cortice, & hoc modo confectæ longiori tpe durant, nec ranceſcunt. Sũt vero qui a ſupiori cortice mundãt, & ſic cõficiunt cũ zuccharo. Alii qui illas diuidunt in duas partes, & cõficiunt, illaſq; criſpas faciunt. Modus vero faciendi, & de coctione zucchari, & ductione baciloni eſt, ut de coriandris criſpis tibi mõſtraui.

Ad condendum rancettos.

℞. Corticum aranciorum præpara quantitatẽ quam uolueris, & ſuper eas proiice zuccharum cum captia forata bene coctum, & facias quemadmodum de cinnamomo dixi, & de proiectione zucchari & ductione baciloni.

Cortices ranciorum hoc mõ præparãtur, infundantur in aqua munda, & permittantur per dies nouem oĩ die aquam innouando vltimo vero bulliant in aqua decem uel duodecim ebullitionibus, deinde ab igne remoti exprimantur, & remoueatur pars alba quæ cortici adhæret, & incidant̃ per longũ in ſatis minuta fruſtra, & infundantur in zuccharo li quefacto, & cocto perdiem, & noctẽ: deinde in oleo bulliãt leui ebullitione, poſtmodũ extrahantur, & deficcari permittantur quæ deficcatæ mõ quo ſupra conficiantur, & hoc mõ præparantur, & amaritudo ab eis remouetur.

Ad conficiendum garyophyllos.

℞. Garyophyllos exicca, beneq; munda ab oĩbus immunditiis: deinde zucchar℞ cũ captia forata ſup eos proiice fortis ſatis cocturæ. Et ſi illos criſpos facere uis, facias, ut de coriãdris criſpis tibi dixi, & de ductiõe baciloni. Si uero ſolidos, vt de amygdalis tibi mõſtraui, & idẽ intelligas de rãcertis.

Ad faciendum confectiones bene criſpas debet eſſe foramen captiæ paruum, & zuccharum debet dari æqualiter, & vniformiter, & quanto ab alto proiicitur tanto melius: nec permittendæ ſunt guttæ ſuper eas cadere illæ enim opus tuum deſtruent.

Ad conficiendum aniſos.

℞. Seminum aniſorum bene mũdatorum. lib. ii. Et ſuper ea proiice zuccharũ leuis coctionis in principio, & bene manibus ducantur per bacilonum uſquequo fere ſint cooperta, beneq; exiccentur ad oẽm manum zucchari, & hoc cõtinuetur uſq; in finẽ ſi ſolidos aniſos facere uis. Si uero criſpos, poſtquam cooperta erunt, da zuccharum cum captia forata, & ab alto, & ſit fortis coctura, deinde duc bacilonum, ut in coriandri criſpis tibi dixi, & hoc facias uſq; ad debitam ipſorum magnitudinem.

Aniſi quanto paruiores tanto pulchriores, & quanto duriores tanto laudabiliores duri. n. fiunt, & non ſolum aniſi, ſed & ceteræ aliæ confectiones ſi bene ſiccentur ad omnem zucchari additionem, quare hoc bene notetur.

Ad conficiendum pineas.

℞. Pinearum bene mundatarum quantitatem quam uolueris, & ſuper eas proiice zuccharum cum captia forata bonæ coctura a principio uſq; ad finem, & duc bacilonum prout in coriandris criſpis tibi monſtraui. Si uero ſolidos facere vis, facias prout de amygdalis tibi mõſtraui, & de proiectione zucchari, & ductione baciloni.

